



Don Nicolai

INTRIGLIOLI,

PATRICII CATINENSIS

IVRISCONSVLTI CONSVMMATISSIMI,

IN ALMO PATRIAE SVAE GYMNASIO

VESPERTINIS HORIS, MAXIMO OMNIVM

applausu iura ciuilia publicè interpretantis,

BIS IVDICIS MAGNÆ REGIÆ CVRIÆ, REGII QVE OPTIME
meriti consiliarii, & in eadem magna curia aduocati, & consultoris integerrimi,

De

SVBSTITVTIONIBVS

TRACTATVS,

OMNIVM DIFFICILISSIMVS, ET INGENIOSISSIMVS,

IN TRES DIVISVS CENTVRIAS, CVM ARGVMENTIS,
Summariis, Numeris, & Indice materiarum locupletissimo.

QVIBVS VBIQVE MAGIS DOCTORVM RECEPTÆ
sententiæ hoc asterisco annotantur.*

OMNIBVS IN FORO VERSANTIBVS, ET IVS

REDDENTIBVS ATQVE CONSVLENTIBVS, NON MINVS VTILIS
quam necessarius; nunc primum in Germania, sublatis mendis innumeris, quibus passim PANORMITANA scatebat editio, excusa, litterarumque varietate textus & allegationum distincta.

AD PHILIPPVM III.

HISPANIARVM REGEM CATHOLICVM, OMNIVM
maximum, & potentissimum.





HANOVIÆ
Sumptibus Guil. Antonii, & Pauli Egenolphi,
MDCII.



PHILIPPO III. AVSTRIO, HISPANIARVM REGI CATHOLICO,

OMNIVM MAXIMO, ET POTENTISSIMO.



OLENT (inuictissime Rex) Regnorum fideliores, quantum eorum vires pati valeant, nouos Reges plerumque multiplici munere donare. Vnde huiusmodi desiderio,& amore flagrans, illis me inserere volui;non tamen,vt honore,&gloria,quasi de te benemeritus,præ cæteris in mundo, tumescam; sed vt quantum Maiestati tuæ debeo, clariùs elucescat: Vtque id sit pignus æternum, quod nec tempus,nec inuidia vitiare posset,non aurum,non gemmas (cum incredibili apud mortales opulentia redundes,)quibus Phrygium, Lidyumque Regem,& quotquot largissimis diuitiarum copiis, vetustas celebrarit, &, si quos nostra tempestate tale nomen in vtroq; hemisphęrio, merent, excellis: At quam nuper sub tui nominis clypeo impressam ad te dedi, SVBSTITVTIONVM scilicet materiam, tribus centuriis absolutam, dedicare decreui. Hanc igitur materiem in tota legali scientia difficilissimá,ceu tu omnium principum hunc mundum inferiorem incolentium potentissimus,tantoque patre genitus,quantum Sol nunquam viderit,tibi dicatam serena fronte excipias. Cum autem tui inuictissimi Patris æterna memoria,ita me dùm erat in humanis respexerit, vt mea seruitia, quamuis minima,maioribus gratiis rependere dignatus sit,ne igitur ea seruitus,quam apud eum exercui,aliquo temporis interuallo intercepta euanescat,apud te mea prona voluntas protrahere inclinat,à quo non minores, sed æquales, & maiores gratias exspecto : Interim Deus optimus maximus sacratissimæ Maiestati tuæ amplissimam sobolem, & Nestoreos annos concedat. E tuo felicissimo Panormo, 25. Ianuarii MDXCIX.

S. C. R. M.

T. S. C. R. M.

Humilissimus,& obsequentissimus Cliens,

DON NICOLAVS INTRIGLIOLVS.

ELENCHVS QVÆSTIONVM OMNIVM
QVÆ IN PRIMA CENTVRIA CONTINENTVR.

QVÆST. PAG.

Vtrum

FINIS CENTVR. I.

QVÆSTIONVM OMNIVM, QVÆ IN HAC SECVNDA CENTVRIA CONTINENTVR, ELENCHVS.

FINIS CENTVRIÆ II.

ELENCHVS QVÆSTIONVM OMNIVM, QVÆ IN CENTVRIA TERTIA CONTINENTVR.

Finis Centuriæ III.

DON



DON NICOLAI INTRIGLIOLI PATRITII CATINENSIS, IVRISCONSVLTI CONSVMMATISSIMI, DE SVBSTITVTIONIBVS, Centuria Prima.

ARGVMENTVM.

OPERIS COMMENDATIO.

SVMMARIVM.

1 *Substitutionis materia est subtilis, quotidiana, & lucrosa, num. 1.*
2 *Bald. consulendo circa materiam substitutionum, lucrat⁹ fuit vltra quindecim mille ducatos, n. 2.*
3 *Substitutionum materia habetur vti mare Anglicum, num 3.*
4 *Anglicum mare dicitur sine fundo, nu. 4.*
5 *Operis partitio, num 5.*
6 *Vulgaris & pupillaris substitutio dicitur stipes principalis, primitiua & cardinalis aliarũ substitutionum, num. 6.*

PRÆFATIO.

1 MATERIA † Substitutionum (quam interpretaturi fauente Domino accepimus) est subtilis, quotidiana, & lucrosa, vt exorditur Crass. *in §. substitutio, Ias. Angel. Cuma. Alex. & Alber. in rub. ff. de vul. & pupill. subst. Bald. in tract. de subst. in prin. Cagno. in l. precibus, num. 1. C. de impub. & aliis subst. Soc. Iun. in l. centurio, in prin. ff. eod. Paul. Leon. in tract. subst. in prin. Caualc. decis 81. num. 21. par. 3. Neuiz. consil. 53. num. 1.* vbi subiicit, Baldum
2 circa † eam cõsulendo, lucratum fuisse vltra quindecim mille ducatos, *Guil. Bened. in c. Raynutius, par. 2. versi. aducions vt Alterocha, num. 7. extra de testam.* vbi etiam scriptum reliquit, in iure nostro
3 haberi, vti † mare Anglicum, quod dicitur † sine
4 fundo, *Anton. Gauberr. in suis quæst. iuris memorab.*
5 *cap. 7. num. 9. Boer. q. 58. num. 1 par. 1.* Eamque † tribus centuriis absoluam; tractabo enim in prima, post aliqua generalia ipsarum, materiam Vulga-
6 ris, & Pupillaris, vti † stipitum principalium primitiuorum, & cardinalium aliarum substitutionum, secundum Bal. *in l. humanitatis, num. 39. ver. ex his, C. de impub. & aliis subst. & in l. quidam cul. gio. C. de iure delib. Soc. Iun. in l. centurio, num. 21. ff. de vul. & pup. subst. Ias. in rub. ff. eod. num. 4. Gul. Bened. in c. Raynutius, par. 2. vers. si absq. liberis, el. 2. in materia pupillaris substitutionis, num. 1. extra de testam.* In secunda, materiam exemplaris Reciprocæ, seu Breuiloquæ, & Directæ militaris. In tertia, & vltima, materiam Compendiosæ, & Fideicommissariæ.

ARGVMENTVM.

Quid est substitutio in genere sumpta?

SVMMARIVM.

1 *Substitutio accipitur vti genus, & species, num. 1.*
2 *Substitutio genericè sumpta, dicitur in alterius locum repositio, num. 2.*

QVÆSTIO PRIMA.

QVIA † Substitutionis nomen accipitur vti genus, & species, vt scriptũ reliquit Crass. *in §. substitutio, q. 1. Cagno. in l. precibus, num 2. C. de impub. & aliis subst. Curt. in ead. rub. col. 2. Æmil. Ferret. in rub. ff. eod. num. 2.* Ideò ante omnia (scias beneuole lector) quod substitutio vti † genus, dicitur in alterius locum repositio, *Crass. in d. § substitutio, in prin. per §. in pecudum, ver. sed si gregis, in tex. ibi, substituere, Instit. de rer. diuisi. Soc. Iun. in l. centurio, ff. de vul. & pup subst.* 1 2

ARGVMENTVM.

Quid est substitutio in specie sumpta?

SVMMARIVM.

1 *Substitutio in specie sumpta variò a Doctoribus diffinitur, num. 1.*
3 *Substitutio in specie sumpta, est secunda institutio, num. 2 oppugnatur, num. 3. 15. 25 35. & 34. defenditur. num. 11. 32. 13 14. 17. 26 32. & 38.*
4 *Diffinitio debet cõuerti cum suo diffinito, num 4*
5 *Substitutio dicitur fieri, si quis substituatur tertio, vel quarto gradu, num. 5.*
6 *Substitutio tertio, vel quarto loco facta, dicitur secunda, num. 6.*
7 *Nuptiæ secundæ, dicuntur omnes post primas, licèt tertio, vel quarto loco fiant, num. 7. contra, num. 8. defenditur, num. 11 & 12.*
9 *Rub. de secund. nup. quare ita fuerit cõcepta, n. 9.*
10 *Rubr. de duob. reis, & si concepta fuerit, tamen si tres, vel plures fuerunt non dicuntur duo rei, sed tres, vel quot erunt, num. 10.*
14 *Institutus, & substitutus non potest esse in eodem gradu, num. 14.*
15 *Substitutio fieri potest in legatis, fideicõmissis, de-*

nationib. causa mortis, & cōtractibus, num. 15.

16 *Institutio refertur solum ad hareditatē, num. 16.*

17 *Institutio aliquando capitur pro ordinatione, cōstitutione, seu unius in locum alterius subrogatione, num. 17.*

18 *Sforz. Odd. transcripsit Soc. Iuniorem, num. 18.*

19 *Verba diffinitionis debent capi propriè, & strictè, non largè & impropriè, num. 19.*

20 *Institutio ex propria nominis significatione significat subrogationem, seu unius in locum alterius suppositionem, num. 20.*

21 *Institutio directa non reperitur in legatis, cum ab herede prastari debeant, num. 21.*

22 *Institutia attēta quadam larga significatione, etiam cadit in legatis, & donation. b. causa mortis, num. 22.*

23 *Verbum* lego, *ex generali significatione, etiam ad institutionem refertur, num. 23.*

24 *Legatarius videtur institutus, num. 24.*

25 *Pupillaris substitutio fieri potest filio exheredato, num. 25.*

26 *Pupillaris non valet, nisi pater prius testamentum sibi fecisset, num. 26.*

27 *Miles potest substituere filio pupillo, licèt sibi testamentū non faciat, num. 27. ex privilegio speciali, num. 32.*

28 *Soc. Iun. reprehenditur, num. 28.*

29 *Pupillaris substitutio, & testamentum pupilli, idem sunt, & confunduntur tanquam synonyma, num. 29.*

30 *Pupillaris substitutio dicitur testamētum pupilli, num. 30. licèt verè, & propriè sit testamētum patris, num. 31.*

33 *Diffinitio non corruit, licèt non comprehendat casus speciales, num. 33.*

35 *Pupillus hodiè exheredari non poterit, num. 34. ratio, num. 35.*

36 §. fin. l. quærebatur, ff. de milit. testam. casus, *num.* 36. declaratur. *num.* 41. 47. & 50. assignantur rationes diuersitatis inter vulgarē, & casum d § fin. *num.* 41. 42. 43. 44 & 46.

37 *Legata relicta ab institutis, regulariter censentur repetita a substitutis, num. 37. vulgariter, num. 39. ratio, num. 40.*

40 *Testator si voluit grauare institutum magis dilectum, ergo fortius substitutum, num. 40.*

45 *Legata nominatim iniuncta institutis, non censentur repetita a substitutis, num. 45.*

48 *Substitutionis ad essentiam, non requiritur ut sit conditionalis institutio, num. 48.*

49 *Dies certus habet quandam similitudinem cum conditione, num. 49.*

51 L. qui soluendo. la. 2. ff. de hæred. instit. casus, *num.* 51. declaratur, *num.* 52.

53 §. defertur, l. 2. ff. de bonor. poss. secundū tab. declaratur, *num.* 53.

54 *Diffinitio debet constare ex differentiis specificis, num. 54.*

55 *Differentia specifica facillimè constituuntur apud legistas, num. 55.*

56 *Substitutio in specie sumpta, est nostra voluntatis iusta dispositio, de eo, quod quis post mortem suam de hereditate sua fieri velit, in defectum instituti, vel per ipsum institutum, vel quasi institutum, num. 56.*

57 *Venientes ab intestato dicuntur quasi instituti, num. 57.*

58 *Substitutio, est in locum haredis, vel legatarii, sibi vel filio deficientis, de aliis à testatore facta dimisio, num. 58.*

59 *Substitutio est in alterius locum, quantū ad bona testatoris, vel pupilli repositio, num. 59.*

60 *Substitutia est conditionalis institutia, num. 60.*

61 *Substitutio est secunda, & conditionalis institutio, num. 61.*

62 *Substitutio est sequens institutio, num. 62.*

63 *Substitutio est institutio facta sub conditione purificandi per non aditionem, vel mortē, vel aliud impedimētum instituti, vel exharedati, num. 63.*

64 *Substitutia est conditionalis institutio, purificāda per non aditionem, mortem, aut aliud impedimentum instituti, preterquam in pupillari facta filio exharedato, vel per militem, qui sibi non fecit testamentum, num. 64.*

65 *Substitutia est sequens, & conditionalis institutio in hareditate, num. 65.*

66 *Substitutio est sequentis loco facta subordinatio, num. 66.*

67 *Substitutio est secundus gradus, vel tertius, aut deinceps omnium eorum, qui in locum institutorum deficientium, vel non adeuntium, instituuntur, num. 67.*

68 *Substitutio est secundus gradus institutionis, & eorum, qui post primos honoratos honorantur, num. 68.*

69 *Substitutio est in locum cuiuscumque instituti haredis deficientis suppositio, num. 69.*

70 *Substitutio est dispositio testatoris, transferens hareditatem in aliquem, in defectū, seu locum alterius, num. 70.*

71 *Substitutio, est secūda institutio cōditionalis eorum qui in locum institutorum deficientium, vel exharedatorum supponuntur, num. 71.*

72 *Substitutio est secundi, vel ulterioris gradus institutio, num. 72.*

73 *Substitutio est cuiusque rei in posterioris personam collatio, num. 73.*

74 *Substitutio est secunda haredis ordinatio, n. 74.*

75 *Substitutio est secundi haredis conditionalis institutio, num. 75.*

QVÆSTIO II.

SVBSTITVTIO † in specie sumpta 1
variè à Doctoribus diffinitur: Prima enim diffinitio traditur ab Accurs. in rebus, *ff. de vulg. & pupill. substit.* quod est † secunda institutio, 2
quam refert Dec. *in l. in testamentum, num. 1. C. de test. mil. Roger. in tract. subst. §. 2 num. 8. Bal. in praelud. tract. eiusdem tit. sub num. 1. Mascar. vol. 3 de probat. concl. 1343. num. 11. Petr. Gregor. par. 3. Syntagm. iuris lib. 42. c. 10. num 2. fol. 532. Surd. cons. 265. num. 3. vol. 2. Marius Anguiss. cons. 280. num. 2. Marcabr. ab Anguill. cons. 4. num. 46. Cephal. cons. 471. num. 5. vol. 4. & cons. 512. num. 6. eo. vol. & cons. 135. num. 12. vol. 1. Paris. cons. 73. num. 16. vol. 2. Purpur. cons. 13. num. 9. & cons. 496. num. 17. Anall. cons. 34. num. 33. vol 4. Tiraq. in tract. le mort saisit le vif par. 2 declar. 9. num. 2. in fin. Fabian. de Monte cons. 159. num. 26. vol. 1 Cons. Diuers. vlt. volunt. Andreas de Bisignana in cons. 152. num. 2. eodem, vol. Arnolous Terentius cons. 21. num. 3. vol. 2. Cons. Diuers. vlt. volunt. Æmil. Ferrett. in reb. ff. de vul. & pupill. subst. num. 1.*

Quæ

3 Quæ quidem † diffinitio impugnatur primò,
4 quia † non conuertitur cum suo diffinito, prout
requiritur, *iuxta l.1.§.dolum, ff.de dolo malo, cum
concord.* quæ adduximus super Bull. de censibus,
quæst.1.num.3.lib.1.
Quod demonstratur ex pluribus: primò, quia
5 si quis † substituatur tertio, vel quarto gradu, ni-
hilominus dicitur fieri substitutio, *l.1.in prin. in
tex.ibi, secundo, vel tertio, ff.de vulg. & pupil.subst.
Instit.eodem.in princ.*
Tuentes hanc diffinitionem, respondent ad i-
6 stud obiectum. Primò, quia † substitutio tertio,
vel quarto loco facta, dicitur secunda, sicut & se-
7 cundæ † nuptiæ dicuntur omnes post primas, licet
tertio vel quarto loco fiant, *gloss. rub. C.de secund.
nupt.l.si quis priori, §.talem, C.eod. Crass. in §. substi-
* tutio, quæst.1.in fin.* vbi testatur communem * opi-
nionem,
8 Hæc solutio reiicitur ex eo, quod cum † nume-
raliter loquamur, non videntur tertiæ, aut quartæ,
aut vlteriores nuptiæ dici secundæ, *l.quacunque, in
prin. C.de.bon.quæ lib.l.cum alius, in prin. & l.hac edi-
9 ctali, in prin. C. de secund.nupt.* Et rubr. ideo fuit †
proposita de secundis nuptiis, ex quo raro contin-
git ad tertias vel vlteriores transire, *l.nam ad ea, ff.
10 de ll.* Sicut fuit † concepta rubr. *de duob. reis*, & ta-
men si tres vel plures fuerint, non dicuntur duo
rei, sed quot erunt, *l.fin.C.de duob. reis, Instit.in
prin. eod. tit.*
11 Replicant primò, quod sicut † toleratur rub.
de secundis nuptiis, demonstrans omnes post pri-
mas, licet in rei veritate dentur tertiæ, vel vlterio-
res; ita debet tolerari ista diffinitio, demon-
strans omnes institutiones post primam: licet ve-
rè fuerit tertia, quarta, vel vlterior. Sed non est so-
lida replicatio, quia non tollitur obiectum, quòd
diffinitio debeat conuerti cum suo diffinito, *Soc.
Jun.in d.l.Centurio, nu.5.& 6.*
12 Replicant secundò, quia sicut † ex frequentio-
ri vsu dicuntur secundæ nuptiæ, licet vlteriores es-
se possent, ita gratia frequentioris vsus ipsa quoq;
substitutio dicitur *secunda institutio*, qua testato-
res vti cœperunt, certas substituentes personas ad
caducitatem euitandam. *Sforz. Odd.in prælud.com-
pendiosa.q.1.oppos.2.fol.2.*
13 Replicant tertio, quia licèt † substitutio posset
fieri in tertio, quarto, vel vlteriori gradu, *Francis.
Grat.in compēd.iuris ciuilis, par.3.lib.2.tit.10.in prin.*
tamen consideratur proximus gradus præcedens,
cuius respectu semper dicitur secūda institutio. Itē
etiam eliditur, quod eo altero institutus & substi-
tutus diceretur in eodem gradu, quod est falsum;
quia si ille, cui substituitur, est in secundo gradu, o-
portet quod substitutus sit in tertio, *Soc. Iun.in d.l.
Centurio.sub num.6.ff.de vul.& pup.substit.*
14 Replicant quarto, vt illa verba, † *secunda insti-
tutio*, non debeant intelligi quo ad gradum simpli-
citer, sed etiam quoad gradum qualificatum, & à
prima hæredum institutione differentem; vt sic
primus gradus sit hæredum, qui principaliter &
simpliciter vocati fuerint; secundus vero sit substi-
tutorum, qui, & si in tertio, quarto, quinto, vel vl-
teriori gradu constituti, tamen semper sunt eiusdē
qualitatis, cuius est secundus, *Sfortius Oddo in
præludiis compendiosa, quæstion.prima, opposit.secund.
in fin.folio secundo à tergo, Soc. Iunior in d.l.Centurio,
n.6.vers. vnde tertio.*
Secūdò demonstratur dictam Accursii diffini-
tionem non conuerti cum suo diffinito, quia † 15
substitutio fit in legatis, fideicommissis, donatio-
nibus causa mortis, & contractibus, *l.vt hæredibus,
ff.de leg.2.l.si legata, C.de legat.l.vnica.§.sin autem a-
liquid, C.de caduc.tollend.l.quotiens, C.de donat.quæ
sub modo. Bart.in l.qui Romæ, § Flauius, vers.vlterius
quæro, ff.de verbō.obl. Marc. Ant. Peregr.in tract.de
fideicom. art.1.num.36.art.51.nu.2.l.Titius & Seius,
ff.de hæred.inst.l.si quis, in prin.ff.de lega.3.l.Scæuola,
ff.ad Trebell.a.* Quæ tamen substitutio non potest
dici secunda institutio, cum in eis, nec prima detur
institutio; † namque ad hæreditatem solum refer- 16
tur, *Soc. Jun.in d.l.Centurio, num. 3.ff.de vul. & pupil.
subst.l.1. in prin.ff.eod.*
Sed respondent, Accursii diffinitionem te-
nentes, primò quod li verbum † institutio, in 17
diffinitione adiectum, capitur pro ordinatio-
ne, constitutione, seu vnius in locum alterius
subrogatione, & consequenter bene conuenit
ordinationi, quæ fit in legatis, fideicommissis,
donationibus causa mortis, & contractibus,
Socin. Iunior in dicta l.Centurio, numero 8. quem † 18
transcripsit *Sfortius Oddo in dicta quæstione 1. co-
lum. 1. Lancellottus Politus in tractat.de substitut. in
princip.numero 6. & 7. tractat. diuers. tomo 8. part.1.
fol.225. Paulus Leon.in tractat.eiusdem titul.in prin-
cip.num.6.*
Replicant contrarii, quòd † verba diffinitionis 19
debent capi propriè & strictè, non largè & impro-
priè, *Cagno. in l.precibus, sub nume. 6. C. de impub.
& aliis substitut. Rip. in rubric. ff. de vulgar. & pupil-
lar substitut. colum.1.circa fin. Constantin. Rogerius
in præludi.substitut.§.2.sub num.9.*
Eliditur eorum replicatio, quia imo ex propria
nominis significatione institutio † significat sub- 20
rogationem, seu vnius in locum alterius supposi-
tionem, *argum.§.in pecudum, Institut.de rer. diuis.
l.1.in prin. ff. de interrogat.act.l.1.circa fin.C. si tutor
non gessit, l.2.§.deinde, ff.de origine iuris, cap. 1.de reg.
iuris, lib. 6.l. si procuratoribus, ff.de procuratoribus, l.
si grege, ff. de legat. 1. Peregrin. de fideicomiss.artic.
5.num.6.in fin. A Petra in tractat.eiusdem titu.quæst.
11.num.95.*
Respondent secundò, quia nos loquimur † 21
de directa institutione, quæ in legatis reperiri non
potest, cum ab hærede præstari debeant, *§.1. In-
stitut. de legat. Aret. Iason, Purpur. Rip. & Socinus
Sen.in dicta rubric. ff. de vulgar. & pupillar. substitu-
tion. Soc. Iunior in dicta l.Centurio, num. 6.versicu.
ad secundū, & n. 7.v. nam sicut,* vbi testatur hāc esse
cōmunem * responsionem, *Cagno.in l.precib.num. *
6.circa fin.C. de impub. & aliis substitut. Curtius in
rubric. colum.2.C.eodem.*
Respondent tertiò, quod etiam † in legatis,
& donationibus causa mortis, attenta qua-
dam larga significatione, cadit institutio, *l.ver-
bis legis, ff. de verborum & rerum significatione,
Areti. & Soc. in dicta rubrica, ff. de vulgari &
pupillari substitutione.* quos refert Polit. *de substitu-
tione, in princip. num.4.*
Replicant contrarii, quod licèt † verbum *lego*, 22
ex generali significatione, etiam ad institutio-

nem referri posset, velut genus ad suam speciem,
non ex hoc tamen inferendum erit, quod in lega-
to particulari cadit institutio, *Soc Iunior, in dicta*
l. Centurio, num. 7.

24 Annihilatur eorum replicatio, quia † legatari-
us videtur institutus, & respectu istius instituti-
onis, substitutio postea in legato facta, dici potest
secunda institutio, *l. ad tempus, in fin. ff. de vsucap.*

Tertio ostenditur Accursii diffinitionem non
25 conuerti cum sun diffinito: quia † substitutio pu
pillaris potest fieri filio exhæredato, quem dici
non potest præcessisse institutionem, *§. non solum,*
Instit. de pupill. subst.

Respondent primò, quod pupillaris dicitur
secunda institutio, respectu primæ institutionis,
26 quam de sua hæreditate fecit pater: quæ † pupil-
laris aliter non valeret, nisi pater testamentum si-
bi fecisset, *l. 2. §. final & l. 2 §. primo, ff. de vulgar. &*
pupillar. substitut. Cagno. in dicta l precibus, sub num.
6. vbi etiam Dec. columna 2. Rip. in rubric. de vul-
gar. & pup. subst. col. 2.

27 Replicant contrarii; quia † miles potest substi-
tuere filio pupillo, licet sibi testamentum non
faciat, *l. 2 § quinque, ff de vulgar. & pupillar. sub-*
stitution. l. in fraudem, §. penult. & l. miles 12, §. fin. ff.
de milit. testam.

Euacuatur eadem replicatio per Soc. Iun. dum
28 satis † iuuenis, & primo anno sui doctoratus, Insti-
tutiones docebat, quod iura allegata dicunt, mi
litem posse facere testamentum pro pupillo, non
etiam eidem posse substituere, absque eo quod
testamentum sibi condidisset: quasi diuersum
sit substituere pupillo, & testamentum facere pro
eo: verè quidem est discrimen puerile, vt factus
maior; & doctor idem Soc. fatetur *in dicta l. Cen-*
29 *turio, sub num. 9.* cum substitutio † pupillaris, &
testamentum pupilli, idem sint, & confundantur
tanquam Synonyma, per *§. igitur, in text. ibi, substi-*
tutione, iuncto text. ibi, duo quodammodo sunt testa-
menta, Institut. de pupillar substitut. l. moribus, in
princip. ff. de vulgar. & pupillar. substitut. l. Papini-
anus, §. sed nec impuberi, ff. de inofficios. testam l. pa-
tris & filii, ff. de vulgar. & pupillar. substitut. Qua-
30 propter iure optimo pupillaris dicitur † testa-
mentum pupilli, *Petrus Gregorius part. 3. Syntagm.*
iuris libr. 42. cap. 15. sub num. 2. Ant. Crescius con
sil. 45 numer. 26. volum. 2. Alex. consil. 119. volum.
4. Vegius consil. 66 num 91. Andreas Gail. lib. 2. ob-
seruat. Pract. obseruat. 137. sub num. 13. Surd. consil.
265. n. 19. vol. 2. Parisiol. cons. 155. n. 1. Cephal. cons. 524.
n. 53. vol. 4. & consil 509. n. 27. eod. volu & consil. 380.
n. 18. & cos. 349. n. 17. & cō. 339. n. 40. vol. 3 Anall. cōs.
31 *69. num. 25. volumin. 1.* Licet verè † & propriè sit
testamentum patris, *Surd. consil. 212. numero 19.*
volum. 2. Baldus consilio 42. numero 3. volum. 3. &
consil. 316. in princip. volumin. 5. Aret. & Alexand.
in l. 2. ff. de vulgar. & pupillar substitut. ille, colum.
3. vers. tertia conclusio. iste, num. 21. vers. sed respon-
de, Brun. de stat. exclu. famin. 8. art. princip. quæst.
12. limit. 4. nume. 48. Ioan. de Garron. in Authent.
ex testamento, num. 16. C. de secund. nupt. Cephal.
consil. 210. num. 24. volum. 2. Quicquid (sibi con-
trarius) responderit *Cephalus consil. 135. num. 23.*
inter cons. diuers. vlt. volumi. vol. 2.

* Vnde verius, & receptius * asserunt, speciale
32 † illud esse in milite, *Sforz. Oddo in dicta quæst.*
1. opposit. 3. vers. hæc solutio, foli. 2. Cagno. in dicta l.
precibus, num. 8. Curtius in rubric. C. de imp. & aliis
substitut. col 1.

Et diffinitio non corruit, † licèt non compre 33
hendat casus speciales, *Cagnol. in dicta l. precibus,*
numero 8. vbi testatur hanc esse communem * *
conclusionem, & *in l. omnis diffinitio, num. 27.*
ff. de regulis iuris. vbi etiam ait communem * opi *
nionem, *Alex. in rub. ff. sol. matr. col. 5. Dec. in rub.*
extra de iudic. Salyc. in d. l. precibus, col 2.

Hodiè verò † pupillus exhæredari malâ mente 34
non posset, cum causas ingratitudinis minimè
committere valeat. *Cagn. in dicta l. precibus, num.*
8. in fin. Sforz. Oddo in tractat. compendiosa, quæst 1.
oppos. 3. vers. sed replicari.

Quartò demonstratur glossæ † diffinitionem 35
non conuerti cum suo diffinito. per *l. quærebatur,*
§. final. ff. de milit. testamen. vbi † instituto Titio 36
à milite vsque ad certum tempus, & post dictum
tempus Gaio, institutio Gaii dicetur secunda, &
tamen non dicetur substitutio, quem adducit
Aret. in *rubric. ff. de vulgar. & pupillar. substitut. in*
princip. Lancelotus Polit. de substitut. in princip. sub
num. 3. Tanto magis, quia ille Gaius secundò
loco institutus, non tenetetur ad legata, quæ † 37
regulariter censentur repetita à substituto, *l. licet*
imperator, ff. de leg. 1.

Respondent primò, quia † dicta secunda insti- 38
tutio dicitur substitutio, *Soc. Iunior in l. Centurio,*
num. 13. ff. de vulgar. & pupillar. substitut. per l. mi-
les ita, in princip. ff. de milit. testament. Ias. in rubric.
ff. de vulgar. & pupillar. substitut. num. 7. Paulus
Leon. in tractat. substitut. in princip. sub num. 8.
Et regulariter repetita † censentur legata à sub 39
stituto in vulgari substitutione, *Iason in rubric. ff.*
de vulgar. & pupillar. substitut. num. 7. in fin. vbi
dicit esse verum, sicut Euangelium, *Soc. Iunior in*
dicta l. Centurio, num. 13, ver. non obstat, Bart. in
dicta l licet imperator, num 4. vbi Paulus de Castro,
num. 3. Alexand. num. 12. & Iason num. 32. & 36.
Menoch. libr 4. de præsu. part. 2. præsum. 108. num. 3.
Quia † si testator voluit grauare institutum ma- 40
gis dilectum, ergò fortius substitutum, *l. pulsus, in*
fin. ff. de condition. & demonstration Tiraquel. le
mort saisit le vif, par 2. declar 9. n. 8.

Sed text. *l. quærebatur, § final.* loquitur † de dire- 41
cta militari, per quam transfertur de primo ad se-
cundum, non simpliciter, & purè prout in vulgari
substitutione, sed post tempus; ideo secundus
non tenetur ad legata, *Iason in dicta rubric. ff. de*
vulgar. & pupillar. substit. sub num 9 per l. Paulus,
in fin. ff. quib. mod. pig. vel hypo. solu. l. Cagn. in prin.
ff. de administr. legat. Paulus Leon. in tractat. sub-
stitution. sub numer. 10. Iason in dicta l licet impera-
tor, num. 29.

Aliam rationem differentiæ in proposito in-
ter vulgarem & militarem directam, posuit *Socin.*
Iun in d. l Centurio, num. 13. ver. & in proposito, quam
dixit veriorem, & concludentiorem, quia (inquit)
in vulgari † substitutione, ideo censentur repetita 42
à substituto legata, quia penes institutum nullum
commodum hæreditatis remansit, sed transit in
substitutum, ratione cuius censebantur onus in-
iunctum, *l. ab eo, C. de fideic. l. 1. § pen. ff. de leg. 3.* non
sic in directa militari, quia dicitur grauatus ratio-
ne commoditatis, per illud tempus ex hæredi-

tate

tate percipiendæ, quæ commoditas non tranſiit
ad inſtitutum poſt tempus illud.
Tertiam rationem differentiæ, poſuit Bart. in
43 d. l. licet imperator, num. 5. quia illi † duo vocati,
dicuntur duo cohæredes, non autem, quod Ca-
ius ſecundo loco vocatus ſit ſubſtitutus, quem
ſequuti fuerunt Bald. & Comenſ. in d. §. fin. l. quæ-
rebatur, Soc. Sen. in rub. ff. de vulg. & pup. ſubſt. num.
7. verſ. vlt. quod Coraſ. in rubr. C. eod. num. 9. verſi. a-
lia autem, Duaren. in tit. de milit. teſtam. c. pen. Paul.
Leon. in tract. ſubſtitu. in prælud. num. 11.
Quartam differentiæ rationem aſſignauit Co-
raſ. in rub. C. de impub. & aliis ſubſt. num. 10. quia id-
44 eò in caſu d. l. quærebatur, §. fin. legata † relicta ab in-
ſtituto, non cenſentur repetita à ſubſtituto, quia
teſtator nominatim ea iniunxerit illi primo inſti-
45 tuto, quo caſu receptum eſt † non cenſeri repetita
in ſubſtitutum, l. ſi plures, ff. de leg. 3. l. 1. §. id quod, ff. ad
l. Falcid. l. quæ conditio ff. de cond. & demonſtr.
46 Quintam rationem differentiæ poſuit † eru-
ditiſſimus Menoch lib. 4. præſum. par. 2. præſum. 108.
num. 53. vbi præmittendo euidentialia ad eius de-
clarationem, dixit quod æquitas, quæ conſidera-
tur in vulgari ſubſtitutione, ceſſat in militari di-
recta, per Paulum de Caſtro in d. l. licet Imperator,
colum. 2.
47 Replicant contrarii, quod nõ † poteſt dici ſub-
ſtitutio, illa ſecunda inſtitutio, in caſu d. l. quæreba-
tur, § fi cum non ſit conditionalis inſtitutio, ſed ad
tempus poſt primam, Rip. in rub. ff. de vulg. & pu-
pill. ſub num. 6. l. cohæredi, § cohæres, ff. de vulg. & pu-
pill. ſubſt. l. in rationem, la 1. §. quod vulgo, ff. ad l. Fal-
cid. gloſſ. in l. qui liberis, ff. de vulg. & pupill. ſubſt. & in l.
ſubſtituti, ff. de acqui. rer. dom.
Eliditur eorum replicatio ſola negatione,
48 quod ad eſſe ſubſtitutionis, non requiratur †
quod ſit conditionalis inſtitutio, Soc. Iun. in dict.
l. Centurio, numero 13. verſic. ſed certe, in fin. Vel
49 licèt † dies certus propriè non ſit conditio, ta-
men cum ea habet quandam ſimilitudinem, vt
ſicut euentus conditionis debeat expectari, ita
& dies quoad effectum, l. cum tale, §. Mania, ff.
de condit. & demonſtr. l. in illa, ff. de verborum ob-
50 ligat. Vel quod † ſit ſpeciale in milite, Cagno. in
l. precibus, num. 9. in fin. Cod. de impub. & aliis
ſubſtit.
Quinto oſtenditur Accurſ. diffinitionem non
conuerti cum ſuo diffinito, per l. qui ſoluendo, la
51 2. ff. de hæred. inſtitu. vbi, qui † ſoluendo non e-
rat, inſtituit primo loco vnum ſeruum, & ſecun-
do loco alium: primus ſeruus tantum erit neceſ-
ſarius hæres lege Ælia Sentia, cauente, ex duo-
bus pluribusque ſcriptis ex eadem cauſa hære-
dibus, primo loco nominatum hæreditatem ca-
pere, ecce quod datur inſtitutio ſecundo loco
quæ non eſt ſubſtitutio; quia ſi ſubſtitutio eſſet,
non annullaretur, ſed duraret, Iaſ. in prin. de vulg.
& pup. ſubſt.
52 Reſpondent, quod ibi fuerunt † ſimul duo
ſerui hæredes inſtituti in eodem gradu, licèt fue-
rit vnus poſt alium nominatus, puta, Titius,
& Sempronius hæredes mihi ſunto, verumta-
men Sempronius, vti ſecundo nominatus ha-
betur, ac ſi non fuiſſet ſcriptus lege Ælia Sentia
ſic cauente, Cagnol. in d. l. precibus, num. 14. poſt Par-
pal. eiuſ originaliter fuit impugnatio.

Replicant contrarii ex l. iii, §. defertur, ff. de bon.
poſſ. ſecundum tabul. vbi primo † & ſecundo gradu 53
dicuntur inſtituti, qui primo, vel ſecundo loco
inſtituti ſint, Sforz. Odd. in d. quæſt. 1. col. fin. verſi.
ſed contra.
Impugnatur ſecundo principaliter dicta dif-
finitio; quia † non conſtat ex genere & differen- 54
tiis ſpecificis, quia verbum, ſecunda, differre facit
ordine, & gradu, & non ſpecie, Cagn. in d. l. precibus,
num. 15.
Reſpondent, quod apud Legiſtas † facillimè 55
conſtituitur ſpecifica differentia. per l. 2. § dein-
de, ff. de orig. iur. l. 2. §. creditum; vbi Dec. & Doct.
ff. ſi cert. pet. Cagnol. in d. l. precibus, num. 21.
Secunda datur diffinitio, vt ſit † noſtræ vo- 56
luntatis iuſta diſpoſitio, de eo quod quis poſt
mortem ſuam de hæreditate ſua fieri velit in de-
fectum inſtituti, vel per ipſum inſtitutum, vel
quaſi inſtitutum, Conſtant. Roger. in euidential.
ſubſtitut. §. 2. numero 10. folio 10. vbi dixiſſe (in-
quit) quaſi † inſtitutum propter venientes ab 57
inteſtato, qui habentur pro inſtitutis, & dicun-
tur quaſi inſtituti, per l. ſi quis cum nullum, & l. con-
ficiuntur, §. 1. ff. de iure codicill.
Tertia, vt † ſit in locum hæredis, vel legata- 58
rii ſibi, vel filio deficientis, de aliis à teſtatore fa-
cta diuiſio, Sforz. Odd. in prælud. compendioſæ quæſt.
1. in fin. par. 1.
Quarta, vt ſit † in alterius locum quantum 59
ad bona teſtatoris, vel pupilli repoſitio, Curt.
Iun. in rebus, Cod. de impub. & aliis ſubſtitut. num.
7. Cagn. in dict. l. precibus, numero 22. per l. quam-
uis, Cod. de impub. & aliis ſubſtit. Paul. Leon. de ſubſt.
num. 45.
Quinta, vt † ſit conditionalis inſtitutio, Ca- 60
gnol. in l. precibus, num. 16. C. de impuber. & aliis
ſubſtit. Bald. in tract. de ſubſtit. in prælud. ſub
num. 1. per not. in l. qui liberis, § hæc verba, ff. de
vulg. & pupill. ſubſtit. Paul. Leon. in tract. ſubſt. num.
95. Burſa. conſ. 245. num. 5. volum. 3.
Sexta, vt ſit † ſecunda, & conditionalis inſti- 61
tutio, Parpal. in reb. ff. de vulgar. & pupill. ſubſt.
Paul. Leon. in tract. ſubſt. num 40.
Septima, vt † ſit ſequens inſtitutio, Lance- 62
lot. Polit. in tractat. ſubſt. in prin. num. 16.
Octaua, vt † ſit inſtitutio facta ſub conditio- 63
ne purificandæ per non aditionem, vel mortem,
vel aliud impedimentum inſtituti, vel exhære-
dati, Rip. in reb. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. quem
refert Cagno. in d. l. precib. num. 25. Paul. Leon. in tract.
ſubſt. num. 43.
Nona, vt † ſit conditionalis inſtitutio purifi- 64
canda per non aditionem, mortem, aut aliud im-
pedimentum inſtituti, præterquam in pupillari
facta filio exhæredato, vel per militem, qui ſibi
non fecit teſtamentum, Cagnol. in l. precib. num. 27.
C. de impub. & aliis ſubſt.
Decima, vt ſit † ſequens, & conditionalis in- 65
ſtitutio in hæreditate, Cagnol. in dict. l. precibus,
num. 28.
Vndecima, vt † ſit ſequenti loco facta ſubor- 66
dinatio, Zaſ. in tractat. de ſubſtit. in prælud. nu-
mero 1.
Duodecima, vt † ſit ſecundus gradus, vel ter- 67
tius, aut deinceps omnium eorum, qui in lo-
cum inſtitutorum deficientium, vel non adeun-

tiuth instituuntur, *Azz. in sum. C. de institut. & substit. sub cond. fact. Ozer. in rub. Instit. de vulgar. substitut.*

68 Decimatertia, vt † sit secundus gradus institutionis, & eorum, qui post primos honoratos honorantur, *Ozer. in rubr. Institut. de vulgar. substit. Paul. Leon. in tractat. de substit. numero 47.*

69 Decimaquarta, vt † sit in locum cuiuscumque instituti hæredis deficientis suppositio, *Anton. Fumeus in tractat. de substitut. in princip. numero 4.*

70 Decimaquinta, vt † sit dispositio testatoris, transferens hæreditatem in aliquem in defectum, seu locum alterius, *Paul. Leon. in tract. de substitut. num. 52. & 53.*

71 Decimasexta, vt † sit secunda institutio conditionalis eorum, qui in locum institutorum deficientium, vel exhæredatorum supponuntur, *Aret. Institutiomb. in tractat. substit. in princip. num 1.*

72 Decimaseptima, vt sit † secundi, vel vlterioris gradus hæredis institutio, *Alciat. lib. 4. parerg. c. 6 Aldobr. in add. rub. Instit. de vul. subst.*

73 Decimaoctaua, vt † sit cuiusque rei in posterioris personam collatio, *Couar. in cap. Raynutius, §. 4. sub numero 1. Petrus Lorlot. de substitution. cap. 1.*

74 Decimanona, vt † sit secunda hæredis ordinatio, *Menoch cons. 106. num. 104. vol 2.*

75 Vigesima, vt † sit secundi hæredis conditionalis institutio, *Petr. Gregorius par. 3. Syntagm. iuris, lib. 42. cap. 10. sub num. 2. folio 532.* Cæteras sciens de industria missas facio, cum tot ferè inueniantur diffinitiones, quot scribentes.

76 Nobis † verò semper placuit magni Accursii diffinitio primo loco relata, quam magis communiter * esse receptam testatur *Crass. in §. substitutio, quæst. 1. Stopia in rubr. C. de impuber. & aliis substitut. sub numero 2. Cagnol. in l. precibus, num. 3. C. eodem.* vbi ait hanc esse communiter * receptam, *Sforz. Odd. in prælud. compendiosa, par. 1. quæst. 1. in princip.* vbi etiam fatetur esse communem * eamque esse communem * (inuitis * dentibus) fatetur *Anton. Fume. in tract. subst. in prin. num. 1. in fin.*

ARGVMENTVM.

Vnde dicatur substitutio?

SVMMARIVM.

1 *Substitutio vnde dicatur, num. 1. 3. 4. & 5.*
2 *Substitutio dicitur, quasi secunda institutio, numero 2.*
3 *Substitutio per metaphoram, & similitudinarie dicitur à substitutione plantarum, officialium, & aliorum, quorum vnus substituitur in locum, & defectum alterius, num 3.*
4 *Substitutio dicitur,* sub institutio, *quasi inferiori loco facta institutio, num. 4.*
5 *Substitutionis etymon non est quærendum, sed quod ita placuit impositori, num. 5.*
6 *Negotia plura sunt, quam vocabula, num 6.*
7 *Etymologia vocabuli pertinacibus est relinquenda, num. 7.*

QVÆSTIO III.



VNDE dicatur † substitutio? respond. 1
aliquos affirmasse, quod dicitur quasi † secunda institutio, per *Dec. in* 2
l. in testamento, in principio. C. de militari testamento, licet nobis eodem in loco Dec. magis videatur ponere diffinitionem, quam etymologiam, contra sensum, *Sforz. Odd. in tractat. compendiosa, quæst. 2. in princip.*

Et alii, vt similitudinarie, & per metaphoram dicatur à substitutione † plantarum, offi- 3
cialium, & aliorum, quorum substituitur in locum, & defectum alterius, *Sforz. Odd. in tractat. compendiosa, quæst. 2. ver. sed mihi, argum. § in pecudum, versic. sed si gregis, Institut. de rer. diuis. l. parabolani, C. de episc. & cler.*

Et alii, vt † dicatur subinstitutio, quasi inferio- 4
ri loco facta institutio, *Sforz. Odd. in d. quæst. 2. in fine.*

Et alii, nihil † concludens de Etymologia hu- 5
ius nominis dici posse, nisi quod ita placuit impositori, *glo. rubr. vbi Bart. Alexand. Iason. & Soc. Iun. ff. sol. matrim. Constantin. Roger. de substitut. tit. 1. de vulgari substit. num. 4.* Quibus astipulor,
cum † plura sint negotia, quam vocabula, *l. na-* 6
turæ, ff. de præscrip. verbis, glo. rub. circa med. ff. sol. matrim. Pract. Papiens. in forma libell. quo agit ex substit. compend. num. 1 circa med. l. 2. C. de constit. pecun. Isern. in cap. 1. §. & si libellus, sub num. 6. de alien. feudi paterni, Bald. in cap. 1. sub num. 14. extra de iureiura. Ideoque † de etymologia vocabu- 7
li non est disputandum, sed pertinacibus relinquendum, secundum Tull. quem refert *Accurs. in d. rub. ff. sol. matrim. Sforz. Odd. in dict. quæst. 2. in fin. l. fin. § penult. ff. ad munic. Bald. in tract. subst. rub. de vulga. substit. num. 1. in fin.*

ARGVMENTVM.

Quo iure fuerit introducta substitutio?

SVMMARIVM.

1 *Substitutio fuit introducta iure gentium, num. 1.*
2 *Substitutio est testamentum, num. 2.*
3 *Testamentum quo ad inuentionem, & substantiam, est de iure gentium, num. 3. Quo verò ad solennitatem, est de iure ciuili, num. 4. Alii indistinctè tenuerunt esse introductum de iure ciuili, num. 5.*
6 *Omne, quod ab hominibus vsu, & necessitate exigente inductum est, de iure gentium est, num. 6.*
8 *Princeps non potest tollere sine causa acquisitu alicui ex substitutione, num. 8.*
9 *Princeps non potest tollere substitutionem, sed tantum eius formam immutare, num 9.*

QVÆSTIO IV.

QVo † iure substitutio introducta fuit? 1
Respon. iure gentium fuisse introductam, *Sforz. Odd. in prælud. compendiosa par. 1. quæst. 3.* vbi testatur esse verissimam opinionem.

Mouemur primo, quia † substitutio est testa- 2
mentum, *Soc. Iun. in l. centurio, numero 9. vers. nam veritas, ff. de vulgar. & pupill. substit. Sforz. Odd. in d. quæst. 3.* Et † testamentum quo ad inuen- 3
tionem & substantiam, est de iure gentiũ, etsi quo ad † so-

4 ad † solennitatem sit de iure ciuili, & prætorio,
Cagnol. in l. precibus, num. 53. C. de impuber. & aliis
substitut. Clar. in § testamentum, quæstion 2. vbi testa-
* tur hanc esse magis communem * opinionem,
Bart. in l. interdum, num. 7. ff. de condition. indebit.
Corn. in l. testamentum, num. 2. & 3. C. de testament.
* vbi etiam ait esse magis communem * opinio-
nem, *Iason in repetit. l. admonendi, sub num. 184.*
versic. subdit tamen, ff. de iureiurand. & in dicta l.
interdum, num. 42. Couar. lib. 3. variar. resolut. cap.
6. num. 7. Ioan. Annibal. in repetit. l. nemo potest,
sub num. 189. ff. de legat. 1. Sforz. Oddo in prælud.
compendios. part. 1. quæst. 4. circa princip. Tob. Non.
Institut. de testament. in princip. number. 5. Dec. consil.
577. number. 5. Licèt alii simpliciter dixerint, quod
5 † fuit introductum de iure ciuili, *Guil. de Bened.*
in capit. Raynutius, in vers. testamentum el 1. numer.
* *2. extra de testament.* vbi ait ita communiter * te-
neri, *Port. Institut. de test. in princip. num. 11. Marius*
Anguiss. consil. 63 num 5.

6 Secundo, quia † omne quod ab hominibus, v-
su, & necessitate exigente inductum est, de iure
gentium est, *§ ius autem, Institut. de iure naturali,*
gent. & ciuili. l. ex hoc iure ff. de iustit. & iure. Sed
7 † substitutio vsu, & consuetudine hominum in-
troducta est, *l. vnica, in princip. versic sed & ipsis, C.*
de caducis tolle. Sforz. Oddo in tractat. compendiosa q.
3. circa med.

8 Ex quibus, primò infertur, vt † acquisita alicui
ex testamento, seu substitutione, non possent per
Principem sine causa tolli, *Clar. in § testamentum,*
quæst. 2. in fin.

9 Secundo infertur, principem † non posse tolle-
re substitutionem, sed tantum eius formam im-
mutare, *Cagnol. in d. l. precibus, n. 53. Sforz. Oddo d.*
quæstion. 3. in fin. Dec. consil. 357. sub num. 5. & consil.
557. sub num. 5.

ARGVMENTVM.

Quare fuit introducta substitutio?

SVMMARIVM.

1 *Substitutio fuit introducta, vt res defunctorum faci-lius secundum eorum voluntatem deuolue-rentur, num. 2.*
2 *Lex semper habuit curam, vt testatorum volunta-tes conseruentur, num. 2.*
3 *Substitutio fuit inuenta, ne caducæ fierent dispositio-nes defunctorum, si primo gradu institutus hæres esse nolit, vel non possit, num. 3*
4 *Testatores quare adinuenerunt substitutiones, num. 1. 3. & 4.*
5 *Testatores possunt substituere, etiam pro filiis, num. 4. ratio, num. 5*
6 *Testari alius pro alio regulariter non potest, nu-mero 6.*
7 *Testari de rebus alienis nemo potest, num. 7.*

QVÆSTIO V.

1 QVARE fuit introducta substitutio?
Resp. aliquos scripsisse, fuisse † intro-
ductā vt res defunctorū facilius secū-
dū eorum voluntatē deuoluerentur,
inter quos scriptum reliquit *Cagn. in*
l. precibus, num. 52. ver. tertio, C. de imp. & aliis subst.
2 quod (inquiunt) legi † semper curæ summoperè
fuit; per *l. 1. C. de Sacrosancta Ecclesia, l. in condi-*
tionib. ff. de condit. & demonstrationibus, § disponat,
Authent. de nuptiis. Eandemque sententiam fuit
amplexus, *Curtius Iunior in rubric. C. de impub. &*
aliis subst. col. fin.

Alii, & receptius * tenuerunt, ne † caducæ fierent 3 *
dispositiones testatorum, si primo gradu institu-
tus hæres esse nolit, vel non possit, prudentes ipsi
testatores introduxerunt substitutiones, vt ad cer-
tas personas, quas ipsi præparassent, hæreditas
deueniret, loco vnius alios, & loco aliorum, alios
subrogando, vsque in infinitum, *Sforzia Oddo in*
prælud. cōpendiosa, part. 1 quæst. 4. versic. sed mihi, per
l. vnicam, in princip. C. de caduc. tollend. & ante eum
Paulus Leon. in tractat. substit. in materia con pend.
num. 268. Quinimo non † solum sibi substitutio 4
nes fieri adinuenerunt, sed etiam filiis eorum, *l.*
moribus, in princip. ff. de vulgar. & pupillar. substitut.
Ne † infelices filii sine hærede congruo, decede- 5
rent, neve ad eorum hæreditas ab intestato deuol-
ueretur, *§. qua ratione, Institution. de pupillar. sub-*
stitution. l. humanitatis, C. de impuber. & aliis sub-
stitutionibus. Contra binas regulas iuris ciuilis,
alteram, dictantem neminem † pro alio testari 6
posse, *l. 1. ff. de testament. l. illa, ff. de hæred. instituend.*
Et alteram, non posse † quempiam de rebus ali- 7
enis testari, *Authentic. ingressi, C. de Sacrosancta*
Ecclesia.

ARGVMENTVM.

Vtrum substitutio sit propriè institutio?

SVMMARIVM.

1 *Substitutio est propriè institutio, num. 1. rationes, n. 4. & 5. contra, num. 7. rationes, n. 8. 9. & 10. alii distinguunt, num. 15.*
2 *§.* fin. l. quæ mulier, ff de cond. inst. casus, *num.* 2 declaratur, *num.* 2.
3 *Conditio debet propriè verificari, num. 3.*
4 *Diffinitio propriè intelligitur, & ex ea cognoscitur proprietas vocabuli, n. 4. declaratur, n. 14.*
5 *Institutio est genus continens institutionem in specie, & in genere, num. 5.*
6 *Genus propriè inest speciei, n. 6.*
8 *Institutus est positus in primo gradu, substitutus in secundo, tertio vel ulteriori, n. 8.*
9 *Copula*, &, *ponitur inter diuersa, n. 9.*
10 *Institutio est pura, substitutio vero conditionalis, numero 10.*
11 *Tale secundum quid, nō est propriè tale, n. 11.*
13 *Dictio*, quid, *verificatur, etiam in minima parte, numero 13.*
14 *Verba diffinitionis potius in specie, quam in genere sumenda erunt, num. 14.*

QVÆSTIO VI.

VTRVM † substitutio sit propriè insti- 1
tutio? Resp. aliquos tenuisse quòd sic,
inter quos est *Bart. Baldus, Paulus de Ca-*
stro & Imol. in l. mulier, § final. ff. de
condition. institut. Cum Aret. Rip. & Aquens. in l.
1. ff. de vulgar. & pupillar. substitut. Ias. in l. Centurio,
column. penult. ff. eod. Curtius in rubric. C. de impub.
& aliis subst. col. 3. Lancelot. Pol. de subst. in prin. n. 10.

Mouentur primo, *per d. l. mulier § fi. ff. de condit.*
institut. vbi † si quis te hæredem ita instituerit, 2
si tu eundem hæredem instituisses, nihil inter-
est in quo gradu is à te hæres fuerit institutus,
& sic conditio institutionis verificatur in quo-

liber gradu substitutionis: ergò substitutus, dici-
3 tur propriè institutus; quia † conditio debet pro-
priè verificari, *l. quod hæredi, in prin. & l. Mauius, ff. de cond. & demon.*

4 Secundò confirmatur ex diffinitione † quæ
propriè intelligi debet, & ex ea cognoscitur pro-
prietas vocabuli, *glo. & Doct. in l. 1. ff. de testam. glo. & doct. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. Bart. in l. omnes populi, in 4. quæst. 6 quæst. prin ff de iust. & iure.* & in diffinitione dicitur, quod est institutio, ergo, &c.

5 Tertio fortificatur, quia institutio † est genus,
sob se continens institutionem in specie, & sub-
6 stitutionem in genere, & † speciei propriè inest
gentis, *l. si quid earum, § inter emptum, ff. de leg. 3 l. semper in generalibus, & l. in toto, ff de reg. iuris.* ergò substitutus propriè dicitur institutus.

* Contrariam sententiam, & receptiorem * vt
7 † substitutio siue directa, siue obliqua non sit pro-
priè institutio, tenuit *Sebast. Sap. in rub. C. de impub. & aliis subst. sub num. 6. Rip. in l. 1. num 2. ff. de vulg. & pupill. substit.* vbi fatetur eam communi-
* ter * Doctores tenere, *Lud. Zun. in cons. pro vxore, num. 73. Bell. Supp. lib. 3. cap. 19. Cagnol. in d l. precibus, num. 32. vers. sed non videtur, Bal. Ang. Imol. & Soc. in l. 1. ff. de vulg. & pupill. substit. Ant. de Butr. in consil. 77. Galiaul. in d l. centurio, num. 104. conclus. 5. Dec. in rub. C. de instit. & substit. num 2.*

Mooentur primò, per *tex. l. 1. ff. de vulg & pu-
8 pil. substit.* vbi distinguitur † institutus à substitu-
to: quia institutus est positus in primo gradu,
substitutus in secundo, tertio, vel vlteriori.

Secundò, per rub. *C. de inst. & subst.* ponderan-
9 do † copulam, &, quæ ponitur inter diuersa, *gloss. rub. ff. de iur. & fact. ign.*

10 Tertiò, quia † institutio est pura, substitutio
verò conditionalis; *l. cohæredi, §. cohæres, & l. in ratione, § quod vulgo, ff. ad l. Falcid.* ergo non est sim-
pliciter talis, *l. 1 ff. de donat. l. 1. §. si quis simpliciter, ff.*
11 *de verbor. obligat.* Quia † tale secundum quid, non
est propriè tale, *l. hoc legatum, ff. de leg. 3. l. Lucius, §. quæsitum, ff eo, Soc. in l. 1 col. 1 ff. de don.*

Noo obstant contraria, & primò *l. mulier, § fin.*
12 *ff. de condit. inst.* Quia respond, † quod ibi apparet
de voluntate testatoris, qui alternatiuè condi-
tionem posuit, si eum hæredem instituisset, aut
quid sibi legasset, vnde illa substitutio non de-
bet adæquari institutioni, cum verificetur ex
13 mente expressa testatoris † quid legando; quòd
in minima re purificatur, *l. si seruum, § prætor ait, ff. de acquirend. hæred. l. cum quid, vbi Dec. ff. si cert. pet.*

Secundo non obstat argum. sumptum ex dif-
finitione, quia respond. licèt propriè verba diffi-
14 nitionis sumi debere, tamen in † specie potius,
quam in genere sumenda erant, & consequen-
ter de institutione in specie, non de institutione
in genere, *Galiaul. in dict. l. centurio, Cagnol. in dict. l. precibus, numero 34. Soc. in d. l. 1. col. 1. & 2. ff. de vulg. & pupill. substit.* vbi etiam soluit tertium argumentum.

Alii fœdere distinctionis vtramque opinio-
15 nem concordarunt, vt † prima procedat, quan-
do verbum substitutio, in genere caperetur; se-
cunda, quando in specie, *Crass. in §. substitutio, quæst. 2. in fin.* vbi testatur hanc esse veram reso-
lutionem, *gloss. in l. si pater filio, ff. de vulg. & pupill. substit. Sapia in d. rub. C. de impub. & aliis substit. sub num. 6.*

ARGVMENTVM.

Quotuplex sit substitutio?

SVMMARIVM.

1 *Substitutio quotuplex sit, num. 1. & 16.*
2 *Substitutionum gradus, alii genera, & alii species vocarunt, num. 2. 3. & 4.*
5 *Substitutionum species sub vulgari, & pupillari comprehenduntur similitudinarie, aut resolutione, seu identitate, num. 5.*
6 Rubr. C. quare de impuber. & aliis subst. fuerit composita, & rubr. Pandectarum de vul. & pupil. subst. num. 6. & 7.
8 *Exemplaris substitutio fuit inuenta ad exemplum pupillaris, num. 8.*
9 *Exemplaris substitutio fieri non poterat tempore Digestorũ, nisi a Principe impetraretur, num. 9. sed hodie indifferenter permittitur, num. 10.*
31 *Breuiloqua substitutio non est species de per se, sed continetur sub vulgari aut pupillari, aut fideicommissaria, num. 11.*
32 *Compendiosa non est species substitutionis de per se, num. 12.*
13 *Substitutionum gradus reducuntur ad summã diuisionẽ, directa scilicet, & obliqua, num. 13.*
14 *Substitutio directa quid est, num. 4. & quid obliqua, num. 15.*
16 *In cph. Cutuia promotor, & præceptor Authoris, num. 16.*

QVÆSTIO VII.

QVOTVPLEX sit † substitutio? Respon. 1
quintuplex; scilicet vulgaris, pupilla-
ris, exemplaris, breuiloqua, & com-
pendiosa *glo. rub. ff. de vulg & pupill. substit.* quam sequitur ibi *Bart. num. 1. Alexand. num. 2. & Ias. num. 1. Lancelot. Polit. de substit. in prin. sub num. 17. glo. in vers. ad exemplum, §. qua ratione, Instit. de pupillari substit. glo. in vers. si absque liberis moreretur. c. Raynutius, extra de test. Ant. Fumo. in tract. de substit. in prin. num. 6. Crass. in §. substitutio, quæst. 3. num. 3. & Æmil. Ferret. in rub. ff. de vulga. & pupill subst. num. 7.*

Quæ alii † vocarunt genera substitutionum; 2
vt *Accurs. in rub. ff. de vulg. & pupill. subst. vbi Iason. num. 1. & Paul. de Cast. in prin. Constan. Roger. in tract. substit. in eiusdem. §. 2. num. 2. l. iam hoc iure, in tex. ibi, aduertiam quoque genus. ff. de vulg. & pup. substit.* Alii † gradus, *Bart. in dict. gloss. rub. ff.* 3
de vulg. & pupill. substit. num. 1. Et alii † species, 4
Lancelot. Polit. in tract. subst. in prin. num. 17. circa fin. Bal. in tract. eiusdem tit. in prin. num. 1. Ant. Fumi. in tract. de substit. num. 6. Paul. Leon. in tract. eiusdem tit. num. 59. Bal. in rub. ff. de vulg & pupill. substit. circa prin. Sforz. Odd. de compẽdiosa par. 1. quæst. 5. in fi. Petr. Gregor. par. 3. Syntagm. iuris vniuersi, lib. 42. cap. 11. sub num. 9.

Veruntamen † omnes prædictæ species sub 5
bimembri comprehenduntur diuisione, vulga-
ris sci-

tis scilicet, & pupillaris, aut similitudine, aut re-
solutione, seu identitate, *Iason in rubr. ff. de vul-*
gar. & pupill. substitut. sub num. 4. Bald. in l. qui-
dam eulogio col. pen. C. de iure delib.
6 Inde, & si † Imperator in C. mentionem fe-
cisset de omnibus prædictis substitutionibus,
dum Rubr. composuerit, *de impub. & aliis sub-*
7 *stitut.* tamen † compositores Pandectarum fue-
runt contenti rubricam proponere *de vulgar. &*
pupill. substit. quasi ad eas omnes aliæ reducan-
tur, vt scriptum reliquit *Alexand. in rubr. ff. de vul-*
gar. & pupill. substitut. circa princip. Const. Roger.
de substitut. in eadem §. 2. sub num 2 fol. 9. Bal. in rub.
ff. de vulg. & pup. subst. circa prin.
8 Nam † exemplaris substitutio fuit inuenta
ad exemplum pupillaris, *§ qua ratione, Instit. de*
pupill. substitut. Cephal. consil. 135. num. 26. inter Con-
9 *sil. diuers. vltim. volum. vol. 2.* quæ † fieri non po-
terat iure Digestorum, nisi à Principe impetrare-
tur, *l. ex facto, ff. de vulgar. & pupill. substit.* Licèt
10 hodiè † permittatur absque eo, quod à Principe
impetretur *l. humanitatis. C. de impub. & aliis sub-*
stit. ideò in ff. non fuit de ea facta mentio; sed in
11 Cod. secus. Item † breuiloqua non est species
de per se, sed continetur sub vulgari, aut pupilla-
ri, aut fideicommissaria, *Bart. in l. Lucius, colum. 1.*
& 2. ff. de vulgar. & pupill. substit. Iason in rubr. ff.
12 *eod. num. 3. l. iam hoc iure, ff. eod.* Item † compen-
diosa non est species substitutionis de per se, quia
continetur aut sub pupillari, aut fideicommis-
saria, nisi fiat à milite ex priuilegio particulari,
de quo in nigro Digestorum non tractatur prin-
cipaliter, sed incidenter, *Iason in rubr. ff. de vul-*
* *gar. & pupill. substit. sub num. 2.* vbi ait ita omnes *
moderniores respondere, *Alexand. in eod. rub. cir-*
ca princip.
13 Vel etiam omnes † prædicti gradus substi-
tutionum possent reduci ad aliam summam di-
uisionem scilicet directæ; vel obliquæ, seu fidei-
commissariæ substitutionis, vt sentit *gloss. in ver.*
absque deductione. cap. 1. de testam. libro 6. Sforz.
Odd. in tractat. compendiosa, quæst. 5. in princip.
* vbi testatur hanc esse ab omnibus * receptam di-
uisionem, *Crass. in § substitutio, quæst. 3. Cagnol.*
in l precibus, num. 26. Cod. de impuber. & aliis sub-
stitut. Dec. in l. in testamento, num 2. Cod. de mili-
tar. testam. Lancelot. Polit. de substit. in princip.
num. 17. circa fin. Bald. in tract. substit. in princip.
num. 1. Bar. de Hucio in tractat. eiusdem tit. in prin.
num. 1. Zas. in tractat. substit. in princ. sub num. 4.
Paul. Léon in tractat. substit. in princip. num. 60. Soc.
Iun. in l. centurio, num. 18. ff. de vulgar. & pupill.
substitut. Couarr. in §. Raynutius, num 4. extra de
testam. pract. Paps. tit. form lib. quo agit ex substit. in
prin. num. 1. fol. 591.
14 Directa verò † substitutio est illa; per quam
accipitur hæreditas manu testatoris; obliqua au-
15 tem per † quam accipitur manu alterius roga-
ti, vel iussi illam restituere substituto, *Suarez in*
add. ad Gome var. resol. tom. 1. cap 3. num. 16. Crass.
in §. substitutio, quæst. 3. num. 1. in fin. Sforz. Odd.
in tractat. compendiosa; quæst. 5. vers. nunc satis,
Curt. in rub. C. de impuber. & aliis substit. num 9.
Soc. Iun. in dict. l. centurio, num. 19. & 28. Couar. in
dict. §. 4. sub num. 2. Molin. libro 1. de Hispan. pri-
mogen. par. 1. c. 14. num. 2. & 3.

Licèt alii † addiderint fideicommissariam & 16
directam militarem, inter quos ingeniosè, &
neruosè, publicè legendo *rubr. de vulgar. & pu-*
pill. probauit præceptor, & promotor meus Do-
minus Ioseph. Cumia.

ARGVMENTVM.

Vtrum fideicommissaria sit propriè substitutio?

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissaria, non est propriè substitutio, num. 1 rationes, num. 2. 4. 7. 9. 11. & 12. contra, num. 13 rationes, num. 14 15. 16. 17. & 18.*
2 *Substitutionis diffinitio, non conuenit fideicommissariæ, num. 2.*
3 *Fideicommissarius non accepit propria authoritate, sed à manu hæredis, num. 3.*
4 *Dictio, &, ponitur inter diuersa, num. 4.*
5 *Dictio, seu, ponitur inter diuersa. num. 5.*
6 Rub. C. de instit. & substit. & restit sub condit. factis, secundum aliquos codices, apparet concepta cum dictione, seu, *numero 6.*
8 *Quod principaliter fit inspicitur, non autem quod incidenter, num. 8.*
9 *Subrogatus sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, num. 9. declara num 26.*
10 *Fideicommissario detrahitur quarta, num. 10.* § hæres, l. tutores, ff. de admin. tut. casus, *n. 11.* declaratur, *num 27.*
12 *Verbum, substituo, comprehendit vulgarem, & pupillarem, non autem fideicommissariam, num. 12.*
14 *Verbum, substituo, est commune, num. 14.*
15 *Substitutio fit etiam in legatis, num. 15.*
16 *Substituti appellantur hi, qui per fideicommissum vocantur, num. 16.*
17 *Verbum, substitutio, est latissimum, etiam in sui proprietate, num. 17.*
18 *Fideicommissaria secundum communem vsum loquendi appellatur substitutio, num 18.*
19 *Dispositio omnis à consuetudine, & communi vsu loquendi interpretationem recipit, numero 19.*
20 *Fideicommissarius est loco hæredis, num 20.*
21 *Fideicommissarius impropriè est hæres, num 21.*
22 *Dictio, &, & dictio, seu, aliquando ponitur tanquam inter genus, & speciem, num. 22.*
23 *Verbum, substitutio, si consideratur vti genus, comprehendit sub se fideicommissariam, vt speciem, num. 23.*
24 Nigrũ C. de impub. & aliis subst. æquè principaliter tractat de fideicommissaria substitutione, sicut de aliis, *num. 24.* aliter, *n. 25.*
28 *Fideicommissarius, respectu generalis significationis, dicitur propriè substitutus, num. 28.*
29 *Substitutio in dubio intelligitur directa, n. 29.*
30 *Statutum faciens mentionem de substitutione, comprehendit etiam fideicommissariam, num. 30. maximè ex identitate rationis, num. 31. & in materia fauorabili, num. 33.*
32 *Ratio regulat dispositionem, eam ampliando vel restringendo, num. 32.*

QVÆSTIO VIII.

VTRVM fideicommissaria sit propriè substitutio? Respond. aliquos
1 tenuisse quod † non; inter quos fuit, Cagnol. in l. precibus, num. 97. & 98. C. de impub. & aliis substit. vbi testatur
* tur esse communem * opinionem, Aretin. Instit. in tract. substit. sui de fideicommiss. substit. sub num. 4.
* vbi etiam testatur communem * opinionem, Dec. in l. testamento, col 2. Gide multis allegatam & in rub. C. de impub & aliis subst. R. p. Nicol. de Matarel. Bal. Salic. Paul. de Castr. & Corn. in rubr ff. de vulgar. & pupill. substit. Sapia in d. rubr. Cod de impub. & aliis substitut. num. 13. Ias in rubr. Cod. de instit. & substit. Gribal. in l. Gallus, §. & quid si tantum, ver. breuiter vera. & communis ff. de liber. & posth. Paul. Leon. de substit. in princip. num. 107. Tiraquell. tract. le mort saisit. par. 2. declar. 10. sub num. 13. Æmil. Ferret in rubr. ff. de vulgar. & pupill. sub-
* stit. num 8. vbi ait omnes * id tenere.

2 Mouentur primo, argumento † diffinitionis Accursii, de qua in rub. ff. de vulg. & pupill. substit.
* communiter * receptæ, quod substitutio est secunda institutio, quæ fideicommissariæ non conuenit, cum in ea non agatur de institutione hæ-
3 redis; non enim † fideicommissarius accipit propria authoritate, sed à manu hæredis, l. cum quam, C. de fideicomm. l. facta, & l. restituta, ff. ad Trebell. Cephal. consil. 188. num 34. volum. 2. Laurent. de Pinu. consil. 56. num. 3. Paris. consil. 12. num. 115. volum. 2.

Secundo adducitur rubr. C. de instit. & substit. & restitutionibus sub condit. factis, ponderan-
4 do † copulam, &, quæ ponitur inter diuersa, gloss. in vers. non potuit, circa med. c. querelam, extra
5 de Simon. Vel etiam † disiunctiuam seu (vt ha-
6 bent † aliqui Codices) quæ consueuit poni inter diuersa, l. hæc verba, ille. ff. de verbor. sign. Quasi restitutio seu fideicommissaria substitutio, non idem sit cum substitutione. Ad idem ponderatur l. generaliter, in princ. in tex. ibi, substitutioni vel restitutioni, C. de impub. & aliis substit. l. recusare, §. Titius, in tex. ibi, ex restitutione magis, quam substitutione, ff. ad Trebell. l. arrogator, §. 1. ff. de adopt. l. tutores, §. 2. ff. de admin. tutor.

Tertio, ex rubro, Cod. de impub. & aliis substit.
7 iuncto nigro, in quo † non tractatur de fideicommissaria, nisi incidenter, cum in rubr. pollicetur tractare de omnibus substitutionibus;
8 non enim inspicitur, quod † incidenter fit, sed quod principaliter, gl. in l. si quis nec causam, ff. si cert. peta. vbi Ias. num. 3. l. 1. in princip. ff. de author. tutor. l. Nauis aduersa ff. ad l. Rhodiam de iactu.

9 Quarto, substitutus † vel subrogatus debet sapere naturam eius, in cuius locum subrogatur, l. omni qui, §. qui iniuriarum, ff. si quis cautionibus, §. fuerat, Instit. de act. l. 1. §. hæc actio, ff. si quis testam. liber esse iuss. fuer. Ant. Gab. libr. 6. concl. rubr. de regul. iur. concl. 1. num. 1. Gomes in d.
* §. fuerat, num. 5. vbi testatur communem * opinionem. At fideicommissarius non sapit natu-
10 ram hæredis, quia † ei detrahitur quarta, (vt dixi in 3. cent. q. 71. in prin.) ergo dicitur impropriè, & largè substitutus.

Quinto allegatur text. l. tutores, §. hæres, ff. de
11 admin. tut. vbi † hæres fuit grauatus per fideicommissum, & tamen ibidem disponitur, quod non habuit substitutum, ergo, &c.

Sexto asseritur l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pup.
substit. vbi † verbum Substituo, comprehendit vul- 12
garem, & pupillarem, non autem fideicommissariam, quæ comprehenderetur in substitutione facta vni, vel duobus per verbum substituo, si fideicommissaria fuisset propriè substitutio.

Contrariam sententiam, & receptiorem, * vt *
† fideicommissaria dicatur propriè substitutio, 13
tenuit Alexand. in rub. C. de impuber. & aliis substit. sub num. 2. & in rubr. ff. eod. num. 3. vbi Soc. num. 19. Claud. Seysell. & Rep. num. 10. Soc. Iun. in l. centurio, sub num. 39. versic. sed contrariam, ff. de vulgari & pupill. substit. & cons. 128. volum. 1. Sforz. Odd. in tractat. compend. quæst 3. fol. 4. vers. contra-
rium, vbi testatur esse magis communem * sen- *
tentiam, Crass. in §. substitutio, quæst. 3. vers. contrariam, vbi etiam fatetur hanc esse magis com-
munem * opinionem. *

Mouentur primo, quia † substituo, & indè 14
proueniens substitutio, est commune ad directam & obliquam substitutionem, Bart. in l. centurio, circa fin. ff. de vulga. & pupill. substit. l. generaliter, §. cum autem, ver. substituit, C. de instit. subst.
O,asc. consil 74. num. 5 vbi testatur communem * *
opinionem Menoch. cons. 698. num. 6. vol. 7. vbi
etiam dicit communem * opinionem, & consil. *
797. num. 42. vol. 8 vbi etiam fatetur hanc esse
communem * opinionem, Pancirol. consil. 155. *
num. 2. cum concordantiis in 3. centuria, quæst. 38. in princip.

Secundo, quia fit † substitutio, etiam in le- 15
gatis, l. vt hæredibus, ff. de leg. 2. Marc. Anton. Peregr. in tract. de fideicomm. art. 16. sub num. 55. Hieron. Gabr. consil. 114. num. 2. vol. 1. Pancirol. consil. 192. num. 23. G. Bened. in cap. Raynutius par. 2. vers. si absque liberis, el 2. in materia vulgaris substitutionis, num. 41. & 43. extra de testam. per l. vnicam, in fin. C. de cad. toll. Purpur. consil. 351. num 6. & nihilominus in legatis non cadit prima institutio.

Tertio adducitur, l. à filia, §. fin. l. Scæuola. & l. hæredes mei §. cum ita, & § fin ff. ad Trebell. vbi hi,
† qui per fideicommissum vocabantur, substituti 16
appellantur.

Quarto, quia † verbum substitutio, est latis- 17
simum, etiam in sui proprietate, vt dixi in quæst. 2. versic. obstabit: vndè in fideicommissario videtur fieri propriè substitutio, sicut in vsibus, & ouibus, quæ in locum aliarum substituuntur, §. in pecudum, §. sed si gregis, Institutionib. de rerum diuision.

Quinto, quia secundum † communem vsum 18
loquendi fideicommissaria, substitutio appellatur, Lancelot. Polit. in tractat. substit. in prin. num.
13. Et omnis † dispositio à consuetudine, & com- 19
muni vsu loquendi interpretationem recipit, Felin. in proœm. decret. colum. 2 num 3. Bart. in l. non dubium, C. de ll. l. Labeo, ff. de supell. leg. l. librorum, § quod tamen Cassius, ff. de leg. 4. Cephal. consil. 318. num. 58. vol 3. Anall. de lucro dot. quæst 6. num. 7. Crot. cons. 151. num. 5. volu. 2. Stracch. in tractat de mercatur. in prin. num. 14. Tiraq. de retr. sanguin §. 2. gloss. 1. num 5. & 6.

Non obstant adducta in contrarium; quia ad pri-

ad primum respond. quod prædicta diffinitio con-
cernit substitutionem directam, non autem fidei-
commissariam; quæ, licèt non sit propriè secun-
da institutio, est tamen proprie substitutio, cum
20 † fideicommissarius loco hæredis ponatur, *l. po-
stulante, & l. si hæres ff. ad Trebell. Laure. de Pin. consi.
5. num. 22. Bonifac. Elephantutius cons. 56. num. 48.
vol. 2. Cons. diuers. vltim. vol. l. si filius, §. 1. ff. quod cum
eo. l. querebatur, versic. sed mihi, ff. de testam. milit.*
21 Licèt † impropriè hæres sit, *Cephal. cons. 377. num.
35. & cons. 393. num. 153. vol. 3. Grat. resp. 5. num. 72.
vol. 2.*

22 Ad secundum resp. quod illa † dictio, &, vel
seu, ponitur ibi tanquam inter genus, & speciem,
sicut in Euangelio: Dicite discipulis, & Petro, &
in *rub, C de seruit & aqua.*

Ad *l. generaliter, C. de impub. & aliis substit. l. re-
cusare, §. Titius, ff. ad Trebell. l. arrogator. §. 1. ff. de
adopt. l. tutores, §. 2. ff. de adm. tuto.* respond. quia,
licèt substitutio directa, & fideicommissaria in-
ter se differant, & ponantur vti species diuersæ,
23 tamen considerata † substitutione in genere, eam
comprehendit sub se vti species.

24 Ad tertium respon. quod imò in † nigro *C. de
impub. & aliis substit.* tractatur de fideicommissa-
ria substitutione æquè principaliter, sicut de a-
25 liis, vt legitur in *l. precibus.* Vel dicas quod † rub.
loquitur de directis substitutionibus; ideò non
est mirum, si principaliter de fideicommissaria
non tractetur, sed habeat suam rubricam separa-
tam, *C. ad Trebell.*

26 Ad quartum resp. quod † sapit naturam eius,
in cuius locum subrogatur, in iure vtili, saltem
causaliter, *Soc. Iun. in d. l. centurio, num. 36. vers. non
obstat quartum, Paul. Leon. de substit. in prin. sub
num. 94.*

Ad quintum respon. quod ille §. *hæres* loquitur
27 † de substituto directo, *Paul. Leon. in tract. de
substit. in prin. num. 96. & 97. Soc. Iun. in d. l. cen-
turio, num. 38.* & consequenter capitur in specia-
28 li significatione; verum tamen respectu † ge-
neralis significationis, etiam fideicommissarius,
dicitur propriè substitutus, *l. filia, § fi. l. hæredes mei,
§. cum ita, ff. ad Trebell.*

Ad sextum resp. quia ideò verbum, substituo,
non comprehendit fideicommissariam, quia in
29 dubio † substitutio censetur directa, non fidei-
commissaria, *cap. si pater, de testam. lib. 6. glo. in l.
verbis ciuilibus, ff. de vulgar. & pupill. substit. Auall.
consil. 69. sub num. 8. vol. 1. Menoch par. 2. præsum.
libr. 4. præsum. 60. numero 68. Ioann. Cephal. consil.
133. num. 6. inter consil. diuers. vltim. volum. vol. 2. A-
lex. in l. centurio, num. 73. ff de vulg & pup. subst. Dec.
consi. 572. in fin.*

30 Ex quibus infertur † statutum faciens men-
tionem de substitutione, comprehendere etiam
fideicommissariam, *Soc. Sen. in rubr. ff. de vulgar.
& pupill. subst. Curt. Iun. & Alexand. in rubr. C.
31 eod.* Maximè ex † identitate rationis, *Soc. Iun. in
d. l. centurio, sub num. 29. argum. l. filium, habeo, ff.
ad Macedon. gloss. in vers. eligatur.; Clem. 1. de ele-
32 ctio. l. his solis, C. de reuoc. donat.* Cum ratio † sit il-
la, quæ regulat ampliando, vel restringendo dis-
positionem, *l. nemen debitoris, §. fin ff. de lega. 3. l.
cum pater, §. dulcissimis, ff. de legat. 2.* Et multò
33 magis, si statutum † fuisset fauorabile; *Soc. Iun.
in d. l. centurio, num. 40. vers. sed tunc, per l. semper in
generalibus, ff. de reg. iur. l. cum quidam, ff. de lib. &
posthu.*

ARGVMENTVM.

Quid est vulgaris substitutio?

SVMMARIVM.

1 *Vulgaris substitutio, est directa institutio, quæ
à quolibet, & cuilibet fieri potest, num. 1. exa-
minatur, num. 2.*

3 *Bart. magis posuit etymologiam vulgaris, quam
diffinitionem, num. 3.*

4 *Vulgaris substitutio est institutio secunda, dire-
cta eorum, qui in locum institutorum deficien-
tium supponuntur, num. 4. examinatur, num. 5.*

6 *Vulgaris substitutio, est altera hæredis institu-
tio directa, in locum non adeuntis prioris insti-
tuti, num. 6. examinatur, num. 7.*

8 *Testator plures gradus substitutionum facere po-
test, num. 8.*

9 *Hæreditate adita omnes substitutiones vulgares
expirant, num. 9.*

10 *Vulgaris est substitutio directa, quæ à quolibet,
& cuilibet fieri potest, nihil habens specialitatis,
num. 10. impugnatur, num. 11. 12. 13. & 14.*

14 *Diffinitio non debet concipi per eadem verba dif-
finiti, num. 14.*

15 *Vulgaris substitutio, est subrogatio quædam hæ-
redis in locum prioris, qui non existeret, num.
15, impugnatur, num. 16. & 17.*

16 *Militaris directa posset dici subrogatio in locum
hæredis, qui non existeret, num. 16.*

17 *Ius accrescendi posset dici subrogatio hæredis, in
locum prioris, num. 17.*

18 *Vulgaris substitutio, est dispositio testatoris dire-
cto, & communi iure transferens hæreditatem
suam in aliquem, in defectum præcedentis, non
existentis hæredis, num. 18. examinatur, num.
20. 21. 22. 23. & 24.*

19 *Diffinitio perfecta, quæ cõtinere debeat, num. 19.*

22 *Pupillari substitutione succeditur in hæreditate
& bonis pupilli, num. 22.*

25 *Vulgaris substitutio est compositio testatoris, cõ-
tinens successiuum gradum hæreditatis suæ, in
defectum præcedentis, num. 25.*

26 *Vulgaris substitutio, est testatoris directa dispo-
sitio, in defectum instituti facta, quæ à quolibet,
& omnibus fieri potest, num. 26.*

27 *Vulgaris, est substitutio directa, sine aliquo spe-
ciali facta, in locum & subsidium instituti,
num. 27.*

QVÆSTIO IX.



VID sit vulgaris substitutio? Re-
spond. esse † secundam institutio- 1
nem directam, quæ à quolibet, &
cuilibet fieri potest, *las. in l. 1. num. 13.
ff. de vulgar. & pupill. subst. 1.* vbi po-
suit † secundam institutionem loco generis: 2
subiecit directam, ad differentiam fideicommis-
sariæ: dixit, quod à quolibet, & cuilibet fieri po-
test, ad differentiam pupillaris, quæ nisi à patre, 3
filio pupillo, in potestate existenti fieri posset,
& ad discrimen exemplaris, quæ nisi à patre, vel
matre filio furioso, vel mente capto fieri con-
ceditur, quam refert, & sequitur *Sferz. Odd. in præ-*

lud.tract.compendiose par. 2. quæst. 1. *& fuit de mente*
Bart. in l. 1. num. 5. ff. de vulga. & pupill. subst. se-
cundum Crass. in §. substitutio, quæst. 6. vbi testatur
* esse magis communiter * receptum; licèt Bart. i-
3 bidem nostro iudicio magis † etymologiam no-
minis posuerit, quam diffinitionem, *Gul. de Bened.*
in c. Raynutius, in ver. si absque liberis, el. 2. num. 7.
extra de testam. Couarr. in eod. cap. Raynutius, §. 4.
num. 3.

4 Licèt alii diffinierint, quod est † institutio se-
cunda directa, eorum qui in locum institutorum
deficientium; supponuntur, *Aret. Instit. in tract.*
substit. tit. de vulg. subst. sub num. 1. vbi posuit ver-
5 ba illa, institutio † secunda directa, ad differen-
tiam obliquæ, & verba illa, eorum institutorum,
ad differentiam pupillaris, quæ fieri posset exhe-
redato, *l. 1. §. substituere, ff. de vulga. & pupill. subst.*
& verbum deficientium, id est, non adeuntium,
vel quia non voluerunt, vel non potuerunt; *l. cum*
proponas C. de hered. inst.

6 Et alii, vt sit † altera hæredis institutio dire-
cta, in locum non adeuntis prioris instituti, *Ant.*
Fume. in tract. subst. vers. vulgaris substitutio, num.
7 *8.* vbi dixit † altera hæredis institutio, siue ter-
8 tia, siue quarta, siue deinceps; quia testator † plu-
res gradus substitutionis facere potest, & eorum
quilibet dicetur substitutus, in quocunque gra-
du existens, §. 1. *Instit. de vulgari* Dixit, directa,
ad differentiam fideicommissi, & tandem sub-
iunxit in locum non adeuntis prioris instituti,
9 quia † post aditam hæreditatem, omnes substi-
tutiones vulgares expirant, *l. post aditam, C. de im-*
pub. & aliis subst.

10 Et alii, quod † est substitutio directa, quæ à
quolibet, & cuilibet fieri potest, nihil habens spe-
cialitatis, secundum *Imol. in l. 1. col 2. ver. extra glo.*
ff. de vulg. & pupill. substit. quem refert Lancel. Po
lit. de subst. tit. de vulgari, num. 1. vbi subiicit sibi
81 non placere, quia † non satis exprimit id, de quo
quęritur: falsa enim videntur illa verba, à quo-
cumque, considerata persona furiosi filiifami-
lias, vel mente capti, licèt verificentur verba cui-
cunque; quia non requirit substitutio vulgaris
capacitatem primi instituti, *l. 2. C. de hered. instit.*
12 Neque si replicabitur, illa † verba intelligi de-
bere de habili, obiectum tolleretur; quia etiam
aliæ substitutiones directæ ab habilibus confici
13 deberent; Item, quia illa † verba, nihil habent
14 specialitatis, sunt superflua. Item quia † diffinit
substitutionem, per idem verbum substiturio,
vt tandem displicuit *Paul. Leon. in tract. de substit.*
num. 7. & 8.

15 Et alii, quod † est subrogatio quædam hære-
dis in locum prioris, qui non existeret, *Lancel. Po-*
lit. in tract. subst. de vulga substit. num. 1. in fin. quem
refert & sequitur *Zas. in tract. substit. num. 1.* Li-
cèt displiceat *Paul. Leon. in tract. subst. num. 9. 10.*
16 *& 11.* tum, quia † directa militaris posset dici sub-
rogatio in locum hæredis, qui non existeret,
& sic daretur diffinitio sine diffinito; tum et-
17 iam, quia † ius accrescendi posset dici subroga-
tio hæredis in locum prioris, qui non existeret,
l. 1. C. quando non petent. part. l. qui plures, ff. de vulg.
& pup. subst.

18 Et alii, quod † est dispositio testatoris, dire-
cto, & communi iure transferens hæreditatem
suam in aliquem, in defectum pręcedentis, non
existentis hæredis, *Paul. Leon. in tract. substit. num.*
14. vbi subiicit, esse perfectam diffinitionem,
quia † constat ex genere, & differentiis, & con- 19
uertitur cum suo diffinito: verbum † namque, 20
dispositio, stat locu generis: verbum, testatoris,
ad differentiam dispositionis legis, vt successio-
nis ab intestato; & iuris accrescendi, verbum,
directo, ad differentiam fideicommissariæ, ver-
ba communi iure ad differentiam militaris, quæ
fit in iure speciali, *l. centurio. ff. de vulgar. & pup. sub-*
stit. l. miles ita, in prin & l. miles etiam, ff. de milit.
testam. Vulgaris † transferens hæreditatem, ad dif- 21
ferentiam substitutionis, quæ in legatis, & dona-
tionibus causa mortis fieri potest, verbum suam
ad differentiam pupillaris, per † quam non in 22
hæreditate ipsius testatoris succeditur, sed in hæ-
reditate, & bonis pupilli, *Instit. in prin. de pu-*
pill. substit. verba † in defectum præcedentis, non 23
existentis hæredis, fuerunt apposita, vt com-
prehendantur omnes casus, in quibus verifica-
ri hæc substitutio potest: conuertitur † cum suo 24
diffinito, quia non dabitur substitutio vlla vul-
garis, cui dicta diffinitio non conueniat, nec dif-
finitio hæc dabitur, quæ non sit vulgaris sub-
stitutio.

Et alii; quod † est compositio testatoris con- 25
tinens successiuum gradum hæreditatis suæ, in de-
fectum præcedentis de iure communi, *Paul. Le-*
on in tract. subst. num. 18.

Et alii, quod † est testatoris directa dispositio, 26
in defectum instituti facta, quæ à quolibet, & o-
mnibus fieri potest, *Constan. Roger. in tract. substit.*
tit. 1. in pr. n num 2. fol. 11.

Et alii, quòd est † substitutio directa sine ali- 27
quo speciali facta, in locum & subsidium institu-
ti, *Petr. Gregor. par. 3. Syntagm. iuris vniuersi, libr.*
42. c. 12. num. 2 fol. 534.

ARGVMENTVM.

Vnde dicatur vulgaris substitutio?

SVMMARIVM.

1 *Vulgaris substitutio dicitur, quia à quolibet, &*
cuilibet fieri potest, nu. 1. alii astipulantur etymologiæ, si fuerit additum verbum, directè,
num. 2.

2 *Vulgaris appellatur eo, quia quilibet scit vti istis*
verbis; Si hæres non erit, num. 3. contra, num. 4.
defenditur, num. 5.

6 *Vulgaris dicitur eo, quia omnibus patet, num. 6.*

7 *Vulgaris dicitur, id est, directa, num. 7.*

8 *Vulgaris dicitur, id est, approbata, num 8.*

9 *Vulgaris dicitur, quasi sit consueta verbis vulgaribus, num. 9.*

10 *Vulgaris dicitur, id est, expressa, num. 10. quæ*
expositio respicit etiam tacitam, num. 11.

ca *Vulgaris dicitur, id est, quæ nihil habet specialitatis, num. ca.*

13 *Vulgaris dicitur, quia magis latè patet, quam cætera alia, num. 13.*

QVÆSTIO X.



VLGARIS substitutio vnde dica-
tur? Resp. quod † vulgaris dicitur, 1
quia à quolibet, & cuilibet fieri po-
test, *Bart. in l. 1. num. 5. ff. de vulg. &*
pup. subst.

pup. subst. Azo in sum. C. de impub & aliis subst. gloss. rubr. Inst. de vulg. subst. Lancelot. Polit. in tract. subst. in materia vulgaris, particula 5. num. 1. Gul. de Benedict. in cap Raynutius. part. 2. in materia vulgaris, nu. 7. vers. primo, pract. Papir. tit. de form lib. quo agi. ex
* *subst vulga. num. 3.* vbi ait, id * omnes fateri.

Sferz. Odd. in tract. compendiosa part. 2. q. 2 ita
2 demum adstipulatur dictæ † etymologiæ, si fuerit additum verbum, directè, ad tollendas à Doctoribus adductas difficultates; maximè, quia sine eo conueniter fideicommissariæ, *Bald. de Vbald. in tract. de subst. rub. de vulg subst. sub num. 1.*

Alii dixerunt vulgarem † appellari, eò, quia qui-
3 libet scit vti istis verbis si hæres non erit, quos refert *Cynus in l. precibus, C de impub. & aliis subst. Bar. in l. sub num. 5 ff de vulg. & pupil. subst.*

Quorum eliditur sententia, quia secundum è-
4 am † fideicommissaria posset dici vulgaris, cum quilibet sciat etiam vti verbis ad eam aptis, vt bene ponderauit *Bart in d. l 1. sub num. 5.*

Replicat *Polit. in tract. subst. in materia vulgaris,*
5 *part 5 sub num 1* quia licèt † ob eam caussam dicta sit vulgaris, non per hoc sequitur, vt vbicunq; eadem caussa sit, eadem debeat esse appellatio.

6 Et alii, posse dici † vulgarem, eò, quia omnibus patet, *l. vulgaris, ff de furt l. in ratione, §. quod vulgo ff. ad l. Falc. d. l. filiusfamilias § secundum vulgarem. ff de legat. 1. Petr. de Gregor par. 3 Syntagm. iur. lib. 42. cap. 12. circ a princip.*

7 Et alii, vt exponatur † vulgaris, id est, directa, *l. quidam cum filium, in fin ff. de hæred instit. Bald. de subst. rubr. de vulgar. subst. sub num. 1. Aret. Instit. in tractat subst. rub. de vulgar. subst. num. 3.*

8 Et alii, vt † exponatur vulgaris, id est, approbata, *l si seruus nauim, ff. de furt.* quam refert *Bald. in tract. de subst. rubr. de vulga. subst. sub num 1. Aret. instit. in tract de subst. rubr. de vulg. subst. sub num 3.*

Et alii, quia † fit consuetis verbis vulgaribus, *l. 3.*
9 *ff. rem rat. habe. Bart. in l 1. sub num 5. ff. de vulga. & pupil. subst. Aret. in d rub. de vulg. subst. sub num. 3. Polit. de substit. in mater. vulgar. particula 5. sub numer. 2.*

10 Et alii, vt † dicatur vulgaris, id est, expressa, *l. libertates. ff de fideicomm l. liber. Bald. in d. tract. subst. rub. de vulga. subst. sub num. 1.* vbi subiicit, licèt secundum corticem hæc expositio videatur respicere tantùm vulgarem expressam, non tacitam, atta-
11 men † comprehendit, etiam tacitam, quàm ius exprimit, & si non testator, *Bart. in l. 1. sub num. 5 ff de vulgar. & pup. subst. Aret. instit. in tract. subst. rub. de vulga. subst. sub num 3.*

12 Et alii, vt † dicatur vulgaris, id est, quæ nihil habet specialitatis, *l. edicto. § extat, ff. de in e fisci, Bal. in tract. subst. rub de vulga. subst. num. 1 in fin.*

13 Et alii, quia † ipsa magis latè patet, quàm cæteræ aliæ, *Paul. Leon. de subst. in rub. vulgaris substitutio, num. 27. Lancel. Polit. in tract. subst. in materia vulg. particula 5. in fin.*

ARGVMENTVM.

Quare fuit inuenta vulgaris substitutio?

SVMMARIVM.

1 *Vulgaris substitutio quare fuit inuenta, numer. 1. & 2.*

2 *Vulgaris substitutio fuit inuenta duplici ratione, num. 2.*

QVÆSTIO XI.

VVLGARIS † substitutio quare fuit inuenta? Respond. præcipuè † duplici ratione. prima, vt bona potiùs irent ad substitutum, non adeunte primo loco instituto, quàm ad venientes ab intestato, forsan inimicos testatoris: secunda, vt testator magis decederet ex testamento, quam ab intestato, publica, & priuata inspecta vtilitate, *Paul. Leon. in tract. subst. rub vulgar. subst. num. 38. 41. & 59. per l. vel negare, ff. quemadmod. testam. aper. l. hac consultissima. §. ac cum humana, C. qui testam. facere poss. Lancel. Polit. in tract. subst. in materia vulgar. particula 4 num 1. & particula 3 sub numer. 92. Petr. de Gregor. par. 3. Syntagm. iuris lib. 42. cap. 12 in princip.* 1 2

ARGVMENTVM.

Quotuplex sit vulgaris substitutio?

SVMMARIVM.

1 *Vulgaris substitutio est triplex: expressa, tacita & mixta, num. 1. alii dixerunt, esse duplicem, expressam & tacitam, num. 2 alii triplicem, expressam scilicet, tacitam, & præsumptam, nu. 5:*

3 *Vulgaris expressa dicitur verbis generalibus, verbis specialibus, & verbis singularibus, num. 3.*

4 *Vulgaris tacita, alia est præsumpta, alia interpretata, & alia dubia, num. 4.*

6 *Expressum quot modis dicatur, num. 6. 7. 49. 50. 51 58 62 71 73. 74 75. 91. 92. & 93.*

7 *Expressum dicitur illud, quod in genere dicitur, nu 7, limita, n. 8. 9. 10. 11. 12. 18. 23. 30. 31. 32. 33. 34. 37. 38. 39 43. 45. 46. 47. & 48.*

8 *Expressum in genere non dicitur, quando fauore certæ personæ deberet fieri expressa mentio, nu. 8.*

9 *Expressum in genere non sufficiet, quando lex noua induceret nouam formam in aliquo actu celebrando. & vellet de ea expressam mentionem fieri, num. 9.*

10 *Verba generalia non sufficiunt, quando requiritur, vt quid fiat verbis expressis, num. 10.*

11 *Verba generalia non sufficiunt, vbi lex in aliquo actu pro forma requirit aliquid expressum, n. 11.*

12 *Verba generalia non sufficiunt, quando lex noua correctoria iuris antiqui requirit aliquid expresse fieri, num. 12.*

13 *Lex noua permittit testatori expressè prohibere Falcidiam, num. 13. contra ius antiquum, nu. 14*

15 *Testator specialiter, & nominatim debet prohibere Falcidiam, num. 15. non autem sufficiet iubere integram, aut totam hæreditatem restitui, num. 16. contra, num. 17.*

18 *Expressum non dicitur, quod venit in consequentiam, etiam necessariam ad actum expressum, num. 18 contra, num. 19. distinctio, num. 22.*

20 L. sicut certi. C. de milit. testam. declaratur; *num. 20.*

21 *Exheredatio nominatim fieri debet, num. 21.*

23 *Verba generalia non sufficiunt, quando requirerentur in genere generalissimo, num. 23. exempla, num. 24. 26 28. & 29.*

24 *Fortuiti casus renunciatio, requirit expressa, numer. 24.*

25 *Fortuitis casibus renunciasse quis non videtur, si susceperit in se omne periculum, num. 25.*

26 *Mandatum speciale requiritur ad petendam*

restitutionem in integrum, num. 16. & in aliis casibus, remissiuè, num. 27.

18 *Clausula non obstante quacunq; lege contraria sufficiet, absque eo quid subiiciatur, tali lege, n. 28.*

29 *Renunciatio specialis vbi requiritur, non sufficit renunciare omni exceptioni, seu priuilegio, nu. 29.*

30 *Generalia verba non sufficiunt, vbi verteretur aliquod graue, & magnum preiudicium, num 30.*

31 *Generalia verba non sufficiunt, vbi requiritur mandatum speciale principaliter in fauorem aduersarii, num. 31.*

32 *Generalia verba non sufficiunt in rescriptis ad beneficia, num 32.*

33 *Generalia verba non sufficiunt, quando constitutio requireret expressionem per verba geminata, n. 33.*

34 *Generalia verba non sufficiunt in odiosis, num 34. exemplum, nu 35. item, quando requiritur certitudo respectu speciei, num. 37.*

36 *Rescripta ad beneficia propter nimiam clericorum ambitionem, sunt odiosa, num 36.*

38 *Generalia verba non sufficiunt, cum aliquid deberet fieri specialiter, nu. 38 item, vbi lex, vel statutum requireret nominatim expressum, nu 39. exemplum, num. 40. item, in iuramento, quod in genere prestitisse non sufficit, num. 43. item, vt minus dicatur nouum, quod postea specificè expressum est, si antea tantum verbis generalibus comprehensum fuisset, num. 41.*

40 *Grauaminis causa debet exprimi in appellatione à grauamine, n. 40. nominatim, num. 41 nec sufficeret expressio per verba generalia, nu. 42.*

43 *Iuramentum vt dicatur interuenisse, debet verbis specificis exprimi, & non in genere, num. 43.*

44 *Iuramentum adiici non debet, etiam si partes consenserint, vt instrumentum possit extendi ad sensum, & consilium sapientis, aut vt notario videbitur, num. 44.*

45 *Expressum generaliter, dicitur tacitum verbis specialibus, num. 45.*

46 *Speciale plus habet energiæ, & ponderis, magisque timetur, quàm generale, num. 46.*

48 *Expressum in genere non sufficit, quando requiritur expressio ad effectum faciendi aliquem incidere in pœnam, num. 48.*

49 *Expressum dicitur illud, quod in specie fit, nu. 49.*

50 *Expressum dicitur id quod singulariter & propriò nomine exprimitur, num. 50.*

51 *Expressum dicitur, quando in aliquo actu interponitur iuramentum, num. 51.*

53 *Iuramentum habet vim expressi, nu. 52. etiam vbi requiritur quicquam speciale, num 53. nisi generale non valeret defectu consensus, nume. 54. secus, si adesset consensus, saltem in genere, num. 56. vel nisi expressum aliquid pro forma requiratur, num. 57.*

55 *Iuramentum non supplet consensum, nu. 55.*

58 *Expressum dicitur, quod fit nutu, aut aliis signis euidentibus, num. 58. nisi expressio esset de forma, num. 59.*

60 *Expressum dicitur, quod prsuppenitur ex natura exceptionis, regulam esse expressam, numer. 60. exemplum, num. 61.*

62 *Expressum dicitur, quod ex mente & coniecturis necessario colligitur, nu 62. declara, vt non dicatur euidenter expressum neque patenter, num. 64 & 65. item, vt non dicatur expressum verbis, sed lege, num. 66. item, vt tunc dicatur expressum, si colligitur ex eo, quod expressum reperitur, num. 67 item, vt dicatur expressum generaliter tantum, non specialiter, num. 68. item, vt impropriè dicatur expressum, num. 69.*

63 *Probatio coniecturalis dicitur manifesta probatio, num. 63.*

64 *Expressum euidenter non dicitur, quod ex coniecturis tantum elicitur, etiam ex verbis testatoris, num. 64. neque patenter expressum, nu. 65.*

70 *Argumentum a contrario sensu, non dicitur expressum, etiam generaliter, nu. 70.*

71 *Expressum dicitur, quod tacitè inest ex natura verbi, illud importantis, num. 71.*

72 *Expressum dicitur tacitum, quod sequitur ex expresso, num. 72.*

73 *Expressum dicitur, quod ex precedentibus, & sequentibus verbis scriptura apparet, errore scribentis omissum, num. 73.*

74 *Expressum dicitur, quod disponentes verisimiliter expressissent, si de eo cogitassent, aut interrogate fuissent, nu. 74.*

75 *Expressum dicitur, per relationem ad expressum, num. 75 declara, vt talis expressio dicatur ficta, & impropria, num. 76. contra, num. 82. distinguunt alii, num. 84. alii aliter, nu. 85. & aliter num. 86. item, declara, num. 87. 88. 89. & 90.*

77 *Dictio,* perinde, *significat fictionem, n. 77.*

78 *Dictio,* quasi. *significat fictionem, num. 78.*

79 *Forma impleri debet verè & propriè, & non per actum fictum, & improprium etiam æquipollentem, num. 79.*

80 *Expressio vbi requiritur de forma, non sufficit eam fieri per relationem ad aliud, num. 80.*

81 *Sententia appellationis, confirmatoria prioris continentis iuris errorem expressum, eumdem errorem continere videtur, num. 81.*

83 *Hæredis nomen sufficiet exprimi per relationem ad aliud, num 83.*

91 *Expressum dicitur, si in aliqua dispositione fuerit apposita clausula, vt habeatur pro expresso, nu. 91. contra, num. 92. distinctio, num. 93.*

94 *Tacitum quot modis dicatur, num. 94 95. 96 97. 98. 99. 100 & 101.*

95 *Tacitum dicitur illud, quod magis intellectu concipitur, quàm verbis, num. 95. item, quod ex facto insurgit, non ex verbis, num. 96. item, quod per rationem intellectus colligitur, num. 97 item quod ex coniectura ta mente & voluntate deprehenditur, nu. 98. item quod sine verborum prolatione habetur pro expresso, n. 99. item, dicitur omne, quod ex interpretatione venit, n. 100. item, quod habet consensum prsumptum, n 101.*

QVÆSTIO XII.

VVLGARIS substitutio quotuplex sit? Resp. esse triplicem, expressam, taci- 1
tam, & mixtam, partim scilicet expressam, & partim tacitam, *Bart. in l. . n 6. in fin ff de vulg. & pupill. subst.* quem refert & sequitur *Sforz. Odd. in prolud. tract. compẽdiose, par. 2. q. 3. in prin* vbi etiam ait esse receptum ab omnib * DD. *Conf. Roger. in tract. subst. tit 1. §. 2. n. 1 fol 12 G. Bened. in c. Raynutius par. 2. vers si absq; liberis, el. 2 1. de vul. subst. n. 13 insi extra de testã.*

Alii

3 Alii dixerunt, esse † duplicem, expressam scilicet, & tacitam, *gloss. in vers. ad exemplum, §. qua ratione, Instit. de pupill. subst.* Et † expressa, altera quæ fit verbis generalibus, altera, quæ fit verbis specialibus, & altera, quæ fit verbis singularibus, vt exemplificat *Paul. Leon. in tract. substit. rub. vulgaris substitutio, num. 21. Bart. de Hucius in tract. subst.*
4 *cap. 1. sub num. 2.* Tacita † verò, alia præsumpta, alia interpretata, & alia dubia, *Gul. de Cun. & Cyn. in l. precibus, C. de impub. & aliis subst.*

5 Et alii, quod † est triplex, expressa, tacita & præsumpta, *Lancel. Polit. in tract. subst. rub. de vulgar. subst. num. 6. circa fin.* quem refert *Zas. in tract. eiusdem tit. cap. 1. num. 2. circa fin.*

6 Expressum verò dicitur † pluribus modis: pri-
7 mò dicitur expressum illud † quod in genere dicitur, *l. fin. in fine, C. quod cum eo, Bart. & Bald. in l. prætor, ff. de noui operis nunt. idem Bart. in l. 1. num. 7 ff. de vulgar. & pupill. subst. & in l. centurio, col. 2. ff. eod. Signor. consil. 176. colum. 3. vers. præterea licèt, per l. sed an vltro, in princip. ff. de negot. gest. l. negotium, vbi gloss. C. eodem, Bald. Imol. Franc. Aret. in l. illud, ff. de acquir. hered. Bald. consil. 319. colum. 2. lib. 5. Petr. de Anchar. consil. 393. colum. 1. Paul. de Castr. cons. 91. colum. 3. vers. aut si hoc absurdum, lib. 2. Alexand. cons. 76 colum. 4. vers. & si dicatur, volum. 5 & cons. 201. col. 2. vers. confirmantur prædicta lib. 6. Tiraq. de legibus connub. gloss. 7. nu. 87. Franc. Aret. in l. qui liberis, §. hac verba. ff. de vulgar. & pupill. subst. per l. Lucius, ff. eod. & in l. si fideiussor, §. meminisse, colum. 2 vers. super secundo articulo. ff. de legat. 1. Barbat. in cap. ad aures, colum. 4 sub num. 18. extra de rescript. Ias. in l. Stichum qui meus erit, ff. de legat. 1. & in l. 1. colum. 16. vers. confirmo per doctrinam, ff. eod. Dec. cons. 389. column. vlt. Ruin. consil. 159. colum. 4. num. 9. lib. 3. Parisi. cons. 97. colum. 14. nu. 106. lib. 1. l. 2. §. 1. ff. de doli mali except. l. in fundo, ff. de supell. legat. l. filia, qui, §. vlt. in fin. ff. de rebus dub. l. quærebatur, ff. de milit. testam. l. sed si hoc, in princip. ff. de cond. & demonstr. l. balista, in fin. ff. ad senatusconsult. Trebell. l. fin. §. camelasia, ff. de muner. & honor. l. 1. §. quod si ab initio, ff. de exerc. action. l. diem, §. si quis, ff. de arbitr. l. circa, C. locati, l. cum multa, §. si igitur dote, C. de donat. ante nupt. l. neque, C. de iure dot. l. fin. §. omnem, C. de admin. tut. l. si quis argentum, in prin. C. de donat. l. 2. C. in quibus caus. pign. vel hypot. tacitè contrah. l. illud, C. de collat. cap. 2. in fin. extra, depos. Rimin. Iun. consil. 21. num. 68. volum. 1. Natt. cons. 474. num. 13. Cephal. cons. 196. num. 12. Burs. cons. 381. num. 9. volu. 4. Iacob. Beret. cons. 94. num. 9. Bonifac. Roger. consil. 56. num. 31. volum. 1. Becius cons. 14. nu. 15. Surd. cons. 181. num. 42. volum. 2. Marius Anguss. consil. 66. num. 8.*

8 Limita primò non † procedere, quando fauore, & respectu certæ personæ deberet fieri expressa mentio: tunc enim non sufficerent verba quantumcunque generalia; veluti si diceretur contra quascunque personas cuiuscunque qualitatis, aut conditionis existant; sed requireretur specialis expressio personæ, *gloss. in verb. expressè, cap. inquisitoris, vbi Domin. de hæret. lib. 6. Anton. & Imol. in Clement. constitutione, per illum text. de elect. Roman. in Authent. similiter, in fin. C. ad l. Falcid. Alexand. cons. 122. col. 3. vers. secundo adducitur, lib. 4. Barb. cons. 24. colum. 3. vers. facit etiam, quia vbicunque, lib. 1. ff. de vulgar. & pupill. subst. ille, colum. 3. vers. limita istam regulam. iste, colum. 8. nu. 56. idem Ias. in l. 1. colu. 5. vers. quinto adde, ff. si quis in ius vocat. non ier. & in l. prætor, in princ. column. 2. ff. de operis noui nunt. & cons. 97. colum. 3. vers. item vbi requiritur, lib. 4. Gul. Bened. in cap. Raynutius, in vers. si absque liberis moreretur, 2. num. 15. extra de testam. Tiraqu. de legibus connub. gloss. 7. num. 92.*

Limita secundò, non procedere, quando lex † 9
noua induceret nouam formam, in aliquo actu celebrando, & vellet de ea expressam mentionem fieri: tunc enim non sufficeret expressio per verba generalia, *Franc. Aret. & Soc. in l. 1. ff. de vulgar. & pupill. subst. ille, colum. 6. vers. secundo videtur: iste, colum. 8. vers. secundo limita, Tiraq. de legib. connub. gloss. 7. num. 94.*

Limita tertiò non procedere, quando † requi- 10
ritur, vt quid fiat verbis expressis; tunc enim non sufficeret, vt verbis generalibus id fieret, *Tiraqu. de legibus connub. gloss. 7. num. 97. l. vltimam, §. defensionem, vers. omnem autem dubitationem, C. de administr. tut. Marc. Anton. Pereg. in tract. de fideicomm. art. 3. num. 89. Aret. instit. de vulg. subst. colum. 2. Alexand. cons. 129. colum. 2. volu. 1.*

Limita quarto, vt non † procedat, vbi lex in ali- 11
quo actu pro forma requirit aliquid expressum; quia non sufficeret adimplere verbis generalibus, *Tiraq. de ll. connub. gloss. 7 num. 8. Ias. in l. prætor, in princip. col. 4. vers. ex qua diligenter, ff. de nouo operis nunt. Felin. in cap. ad aures, col. 2. vers. nihilominus sequenda est, extra de rescr.*

Limita quintò, vt non † procedat, quando lex 12
noua correctoria iuris antiqui, requirit aliquid expresse fieri; quia tunc non sufficiunt verba generalia, sed debet nominatim fieri, & specialiter, *Ang. in §. si vero expressum, per illum text. Auth. de trient.*
& semisse. vbi inquit, cum lex † noua permittat te- 13
statori exprese prohibere Falcidiam, *l. si vt allegas,*
C. ad l. Falcid. quæ † corrigit ius antiquum; *l. quod* 14
de bonis, §. 1. & §. vlt. ff. ad l. Falcid. Ideo debet † il- 15
lud exprimi a testatore specialiter, & nominatim,
nec sufficit generaliter id fieri, puta iubendo † in- 16
tegram, aut totam restitui hæreditatem, *idem Ang. in §. illud quoque, Auth. de trien. & semisse, & in Auth. sed cum testator, circa prin. C. ad l. Falc. Rom. in Auth. similiter, col. vlt. C. ad l. Falcid. & cons. 75. & cons. 79. Alex. cons. 122. col. 3. vers. quia respond. vol. 4. Barbat. cons. 19. col. vlt. lib. 1. & cons. 24. col. 2. & cons. 25. colum. penul. & cons. 37. colum. 8. eod. lib. & inter cons. Alex. cons. 123. col. 1. lib. 4. Maria. Soc. inter cons. Bartol. eius filii, cons. 14. col. vlt. lib. 1. idem Bartol. Soc. filius in l. 1. col. 8. vers. hanc tamen regulam, ff. de vulg. & pupill. subst. & cons. 209. col. 2. lib. 2. Oldrad. cons. 248. in 4. dub. Bart. in l. centurio, col. 7. vers. quid dicemus dubito, ff. de vulg. & pup. subst. vbi etiam Ang. & Imol.*
Et si contrarium, † vt sufficiant verba generalia ad 17
prohibitionem Falcidiæ, puta si fuerint legata bona pleno iure, integrè, aut sine diminutione, videtur tenere *Tiraq. de ll. connub. gloss. 7. num. 102.* & tetigi in tract. de Casibus Conscientiæ, *cent. 1. cas. 1. n. 23. fol. 4.*

Limita sextò, vt non † procedat in eo quod ve- 18
nit in consequentiam, etiam necessariam ad actum expressum: quia illud non dicitur expressum, sed tacitum, cùm nudis verbis comprehendi non possit, ita videtur *text. in l. sicut certi, C. de testam. milit.*

vbi si miles sciēs se habere filium, instituat extraneū hæredem, intelligitur filium exhæredare, sed tacitè, *G. Bened. in c. Raynutius, vers. si absq; liberis, 2. n. 15. vers. 4 extra de testam. Franc. Aret. & Ias. in d. l. sicut certi, idem Ias. in l. 2. col. 5. vers. quarto vltra scribentes, ff. de vulg. & pupil. substit.*

19 Contrariam † sententiam videtur tenere *Ripa in l. 1 col. 8. n. 61. ff. de vul. & pupill. subst. per l. si quis locuples, ff. de manum. testam. Tiraq. de ll. connub. gloss. 7. num. 107.*

Et respondent ad *d. l. sicut certi, C. de testam. milit.*
20 primò, quia † exhæredatio de qua loquitur illa lex, non venit ex consequentia verborum, sed ex interpretatione legis: secundo, & receptius, * quia ibi exhæredatio dicitur tacita verbis singularibus, & sic respectu formæ; quia † nominatim fieri debuit,
21 *l. 1. ff. de liber. & posthum.*

Alii distinctionis fœdere vtramque opinionem
22 concordare conati sunt, vt prima † procederet, vbi consequentia posset esse non vera; secunda, vbi consequentia esset infallibilis, ita est de mente *Fel. in c. nostra, 2. correl. extra de rescr. Curt. iunior consil. 159. col. vlt. vers. sed quia negari, vol. 2.*

23 Limita septimo, vt non procedat, quando † verba essent generalia in genere summo, seu generalissimo, sed opus esset, vt saltem sint in genere subalterno, seu vt descendāt ad quandam speciem, non etiam sit necesse vt veniant ad indiuiduū. *Ti-*
24 *raq. de ll. connub gloss. 7. n. 108.* vbi dat † exemplum, quod quis non tenetur de casibus fortuitis; nisi eis expresse renuntiauerit, *l. sed & si quis, §. quæsitum, ff. si quis caution. l. opus quod aduersione, ff. loca.* non
25 enim videretur † renuntiasse omnibus casibus fortuitis, si quis suscipiat in se omne periculum, sed opus est, vt saltem in genere suscipiat casus fortuitos absq; eo quod dicat incendii, naufragii, & cæterorū, *per l. si quis fundum, in prin. ff. loca glo. in d. § quæsitum, Alex. in l. Titius, in prin. ff. de liber. & posthum.*
26 Item ad petendum † restitutionem in integrum requiritur speciale, & expressum mandatum, sicut in
27 † multis aliis casibus, qui enumerantur *per gloss. in l. Pomponius, ff. de procur. in c. qui ad agendum, eod. tit. lib. 6.* vnde non satis erit ad eam petendam, si quis constituat procuratorem in omnibus casibus, in quibus requiritur speciale & expressum mandatū, sed opus est, vt constituatur ad petendam in integrum restitutionem, absque necessitate exprimi in tali causa, *Bart. in l. Titius, ff. de liber. & posthum. & in l. filius familias, ff. de donat. Bald. Angel. & Salic. in l. 1. C. etiam per procuratorem causa integr. rest. agi pos. idem Bald. in d. §. quæsitum, colu. 4. & in l. illud, §. 1. ff. de minor. Anchar. in cap. procurator, de elect. lib. 6. Alexand. consil. 189. colum. 2. vers. quarto probatur, lib. 7. Dec. cons. 20 colu. penul. vers. secundo re-*
28 *spondetur.* Item, satis esse † si dicatur non obstante quacunque lege contraria, absque eo quod subiiciatur tali lege, *Bart. in l. vlt. in fin. C. si contra ius vel vtilit. pub. & in l. in fin. ff. si quis in ius vocat. non ierit.*
29 Item in illo casu, † in quo requiritur specialis renuntiatio, non satis est renuntiare omni exceptioni, siue priuilegio, sed sufficiet renuntiare omni priuilegio fori, licét non descendat ad aliquam speciem siue indiuiduum priuilegii fori, *Ias. in l. 1. ff. si quis in ius vocat. non ier. & in l. sed si quis, §. quæsitum, ff. si quis cautio.*

Limita octauo, vt non procedat, vbi † versaretur graue aliquod & magnum præiudicium; quia 30
tunc nulla generalitas quantumcunque expressa, satis esset, nisi re ipsa esset omnino specialiter & nominatim expressa, *Bart. in l. filius familias, col. penult. ff. de donat. per l. si quis mihi bona, §. iussum, vers. sed verum, ff. de acquir. hered. l. generali, ff. de ritu nupt. cap. vlt. de procur. lib. 6. Alexand. & Iason in l. Titius, ff. de liber. & posthum. Alexand. consil. 156. circa princip. libr. 5. Tiraqu. de legibus connub. gloss. 7. num. 111.*

Limita nonò, vt non procedat, vbi † requiritur 31
mandatum speciale principaliter in fauorem aduersarii, qui dubitat, ne dominus postea reuersus dicat se hoc non intellexisse, & sic aduersarius ipse damnificaretur; quia tunc requiritur, vt exprimatur specialiter in indiuiduo, *Bart. in l. filius familias, §. vlt. ff. de donat. per l. quia ita, ff. ad Trebell. c. procurator, de elect. lib. 6. & Clem. non potest, de procurator. Tiraq. de legibus connub. gloss. 7. num. 112.*

Limita decimò, vt non procedat in † rescriptis 32
ad beneficia, in quibus non sufficerent verba generalia, sed requireretur expressa, vel specialis mentio, *Tiraq. de legibus connub. gloss. 7 num. 114. Clem. 2. de offi. ordin. vbi Card. quæst. 14. Ioan. And. Cald. Imol. & Anto. in cap. nostra, extra de rescr. Dominic. in capit. non potest, de concess. prebend. lib. 6. Abbas & Felin. in cap. ad aures, de rescript. ille, in princ. illo, colum. 2.*

Limita vndecimò, vt non procedat, quando † 33
constitutio requireret expressionem per verba geminata; puta si dicat, exprimit omnia, & singula; tunc enim non sufficeret expressio in genere, *gloss. in versic. omnia & singula, cap. circa, de elect. libr. 6. vbi Ioann. Monach. Ioan. Andr. & Philip. Franc. Ripa in l. 1. colum. 10. vers. ex hoc infertur, ff. de vulg. & pupill. subst. Clem. constitutionem, vers. cæterum, vbi gloss. in vers. circumstantiis, de elect. Tiraq. de ll. connub. gloss. 7. num. 117.*

Limita duodecimò, vt non † procedat in odio- 34
sis, *Tiraq. de legibus connub. gloss. 7. num. 116.* vbi exemplificat, quando † in rescriptis beneficiali 35
bus ex iuris dispositione requiritur expressa mentio alicuius qualitatis; quia non sufficeret mentio per quamdam consequentiam, cum † rescripta ad 36
beneficia propter nimiam ambitionem clericorum sunt odiosa, *Dominic. in cap. humanum genus, colum. 4. distinct. 1. vbi etiam Felinus column. 2. Iason in l. prætor, column. 2. versic. tertiò fallit, ff. de noui operis nunt.*

Limita decimo tertio, vt procedat, quando † re- 37
quiritur expressum simpliciter, et si certitudo requiratur respectu speciei, non sufficeret huiusmodi certitudinem fieri per verba generalia, sed requiritur vt fiat per verba denotantia speciem, *Dominic. & Franc. in cap. si Episcopus, post gloss. in versic. certas, de praben. lib. 6. Tiraq. de legibus connub. gloss. 7. num. 118.*

Limita decimo quarto, vt non † procedat, cum 38
aliquid debet fieri specialiter; quia non sufficiet verbis generalibus fieri, *gloss. in vers. specialiter, l. 1. vbi Bart. Bald. Salic. & Fulgos. ff. si quis in ius vocat. gloss. in versic. specialiter, Clemen. 1. vbi Card. Florent. in 7. not. de iudic. Ioann. Andr. in cap. 1. de except. lib. 6. Bartol. in l. legitimos, circa finem princip. ff. de legit.*

ff de legit. tutor. Anton & Imol. in Clem. constitutio-
nem, col. 2. de elect. Ias. in l. 1. col. 1. versic quarto adde,
40 ampliat, d. regulam † procedere etiam in ſtatutis ac
41 etiam ſi eſſet diuerſa ratio in vno † determinabiliũ quàm in alio, puta in teſtatore, relinquente vxori quatuor corbes frumenti ex tali fundo, & decem libras, quia, licèt frumentum diuerſa ratione non debeatur, niſi tempore recollectionis, tamen pecunia, etiam anteà non debetur, cum ambo eodem legato relicta ſint, *Bart. in l. ſi legatarius, §. cum ita, ff. de legat. 3. Menoch. conſ. 684. num. 19. volum. 7. Anall. conſ. 22. num. 12. volum. 2.* limitatque non
† procedere, vbi maior fauor fuiſſet in vno deter- 42
minabili, quia tunc æqualiter non determinaret,
puta, ſi teſtator † dixerit, cum filius meus hæres ad
decimum quartum annum peruenerit, relinquo 43
talem fundum, & libertatem ſeruo: certè ſi moriatur ante decimum quartum annum, extinguitur legatum fundi, ſed non libertatis, per *Iaſon. in d. l. iam hoc iure, col 5. & Alexand. in d. l. in teſtamento, l. ſi ita ſcriptum, ff. de manum. teſtam l. ſi ſeruus liber, ff. de ſtat. liber.* ac etiam limitat non procedere in † 44
diſpoſitione neceſſaria, puta, ſi teſtator † inſtituat 45
filium hæredem, & nepotem ex eo, non in eligitur eos vniformiter inſtituere, ſed nepotem poſt filium, cum nepos ſit inſtitutus viuente filio ex cauſſa neceſſitatis, ne, ſi viuo teſtatore, filius moreretur, teſtamentum rumpatur, per *l. Gallus, §. 1. vbi gloſſ ff de liber. & poſthum.* Idem Axioma ſequitur *Bart. in l. Lucius, n. 13. circa med. ff. de vulg. & pupill. ſubſt. Bald. in tract. ſubſt. in materia reciproco, ſub num. 12 Bart. de Huc. in tract. ein. demonſt. cap 4. ſub num. 10 Cephal. conſ. 67. num. 22. volum. 1. Franc Mantic in tract. de coniect. vlt. volun. lib. 5. tit. 8. num. 10. & tit. 11. num. 12. & lib. 4. tit. 8. num. 9. & lib. 5 tit. 6. num. 10. Caualc. deciſ. 80. num. 14. part. 3 Oſaſc. deciſ. Pedamon. 20. num. 5. Vincen. de Franch. deciſ. 468. num. 4. par. 3. & deciſ. 360. num. 7. part. 2. Honded. conſ. 44 num. 16. Roman. Ian. conſ. 50 num. 23. volum. 1. Menoch. conſ. 706. num. 52. & conſ. 741. num 7. vol. 8. & conſ. 556. num 4. vol. 6. & conſ. 327. num. 62. & conſ 328. num. 65. & conſ. 332. num. 26. & conſ. 370. num 25. & conſ. 376 num. 60. & conſ. 379. num. 18. volum 4. & conſ. 88. num. 19. volum. 1. Beccius conſ. 101. num. 65. Anton. Croſetus conſil. 1. num. 32. & conſ. 30. num. 4. volum. 1. Marcabrun. ab Anguill. conſ. 103. num. 8. & conſ. 54. num. 19 & conſil. 86. numer. 31. & conſil. 85. numer. 163. & conſ 71. numer. 160. & conſ. 83. numer. 123 Cephal. conſ. 473. num. 18. vol 4. & conſ. 353. num. 14. vol. 3.* Et conſequenter, ſicut expreſſa pupillaris expirat ſuperueniente pubertate, ita & ipſa tacita vulgaris.

Sextò, quia cum † pupillaris ſubſtitutio reſtri- 46
cta fuerit ad tempus pupillaris ætatis, extendi non poterit ad vulgarem, quia voluntas teſtatoris fuit non prouidendi vltra illud tempus. *l. ſi ita quis: & l ſi quis plures liberos, in prin. ff. de vulg. & pup. ſubſt.*

Contrariam ſententiam, & receptiorem, * vt † 47*
expirata pupillari expreſſa, etiam reſtricta ad tempus pupillaris ætatis ſuperueniente pubertate, non dicatur expiraſſe tacitam vulgarem ſub ea comprehenſam, tenuit *Menoch. in tract. præſum. l b 4. part. 2 præſumpt. 43. circa fin.* vbi eam teſtatur æquiorem & menti teſtatoris magis conſentaneam, *Couarr. in cap. Raynutius, § 5. num. 5. verſ. cæterum extra, de teſtam gloſſ. Imol. & Corn. in l lex Cornelia. ff de vulgar & pupill ſubſt. Lancel, Polit. in tract. de ſubſtit. rub de exemplari, num. 3. in fin. Coraſ. in l. poſt aditam, num. 18, C. de impub. & aliis ſubſtit. Soc. ièn. Rip. & Alciat. in l 1. ff. de vulgar. & pup. ſubſt. ibi, num. 57. in fin iſte, num. 215. verſ. contrarium tenent, hic num. 160 Salic. in l. ſi teſtamento, column. 4. verſ. ranoco in dubio an tacita vulgaris, C. de impub. & aliis ſubſtit.*

Mouentur primò, quia ſi † teſtator caſu quo fi- 48
lius ſibi hæres eſſet, & in pupillari ætate deceſſiſſet, voluerit tam bona ſua, quam pupilli ad ſubſtitutum pertinere, *l. ſed ſi plures, § ad ſubſtitutos, ff de vulga.*

49 *vulg. & pup. subst.* verisimile etiam est, si † pupillus
sibi hæres non esset, voluisse quod saltem bona sua
ad eundem deferrentur substitutum, quem omni-
bus, excepto pupillo prætulit, *l. hæredes mei, § cum*
50 *ita, ff. ad Trebell.* Quæ † ratio militat, si pupillus hę-
res non esset, quia moriatur post pubertatem, hæ-
reditate repudiata; vel si intra pubertatem, eadem
repudiatione præmissa; mortuus fuerit.
51 Secundò, quia nihil quò † ad effectum refert,
substitutionem pupillarem ita factam esse, vt si-
mul vnica substitutione, etiam vulgarem cótineat,
vel quod vtraque substitutio separatim fiat, *l. iam*
hoc iure, §. si autem & § vlt. ff. de vulg. & pup. subst.
52 vtroque enim casu † vulgaris, & pupillaris propri-
um habet effectum, sed vulgaris separatim facta
nullo tempore restringitur, ergo nec est restringē-
da, si simul cum pupillari fiat.
53 Tertiò, quia si † tacita vulgaris sustinetur, pu-
pillari substitutione ab initio inutili existente, sub
qua comprehensa dicitur, vt dixi supra in *ampl. 2.*
54 *num. 19.* Ergo † multo magis deberet sustineri taci-
ta vulgaris, quando ab initio pupillaris semel vali-
da fuit. *Soc. Sen. in l. 1 num. 36. ff. de vulga. & pupill.*
substit.
55 Alia † octo argumenta adducuntur à *Couarr. in*
d. §. 5 sub n. 5. ad quem delego lectorem, ne reco-
ctam crambem (vt est in prouerbio) ad mensam
reponere videar.
Tenentes posteriorem sententiam, respondēt
ad arg. contraria, & primò ad primum *l. qui habe-*
56 *bat ff. de vulg. & pup. subst.* quia † ibi filius impubes
hæreditatem patris adierat, atq; ideò vulgaris ex-
pirauerit per aditionem, non per pubertatem, ita
Couarr. in d. §. 5. num 5. vers. illud sanè, vbi subiicit,
illud Iurisconsulti responsum, rationem habere
ex eo, quod spes substitutionis non transit ad hæ-
redem substituti, *Menoch. d. præsum. 43. sub num. 13.*
dictamque legem nihil facere, fatetur *Bart. in l. 1.*
sub num. 56. ff. de vulg. & pup. subst.
Ad *l. si fundum, § fin. ff. de leg. 1. & l. pen. §. vlt. ff.*
57 *de necess. seru. hæred.* Resp. quod † ibi hæres institu-
tus adiuerat hæreditatem, aliàs legatarius minimè
vendicaret legatum, *l. si nemo, ff. de test. tut. l. si nemo,*
ff. de reg. iur. l. eam quam, C. de fideicom.
Ad *l. vlt. vers. fin ff. de fideicomm. libert.* Respon-
58 dēt, quia † illa libertatis conditio cum pupilli per-
uenissent ad pubertatem, intelligebatur si ipsi pu-
pilli hæredes extitissent, & ad pubertatem uenis-
sent, ideoque non censetur repetita à substitutis;
quia admitti non potuissent ad hæreditatem, si
conditio adimpleretur quidem non ex pupillari,
quæ adueniente pubertate expirasset, neque ex
tacita vulgari, quæ pariter expirasset aditione hæ-
reditatis, *Menoch. d. præsum. 43. num. 16. Rip. in l. 1.*
sub num. 215. ff. de vulg. & pup. subst.
Ad quartum arg. Respondent non procedere,
59 quando † tacitum est æquè principaliter, & di-
stinctum ab expresso, *l. si fideiussor, ff. de leg. 1* & ita
60 est † principalis tacita vulgaris, sicut expressa pu-
pillaris, & si altera sit potentior; *Couarr. in cap.*
Raynutius, § 5. num. 5. vers. secundo, Menoch. dict.
præsum. 43. num. 17. Rip. in d. l. 1. num. 163. ff. de vulga.
& pupill. substit. Mantica de coniect. vlt. vol. libr. 5.
tit. 6. num. 8.
61 Ad quintum arg. Resp. quod hæc † vulgaris ta-
cita non determinatur à verbis expressæ pupilla-
ris, sed à dispositione legis, quæ interpretatur ta-
lem fuisse mentem testatoris, vt si locus esse non
possit pupillari, locum habeat vulgaris, *Menoch. d.*
præsum. 43 num. 18, Couarr. d. §. 5. num. 5. vers. 2. vbi
subiicit, licèt † expressa pupillaris, & tacita vulga- 62
ris procedat ab vna, & eadem oratione, tamen di-
uersis modis, & rationibus, vndè diuersa ratio co-
git ad diuersam interpretationem, & consequen-
ter non deberet videri mirum, si dispari modo in-
telligatur vulgaris, quā fuerit exposita pupillaris.
Ad sextum Arg. Resp. quod restrictio † illa in 63
telligitur quò ad expressam pupillarem, non au-
tem quò ad vulgarem tacitam, quam testator veri-
similiter noluit restringere ad tempus pupillaris
ætatis, ne contingeret eum decedere sine hæ-
rede, *Couarr. in d. § 5 num. 5 sub vers. illud sanè, Me-*
noch. d. præsum. 43 num. 19.
Amplectentes verò priorem, subdeclarant,
primò, vt non † procedat, quando substitutio pu 64
pillaris fuisset facta sine temporis præfinitione:
verbi gratia, si fuerit † dictum, Quisquis mihi hæ- 65
res erit, filio meo hæres esto; quia tunc expirata
pupillari aduentu pubertatis, non expiraret taci-
ta vulgaris, *Bart. in l. 1. num. 59. in fin ff. de vulgar. &*
pup. substit. Couarr. in c. Raynutius, §. 5. vers. 4. extra
de testam.
Secundò subdeclarant, vt non procedat quan-
do † substitutio pupillaris fuisset facta in tempus 66
longius: verbi gratia, si † testator dixerit, Si filius 67
meus decesserit intra viginti quinque annos, Ti-
tius hæres esto; quia tunc, licet finiatur pupillaris
adueniente pubertate, *l. in pupillari, & l. centurio, ff.*
de vulg. & pup. subst. tamen † durabit vulgaris, *arg.* 68
l. fin. C. de hæred. inst.
Tertio subdeclarant, vt non procedat † in vul- 69
gari comprehensa sub pupillari concepta verbis
specialibus (quæ cum expressa dicatur) non fi-
niretur cum ipsa pupillari, sed locum haberet, et-
iam post pubertatem, *Couarr. in c. Raynutius, §.*
5. num. 5. vers. sanè, extra de testament. Menoch. d.
præsum. 43. circa fin. Bald. in l. precibus, num. 42. C.
de impub. & aliis substit. quem refert *Sforz. Odd. in*
prælud. tractat. compend. par. 2. q. 3. ver. limitatur au-
tem vbi testatur communem * opinionem, & ex- *
emplificat quando concepta † fuisset pupillaris si 70
ne illis verbis, Si hæres erit, *Soc. & Ripa. in l. 1 ff. de*
vulgar. & pupill. substit. ille, numero 36 iste, numero
167. Paul. de Castr. in d. l. precibus, num. 11. Rip. num.
84. Sebast. Sap. numero 47. & Curt. Iun. n. 32. Crass.
in §. substitutio, quæst. 7. num. 6. vbi testatur frequē-
tiori * calculo esse receptam sententiam *Emanuel* *
a Costa, in cap. si pater, ver. pupillares, num. 9. de te-
stament. libr. 6. Quicquid dixerit *Dec. in d. l. preci-*
bus, num. 16.

ARGVMENTVM.

Quando dicatur vulgaris mixta?

SVMMARIVM.

1 *Vulgaris mixta dicitur quo ad casus, & quo ad verba.*
2 *Vulgaris mixta, quo ad verba, dicitur illa quæ est expressa in genere, & tacita in specie, quæque continetur sub breuiloqua, & compendiosa.*
3 *Verba, Si hæres non erit, comprehendunt duos casus, scilicet, Si hæres noluerit esse, vel si hæres esse non potuerit.*

4 *Verba, Si hæres esse noluerit, faciunt dependere vltimam voluntatem ab alieno arbitrio*, num 4. contra, n. 5.

6 *Verba, Si hæres esse non potuerit, inducunt substitutum ad votum mortis instituti*, num. 6. contra, n. 5.

8 *Vulgaris facta in casu, Si hæres noluerit esse, trahitur ad alium casum, si hæres esse non potuerit*, num. 8. & è conuerso, num. 9. rationes, num. 10. 17. 19. 20. 21. 22. contra, num. 23. rationes, num. 24. 34. 44. 51. 54. 55. limita, num. 79. 86. 87. & 88.

11 §. & quid si tantum, l. Gallus, de liber. & posth. casus, num. 11. declara, num. 12 13 14. 15. & 16.

12 *Deportatio successit in locum interdictionis aquæ & ignis.*

13 *Emancipatio est quasi morti similis.*

14 *Emancipatus desinit esse suus iure ciuili inspecto, secus de iure prætorio.*

15 *Filius tollitur de medio, si fuerit seruus pœnæ.*

16 *Æquipollentibus satisfit cuilibet dispositioni regulariter*, num. 16. & 35.

17 L. fin. C. de posth. hæred instit. vel exhæred. vel præter. casus, num. 17. declaratur, num. 18.

19 *Paria sunt nolle, & non posse.*

20 *Substitutionibus in omnibus directis, debet fieri latissima interpretatio.*

21 *Testator, si de alio casu cogitasset, verisimiliter prouidisset.*

22 L. fin. C. de instit. & subst. casus.

24 L. pater Seuerinam, in prin. ff. de cond. & demonstr. casus, num. 24. declara, num. 26. 27. & 29.

25 *Nolle non dicitur, qui nec velle potuisset.*

28 *Probatio liquidissima requiritur in pœnalibus.*

30 *Legata non sunt fauorabilia, sicut institutiones.*

31 *Testator, in institutionibus non præsumitur incontinenti se corrigere; secus in legatis*, num. 32.

33 *Vulgaris substitutio, ita potest fieri in legatis, sicut in hæreditate.*

34 L. commodissimè, ff. de liberis & posthum. casus, numero 34. declaratur, num. 36. 39. 40. 42. & 43.

37 *Testator, si instituerit filiam, quæ sibi nasceretur, & matrimonium contrahet in mille; filiam verò, quæ sibi nascetur, & monasterium ingredietur; in quingentis, si nata habitum Religionis sancti Francisci professa fuerit, dicetur præterita, & testamentum rumperet*, contra, n. 38.

40 *Institutio filii est forma substantialis testamenti.*

41 *Substitutio sunt introducta, vt plenius, & pinguius testator possit de suis bonis disponere.*

44 *Substitutio suapte natura habet propriam conditionem declara*, n. 46.

45 *Conditio debet adimpleri in forma specifica, & nõ per æquipollens. declara*, n. 50.

46 *Conditio quædam est necessaria ad ipsum actum. exemplum*, num. 48. *Quædam est necessaria ad effectum ipsius actus*, num. 47. exemplum, num. 49. *Quædam est voluntaria*, num. 50.

52 *Inclusio vnius, est exclusio alterius*, num. 51. declara, n. 52. & 53.

54 *Testatori imputandum erit, qui verba clariùs exponere potuit, & non fecit.*

55 *Testator præsumitur noluisse, cum non dixisset.*

56 L. veteribus, ff. de pact. & l. quicquid adstringendæ, ff. de verb. obl. regula, loquitur in cõtractibus, num. 56. non autem in vltimis voluntatibus, num. 58. & 60.

57 *Contractus vtriusque consensu conficiuntur.*

58 *Vltima voluntatis ex coniecturis, contra propriam verborum significationem, deprehenduntur.*

59 *Vltimis in voluntatibus latior sumitur interpretatio.*

61 L. qui ex duabus, ff. de acquir. hæred. legitur tripliciter, num. 61. germanus intellectus, num. 62. & 64.

63 *Institutio conditionalis, pendente conditione non transmittitur ad hæredem.*

65 *Testator non potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus.*

67 L. si ita quis, ff. de vulg & pup subst. casus, num. 67. declara, num. 72. & 73.

68 *Argumentum de tempore, ad modum, valet.*

69 *Argumentum de tempore ad quantitatem, valet.*

70 *Argumentum de tempore ad locum, valet.*

71 *Argumentum de tempore ad personam, valet.*

72 *Extensio ad casum permittitur; nõ autem de tempore ad tempus.*

73 *Testator se restringens ad certum tempus, videtur omne aliud tempus excludere.*

74 *Lancel. Polit. nescit rationem diuersitatis, quare extensio permittitur de casu ad casum, & non de tempore ad tempus.*

75 L. 4. ff. de acqui. hæred. casus.

77 §. Si filius, l. si mater, ff. de vulg. & pupill. subst. casus, num. 77. declaratur, num. 78.

78 §. Si filius, l. si mater, ff. de vulg. & pupill. subst. valde subtilis.

79 *Extensio de vno casu ad alium non fit, quandò excluderetur persona magis dilecta à testatore, quàm substitutus.*

80 L. Titio vsufructus, ff. de cond. & demonstr. casus, num. 80. declara, num. 81. 82. & 83.

84 *Symbolum in habentibus, facilis est transitus.*

85 *Extensio de vno ad alium non fit, quando testator elegisset vnum indiuiduum casum, de contentio sub altero casuum, voluntatis, vel impotentia.*

86 *Sforz. Odd. male ponderauit Alexan.*

87 *Extensio de vno casu ad alium non fit, quando specialiter de casu omisso esset facta prouisio.*

88 *Extensio de vno casu, ad alium non fit, quando in vulgari substitutione fuisset dictum, tunc & eo casu.*

89 *Vulgaris mixta quo ad casus, quando dicatur.*

90 *Prouisio facta in vnum casum, quando porrigatur ad alium, notabilis distinctio.*

QVÆSTIO XVII.

QVANDO dicatur substitutio vulgaris mixta, scilicet partim expressa, & partim tacita? Resp. posse dici † duplici respectu, quò ad verba scilicet, & quò ad 1
casus. Quo ad verba dicitur illa, † quæ est expressa 2
in genere, & tacita in specie, quæ q; continetur sub breuiloqua seu reciproca, & compendiosa, *Crass. in §. substitutio, quæst. 7. num. 7. Sforz. Odd. in prelud. tract. compend. par. 2. quæst. 3. col. 2. Fabin. Boder. in declar.*

*declar. arbor. substit. in littera C. per gloss. in l. in testa-
mento, C. de test. milit. glo. in l. precibus, C. de impub.
& aliis subst. glo. in l. Lucius, ff. eod. glo. in § quarata-
ne, Inst. de pup. Franc. Mant. de coniect. ult. vol. lib. 5.
tit. 3 n. 13. Gu. Bened. in cap. Raynutius, par. 2. versi. si
absque liberis, el. 2. in materia vulgaris substit. n. 24.
extra de testam.* Quicquid sentiat *Zas. in tract. subst.
c. 1. num. 5 circa med.*
Quò ad casus, quando dicatur mixta vulgaris;
vt benè intelligas (lector) scias primum substitu-
3 tionem † illam, Si hæres non erit, comprehende-
re duos casus; scilicet, si hæres noluerit esse, vel si
hæres esse nõ potuerit, *Bar. in l. 1. n. 13. ff. de vulg. &
pup. subst. per l. cum proponas, vbi Ias. n. 3. C. de hered.
instit. Crass. in § substitutio, quest. 8. nu. 2 in fi.* vbi te-
* statur communem * opioionem, *Bal. in l. humani-
tatis, n. 33. ver secundo, C. de impub. & aliis subst. Mã-
tica d. tit. 3. sub n. 13. Vinc. de Franch. decis. 299. num.
3. par. 2. Curt. Iun. in l. hæres instituta, n. 7. C. de impub.
& aliis subst. Menoc. cons. 651. n. 5. vol. 7.* vbi ait ita o-
* mnes * interpretes tenere, & *cons. 797. n 25. vol 8.
& consil. 399. n. 21. & 26. vol. 4. & consil. 206. n. 189.
vol. 2. & consil. 171. n. 28. eod. vol. Ofasc. consil. 74. n. 6.*
* vbi testitut communem * opinionẽ, *Hiero. Gabr.
consil. 169. n. 38. vol. 1. Cephal. consil. 410. n 48. vol. 3.
Paris. consil. 44. num. 6. vol. 3. Purpur. consil. 290. n. 2.
& consil. 485. num. 4. Gu de Bened. in cap Raynutius,
par. 2. in materia vulgaris, num. 141.* vbi respondet
4 ad obiectum circa primum casum, si hæres † esse
noluerit, quasi faciat dependere vltimam volun-
tatem ab alieno arbitrio, contra *l. captatorias, C. de
5 testam. milit.* quia non dependet expresse † ab alie-
no arbitrio, sed tacitè, vel potius videtur depende-
re ab arbitrio testatoris; à quo omnis vltima vo-
luntas oecesse habet capere fomitem. Item Resp.
6 ad obiectum circa secundum casum, Si hætes †
esse non potuerit, quasi inducatur substitotus ad
votum mortis instituti, contra *l. fin. Cod. de pact. l.
stipulatio hoc modo concepta, ff de verborum obl gat.
7 cap. nulla, extrà de conceß. preben.* quia ista † substi-
tutio vulgaris non inducit votum captandæ mor-
tis infallibiliter, & certitudinaliter, nec facultа-
: tem testandi tollit, *Petrus Gregor. in tract. de dot. de
paragio, q 6. n. 4.*
8 Et † substitutio facta in vnom casom ex prædi-
ctis, scilicet si hæres noluerit esse, trahitur ad ali-
um casum, si hætes oon potuerit esse; & è conuer-
9 so, substitutio † facta in casu impotentiæ, si hæ-
res esse non potuerit, trahitur ad casum noluнta-
tis, si hæres esse noloerit, *Bart. in l. 1. numero 14. ff. de
vulgar. & pupill. substitut. & in l. pater Seuerinam,
in princ. numero 2. ff. de cond. & demonstrat. Gul. de
Cun. in l. precibus, quest. 1. C. de impuber. & aliis sub-
stitut. Baldus in l. cum proponas, Cod. de hered. instit.
Anto. de Butr. in c. Raynutius, in materia vulga-
ris, extra de testam. Paul. de Castr. consil. 136. volum.
1. Raynutius in tractat. substit. in materia vulgaris,*
quem refert add. ad *Bart. in d. l. 1. in litera M. Sforz.
Odd. in prælud. tract. compend. par. 2. quest. 3. colum.
* penult. ver. si autem,* vbi testatur communem * o-
pinionem, *Rip. in d. l. 1. num. 84.* vbi etiam testatur
* communem * opinionem, *Corrias. in l. post aditam,
num. 26. C. de impub. & aliis subst. G. Bened. in d. c.
Raynutius, ver. absque liberis, el. 2. in materia vul-
garis substit. num. 25. & 26.* vbi testatur communem
* * opinionem *Ruin. in d. §. & quid si tantum, n. 99.*

*vbi Emanuel à Costa par. 5. n. 5. Conar in d. c. Raynu-
tius, § 4. n. 5.* vbi etiam testatur communem * opi- *
nionem, *Bar. in l. Titius, § Lucius, ff. de vulg. & pu-
pill. subst. Soarez. in add. ad Gomez. tom. 1. var. resol.
c. 3. num. 23. Crass. in §. substitutio, q. 7. sub num. 7.* vbi
etiam ait esse communem * opinionem, *Paul. Le-* *
on. de subst. in materia vulgaris, n. 72. vbi etiã fatetur
esse cõmunem * opinionem, *Lancel. Polit. in tract.* *
eiusdem tit. in materia vul q. 7. prin. par 6. num. 1. vbi
ait hanc esse communem * conclusionem, *Ias. in* *
*d. l. 1. num. 23. Bart. in l. si mater, § si filius, numero 3.
ff. de vulgar & pupill. subst. Bald. de Vbal. in tractat.
substit. rubr. de vulg. subst. num. 6.* vbi testatur hanc
esse veritatem, *Bart. de Hucio in tractat. eiusdem tit.
c. 1. sub n. 5. Zas. in tract. de subst. rub. substit. vulgaris
effectus, n. 6. Petr. Gregor. par. 5. Syntagm. iuris, lib 42.
cap. 12. n. 4 Bonifac. Roger. consil. 19. n. 8. vol. 1. Cephal.
Consil. 410. n. 51. vol. 3.*
Probatur † dicta sententia, primò per *l. Gallus,* 10
§. & quid si tantum, ff de lib. & post h. vbi † substitu- 11
tio in personam nepotis, si filius viuo testatore mo-
reretur, extenditur etiam casu, quo filius de me-
dio tolleretur, aquæ & ignis interdictione, in cu-
ius † locum hodie successit deportatio, *l. 3. ff. ad* 12
l. Iul. pec. l. 2 § 1. ff de pœn. quæ est mors ciuilis, *l. 1. §.
filium. ff de bon. pos. contra tab. l. actione, §. publicatio-
ne, ff. pro soc.* item exteoditur casu, quo filius tolle-
retur de medio † emãcipatione, quę est quasi mor- 13
ti similis, *l. si mater, C. de inst. & subst.* per quam iuri
ciuili † inspecto desinit esse suus, licèt secus sit de 14
iure prætorio, *l. si cum patrono, §. 1. ff. de bono poss.* itẽ
extenditur, si alio casu filius † de medio tolleretur, 15
vt quia fieret seruus pœnæ, *§ penult. Inst. quib. mod.
ius patr. potest. sol.* nihil enim † refert quid de æqui- 16
pollentibus contingat, *l. fi. C. de dona. quæ sub modo,
l. mulier, in prin. ff. ad Trebell.*
Secundo confirmatur per *l. fi. C. de posth. hered.
instit. vel exhered. vel pret.* vbi † institutio posthu- 17
mi, infra decem mẽses post mortem testatoris na-
scitur, trahitur ad alium casum, scilicet, si nasci cõ-
tigerit viuo testatore, ex identitate rationis, *arg.
l. 3 C. de inoff. testament. l. si ita, primo Respon. ff. de li-
ber. & posthum. l. si extraneus, ff. de cond. causa da-
ta.* nisi † appareret testatorem voluisse tantũ pro- 18
uidere in illum casum expressum, *l. commodissime,
ff. de liber. & posthum. l. si cum dotem, in princ. ff.
sol. matrim.*
Tertiò munitur, quia † paria suot nolle & non 19
posse, *l. 1. §. vsus, ff. de procur. l. mulier, ff. ad Tre-
bellian, Iodoc. Damhouder. in enchirid. parium, aut
similium iuris, versic. nolle, Ruyn. consil. 126. numero
5 vol. 2 pract. Papie. in form. libell. quo agitur ex sub-
stitut. ver. substituit vulgariter, col. 2. numero 4. fo-
lio 200.*
Quartò tuetur, qoia regulariter in † substitu- 20
tionibus debet fieri latissima interpretatio, *Ias. in
l. 1. num. 24 ver. adde, ff. de vulgar. & pup. substit. Zas.
in tract subst. in materia reciproca, sub num. 10 Boer.
decis. 38 num. 14. Soc. Iun. in l. centurio, sub n. 269 ff.
de vulg. & pup. subst. Crass. in §. substitutio, q. 81. n. 7.*
vbi testatur commonem * opinionem, *Mascar.
vol 3. de probat. concl. 1346. n. 2 Bart. in l. sub conditio-
ne, nu. 2. ff. de hered. instit.* vbi etiam *Bald. circa fin.
ver. & est ratio, idem Bal. in l. humanitatis, C. de im-
pub. & aliis subst. & in l. cũ proponas, n. 8. C. de hered.
instit. Curt. Sen. cons. 51. sub num. 29. Alciat. consil.*

*q.4.num.13.tom.3.lib. 9. Cephal.consil.124.num. 19.
ver.sexto,vol.1.Decian.respon.10.n.31. vol.3. Mantu-
ça lib.5.de coniect.vlt.vol.tit.1.num. 2. Riminal. Jun.
consil.736.num.22.vol.7.G.Bened.in dict.tit. vulgar.
subst.sub num.26. Hiero. Giga.consil.105.column.3.ver.
8.facit.*

Quintò defenditur ex verisimili mente testa-
21 toris; qui si † de alio casu cogitasset, verisimiliter
prouidisset, *l.Titius.§ Lucius,ff.de lib.& posth.gloss.
in l.sale pactum,§ fi.ff.de pact. Bart. in l.iam hoc iure,
in prin.num.1.circa med.ff.de vul. & pup.subst. Paul.
Leon.in tract.subst.in materia vulgaris,n.103.in fin.*

Sextò fortificatur per *l.fin. C. de instit. & substit.*
22 vbi substitutio † vulgaris facta in vnũ casum parti-
cularem, si posthumus non nasceretur, trahitur ad
alium, si nascatur, & moriatur, quam benè ad pro-
positum notarunt *Angel. & Imol. in l.si pater fami-
lias,ff.de hered.inst.*

Non desunt tamen, qui in contrariam incli-
nauerunt sententiam; scilicet substitutionem vul-
23 garem factam in casu † noluntatis, non trahi ad
alterum casum impotentiæ, & factam in casum
impotentiæ, non trahi ad casum noluntatis, quos
retulit doctissimus, & acutissimus Præceptor, &
Promotor meus *D.Ioseph. Cum.dum l.1.ff. de vulg.
& pup.subst.* publicè legens magno cum nomine
me, & alios doceret.

Moti primò per *tex.l. pater Seuerinam, in princ.*
24 *ff. de cond. & demonstr.* vbi pater † legauit Seueri-
næ Proculæ prædium, si Ælio Philippo cognato
nupsisset, &, si non nupsisset, idem prędium dari
voluit dicto Ælio Philippo, contingit quod antè
quam puella viri potens extitisset, diem suum ob-
iit; fuit quæsitum à Papiniano Iurisconsulto, v-
trum legatum Ælio Philippo deberetur; qui re-
spondit, quod non; quia ea conditio, *si non nupsis-
set*, verificatur, si filia nubere noluisset, non et-
25 iam, si morte præuenta non potuisset; cum † no-
luisse non dicatur, qui nec velle potuisset, *l.qui ad
certum, ff.loca.l.velle,ff. de reg.iur.* & consequenter
ostenditur (secundum eos) quod conditio expres-
sa in casu noluntatis, non trahitur ad casum im-
potentiæ.

26 Sed respondeas, quod ibi non † fuit expressus
casus noluntatis, sed tantummodò adiecta condi-
tio, *Si non nupsisset*; ideò non trahitur ad casum im-
potentiæ: at in nostro themate loquimur, cum
alter casus fuisset expressus, noluntatis, vel impo-
tentiæ. Hæc responsio antè nos placuit *Paul.Leon.
in tract.subst.in materia vulgaris,n.98. Lancel. Po-
lit.in tract. eiusdem tit.in materia vulgaris, q.7.prin.
particula 6.sub num. 7. circa fin.*

Bart.in dict.l.pater Seuerinam, in fin. princ. aliter
27 respondet, quod ibi † fuit facta substitutio in pœ-
nam, si nollet nubere; sed quia puella non potuit
nolle, morte præuenta, & consequenter deli-
ctum non commiserit, non potuit in pœnam inci-
dere *l. aliud est fraus, ff.de verb & rer.signi.* eamque
responsionem sequitur *Iasin l. 1.sub num. 23.ff. de
vulgar. & pupill. substit.* subiiciens, quod in casu *d.
l.pater Seuerinam*, fit translatio legati de vna per-
28 sona in aliam, in eius pœnam, & in † pœnalibus
debet fieri liquidissima probatio, *l. in testamen-
to, el 2. ff. de cond. & demonstr. Bald. in cap.1.qual.
dom.propr.priuet.* Quamque responsionem pro-
bauit *Bal.de Vbal.in tract.subst. rub. de vulgar.sub-
stit.sub num.6. Zas.in tract. eiusdem tit.rub. substitu-
tionis vulgaris effectus,n.7.*

*Rayn. de Forl. in tract. substit. in materia vulga-
ris,* respondet, quod *d.l.pater Seuerinam*, loquitur
in legatis † seu fideicommissis particularibus; 29
communis verò conclusio in hæreditate, quasi † 30
legata non sint ita fauorabilia, sicut institutiones;
quia in institutione testator † non præsumitur in 31
continenti se corrigere, *l.non ad ea, ff.de cond. &
demonstr.* secus † in legatis; *gloss.in l.si te solum, & in* 32
l.si quis instituatur, ff.de hered.inst.

Sed dicta solutio, & differentia communiter * *
damnatur; quia † substitutio vulgaris ita fieri pō- 33
test in legatis, sicut in hæreditate, *l. vnica, in fi. C.
de caduc.toll l.vt heredibus,ff.de leg 2.l.Titium, & Se-
ius.ff.de hered.inst.*

Secundò mouentur, per *l.commodissimè, ff.de
liber. & posthum.* vbi † posthumus institutus, si vi- 34
uo testatore nasceretur, non videtur institutus, si
commortuo natus fuerit, sed vti præteritus rumpe-
ret testamentum, ecce quod prouisio facta in vno
casu non trahitur ad alium.

*Bart.in l. Gallus.§ & quid si tantum, sub numero 1.
oppos.2.ff.de lib.& posthu.* respondet, quod in no-
stra conclusione, casus omissus, est similis expres-
so; ideò † fit extensio de vno ad alium: quasi non 35
referat quid ex æquipollentibus fiat, *l.si mater, C.
de instit. & substit. in dicta verò l. commodissimè*, ca-
sus † sunt prorsus dissimiles, ideò per prouisio- 36
nem factam in vnum casum, non videtur in alio
prouisum: eadem solutio placuit *Bart.de Hucio in
tract.subst.c.1.sub n.5.*

Vndè aliàs docuit idem *Bart.in d.l. commodissi-
mè, num.1.* si † testator instituerit filiam, quæ sibi 37
nascetur, & matrimonium contraher in mille, fi-
liam verò, quæ sibi nascetur, & monasterium in-
gredietur, in quingentis, si mulier nata habitum
religionis tertii ordinis sancti Francisci professa
fuerit, & sic nec nubet, nec monasterium ingre-
ditur, quod dicitur præterita, & testamentum ru-
ptum, *Ias.in l.quamuis, C.de impub. & aliis substit.
Bart.in l.si pater, circa fin. C. de instit. & subst.*

Quamuis Bart. doctrinam non laudauerit *Po-
lit.in d.quæst.7.num. 4. & 5.* quasi † conditio videa- 38
tur verificata, si puella habitum tertii ordinis san-
cti Francisci suscepisset, & minus idem Polit. ap-
probauerit eiusdem Bart. solutionem; tum † quia 39
dissimilis est casus noluntatis, casui impotentiæ;
tum etiam, quia vulgaris est dissimilis pupillari, &
nihilominus altera comprehenditur sub altera.

*Paul. Leon. in tract. substit. in materia vulgaris
subst.num.91.* respondet, quod *dicta l.commodissi-
mè*, loquitur † de institutione filii, quæ est forma 40
substantialia testamenti, ita quod sine ea, vel ex-
heredatione nominatim facta, corruerat ipsum te-
stamentum, *l.inter cætera,ff.de lib. & posth. Instit.de
exhered.lib. in princ. § aliud quoque, Authentic. vt
cum de appell.cogn.* Ideò requiritur, vt institutio ex-
primatur, & nō subaudiatur tacitè. Quæ ratio ces-
sat in substitutione, cum ea non sit pro forma te-
stamenti introducta, sed vt † plenius, & pinguius 41
testator possit de suis bonis disponere, ideo tacitè
subauditur, & coniecturatur, presupposita expres-
sa institutione hæredis, à qua validitas testamenti
dependet, *l.1.in fin.ff.de vulg.& pup.subst. § antè, In-
stit.de lega.§ in primis, Instit.de fideicom.*

Sforz.

Sfortz. Odd in tractat. compend. par. 2. quaest. 2. vers. limitatur primo. respondet, quasi fatendo contrarium, idque ponendo pro limitatione ad no-
42 stram, & communem conclusionem, vt † ea non procederet in conditione voluntaria à testatore adiecta, vt nos etiam respondemus ad sequens motiuum.

Alex. in l. 1. num. 21. vers. Sin quantum, ff. de vulgar. & pupill. subst. respondet, quia ideò in d. l. com-
43 modissime, non fit † extensio de vno casu ad alium; quia si permitteretur, variaretur, seu mutaretur persona substituti; at in nostra conclusione semper remanet eadem persona, facta extensione de vno casu ad alium, & ideò eam limitant non procedere, quando persona substituti, vel instituti variaretur ex praedicta extensione, Bart. in l. Gallus, in prin. num. 9. ff. de liber. & posth. Crass. in §. substitutio, * quaest. 7. num. 9. vbi testatur communem * opinionem, Rip. in d. l. 1. num. 91.

44 Tertiò mouentur, quia † substitutio suaptè natura habet propriam conditionem, Menoch. de praesum. lib. 4. par. 2. praesum. 36. num. 4. Bart. in l. iam hoc iure, in princip. vers. possumus, ff. de vul. & pup. &
45 substitut. gloss. in l. qui heres, ff. eod. & † conditio debet adimpleri in forma specifica, nō per aequipollens, seu simile, l. qui haeredi, in prin. & l. Maenius, ff. de cond. & demonstr. Tiraq. de retr. conuent. §. 2. gloss. vnica, sub num. 4. & de priuileg. piae caussae 83. priuil. g. Menoch consil. 169. num. 17. & consil. 272. num. 38. vol. 3. Mascar. vol. 2. de probat. concl. 675. num. 7. Rimin. Iun. cons. 37. num. 10. vol. 1. Pancirol. consil. 19. num. 59. ergo expressa in vnum casum, non debet verificari in alium similem, vel aequipollentem.

46 Sed resp. quod † quaedam est conditio neces-
47 saria ad ipsum actum; quaedam est † conditio necessaria ad effectum ipsius actus, & in istis non refert quid ex aequipollentibus fiat; datur exem-
48 plum † de conditione necessaria ad ipsum actum in nostra conclusione; quia ad hoc vt substitutio vulgaris habeat locum, est necesse, quod substitutus non sit haeres; si ergo exprimitur vnus casus, per quem non potest esse haeres, porrigitur ad
49 alium similem; datur etiam † exemplum de conditione necessaria ad effectum ipsius actus, si relinquitur filiofamilias, ad hoc vt ipse effectualiter habeat, requiritur quod efficiatur sui iuris; si exprimitur vnus casus, per quem sui iuris efficiatur, porrigitur ad alium similem; & est ratio, quia in istis testator cogitauit de effectu. Quaedam verò
50 est † conditio voluntaria, quae ideò debet adimpleri in forma specifica vt in contrariis; quia testator cogitauit de forma tantum, est theorica Bart. in l. Gallus, §. & quid si tantum, numero 2. circa fin. * ff. de liber. & posth. quam omnes * Doct. sequitur, testatur Lancel. Polit. in tractat. substitut. in materia vulgaris, num. 9 subiicitque, l. qui liberis, in princip. ff. de vulgar. & pupill. subst. loqui de conditione voluntaria, Crass. in §. substitutio, quaest. 7. num. 8. vbi * testatur communem * opinionem Ruin. in d. §. & quid si tantum, n. 43. Rip. & Bart. in d. l. 1. ff. de vulg. & pup. subst. alle. n. 94. ille, num. 14.

51 Quartò mouentur per regulam, quod † inclusio vnius, est exclusio alterius, & è contra, l. cum praetor, ff. de iudic. cap. nonne, extra, de praesum. l. ex eo, ff. de testibus, l. quaesitum, §. idem respondet, ff. de fundo instr. l. in possessionem, §. 1. ff. ex quibus caus. in poss. eat. cap. qualit. dist. 25. l. marit. 14. C. de procur. l. quod Labeo ff. de compensat. l. cum ita, in fi. ff. de condit. & demonstr.

Sed respon. non procedere dictam † regulam, 52 quando esset eadem ratio cum exclusis, gloss. in ver. videtur, in fin. d. l. cum praetor, vel quando † volun 53 tas testatoris, vel lex in contrarium nos moueret, Lancel. Polit. de subst. in materia vulgar. quaest. 7. prin. particula 6. num. 8. vel quia ll. pro regula loquuntur in diuersis terminis à nostris, Paul. Leo in tract. substit. in materia vulgaris, n. 99.

Quintò mouentur ex mente † testatoris, in cu 54 ius fuit potestate, verba clarius exponere, & vtrumque casum includere; quare sibi imputandum erit, l. veteribus, ff. de pact. l. quicquid adstringendae, ff. de verbor. oblig. Quin imò dicendum esset testa- 55 torem potius noluisse, cum non dixisset, l. Labeo, circa fin. ff. de supell. lega. l. 4. §. sin autem ad deficiens, C. de cad. toll.

Sed resp. Paul. Leon. in tract. de subst. in materia vulgaris, num. 102. & Lancel. Pol. in tractat. eiusdem tit. in materia vulg. num. 8. quod l. veteribus, & l. quicquid adstringendae, & similes, loquuntur † 56 in contractibus, qui vtriusque voluntate, & † con- 57 sensu conficiuntur, l. 1. in princip. ff. de pact. vnde si vnus ipsorum contrahentium vltra sensit, quam prolata verba significent, non sufficeret; quia alterius quoque consensum accedere, oporteret. Nos loquimur in vltimis voluntatibus quae ex coniecturis contra propriam † verborum significatio 58 nem deprehenduntur, & in † quibus latior sumi- 59 tur interpretatio, l. 3. C. de liber. praeter. l. in testamentis, ff. de reg. iur. l. vnum ex familia §. penultim. & §. fin. ff. de lega. 2. l. quisquis. ff. de verborum signific. Nec † testator se restrinxit ad casum expres- 60 sum, vt omissum excluderet, sed forsan, quia putabat non esse necessarium alium casum uoluntatis, vel impotentiae exprimere, arg. l. 1. circa fi. C. de bonis quae liber. aperi. tabul.

Sextò mouentur per l. qui ex duabus, ff. de acqu. hered. quae tenera non stringit in contrarium, vt etiam facit vt Paul. Leon. in tract. subst. in materia vulgaris, num. 110. & 111. Lancel. Pol. in tractat. eiusdem tit. in materia vulgaris, quaest. 7. princip. particula 6. num. 20. in fin. Licet enim † d. l. qui ex 61 duabus, legatur per Accurs. tripliciter, verus tamen; & † germanus intellectus illius textus est, 62 quod ibi quis fuerat institutus purè in vna parte, & in alia sub conditione, nullo adiuncto coherede, vel substituto, adeunte instituto; & inde ante conditionis euentum decedente, deciditur, aliam partem existente conditione, post eius mortem transmitti ad ipsius haeredem; & quamuis † conditionalis institutio pendente conditio- 63 ne non transmittatur ad haeredem, l. fin. in princip. ff. de vulg. & pupill. subst. l. libe. hom. §. si ita, 2. resp. ff. de leg. inst. tamen specialiter † iure accrescen- 64 di haeredi conditionaliter instituti, acquiritur illa portio sub conditione relicta, conditione existente, non dato alio coherede, vel substituto, ne defunctus pro † parte testatus, & pro parte inte- 65 status decessisse videatur, contra l. ius nostrum, ff. de reg. iur. §. non autem, Instit. de hared. instit. l. si miles fundo, & l. miles, §. & quia, ff. de testam. milit. l. 1. ff. ad municip.

Et si *Sforz. Odde in Prælud. tractat. compendiosa, part. 1. quæstion. 3. colum. pen. vers. limitatur sexto, dictam l. qui ex duabus*, pro limitatione adduxe-
66 erit † ad nostram conclusionem, vt ea non procederet, quando substitutio esset facta sub conditione, in ipsius conditionis defectum.

Septimò mouentur per *l. si ita quis, ff. de vulg. &*
67 *pup. subst.* † vbi substitutio pupillaris expressa ad minº tempus; puta, si infra decimũ annum decesserit, non trahitur ad aliud tempus vltra decimum annum, licèt infra decimumquartum, quamuis pupillaris posset fieri vsque decimumquartum annum, *l. 1. ff. de vulg. & pup. subst. Inst. eod. in princip.* Vnde sicut non trahitur de vno tempore, ad aliud tempus, ita non deberet extendi de vno casu, ad a-
68 lium. Quia non valet † argumentum de tempore ad modum, *l. milesita, in princip. ff. de milit. testa-*
69 *ment.* sicut de † tempore, ad quantitatem, *l. scimus, §. sancimus, C. de inoffic. testament. l. solidum, ff. de solutioni. Surd. in tractat. de alim. titul. 5. quæ-*
70 *stion. 7. num.* 10. Et de † tempore, ad locum, *Anchar. consi. 11. numerò 4. Menoch. cons. 132. num. 12. Hiero Gabr. consi. 16. num. 38. vol. 2. Euerar. in Topicis, cap. 40.* Et † de tempore, ad personam,
71 *Paul. Leon. in tract. subst. in materia vulgaris, numero 105. Crauett. consi. 984. sub num. 37. vol. 6. Galiaul in l. centurio, numero 191 ff de vulg. & pup subst. Marc. Ant. Eugen. consi 18. n. 28. Oliasc. cons. 12. n. 28. Surd. consil. 147. numero 19. vol. 2.*

Sed resp. permitti extensionem de casu, ad ca-
72 sum, vt in nostra conclusione, non † autem de tempore, ad tempus, prout lex contraria loquitur, *Paul. Leon. in tractat. subst. in materia vulgar. num. 104. & 105. Sforz. Odd. in prælud. tractat. compend. part. 2. quæst. 3. vers. limitatur tertio, vbi dictam l. si ita quis*, posuit pro limitatione nostræ conclusionis, *Bart. in l. si mater, §. si filius, in fin. ff. de vulg. & pup. subst. Ias. in l. 1. num 30. vers. confirmatur ista*
73 *pars, ff. eod.* quia (inquit) testator † restringendo se ad certum tempus, videtur omne aliud tempus excludere, per *l. Imperator, de postul. Alex. in d. l. 1 n. 18. Bal. de Vbald. in tract. substit. rub. de vul. subst. num. 7. Bart. de Hucio in tractat. eiusdem titul. cap. 1. num. 5. in fin. Lancel. Polit. in tractat. eiusdem tit. in materia vulg. subst. quæst. 7. prin. particula 6. n. 21.* vbi fatetur
74 † nescire rationem diuersitatis.

Octauò mouentur per *l. 4. ff. de acquir. hered.*
75 vbi non † dicitur quis nolle adire, qui non potest; & sic casus noluntatis habetur diuersus à casu impotentiæ; vnde videtur substitutionem factam in alterutro ex istis casibus, non verificari in altero.

Paul Leon. in tract. substitut. in materia vulgar.
76 109. respondet, non ideo † substitutionis vulgaris casum nolentiæ, trahi ad casum impotentiæ; quia vnus casus sit idem cum alio, sed benè, quia vterque est similis, & eadem ratio disponendi militat in vtroque.

Nono mouentur per *l si mater, §. si filius, ff. de*
77 *vulg. & pupil subst.* vbi † testator filiũ & nepotem posthumum instituit, si filius me viuo moreretur, & nepos post mortem meam nascatur, nepotique substituit Titium, si hæres non erit, deciditur in illo textu, quod filia hærede existente, substitutus hæreditatem non habebit, etiam si nepos natus non fuerit, nec secundum *gloss. in vers. exclu-di*, hæreditatem consequetur substitutus, si filius superuixerit patri; simulque cum nepote hæreditatem repudiauerint, quasi ille casus, seu conditio, *Si viuo me moreretur*, non trahatur ad alium casum similem, si præ defuncto patre filius ab humanis decessisset. Item, quasi verba, *si hæres non erit*, intelligantur cum esse possit hæres, seu ex testamento succedere posset; quia filius non hęres præmoreretur, non etiam, quia non possit, seu nolit.

Bart. in dict. §. si filius (quem dixit valde subti- 78
lem) *numero 3.* soluit, eiusdem tex. & gloss. decisioné, ideò procedere, nè contra defuncti præsumptam voluntatem, extraneus substitutus nepoti testatoris præferretur in hæreditate, *l. cum acutissimi, C. de fideicomm. l. cum auus, ff. de condit. & demonstrat. l. cum ex filio, §. 1 ff. de vulgar. & pupillar. substit.* ita etiam respondit *Polit. in tractat. de substit. in materia vulgaris, numero 166. Bald. in tractat. eiusdem tit. rubric. de vulgaris substitutione, sub num. 6.* Et, per consequens, colligitur limitatio
ad nostram, & communem * conclusionem, vt *
non procedat, quando per † extensionem de v- 79
no casu ad alterum, excluderetur persona à testatore magis dilecta quam substitutus, quæque dilectio ex testamenti serie liquido constaret, *Sforz. Oddo in prælud. tractat. compendios. par. 2. q. 3. vers. limitatur secundo.* vbi testatur communem
* opinionem. *Soc. & Aret. in l. 1. ff. de vulgar. & *
pupilla. substitut. vbi etiam Rip. & Ias. ille, n. 97. iste, n. 31. Crass. in §. substitutio, quæstion. 7. numero 10.
vbi testatur communem * opinionem, *Alex. in *
dict. l. numero 11. in fin.

Decimo mouentur *per l. Titio vsusfructus, ff.*
de condition. & demonstration. vbi † libertas reli- 80
cta sub conditione, si eiusdem serui vsufructum ad Titium legatarium pertinere desiisset, non debetur libertas, si Titius viuo testatore decessisset, vel si capere vsufructum non potuisset; & sic conditio expressa in vno casu, non trahitur ad aliũ.

Sed respond. aliqui illam legem loqui in † le- 81
gatis, nos verò in substitutionibus; quorum tamen solutio minimè placet *Lancelot. Polit. in tractat. substitut. in materia vulgaris, quæstion. 7. princip. particula 6. numero 21. vers. ad vndecimum.*

Alii videntes legem illam loqui in † libertate, 82
cuius fauore multa contra iuris regulam statuta sunt, *l. generaliter, §. si quis seruo pignorato. ff. de fideicomm. libert.* & nihilominus conditio expressa in vno casu, non trahitur ad alium; eius fauore non ~~obstante, qualiter~~ responderi non posset. eamdem dimittunt, vt refert ~~*Paul. Leon. in tractat. de sub-*~~ *stitution. in materia vulgaris, numero 108.* vnde ipsemet *Paul. Leon in eodem numero 108.* respondet,
illos † casus esse prorsus dissimiles, & ideo non 83
fit transitus de vno ad alium: in nostra verò conclusione sunt omnino similes, & in habentibus
† symbolum facilis est transitus, *l. in rem, §. item* 84
quæcunque, ff. de rei vendicat. l. 3 §. vlt. & l. sed cum patrono, in princip. ff. de bon. poss. l. an inutilis, §. acceptum, ff de acceptilatio. cum concord. in 2. cent. feud. art. 5. numero 39.

Limita modò supra defensatam conclusionem primò procedere, quotiescumque † testator 85
elegisset vnum casum vulgaris substitutionis, scilicet noluntatis, vel impotentiæ; secus si expres-

fuisset

fisset vnum indiuiduum casum, de contentis sub altero dictorum casuum nolunratia, vel impotentiæ; quia tunc fieret extensio ad alium casum, *Ange. in l. 1. §. 1 ff. de vul. & pup. subst. & in l pater filium, § 1. ff eod. & in l. quandiu, la vlt. ff. de acquir. hered. & in l. si pater filio, ff. de vulg & pup. subst. Gul. Bened. in d. tit. vulg. substit. num. 191.* vbi refert alias limitatinnes.

Contra hanc limitationem videtur tenuisse *Imol. in cap. Raynutius, extra de testament. Alexand. in d. l 1. num. 11. ver. nec obstat, ff. de vulgar. & pupill.*
86 *substitut.* quem male † ponderando *Sforz. Odd in prælud. tract. compend. par. 2. quæst. 3 vers. limitatur quarto*, dixit eum inclinasse secundum limitationem prædictam.

87 Limita secundò non procedere, quando de † casu omisso specialiter esset facta prouisio, *Rip. in l. 1. num. 93. ff. de vulg. & pupill. substit. per l. cum ex filio, § filio. ff. eod. Sforz. Odd. in prælud. tractat. compend. par. 2. q. 3. ver. limitatur quinto.*

88 Limita tertio, non procedere, quando in † substitutione vulgari dictum esset tunc, & eo casu, quia ad alium casum non expressum non extenderetur, *Sforz. Odd. in prælud. tractat. compend. par. 2. q. 3. in fi. Ancha. cons. 256. num. 3. Soc. Iun. consil. 181. num. 3. lib. 2 Berdus consil. 110. numero 32. libr. 2. Soc. consil. 106. num. 6. vol. 1. Cranett. consil. 98 numero 5. Dec. consil 64. num. 89 & consil 227. & cons 261. & cons 284 & cons. 314. & in l. quamuis, C. de impub. & aliis subst. & in l fin. C. de inst. & subst.*

Or (vt redeam, vbi digressus fui) dicta substi-
89 tutio vulgaris mixta; quæ † est expressa in altero ex duobus casibus, scilicet noluntatis, dicitur tacita in casu impotentiæ; & expressa in casu impotentiæ; dicitur tacita in casu noluntatis, & per consequens, datur substitutio vulgaria partim expressa, & partim tacita, *Bart. in l. 1. num. 15. in fin. ff. de vul. & pup subst. Bal. in tract. subst. rub. de vul. subst. n 5. & 7. in fin.*

90 Si etiam (lector) latius scire velis, quandò † prouisio facta in vnum casum, porrigatur ad alium, accipe distinctionem; quod aut prouisio facta est in vnum casum, per modum dispositionis, aut per modum conditionis: primo casu, aut ex virtute expressi, casus omissus potest intelligi, & ad illum porrigitur *§ illud. Instit. pro soc.* aut ex virtute expressi non potest intelligi, & tunc aut illud potest constare de voluntate disponentis, volentis porrigi ad alium casum omissum, & ad illum porrigitur *l Titius, § 1. ff. de liber. & posthum. l. fin. C. eodem.* aut de mente non potest constare; & tunc, aut casus fuit penitus omissus; aut fuerunt expressi duo casus, qui obuenerunt coniuncti. Primo casu, aut casus omissus est similis expresso, & habet eundem effectum, & ad illum extenditur, *l fin in fin. ff manda.* Secundo casu, quando fuerunt expressi duo casus, qui obuenerunt coniunctim, & tunc, aut loquimus in materia in qua debet fieri interpretatio plena, vt in testamentis, & ad illud porrigitur *l. si ita, in princ. ff. de liber. & posthum.* aut loquimur in materia non fauorabili, in qua non debet fieri plena interpretatio, & ad illud non porrigitur *l. vim passam, § præscriptione, ff. de adult.* nisi fauore vitandæ contrarietatis, *l. 1. in princ ff. de verbor. obligat.* si verò prouisio fieret in vnum casum per modum conditionis, & tunc, aut casus omissus est dissimilis expresso, & ad illum non porrigitur *l. si cum dotem, in princ. ff. sol. matr. l. si ita quis, § 1. ff. de leg. 2. l. fi. Cod. de his, qui veniam ætat. impetr.* aut casus omissus est similis expresso, & tunc, aut loquimur in conditione necessaria ex parte effectus, & tunc porrigitur ad illum; aut loquimur in conditione volnutaria, & tunc debet impleri in forma specifica, & non porrigitur ad alium casum non expressum, vt dixi sup. in resp. ad tertium motiuum contra communem conclusionem, *n. 50.*

ARGVMENTVM.

Vtrum ad formam vulgaris, necessarium sit institutionem præcedere?

SVMMARIVM.

1 *Vulgaris ad formam, seu essentiam necesse est saltem tacitam præcedere institutionem, licèt expressam fieri non oporteat. exemplum tacitæ institutionis, n. 2. & 10. contra, n. 3. & 11.*

2 L. si quis ita hæres, ff. de hæred. instit. casus, *n. 2.* declaratur, *n 3 & 4.*

5 *Positus in simplici conditione, non censetur positus in dispositione.*

6 *Successio cessat ab intestato, quandiu poterit haberi ex testamento. nisi aliter appareat ex voluntate testatoris, num. 7. vel nisi in casu* § fin autem, l. hac consultissima, C. de testament. *num. 8.* contra, *num. 9.*

QVÆSTIO XVIII.

VTRVM ad formam vulgaris substitutionis necessariū sit institutionē præcedere? Resp. necesse esse saltem † tacitā præcedere institutionem, 1
licèt expressim fieri non oporteat, *Crass. in § substitutio, q. 8. num. 1.* vbi testatur hanc esse communem * opinionem, *Bart. in l. 1. num. 16. vbi Ias. num. 33. Rip. n 10. Zas. n. 14. ff. de vulg. & pupill. subst. Sforz. Odd. in prælud. tract. compend. par. 2. q. 4. in prin.* vbi ait communem * opinionem, *Bal. in tract. subst. in materia vulgaris, n. 8.*

Datur tacitæ institutionis exemplum (secundum *Bart. in d. l. 1. num. 18. ff. de vulga. & pup subst.*)
† *l. si quis ita. ff. de hered. instituend.* vbi quis fuit hæ- 2
res institutus, si legitimus hæreditatem non vendicauerit, legitimo nanque vendicante, hæres non existet, quasi videatur legitimus tacitè institutus, & alter substitutus; quem communiter * sequi * Doctores, fatetur *Crass. in d. q. 8. sub num. 1. Guliel. de Bened. in capit. Raynutius, in vers. aducens vt Alterocha, num. 23. extra de testamen. Clar. in § testamentum, q. 35. versic. in primis*, vbi testatur communem * opinionem, *Bart. de Hucio in tract. de substit. c. 8. sub n. 6.*

Mihi † autem, rectè illum tex. intuenti, videtur, non fuisse ibi conceptam vulgarem substitutionem, tacita præcedente institutione, sed benè fuisse quasi institutionem quandam conditionalem, vt probat eadem *l. si quis ita heres, in fin. textus*, ibi, deficere conditionem testamenti; hancque intellectum amplectitur *gloss. 2. in fin. dict. l. per not. in l. antequam, C. comm. de success.* & placuit *Crass. in § substitutio, q. 8. num. 1. in fi. & in § institutio, sub num. 2.* vbi testatur esse communem * intellectum, *Paul. Leo in tract. subst. in materia vulgaris, n. 45.* Et
ideò † legitimus ille hæres in conditione positus, 4

non succederet ex testamento, sed ab intestato, *Anto. Gomez. var. resolut. lib. 1. cap. 3. numero 23. vbi Emanuel Soarez, in add. num. 19. gloss. fi. in fin. d. l. si quis ita hæres, & l. Lucius, ff. de hæred. instituend. Emanuel à Costa in l. Gallus, §. & quid si tantum, num 22. ff. de lib. & posth. Gribal. in d. l. Gallus, vers. nono non obstat, Cagnol. in l. quandiu, sub num. 3. ff. de reg. iur. Crass. in §. institutio, quæst. 17. sub n. 2.* Quia
5 in † simplici conditione positus, non censetur, etiam positus in dispositione, *l. si quis sub conditione, ff. si quis omissa causa test. Gomez. dict. capit. 3.*
* *num. 23. vers. 1.* vbi testatur communem * opinio-
6 nem. Et licèt † quandiu successio poterit haberi ex testamento, cesset ab intestato, *l. quandiu, la 2. ff. de acqui. hæred. l. quandiu, ff. de reg. iur. l. antequam, C. com. de success. l. ex testamento, C. vnde liberi.* tamen
7 illud axioma non † procedit ex voluntate testatoris, vt dicit *glo. & Bart. in dicta l. si quis ita hæres, per illum text. ff. de hæred. institut. Doc. in d. l. quandiu,*
8 *ff. de reg. iuris.* vbi etiam † limitat in casu *l. hac consultissima, §. fin autem, C. de testament.* quem tamen
9 §. non facere ad † regulam sustinet *Cagnol. in ead. l. quandiu, circa fi. Lancel. Politian tractat. subst. in materia vulga. particula 3. sub n. 18. vers. prima est.*

Quare *Bal. in tract. subst. rub. de vulga. numero* 8. ponit † exempla tacitæ institutionis in casu *l.*
10 *cum in testamento, ff. de hæred. inst. & l. Gallus, in prin. ff. de liber. & posth. l. cohæredi. § final. ff. de vulgar. & pupillar. subst. & l. si pater impuberes ff. eod.* in quibus iuribus testator substituendo, videtur instituere illum, cui substituit.

Licèt *Paulus Leon. in tract. de substitut. in materia vulgaris, num. 46.* dicat, in dictis iuribus fuisse expressam institutionem, & si iurisconsulti de ea men-
11 tionem non fecerint, sed de substitutione tantum, de qua dubitare contigerat.

ARGVMENTVM.

Quibus verbis fiat vulgaris.

SVMMARIVM.

1 *Vulgaris verba, inspecta persona, cui fit, semper sunt negatiua, seu priuatiua; inspecta verò persona eius, qui substituitur sunt affirmatiua, seu positiua, numero 1. exemplum, numero 2.*

2 *Vulgaris concipitur per verba, Si hæres nō erit, talis hæres erit.*

3 *Vulgaris expressa (secundum aliquos) fit verbis negatiuis, tacita verò verbis affirmatiuis.*

QVÆSTIO XVIIII.

Q VIBVS verbis fit substitutio vulgaris? Resp. inspecta † persona, cui fit ipsa substitutio vulgaris, siue sit ex-
1 pressa, siue tacita, extremū semper est negatiuum, siue priuatiuū, siue illud extremum exprimatur negatiuè, seu priuatiuè, siue tacitè subintelligatur; inspecta verò persona eius qui substituitur, extremum semper est affirmatiuum, seu positiuum, siue tacitè, siue expressè exprimatur. *Bart. in l. 1. num. 17. ff. de vul. & pup. sub. Sforz. Oddo in prælud. tractat. comp. par. 2. q. 4. in fin.* vbi testatur communem * opinionem *Rip. in l. 1.*
* *n. 101.* vbi fatetur illam Bart. Theoricam communiter * Dd. sequi *Crass. in §. substitutio, q. 8. n. 7.* vbi etiā ait cōmunem opinionē, *Bal. in tractat. subst. in materia vulgaris, n. 9. & 10.* vbi transcripsit Bart. de verbo ad verbum *Bart. de Hucio in tract. eiusdem tit. capit. 1. sub num. 7. Paul. Leon. in eiusdem tit. in materia vulgaris, numero 41. & 43. Constant. Roger. in tract. eiusdem tit. rub. 1. q. 3. numero 2.*

Datur exemplum † respectu extremi, quod re- 2
spicit institutum, si hæres non erit; respectu verò extremi, quod respicit substitutum, considerantur illa verba, talis hæres erit, *Bart. de Hucio in tract. subst. cap. 1. numero 7. Paulus Leon. in tractat. eiusdem tit. in materia vulgaris, numero 44. & 48. Constant. Roger. in tractatu de substitution. tit. 1. quæst. 3. sub num. 2. fol. 16.*

Licèt alii dixerint, quod † expressa fit verbis ne- 3
gatiuis, tacita verbis affirmatiuis, *gloss. in §. qua ratione Inst. de pup. l. qui liberis, §. hac verba, ff. eo. l. Titius, ff. de hære. inst. l. si. C. eo.*

ARGVMENTVM.

Quid importent in homine sui iuris, vel alieni, illa verba vulgaris, *si hæres non erit?*

SVMMARIVM.

1 *Verba, si hæres non erit, in homine sui iuris intelliguntur, vel non mutata conditione, alium hæredem non fecerit, & in homine alieni iuris intelliguntur, si ipse hæres non erit, vel mutata conditione alium hæredem non fecerit, numero 1. declara, numero 2. 3. 4. 5. & 6.*

2 *Verba, Si hæres non erit, testatore sciente, vel ignorante conditionem instituti, qualiter intelliguntur.*

4 *Verba, Si hæres nō erit, intelliguntur, & debierit esse posse, n. 3. exemplum num. 4.*

5 *Vulgaris non cessat, instituto repudiante, non obstante spe restitutionis in integrum n. 5. etiā quod restitutio in integrum competeret ipso iure, sine remedio prætoris vim n. 6.*

QVÆSTIO XX.

Q VIA plures oriuntur effectus ex vulgari substitutione, quæro quid sit primus. Resp. primū oriri effectum, quia in † ho- 1
mine sui iuris, verba illa, *si hæres nō erit,* intelliguntur, vel non mutata conditione, alium hæredē nō fecerit: in homine verò alieni iuris intelliguntur, si ipse hæres non erit, vel mutata cōditione aliū hæredem non fecerit, *Bart. in l. 1. n. 18 ff. de vulg. & pup. subst. l. si paterfamilias Titium, ff. de hæred. instit. Instit. de vulg. subst. in fin. l. cum proponas, C. de hæred. instit. Alciat. libr. 1. dispunct. capit. 1. Sforz. Odd. in prælud. tract. compend. par. 2. quæstion. 3. in prin. Crass. in §. substitutio, q. 8. num. 3. Constant. Roger. in tractat. substitut. tit. 1. quæst. 4. num. 1. fol. 18. Bal. in tract. eiusdem tit. in materia vulgaris, sub num. 41. Paulus Leon. in tractat. subst. in materia vulgar. numero 57. & 58. Bened. in cap. Raynutius, par. 2. vers. absque liberis, el 2. in materia vulgaris substitutionis, sub num. 44. extra de testam.*

Primò declara, effectum prædictum procede-
re, testatore † sciente conditionem instituti, si ve- 2
rò ignorasset, distingue; aut constat testatorem voluisse totum acquiri instituto, & tunc intelligitur, si hæres non erit ad sui commodum; aut dubitatur, & tunc propter conflictū rationum, neuter sensus recipitur in totum, & neuter reiicitur, sed admittitur cōcursus instituti & substituti, *Crass. in §. substitutio, q. 8.* vbi testatur communem † opi- 3
nionem, *Rip. in l. 1. numero 115. ff. de vulgar. & pup. subst.* vbi etiam ait communem * opinionē, *Sforz.* *
Odd. d.

d.quæst.5. circa prin. vbi testatur hanc esse æquiorem sententiam, *Vgl.in §.fin. Instit. de vulg. substit. Bald.in tract.substit.in materia vulgaris, numero 12.*

3 Secundo declara illa † verba, *Si hæres non erit,*
4 intelligi, & desierit esse posse, puta, † quia esset exclusus repudiatione, vel alio modo, alias donec esset spes institutionis, cessaret substitutio *l. quandiu, la 1. ff. de acquirend. hæred. Bart. in l. 1. numero 18 in fin. ff. de vulgar & pupillar. subst. Bal. in tractat. subst. in materia vulgaris, sub n. 12.*

5 Subdeclara, ita demum † cessare substitutionem, quandiu est spes institutionis, si illa spes esset de iure communi; secus, si de iure speciali: puta si institutus repudiauerit, & inde veniret per restitutionem in integrum; quia interim non cessabit substitutio, *Bart. in l. 1. numero 19 ff. de vulg. & pup. sub. lit. l. & si sine §. sed quod Papinianus, ff. de minor. l. 4. § 1. ff. de fideicō. lib. faciunt not. in l. 2. §. expectādi, ff. de secund. tab. Bal. in tractat. subst. in materia vul. sub n. 12. Bart. de Hucio in tract. eiusdem tit. in*
6 *materia vulg. n. 8. in fin.* Etiamsi † restitutio in integrum competeret ipso iure, sine remedio prætoris *Sforz. Oddo in prælud. tract. compend. part. 2 q. 5. col. 2 vers. limitatur autem primò*, vbi ponit exemplum *l. si C. de repud. hæred. gloss. in l. si quis suū, ff de iure delib. Bald. in tract. subst. in mat. vulg. n 12. in fin.*

ARGVMENTVM.

Vtrum testamentum possit assumere vires à vulgari substitutione?

SVMMARIVM.

1 Testamentum potest assumere vires a vulgari substitutione, num. 1. declara num. 2. 7. & 8.

2 Testamentum tunc assumit vires à vulgari, quando defectus procederet ex parte instituti, num. 2. siue fuisset exclusus tempore, num. 3. siue morte, num. 4. siue deportatione, num. 5. siue ratione alterius incapacitatis, num. 6.

7 Testamentum assumit vires a vulgari, etiam quā do defectus procederet ex parte instituentis, præter exhæredationem, vel præteritionem, nu. 7. alias corrueret etiam substitutio, sicut institutio, numera 8. ratio, num. 9.

9 Exhæreditus, vel preteritus rumpit testamentum, vt faciat locum sibi, & non alteri.

QVÆSTIO XXI.

QVID sit secundus effectus vulgaris substitutionis? Resp. esse, quod † testamentum potest assumere vires ab ea, & sic ab illo secundo gradu *Bart. in l. 1. num. 28 ff. de vulg. & pup. sub-*
* *stitut.* quem omnes communiter * sequi testatur *Sforz. Oddo in prælud. compend. par. 1. quæst. 5. col. 5. vers. secundus, fol. 11. Rip. in d. l 1. num. 161. Crass. in §. substitutio, quæst. 10. num. 1.* vbi testatur commu-
* nem * opinionem, *Bald. in tract. substit. in materia vulg. sub num. 11 Bart. de Hucio in tract. eiusdem tit. cap. 1. num. 13. Zas. in tract. eiusdem tit. in materia vulgaris subst. n. 5. in fin. Cōstant. Roger. in tract. eiusdem tit. rub. de vulga subst. quæst. 4. sub n. 1 fol. 18. Aret. in tract. subst. rub. de vul. n. 12. Menoch. cons. 106. n. 374. vol. 2. & cons. 796. n. 50. vol 8 Soc. Sen. cons. 52. col pen. vers. primus casus est, lib. 1. Boer. quæst. 38. num. 21. Paul. de Cast. cons. 152 col 1. Ruin. cons. 94 n. 1 lib. 2. Decon. s. 529. num. 3 Curt. Iun. cons 83. col. 2. Soc. Iun. cons. 181. num. 47. lib. 2. Burs. cons. 158 n. 8. vol. 3.* vbi testatur communem * opinionem *Petr. Greg. par. 3. Syntagm. iur. lib. 42. cap. 16. n. 2. Guil. Bened. in cap. Raynutius, par. 2. ver. si absq. liberis, el 2. in materia vulgaris subst. n. 96. extra de testam.* *

Declara primò, locum habere, quotiescunque defectus † procederet ex parte instituti, quia tunc 2
indistinctè posset à secundo gradu incipere testamentum, si primus nollet esse hæres, *Bar. in l. 1. sub n. 28. ff. de vul. & pup. subst. l. iam dubitari, ff. de hæred. instit. l. cum proponas, C eo. Sforz. Odd. in prælud. compend. par. 2. q. 5. col. 6. vers. limitatur secūdo, Crass. in §. substitutio quæst. 10. num. 2. Bal. in tract. substit. in materia vulg. subst. sub num. 19. Bart. de Hucio in tract. eiusdem tit. cap. 1 sub numero 13. Aret. instit. in tract. subst. in rubric. de vul. sub num. 12.* Siuè † pri 3
mus fuisset exclusus tempore. *l. quandiu, ff. de acqui. hæred. Constant. Roger. in tract. subst. tit. 1. n. 12. Guil. Bened. in cap. Raynutius, par. 2. versic. si absque liberis, el 2. in materia vulgaris subst. 1. sub numero 96. extra de testamen* Siue † fuisset exclusus morte, 4
l. vnica, §. prò secundò, in text. ibi, vel substitutus, C. de caduc. toll. Paul. de Castr. cons. 168. l. Thais, §. Splendorius, ff. de fideicom. libe. Guil. Bened. d. tractat. vul. subst. sub numero 96. Siue fuisset † exclusus de- 5
portatione, vel alia damnatione, *l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de liber. & postb. l. si necesse, §. 1. ff. de bon. liber. Guil. Bened. d. tit. vulgar. substit. sub num. 96.* 6
Siue fuisset exclusus ratione alterius incapacitatis, puta quia esset spurius, *l. 2. C. de hæred. instit. Hieron. Gabr. consi. 104. num. 3. volum. 1. Crot. in cap. Raynutius, col. 39. in materia vulgaris substitut. extra de testament.* vbi etiam Guil. Bened. in eadem materia vulgaris, *numero 96. in fin. Bart. in l. 3. § final. ff de lib. & postb.*

Declara secundo locum habere, etiam quod † 7
defectus in primo gradu procederet ex parte instituentis præter exhæredationem, vel præteritionem, qui tamen defectus cessaret in secundo; tunc enim indistinctè posset à secundo gradu incipere, *l. nam & similes, ff. de instit. testam. l. si quis soluendo, ff. de hæred. instit. Bald. in tractat. substitut. in materia vulga. sub numero 19. Bartol. de Hucio in d. cap. 1. sub numero 13 Zas. in tract. eiusdem tit. in materia vulgaris, sub numero 20. vers. secunda conclusio.* Non tamen principalis conclusio, etiam locum † haberet, quando defectus procederet 8
ex parte instituentis, & fuisset defectus præteritionis, vel exhæredationis; quia tunc corrueret etiam substitutio, sicut institutio, *Bart. in dict. l. 1. num. 28. ff de vulg. & pupillar. subst. per l. 3 §. fin. ff de liber. & postb. l. nam, & si sub conditione, ff. de instit. testament. Aret. Alex. Soc. & Rip. in d. l. 1. Sforz. Oddo in prælud. compend. par. 2. quæst. 5. col. 6. vers. limitatur primo, fol. 11. Crass. in §. substitutio, quæst. 10. sub num. 2* vbi testatur communem * opinionem, *
Bal. in tract. subst. in materia vulgaris, sub n. 19. Barto. de Hucio in d. cap. 1. sub num. 13. Zas. in tract. subst. cap. 1. sub num. 20. vers. prima conclusio. Quia † exhe- 9
redatus, vel præteritus ideò rumpit, vt faciat locum sibi & non alteri, *l. pen. ff de iniusto test.*

ARGVMENTVM.

Vtrum vulgaris expressa facta impuberi, contineat tacitam pupillarem?

SVMMARIVM.

1 Vulgaris expressa facta impuberi, continet tacitam pupillarem, n. 1. nisi testator expresse voluerit

contrarium voluerit, num. 2. exempla, num. 4. 19. 23. 28. 30. 31. 32.

3 *Testatorem expresse voluisse, expressam vulgarem non comprehendere tacitam pupillarem, quando demonstratur, num. 3. 4. 5. 6. 19. 23. & 28.*

4 *Vulgaris expressa facta cum dictione taxatiua, non continet tacitam pupillarem, num. 4. exempla, num. 5. & 6 contra, n. 7 rationes, n 8. 9 & 16.*

8 *Dictiones taxatiua non semper excludunt casus similes, n. 8 sed bene casus dissimiles, n. 12.*

9 *Inclusio vnius, operatur exclusionem alterius, num. 9 non connixi, alias secus, n. 10.*

11 *Pupillaris tacita est connexa vulgari expressa.*

13 *Vulgaris est dissimilis à pupillari, propter repugnantiam verborum, n. 13. contra, n. 16. & 18.*

14 *Vulgaris fit verbis negatiuis, n. 14. exemplũ, n. 78.*

15 *Pupillaris fit verbis affirmatiuis, n. 15. exemplum, num. 79.*

17 *Verba*, Si hæres non erit, *intelliguntur immutabiliter.*

20 *Vulgaris expressa non continet tacitam pupillarem, quando testator vsus fuisset verbis tunc, & eo casu, num. 19. contra, & perperam, n. 20. ratio, num. 21.*

21 *Verba* tunc, &, eo casu, *non sunt taxatiua, sed solum demonstratiua, seu declaratiua rei, cui adiciuntur, num 21. & denotant in tempore extremitatem, num. 22.*

28 *Vulgaris expressa non comprehendit tacitam pupillarem, quando talis voluntas testatoris fuerit expressè probata per testes, num. 13. exemplum, num. 24.*

25 *Testes duo sufficiunt ad probandum, quod testator noluerit vulgarem expressam, tacitam pupillarem comprehendere, num. 25. quia tractatur de declaranda voluntate testatoris, num. 26. contrà, vt requirantur septem testes, n. 27.*

28 *Vulgaris expressa non continet tacitam pupillarem, quando testator expressè pupillariter substituisset ei, cui vulgariter substituerat, n. 28. exemplum, n. 29.*

30 *Testatorem tacitè voluisse expressam vulgarem nõ comprehendere tacitam pupillarem, quãdo probatur, n 30. 31. 32. 48. & 64.*

31 *Vulgaris expressa, comprehensa sub reciproca non comprehendit tacitam pupillarem, quando ipsa reciproca facta fuisset duobus filiis; quorum vnus esset impubes, alter verò pubes, etiam respectu impuberis.*

32 *Vulgaris non continet tacitam pupillarem, quando pater habens duos filios impuberes, vni substituit vulgariter, alteri verò vulgariter & pupillariter, num. 32. exemplum, num. 33. ratio, n. 34. 36. & 37. contra, num. 40. ratio, nu. 41. 44. 46. & 47.*

35 *Vulgaris substitutio expressa ideò continet tacitam pupillarem, quia testator non cogitauit de ea; si enim cogitasset, eam fecisset.*

38 L. cum auus, ff. de cond. & demonstr. *fundatur in ratione, quod pater substituendo filio, non cogitauit de nepotibus.*

39 L. cum auus. ff de cond. & demonstr. *non habet locum respectu illius filii, cui pater non adiecit conditionem, si sine liberis decederet.*

42 *Pupillaris expressa facta vni, continet tacitã vulgarem, licèt sola ipsa vulgaris expressa facta fuerit alteri, n. 41. declara, n. 42.*

43 *Pupillaris fieri non potest sine testamento patris.*

48 *Vulgaris substitutio facta imparibus, non continet tacitam pupillarem, etiam respectu impuberis, numero 48 declara, quando pater imparibus coniunctim substituisset vulgariter; secus si separatim, num. 49. exemplum, n. 50. ratio, n. 51, 52, & 53, contra, n. 54. rationes, 55, 58, 59, 60, 61, 62, dissoluuntur, remissiue, n 63.*

51 *Substituti inuicem in vna oratione considerantur tanquam vna persona, & vnum corpus.*

56 *Æqualitas est seruanda in fratres.*

57 *Ratio vbi est eadem, idem ius est statuendum.*

61 *Pupillaris tacita non continetur sub expressa vulgari, duobus impuberibus inuicem substitutis.*

62 *Substituti sub vnica oratione, oratio illa resoluitur in plures singularitates.*

64 *Vulgaris expressa non continet tacitam pupillarem, stante statuto, vt testamenta secundum literam intelligantur, num. 64. contra, num. 65. rationes, num. 66, 69, 70. & 73. alii distinguunt, num. 74, & 86.*

74 *Statuto disponente, quod testamenta seruentur ad literam sine vlla interpretatione, vulgaris expressa non contineret pupillarem tacitam, n. 74. declara, num. 80.*

66 *Statutum, quod testamenta intelligantur ad literam, videtur remouere friuolam interpretationem.*

67 *Clausula*, appellatione remota, *intelligitur de friuola.*

68 *Clausula rescripti*, omni exceptione remota, *intelligitur de friuola.*

69 *Statutum reiiciens interpretationem, dicitur remouere illam hominis, non autem legis.*

70 *Pupillaris tacita, vt comprehendatur sub expressa vulgari, est interpretatio legis.*

71 *Statutum respicit interpretationem passiuam à iure communi.*

72 *Verba quæ habent certam significationem, nunquam censentur recta, num. 72. neque immutantur, n. 73.*

75 *Litera dicitur, quæ oculo corporeo legi possit.*

76 *Masculinum non concipit femininum, quando statutum vult verba testamentorum debere intelligi ad literam.*

77 *Statutum tribuens exequutionem instrumentis, non comprehendit substitutionem tacitam.*

80 *Statuto disponente, quod testamenta seruentur ad literam, absque vlla interpretatione, vulgaris concepta sub forma, quæ non repugnaret pupillari, eam tacitè contineret, num. 80. exemplum, num 81. & 82.*

81 *Verba*, Instituo Caium filium meum, &, substituo Sempronium, *inducunt vulgarem substitutionem.*

83 *Vulgaris expressa non continet tacitam pupillarem, quando testator per aliqua verba adiecta in vulgari, voluisset substituere, etiam pupillariter, numero 83. exempla, numero 84, & 85.*

87 *Vulgaris expressa in testamento militis, non continet tacitam pupillarem*

88 *Vulgaris expressa non comprehendit tacitam pupillarem, quando testator ita dixisset*, Instituo Caium filium meum impuberẽ, & si ipse hæres non erit, vel hæres erit, & in pupillari ætate decesserit, substituo Sempronium per fideicommissum.

89 *Testator substituendo quoad sua bona pupillo, videtur substituisse vulgariter, & pupillariter.*
90 *Vulgaris facta verbis generalibus, non comprehendit pupillarem tacitam, sed expressam, nu. 90. exemplum num. 91.*
92 *Substitutio concepta per hæc verba* Instituo Titium filium meum, & ei substituo Sempronium, si Titius impubes fuerit, *continet expressam pupillarem.*

QVÆSTIO XXII.

1 QVID sit tertius effectus vulgaris substitutionis? Respo. esse, quia † vulgaris expressa facta impuberi, contineret tacitam pupillarem, *Bart. in l. 1. n. 34. ff. de vulg. & pup. subst.* quem sequi
* cõmuniter * Doctores testatur *Crass. in §. substitutio, quæst. 11. n. 1. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pup. subst. Sforz. Odd. in prælud. compendio part. 2. quæstion. 5. ver. tertius, Zas. in tractat. subst. in materia vulgar. 6. esse. n. 23. Bal. in tract. eiusdem tit. in materia vulgaris, num. 18. Aret. instit. in tract. substit. rub. de vulg. sub num. 13. Constant. Roger. in tract. subst. tit. 1. quæst. 4. sub numero 1. Menoch. de præsum. part. 2. lib. 4. præsum. 36. in princ. & numero 12. l. 2. §. vlt. vers. sed & si extiterit. ff. de vulg. & pup. subst. l. quamuis, C. eo. Guil. de Bened. in cap. Raynutius. par. 2. in materia vulgaris, numero 103. extra de testamen.* vbi testatur hanc esse verissimam conclusionem, *Peregrin. de fideicom. art. 31. num. 52. Menoch. consi. 751. nu. 3. vol. 7. & cõsi. 303. n. 21. vol. 4. Cephal. consi. 423. n. 99. vol. 3.*
2 Nisi † testator expresse, vel tacite contrarium voluerit, *Bal. in tract. substit. in materia vulg. num. 18. Bart. in d. l. 1. sub num. 34. Aret. instit. in tract. subst. in materia vulgar. num. 13. in fin. Guil. Bened. vbi supra, numero 166. vers. secundo, Menoch. dict. præsum. 36. numero 15.*
3 Quando † expresse voluerit contrarium, probatur *l. iam hoc iure, circa fin. in tex. ibi, si voluntas parentis, ff. de vulgar. & pup. subst. l. quamuis in text. ibi si modo non contrariam, C. eod. Soc. Sen. in l. 1. numero 38. vers. tertio limitat. ff. de vulg. & pup substit. Dec. in d. l. quamuis, n. 1. vers. & regula, & in l. in testamento, la. 1. in fi. C. de testam. mil. Franc. Mantica de coniect. vlt. volunt. libr. 5. tit. 14. num. 9.*
Et dicitur contrarium expresse voluisse testa-
4 tor, si † vulgaris expressa facta fuisset cum dictio-
5 ne taxatiua; quia † dixerit testator, Instituo filium meum impuberem, & in eo casu tantum, si hæres
6 non erit, substituo Caium; vel, † si dictum fuerit, Substituo Sempronium vulgariter tantum; tunc enim hæc vulgaris expressa, non contineret pupillarem tacitam, *Menoch. d. præsum. 36. num. 19. Ias. & Fulgos. in dict. l. quamuis, Salic. in l. precibus, C. de impub. & aliis substitut. Soc. & Alex. in l. 1. ff. eod. ille, num. 38. iste, num. 34. Paul. de Cast. in d. l. iam hoc iure, Sforz. Odd. in prælud. compend. par. 2. quæst. 5. column. 6. vers. limitatur autem primo.* vbi testatur
* communem * opinionem *Crass. in § substitutio,*
* *quæst. 11. sub num. 5.* vbi testatur communem * opinionem, *Zas. in tract. de subst. rub. de vulg. sub num.*
* 24. vbi testatur communem * opinionem *Guil. Bened. in d. cap. Raynutius in materia vulgaris, num. 148. vers. tertio, Dec. consi. 332. num. 1. Coras. in dict. l. quamuis, num. 14. Rip. in d. l. 1. n. 169. in fin. Cassad. decis. 1. numero 1. in fin. de testam. Franc. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 5. tit. 14. num. 23. Cephal. consi. 326. numero 33. volum. 3.*

Licet † alii (vt Crotus, cum quo cogitandum 7
esse credidit *Menoch. d. præsum. 36. num. 25. in fin.*)
contrarium tenuerint, eo quia † dictiones taxati- 8
uæ non semper excludunt casus similes, *gloss. in l. ob æs, C. de præd. minor. Ias. in l. 1. ff. de off. eius, l. 1. §. hac edicto. ff. si mensor falsum mod. dixer. Lancelotus Polit. in tractat. de substitution. in materia vulgaris, sub numero 45.*
Item † inclusio vnius (sicut taxatiua) operatur 9
exclusionem alterius, *l. cum prætor, ff. de iud. cap. nonne, extra de præsum. Cephal. consil. 304. numero 194. & consil. 328. num. 58. & cons. 430. numero 20. & consi. 317. num. 11. & consil. 429. num. 10. volum. 3.* &
tamen † non operatur exclusionem alterius, quod 10
est connexum, *Corsett. in sing. in vers. argumentum, incip. tu habes, Dec. in l. 1. num. 6. C. de bonor. poss. contra tab.* At tacita † pupillaris est connexa 11
expressæ vulgari, *Dec. & Curt. Iun. in d. l. quamuis. ille, num. 4. iste, num. 10. ergo, &c.*
Sed aduertas, quia licet taxatiua non excludit
casus similes, excludit tamen † casus dissimiles, *l.* 12
2. C. de patrib. qui fil. distrax. Clem. exiui, de verb. sign. Euerard. in cent. legal. in loco a natura dictionum taxatiuarum: at † vulgaris dicitur dissimilis a pupil- 13
lari, propter repugnantiam verborum, quia altera
† fit verbis negatiuis, & altera † verbis affirmati- 14
uis, *l. vbi repugnantia. ff. de reg. iuris, Menoch. lib.* 15
4. præsum. par. 2. præsum. 36. num. 48. Stracch. in tract. de mercat. tit. mandati, sub num. 14. ergo, &c.
Replicant contrarii; quod istæ duæ † substitu- 16
tiones non videntur contrariæ, dissimiles, seu repugnantes; quia illa verba, † *Si heres non erit*, intel- 17
liguntur immutabiliter, *Alciat. in l. 1. numero 135. ff. de vulgar. & pupil. subst. & lib. 3. de verb. sign. num. 14. l. et qui, ff. de cond. instit.* Vel nõ † dicuntur 18
repugnantes, si intelligimus plus esse dictum, & minus scriptum, *arg. l. cum auus, ff. de cõd. & demon.*
Idem si † testator vsus fuerit illis verbis, *tunc*, 19
&, *eo casu*; quia tunc expressa vulgaris non contineret tacitam pupillarem, *Dec. in l. quamuis, num. 2. C. de impub. & aliis substitut. & in l. vlt. column. vlt. C. de instit. & subst. & cons. 63. numero 2. & cons. 315. Soc. Iunior consil. vlt. numero 10. lib. 2. Roma. consil. 138. colum. 1. vers. secundo quia, Anchar. consil. 337. numero 3. Bal. consi. 57. colum. 2. vers. tertio est considerandum, volum. 2. Menoch. d. præsum. 36. numero 26. Franc. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 5. tit. 14. n. 24. in fin.*
Licet † contrariam sententiam tenuerint *Cas-* 20
sad. decis. 1. tit. de testa. Rip. in l. 1. num. 69. ff. de vulg. & pup. substitut.
Moti, quia † illa verba, *tunc*, &, *eo casu*, non 21
sunt taxatiua, sed solum demonstratiua, siue declaratiua rei, cui adiiciuntur; & in tempore † extre- 22
mitatem denotant, *l. 4. §. vlt. ff. de cond. & demonstr. Borr. quæst. 38. in fin. Port. Imol. consil. 54. n. 38. & 39. Menoch. 106. numero 353. vol. 2.*
Idem esset, & multo fortius si † per testes pro- 23
batum fuerit, quod talis fuit voluntas testatoris, vt expressa vulgaris non comprehenderet tacitam pupillarem, *Crass. in d. quæst. 11. n. 5. in fin. Alexand. & Rip. in d. l. 1.* puta (inquiunt) si † testator expres- 24
se dixerit; nolle substitutum succedere; si pupillus hæreditatem adiuerit; *Guil. de Bened. in 2. par. cap. Raynutius, in materia vulgaris, numero 107. extra de testam. Franc. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 5. tit. 14. numero 12.*

25 Et sufficerent duo † testes ad ita probandum,
Salic. in l. quamuis, in fin. C. de impub. & aliis subst.
G. de Bened. vbi supra sub n. 107. Menoch. d. pra. num.
36. n. 16. Bart. in l. 2. in pr. n. num. 39. ff. de vulg. & pup.
substit. Bal. & Alex. in d. l. quamuis, Rum. & Rip. in
d. l. 2. ille, num 62. iste, num 51. Soc. Sen. in d. l. 1. num.
38. Bal. in l. precibus, colum. 5. vers. tertio quaero, C.
de impub. & al iis substit. Ioan. Crot. in cap. Raynuti-
us, colu 36 extra de testam. Anton. Gabr. libr. 6. concl.
tit. de reg iur. concl. 3 num. 31. quem refert & sequi-
tur *Franc. Mantica dict. tit. 14 num. 12.* Quia hic
26 tractatur ad † declarandum dubiam voluntatem
testatoris; ideo duo testes sufficiunt, *Bar. in l. haere-*
des palam, §. si quis post. sub num. 4. ff de testam. Dec.
in l. edita, n. 49. C. de eden. Licèt *Dec. in d. l quamuis,*
27 *n. 1. & cons. 315. n. 4 ver quarta, & vltima,* septē † te-
stes requirat, cū in nostro casu agatur de probanda
noua testatoris voluntate, non autem declaranda.
28 Idemque esset, si † expressè pupillariter substi-
tuisset ei, cui vulgariter substituerat; puta, si pa
29 ter † dixerit, Instituo Caium filium meum; & si
ipse hæres non erit, substituo Sempronium; &
si Caius filius meus hæres erit, & in pupillari æta-
te decesserit, ei substituo Titium: illa enim verba,
si hæres non erit (hoc in casu) quibus substitutus
fuit Sempronius, non comprehendunt tacitam
pupillarem, ad commodum ipsius Sempronii,
Menoch. d. præsum. 36 num 17. per l. cum ex filio, §.
1. ff. de vulga & pup. subst. 1. Zas. in tract. subst. in ma-
teria vulga. sub n. 15. Aret. inst. in tract. subst. rub. de
vulg. num. 13. circa fin. Const. Roger. de substit. tit. 1. q.
4. num. 43. G de Bened. in 2. par. capit. Raynutius, in
materia vulgaris, num. 107. circa fin. extra de testam.
Roma. consi. 138. col. 1. ver. tertio quia, Soc. Sen. in d. l.
1. num. 38. vers. quarto limitat, Ias. & Dec. in dict. l.
quamuis ille, col. 3. ver. secundo limita, iste, num. 2. ver.
& similiter, Ruin. consil 103. in fi. lib. 1.
30 Si verò tacitè † testator voluerit tacitam pupil-
larem sub expressa vulgari non contineri, etiam
tunc minimè comprehenderetur, *Bart. in dicta l. 1,*
num. 34. ff. de vulgar. & pupill. substit. Zas. in tractat.
subst. in materia vulga. sub num 24. Bal. in tract. eius-
dem tit. in materia vulgaris num 18, Constant. Roger.
in tract. subst. tit. 1. quest. 4. num. 43.
31 Vt puta, si † substitutio facta fuerit reciprocè
duobus filiis, quorum vnus est impubes, alter ve-
rò pubes; quia tunc vulgaris illa expressa sub
reciproca comprehensa, non contineret tacitam
pupillarem, etiam respectu impuberis, sicuti pro-
bat *tex. l. iam hoc iure, versi. quod si alter ff. de vulgar.*
& pup. sub. Sfor. Odd. in prælud. comp. quest. 5. col. 6.
vers. & primo, Crass. in d. quest. 12. num. 7. Const. Ro-
ger. d. quest. 4. num. 43. in fin. Soc. in d. l. 1. nu. 38 ver.
secundo limita, Menoch. d. præsum. 36. num. 28. Bart.
in d. l. 1. sub n. 34.
32 Vel quando † pater habens duos filios impu-
beres, vni substituit vulgariter, alteri vulgariter
33 & pupillariter; puta si † dixisset, Instituo Don Cal-
ceranum, & Don Hieronymum filios meos, & si
Don Calceranus hæres non erit, substituo Franci-
scum: si verò Don Hieronymus hæres erit, & in pu-
pillari ætate decesserit, substituo Cæsarem; hoc e-
nim casu illa substitutio vulgaris facta Dō Caleera-
no, nō contineret tacitam pupillarem in eius per-
sonam, *Rip. in l. 1. num. 171. ff. de vul. & pup. subst.*
Lancel. Polit. in tract. subst. in materia vulgaris, par-
ticula 6. num 48. Zas. in tract. eiusdem tit. cap. 1. in
materia vulgaris, num. 25. Soc. Iun. consi. 128. num.
65, vol. 1. Menoch. d. præsum. 36 num. 29. & 30. Dec.
consi. 315. num. 3. Franc. Mantica de coniect. vlt. vo-
lunt. lib. 3. tit. 14. sub n. 15.
Mouemur, quia in dicto themate cessat † ratio, 34
super qua fuerat fundata dispositio *dicta l. iam hoc*
iure, ff. de vul. & pup. substit. & l quamuis, C. eodem.
fuit enim ratio, quia † testator non cogitauit 35
de pupillari substitutione; si enim cogitasset, eam
fecisset; sed in isto casu pater cogitauit † de pupil- 36
lari substitutione, quā vni filio fecerat: si enim vo-
luisset alteri facere, fecisset, *arg. l. vnica, § si verò ad*
deficientis, C. de cad. tolle. l. sicut certi, C. de testament.
milit. & l. 3. C. de inoff. testam. & eorum, quæ not.
Bart. in l. 1 num. 42. in fin. ff. de vulg. & pupill. substit.
quem sequitur Ias. in *Auth. ex causa, col pen. vers. &*
sic vides, C. de liber. præter. Ideoq; cum † testator non 37
posset dici, non cogitasse de morte alterius filii
in pupillari ætate, postquàm de vno cogitauit,
eique prouidit, lex non dicitur voluisse supplere
patris negligentiam, vel quid contra eius volunta-
tem inducere.
Et optimè facit traditio Soc *in l. cum auus, num.*
38. ver. 38. ver. & per hoc, ff. de condit. & demonstr.
vbi † dispositio illius legis, quæ fundata dicitur 38
in ratione, quod pater substituendo filio nō cogi-
tauit de nepotibus; de quibus si cogitasset, eos sub-
stituto prætulisset, non procederet quando pa-
ter † habens duos filios, quos instituit, & graua- 39
uit, vni eorum adiecit conditionem, si decedat
sine liberis, alteri verò non adiecit; tunc enim
in personam eius, cui non adiecit, nō subintelligi-
tur nec suppleri debet dispositio *d. l. cū auus*; quia
si testator voluisset, ita potuisset eam exprimere,
sicut expressit in altero, cum de ea cogitauerit,
quam sequitur *Dec. cons. 381 num. 5.*
Contrariam † sententiam in proposita facti 40
specie tenuit *Gul. de Cun. in l. precibus, Cod. de im-*
pub. & aliis subst. Alexand. in d. l. iam hoc iure, Soc.
Sen. in d. l. 1. num. 39. ver. decimo, & vltimo. Dec. in
d. l. quamuis, num. 2. ver. & pari ratione, Rum. consil.
131. n 6 ver. & istud, vol. 3. Alciat in d. l. 1 num. 138.
Mori primò, per *l. iam hoc iure, ff. de vulg & pup.*
subst. vbi † expressa pupillaris facta vni, continet 41
tacitam vulgarem, licèt sola ipsa vulgaris expressa
facta fuerit; &, per consequens de ea testator cogi-
tauerit, *l. quamuis, C. eodem.*
Sed Resp. quod satis diuersus est ille casus à no-
stro, cum illa † expressa pupillaris in necessariū an- 42
tecedens præsupponat vulgarem, quæ † est dis- 43
positio, & testamentum ipsius patris, sine quo
fieri non posset pupillaris, *l. 2. adeo, ff. de vulgar.*
& pupill subst. 1. § liberis, Instit. de pupill. substit. ideò
illa pupillaris eam vulgarem continet.
Secundò, quia † testator fortè fuerat cogita- 44
tione turbatus, vt non potuisset alteri substituere,
arg. l. hac consultissima, §. at cum humana fragilitas,
C. qui test. facere poss.
Sed Resp. quod est leuis † consideratio; quia 45
in extremis laborans, sicut vni prouidit duobus
tantum verbis additis, potuerat alteri pupillariter
substituere. Prætereà dicta ratio non esset genera-
lis; quia restringeret cōclusionem in grauato infir-
mitate, & in sano secus, vt fatetur *Dec. in d. l quam-*
uis, sub n. 2. Menoch. d. præsum. 36. sub n. 30.

Tertiò.

46 Tertiò, † quia testator ideo alteri non prouidit, quia sciebat à lege fuisse cautum, & dispositum, quod sub expressa vulgari continetur tacita pupillaris, & è conuerso; ideo secundum legem voluit se reddere conformem, *l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.*

47 Sed Respon. quod sicut † testator non cogitauit, quod lex suppleret pupillarem in eo, cui expresse substituit pupillariter, ita nec cogitauit de altero; & sicut noluit respectu vnius suam voluntatem cum legis dispositione confirmare, ita nec voluit respectu alterius, *Menoch. d. præsumpt. 36. n. 30. circa med.*

48 Vel quando † duobus imparibus facta fuerit vulgaris substitutio, hoc est, puberi & impuberi; quia tunc, vt seruetur æqualitas, nec in personam impuberis sub illa vulgari continetur tacita pupillaris, *Socin. senior & Ripa in l. 1. ff. de vulgar. & pup. subst. ille, num. 38. vers. quarto limitat, iste num 170. l. iam hoc iure, vers. si autem, ff. eod. l. quamuis, C. eod. Menoch. d. præsump. 36. num. 31. Franc. Mantica de coniect. vlt. volun. lib. 5 tit. 14. num. 15.*

49 Intelligo procedere, quando † pater bis imparibus coniunctim substituisset vulgariter, secus si se-
50 paratim; vt si dixisset, Instituo † Caium & Sempronium filios meos; & si Caius (qui impubes erat) hæres non erit, substituo Sempronium; si verò Sempronius hæres non erit, substituo Caium; hoc enim casu illa vulgaris expressa facta à Caio impuberi, contineret pupillarem tacitam, licèt illa facta Sempronio, continere non posset. *gloss. Bart. Bal. Imol. & Paul. de Cast. in d. l. iam hoc iure, idem Baldus, Iacob. Butrig. Angel. & Fulgos. in d. l. quamuis, idem Ang. Salic. & Fulgos. in l. in testamento, la 1. C. de testam. milit. Ioan Faber in § [illegible] ratione, num. 31. Instit. de pupill. subst. Rimin. [illegible] in d. l. in testamento, num. 3. Anchar. in cap. si p[illegible] num. 4. de testam lib. 6. Corn. in l. 2. num. 4. in fin. C. de impub. & aliis subst. Menoch. d. præsumpt. 36. sub numer. 31. Sforz. Odd. in prælud. compend. part. 2. quæst. 5. col.*
* *6. vers. secundo*, vbi testatur communem * opinionem, *Crass. in §. substitutio, q. 11. n. 8.* vbi ait commu-
* nem * opinionem, *Zas. in tract. substit. in materia vulgaris, num. 26. in fin.* vbi etiam dicit communē
* * opinionem.

51 Mouemur, quia quando duo † sunt substituti inuicem in vna oratione, considerantur tamquam vna persona, & vnum corpus, in vnamque qualita-
52 tem reducti. *arg. l. vnicè. §. his ita, C. de caduc. tolle.* Et ideo † dictum in vno, censetur in alio repetitum, *argum. l. Seia, § Caio, ff. de fund. instr. l. mulieri, & Titio, ff. de condit. & demonstr.* Secus, quando sub-
53 stitutio † separatim de quolibet facta fuisset; quia tunc de qualibet dispositione, vt de dispositione separata iudicatur, & de vna ad aliam non infertur, *l. vlt. ff. de iniust. rupt. testam. l. pater, §. vlt. ff. ad l. Falcid.* meritò cum substituti illi considerentur tanquam diuersæ personæ: non est inconueniens, quod diuersæ qualitates considerentur in eis, vt scilicet impuberi dicatur pubes substitutus, etiam per pupillarem tacitam; impubes verò puberi solum vulgariter secundum eorum capacitatem.

54 * Contra dictam nostram, † & communem * intelligentiam tenuerunt *Petr. a Bella Pertica, Iacob. Rauen. & Bulgarinus*, quos refert *Bart. in l. iam hoc iure, §. final. ff. de vulgari & pupillari subst. Ruin. in l. 1. num. 109. ff. eod. Socin. iun. cons. 100. num. 14. & cons. 128. num. 65. vol. 1. Ripa in d. l. 1. nu. 170. vers. quod autem, Cyn. in l. quamuis, C. de impub. & aliis substit.*

Mouentur primò, quod illa † vulgaris facta duo- 55
bus imparibus, non contineat pupillarem, non prouenit ex simplici oratione, sed à ratione inæqualitatis seruandæ, *d. l.* seruabatur in vno duplex substitutio, & in altero tantū vulgaris, *ff. de vulg. & pupill. subst.* quæ æqualitas † inter fratres seruari 56
debet, *l. cum pater, §. dulcissimis, ff. de legat. 2. l. vlt. C. com. vtriusque iud. Rimin. iunior cons. 771. nu. 34. vol. 7. Cephal. cons. 280. num. 6. vol. 2.* At hæc ratio æqualitatis seruandæ, etiam militat in substitutione separatim facta; ergo † idem ius est statuendū, 57
l. illud, ff. ad l. Aquil. l. fin. ff. ad l. Falcid. l. a Titio, ff. de verb. obligat.

Secundò, per *l. iam hoc iure, vers. hoc itaque casu, ff. de vulg & pupill. subst.* quasi † quando impuberi 58
vulgariter substituitur, est voluntatis quæstio, an voluerit in vno casu tantum, an in vtroque substituere, &, per consequens, verū non est, quod quando substituitur vulgariter pupillo, illa vulgaris cōtinet tacitam pupillarem.

Tertiò, per *dict. l. iam hoc iure, vers. ne si vulgari modo substituatur impuberi, relinquatur voluntatis quæstio, ff. de vulgar. & pupill. subst.* quasi quando † 59
vulgariter substituatur ad inuicem separatim, quo ad impuberem est voluntatis quæstio; vtrum voluerit testator in vno casu tantum, vel in duobus substituere; vnde si quæstio dubia est voluntatis, & pubes velit succedere ex pupillari, comprehensa sub illa vulgari facta impuberi, deberet fundare intentionē suam, quod talis fuerat testatoris volūtas, qui fecisset si cogitasset, *l. ei qui, ff. de probat.* &, per consequens, si non probaret, solidum remaneret, quod testator voluerit pupillariter substituere.

Quartò, quia ratio, vt † pupillaris contineatur 60
sub his verbis, *Si hæres non erit*, quæ vulgarem solam significant; ea est, quia si testator cogitasset de pupillari, eam fecisset expressè. illa ergo ratione, qua pupillaris continetur sub illis verbis, eadem quoq; ratione, imò fortiori dicendum est contineri debere, sub his verbis; *Vos inuicem substituo*, cum hæc non repugnent naturæ pupillaris, sicuti repugnant illa, *Si hæres non erit*, vt refert *Ruin. in l. 1. num. 111. ff. de vulg. & pup subst.*

Quintò, quia quando duo impares sunt inuicē
substituti, pupillaris † tacita eadē ratione non con- 61
tinetur sub expressa vulgari, *l. iam hoc iure, ff. de vul. & pup. subst.* At nulla est differentia inter vnicam orationem & plures, quia quando plures substituti
† sunt sub vnica oratione, illa oratio resoluitur in 62
plures singularitates, *l. falsa, §. vlt. ff de condi. & demonstr.* & perinde esset, ac si dixisset testator, Caiū & Semproniū instituo, &, si Caius hæres non erit, substituo Sempronium; &, si Sempronius hæres non erit, substituo Caium; quod mediū refert *Bar. d. l. hoc iure, §. fin. sub n. 1.* ergo, quod est statutum de pluribus in vnica oratione, censeri debet statutum de substitutis in duabus orationibus.

Satis † tamen abundè hæc media resoluit *Me-* 63
noch. de præsum. lib. 4. par. 2. præsump. 36. n. 34. & seq. & ante eum ad nausiam vsque, *Ruin. in l. 1. n. 110. ff. de vulg. & pup. subst.* ad quos te confero.

Vel si † statuto caueretur, vt testamenta secundū 64

literam intelligerentur, quia neque tunc contine-
retur tacita pupillaris, Ripa in l.1.n 172.ff.de vulg.&
pup.subst. vbi testatur communem * opinionem,
Sfor.Odd.d.quaest.5.col.6.vers.quarto; Ias.in d.l.iam
hoc iure,n.4.& in d.l.quamuis,n.1.vers.quarto si re-
gulariter, Soc.in d.l.1.n.30. Bald.in l.precibus,n.15.
C.de impub.& aliis subst. Fernand.Vasq.de success.
progress.§.11.n.19. vbi testatur hanc esse tutiorem
opinionem, Crass.d.q.51.sub num.9. vbi etiam fa-
tetur communem * opinionem, hancq; esse com-
munem * sententiam fatetur Polit.de subst.in ma-
teria vulgaris, sub n.48. Menoch.lib.4.praesum.part.
2.praesum 36.n.42. Gul.de Bened.in ca.Raynutius,
in materia vulgaris, n.108.vers.5.Dec.in d.l.quam-
uis,n.3. Caccialup.in d.l.precibus,n.10. Alciat.d.l.
1.num.143.& lib.2.de verb.sign.n.65.in fin. Socin.
iunior cons.16.num.6.lib.1. Anall.cons.62.num.37.
& cons.51.n.19.vol.3. Menoch.cons.215.n.17.vol.
3.& de adipisc.possess.remed.4.n.222.Corn.cons.14.
n.8.& cons.274.n.9.lib.2.& cons.276.nu.8.lib 4.
Barba.cons.39.lib.2.Brun.in tract.quod statut.ma-
sculis, art.5.num.106.Anall.cons.34.n.43.vol.4.
65 Contrariam † sententiam tenuit Imol.in l.1 ff.
de vulg.& pupill subst.& in l.benignius, ff.de legib.
Anchar.in cap.1.col.vlt.extra de constit.Zuchard.in
l.vlt.n.190.& 334. C.de ed.diui Adria.tollen. Curt.
iun.& Corras.in l.quamuis, C.de impub.& aliis subst.
ille,n.8.iste,n.13.Barba.in l.cum acutissimi,n.167.&
169.C.de fideicommissis, Imol.in cap.Raynutius,nu.
119.extra de testamen.
66 Quasi † dictum statutum videatur dumtaxat re-
mouere friuolam interpretationem, Bart.in l.o-
mnes populi, quaest.7.princip.vers.vltimo quaeritur,
col.antepen.ff.de iust.& iure, arg.l.1.§.fin.& l.2.
§.pen.C.de veter.iure enucl. Menoch.de adipisc.re-
med.4.num.226. Alex.consil.192.num.3.& cons.
198.num.18.& cons.211.n.7.& 15.lib.6. Fel.in c.2.
67 n.19.extra de rescr. Sicut † clausula, appellatione re-
mota, intelligitur de friuola, Abb.noster in c.vt de-
bitus, extra de appell. Menoch.de arb.iud.lib.2.cent.
68 2.casu 197.n.2.& 3. vbi idem dicit de † clausula re-
scripti, omni exceptione remota, vt intelligatur de fri-
uola, Bar.in l.1.§.interdũ,n.5 ff.a quib appell.non licet.
de qua latè Cost.Hug.in tract.de claus.ul.n.50.
Item, quia † statutum reiiciens interpretationẽ,
69 dicitur remouere illam hominis, non autem legis,
Bald.in l.omnes populi,n.35.ff.de iust.& iure, vbi
etiam Iason in 2.lect.n.53. Menoch.de adipis.possess.
remed.4.sub num.225. at vt † comprehendatur ta-
70 cita pupillaris, est interpretatio legis l.iam hoc iu-
re, ff.de vulgar.& pupill.substit.l.quamuis, C.eod.
71 ergo non censetur reiecta, recipit namque † statu-
tum interpretationem passiuam à iure communi,
l.1.§.lex Falcidia, vbi Bart.& Alex.ff.ad l.Falcid.
72 Item, quando † verba habent certam significa-
tionem, illa nunquam dicuntur reiecta, Bald in l.1.
73 §.domini, col.3.ff.ad Silania. neque † immutantur,
Bald.in Authen si qua mulier, in fin.C.de sacrosanct.
Eccles. At haec est certa significatio à lege firmata,
ergo non potest dici à statuto reiecta.
74 Alii, & receptius * distinguunt; aut † statutum
dictaret, quod testamenta seruentur ad literam si-
ne vlla interpretatione, & tunc procederet prima
75 opinio, quasi litera † sit quae oculo corporeo legi
possit, (& in testamento, literaliter non legitur de
tacita pupillari) l.1.in princ.ff.de his, quae in testam.
delentur, Bald.in l.2.vers.& nota quod quaedam, n.8.
C.de his qui filios distrax. Menoch.de adipisc.possess.
remedio 4.num.228. Alexand.& Socin.in l.1.ff.de
vulg.& pup.substit.ille,num.33.iste,num.36.idem
Alexand.in l.post aditam,n.4.C.de impub.& aliis
subst. Felin.in c.translato,n.5.extra de constit.Ias.in
l.non dubium,n.12.C.de legibus.
Item, quando † statutum vult verba testamen- 76
torum debere intelligi ad literam, masculinum
non concipit foemininum, Dec.in l.2.num.101 ff.
de reg.iur. Ias.in l.qui filiabus,numer.17.& 18.ff.de
legat.1. Menoch.cons.215.num.16.lib.3. Alciat.in
l.1.ff.de verb.sign. quia sexus ipse foemininus non
legitur scriptus in ipso testamento.
Item, † statutum tribuens executionẽ testamen- 77
tis extra ordinem factis, non comprehendit substi-
tutionem tacitã; cum dici non possit testamẽtum,
sed suppletio ad testamentum, Bald.in c.1 col.3 ver.
& ideo, extra de constit. Menoch.de adipisc.possess.re-
med.4.num.229.
Item, quia † tacita pupillaris, comprehensa sub 78
expressa vulgari, concepta, &, si haeres non erit, nõ
solum non legitur scripta, sed etiam nec legi posse
videtur; cum forma ipsa verborum repugnare vi-
deatur; vulgaris namque concipitur verbis negati-
uis, Si haeres nõ erit, sed † pupillaris verbis affirmati- 79
uis, Si haeres erit, & in pupillari aetate decesserit, vt
dixi supra, num.14.
Vnde, si † vulgaris concepta fuerit ea forma, quę 80
non repugnaret pupillari, sed illi etiam posset con-
uenire, tunc non obstante dispositione dicti statu-
ti comprehenderetur tacita pupillaris, puta si † te- 81
stator dixerit, Instituo Caium filium meũ, & sub-
stituo Sempronium, haec namque forma est vulga-
ris substitutionis, Paul.de Cast.in l.iam hoc iure, §.
1.n.5 ff de vulg.& pup.subst. Alex.in l.Gallus, §.1.col.
2.vers.praedictis adde, ff.de lib.& posth.& in l.1.n.14.
vbi Paris.n.82.ff de vulg & pup.subst. Paul.de Cast.
& Dec.in l.precibus, C.de impub.& aliis subst.ille,n.
12.iste.n.15.vers.allegata in contrarium. nam dicta
forma † nõ repugnat ipsi pupillari, sed ei conuenire 82
potest, eam sic explicando, Instituo Caium filium
meum, & si ipse haeres non erit; vel haeres erit, & in
pupillari aetate decesserit, substituo Sempronium;
cũ itaq; cõueniat pupillari, & legatur sicut vulgaris,
non debet plus dici reiecta à statuto, quàm ipsa vul-
garis, Menoch.de praesump.lib 4.par.2.praesum 36.
sub num.48.
Et multò magis procederet † dicta restrictio, si 83
in ipsa forma vulgaris, exstarent aliqua verba signi-
ficantia testatorem voluisse substituere, etiã pupil-
lariter; puta si dixisset, † Instituo Caium filiũ meũ 84
impuberem, cui, vel, ei substituo Semproniũ; haec
namq; forma significare videtur, etiã ipsam pupil-
larem substitutionem, ne frustra videatur testator
protulisse verba illa, filium meum impuberẽ, & illa,
cui, vel, ei, Menoch.d.praesum.36 n.48.circa fi.Rum.
in l.1.n.11 13.15.& 17.ff.de vulg.& pup.subst gloss.&
Dec.in l.precibus, C.de impub.& aliis subst. Ias.in l.
quamuis, n.3.C.eod. vbi exemplificat, quando † te- 85
stator dixerit, Instituo filium meum pupillum; &,
si decesserit in pupillari aetate, substituo Caiũ; qua
forma ita exprimitur pupillaris, sicut vulgaris.
Aut statutum simpliciter dictaret, quòd † testa- 86
menta seruentur sine vlla interpretatione, & tunc
procederet secunda opinio, quasi tale statutum
non

non videatur tollere interpretationem de iure approbatam, *Gul. de Bened. in 2. part. cap. Raynutius, in materia vulgaris, sub numero 130. extra de testam. Lancel. Polit. in tract. subst. in materia vulgari, particula 6. sub num. 48.* hancque fatetur probabiliorem distinctionem *Menoch. d. præsumpt. 36. num. 42 circa fin. Franc. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 5. tit. 14. num. 31. & 32.*

Declara primò principalem quæstioois nostræ
87 conclusionem, vt non † procedat io testamento militis, in quo vulgaris expressa oon contineret tacitam pupillarem, *Alciat. in l. 1. num. 142. vers. addidit, & in l. centurio, nu. 35. in fin. ff. de vulg. & pup. subst. Vacon. lib. 4. declar. iuris, cap 61. num. 11. Menoch. d. præsum. 36. num. 50. Franc. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 5. tit. 14. sub num. 13.*

Declara secundò, non procedere, quotiescunq;
88 † testator ita dixisset; Instituo Gaium filium meum impuberem: &, si ipse hæres non erit, vel hæres erit, & in pupillari ætate decesserit, substituo Sempronium per fideicommissum; tunc enim vulgaris illa expressa non contineret tacitam pupillarem, *Ruin. cons. 103. in fin. lib. 2. Menoch. d. præsump. 36. num. 51. Franc. Mantica in tract. de coniect. vlt. volunt. lib. 5. tit. 14. num 14.*

89 Declara tertiò, vt non procedat, quando † testator substituisset quo ad sua bona; quia tunc, & si facta fuerit pupillo, non tameo erit pupillaris, sed vulgaris, *Menoch. d. præsump. 36. nu. 52. Corn. cons. 262. col. 1, lib 1. & cons. 152. num. 26. & 31. libr. 2. & cons. 93. col. 2. lib. 3. & cons. 95. col. 2. lib. 4. Cravet. cons. 98. nu. 10.*

Declara quartò, vt procedat, quoties expressa vulgaris fieret verbis specialibus, aut singularibus;
90 secus verò, si † fieret verbis generalibus; veluti, †
91 Instituo Titium & Sempronium, eosque inuicem substituo; quia tunc continebitur expressa pupillaris, si vterque impubes fuerit; noo autem tacita pupillaris, *Couar. in cap. Raynutius, §. 4. nu. 6 vers. est autem, extra de testam.* vbi testatur communem * opinionem, *Crass. in §. substitutio, quæst. 11. nu. 10.* vbi etiam testatur communem * opinionem *Bart. in l. Lucius, num. 7. ff. de vulg. & pupill. substit.* vbi etiam *Ias. colum. 4.* fatetur hanc esse communem * opinionem.

92 Idemque erit, si † substitutio ita fuerit concepta; Iostituo Titium filium, & ei substituo Sempronium; quia si Titius impubes fuerit, censeretur pupillaris expressa, *Couarr. d. §. 4. numer. 6. vers. est autem, in fine, Bartol. Iason, & Lancellotus, Galeaul. in l. centurio, ff. de vulgar. & pupillar. subst. ille, numer. 32. iste, numer. 55 hic, colum 87.* vbi testatur communem * opinionem *Alexan. in l. Gallus, §. 1. colum. 2 ff. de liberis & posthum. Crass. in §. substitutio, quæst. 11. in fine,* vbi etiam testatur communem * opiniooem.

ARGVMENTVM.

Vtrum instituto, vel defuncto succedatur per vulgarem?

SVMMARIVM.

1 *Testatori, & non instituto succeditur per vulgarem, numero 1.*

QVÆSTIO XXIII.



QVID sit quartus effectus vulgaris substitutionis? Respond. quod † per eam succeditur defuncto, oō ei cui substitutio est facta, *Instit. de vulg. subst. in princ. Bart. in l. 1. num. 38. ff. de vulg. & pupill. subst.* vbi etiam *Aret. colum. 17. Alexand. num. 37. Socin. num. 39. Iason num. 62. Ripa num. 173.* & omoes * Doctores, vt testatur *Sfor. Odd. in prælud. compend. part. 2. quæst. 5. col. 7. vers. quartus, Crass. in §. substitutio, quæst. 12. num. 1.* vbi fatetur id omnes * sequi, *Bald. in tract. subst. in materia vulgari, num. 18. Bart. de Hueto, in tract. eiusdem tit. cap. 1. numer. 19. Zas. in tract. subst. in materia vulgar. nu. 27.* vbi testatur commonem * opinionem, *Constant. Roger. in tract. substit. tit. 3. quæst. 4. num. 47. Aret. instit. in tract. subst. in materia vulgaris, num. 14.* vbi voto communi * scribentium, ita firmari testatur *Gul. de Bened. in 2. part. cap. Raynutius, in materia vulgaris, numer. 113. extra de testam. Anton. Gabr. lib. 6. conclus. tit. de tutel. concl. 1. num. 45. Anchar. consil. 440. colum. 2. Sforz. Odd. consil. 68. num. 4. & cons. 29. num 9.* vbi testatur ita omoes * sentire.

ARGVMENTVM.

Vulgaris, an faciat de suo, voluntarium hæredem?

SVMMARIVM.

1 *Vulgaris facit de suo, voluntarium hæredem, n. 1. declara, num. 10.*
2 *Filius dicitur suus, & necessarius hæres patris.*
3 *Suus hæres quare dicatur.*
4 *Necessarius hæres quare dicatur.*
5 *Hæres necessarius habet beneficium abstinendi ex humanitate prætoris, num. 5. & si remaneat hæres de iure ciuili, num. 6.*
7 *Prætor non potest facere, nec tollere hæredem.*
8 *Hæredes fiunt per leges, Senatusconsulta, vel Principum constitutiones.*
9 *Prætor facit bonorum possessores.*

QVÆSTIO XXIV.



QVID sit quintus effectus vulgaris substitutionis? Respond. quod facit † de suo voluntarium, *Bart. in l. 1. numer. 45. ff. de vulg. & pupill. substit. per l. si filius hæres, ff. de liber. & posthum.* quem sequitur *Paul. Leon. in tract. subst. in materia vulgar. nu. 168. in fin. Crass. in §. substitutio, quæst. 14.* vbi testatur hanc esse communem * opinionem, *Calanth in d. l. 1. num. 57.* vbi etiam fatetur communem * opinionem, *Sforz. Odd. in prælud. compend. part. 2. q. 5. colum. 7. vers. quintus,* vbi etiam dicit communem * opioionem, *Socin. in d. l. 1. num. 47.* vbi ait communem * opinionem, *Lancel. Polit. in tract. subst. in materia vulg. in fin. Bart. de Hueto, in tract. eiusdem tit. in materia vulgaris, sub num. 8. per l. iam dubitari, ff. de hæred. instit. Bald. in tract. substit. in materia vulgaris, sub num. 31. Zas. in tract. eiusdem tit. in materia vulgar. cap. 3. n. 8. Aret. Instit. in tract. substit. in materia vulgaris, num. 16. Constant. Roger. in tract. substit. tit. 1. quæst. 4. num. 55. fol. 31. Gulıel.*

Bened. in cap. Raynutius. 2. part. in materia vulgaris, num. 121. extra de testam.

Sciant (tirones) pro intelligentia huius effectus,
2 quod † filiusfamilias dicitur patris suus, & neces-
3 sarius hæres; suus † dicitur, quia domesticus, & viuo quoque patre quodammodo dominus existimatur, ex artificio iuris ciuilis, *l. fin. C. de impuber. & aliis subst. §. ei qui, Instit. de inutil. stip. §. sed sui, Instit. de hæred. qual. & differ. l. 2. in fin. ff. pro hærede, l. fin. C. qui potior. in pignor. habe. l. in suis, ff. de liber. & posth.*

4 Necessarius † autem dicitur, quia siue velit, siue nolit, tam ab intestato, quam ex testamento hæres fit, *§. sui autem, vers. necessarii, Instit. de hæred. qual.*
5 *& differ.* Licèt † ex humanitate prætoris concedatur beneficium abstinendi ab hæreditate, nō quod habeat necesse ipse filius adire prætorem, sed sufficiet, si se non immisceat, *d. §. sui autem, in fin. l. ei qui se, ff. de acquir. hæred. l. 1. C. si min. ab hæredit. se*
6 *abst. Crass. in §. suitas, quæst. 5. num. 1.* remanebit †
7 nihilominus hæres de iure ciuili; quia prætor † non potest facere nec tollere hæredem, *§. quos autem, Instit. de bonor. poss. ff. Alciat. lib. 3. parer. cap. 3. Zas. in tract. subst. in princ. sub num. 8.* fiunt enim †
8 hæredes per legem, Senatusconsulta, vel constitutiones Principum, *§. quos autem, circa med. Instit.*
9 *de bon. possess.* Quos verò † ad successionem prætor vocat, dicuntur bonorum possessores, *d. §. quos autem, Instit. de bonor. possess. l. fin. C. de suis, & legit. hæred.*

10 Or sì à parte, † instituto filiofamilias, substituatur vulgariter, de necessario hærede, fiet voluntarius, etiam iure ciuili, absque prætoris beneficio, ex sola voluntate ipsius patris vulgariter substituentis, *Zas. in tract. subst. in materia vulgaris, sub n. 8. tract. diuers. tom. 8. par. 1. fol. 265.*

ARGVMENTVM.

Vtrum vulgaris excludat ius accrescendi?

SVMMARIVM.

1 *Vulgaris excludit ius accrescendi, num. 1. rationes, num. 2. 4. 5. & 6. amplia, num. 7. 8. & 10. limita, num. 11. 12 13. 14. 15. 16. 18. 19. 20. 22. 23. 24. 26. & 27.*
5 *Ius accrescendi est remedium subsidiarium.*
6 *Ius accrescendi fuit introductum, ne testator decederet pro parte testatus, & pro parte intestatus.*
2 *Ius accrescendi venit ex tacita voluntate testatoris.*
3 *Expressum facit cessare tacitum.*
4 *Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis.*
7 *Ius accrescendi excluditur etiam per tacitam vulgarem, num. 7. nisi fuisset coniunctus filius testatoris, num. 9.*
10 *Substitutio excludit ius non decrescendi.*
11 *Substitutus excluditur a coniuncto ex coniecturata mente testatoris.*
12 *Substitutio inualida non excludit ius accrescendi; nu. 12. contra, n. 13. Authoris distinctio, n. 16.*
14 *Testator potest tollere ius accrescendi.*
17 *Coniunctus præfertur substituto, si simpliciter pluribus institutis, alius simpliciter substituatur.*
18 *Ius accrescendi excludit vulgarē factam in aliqua parte hæreditatis, & non in vniuersa.*
19 *Substitutio non impedit ius accrescendi, quando idem fuerit coniunctus & substitutus.*
20 *Ius accrescēdi excludit substitutum quando interpretamur substitutionis conditionem non extitisse, num. 20. exemplum, n. 21. declara, n. 24.*
23 *Ius accrescendi excludit substitutum, quando substitutio fuisset facta per copulam, nu. 22. exemplum, num. 23.*
24 *Substitutus, si fuisset vnus ex duobus, vel pluribus hæredibus scriptus, si alii non sint futuri hæredes, altero repudiante, ipse substitutus, idemq; coniunctus deberet ad eius partem admitti, nu. 24. quia est munitus duplici iure, coniunctionis scilicet & substitutionis, num. 25.*
26 *Vulgaris excluditur per ius accrescendi, quando fuisset facta pluribus nomine collectiuo, num. 26. exemplum, num. 27. secus si fuisset facta alternatiuè, num. 28. exemplum, num. 29. nisi ex coniecturata mente testatoris, num. 30. exemplum, num. 31.*
32 *Alternatiua, ex coniecturata voluntate testatoris, accipitur pro coniuncta.*
33 *Substitutio est potentior iure accrescendi, respectu prælationis, non autem respectu transmissionis.*
34 *Ius substitutionis, antequam conditio impleatur, non transmittitur ad hæredes, nisi fuerit coniunctum cum iure accrescendi.*
35 *Ius accrescendi tamquam rei cohærens transmittitur ad hæredem.*

QVÆSTIO XXV.

QVID sit sextus effectus vulgaris substitutionis? Respond. quia † excludit ius accrescendi, *Lancell. Polit. in tract. subst. in materia vulgaris, num. 51. per l. 1. §. in primo, & §. pro secundo, C. de caduc. tollend. Sforz. Odd. in prælud. compend. part. 2. quæst. 5. colum. penult. vers. sextus, Angel. in l. 1. §. fin. ff. de vulg. & pupill. subst. per l. 2. §. si duo, ff. de bonor. possess. secundum tab. Auth. hoc amplius, C. de fideicom. §. si quis autem non implens, Auth. de hæred. & Falcid. Bart. in l. re coniuncti, num. 3. ff. de legat. 3. gloss. in l. qui patri, ff. de acquir. hæred. Crass. in §. ius accrescendi, quæst. 14. & in §. substitutio, quæst. 13. numer. 1.* vbi testatur hanc esse receptissimam * opinionem, *
Paul. de Castr. cons. 114. lib. 1. Alexan. cons. 38. lib. 1. & cons. 92. lib. 3. Roma. cons. 131. Corn. cons. 39. lib. 3. Socin. cons. 67. vol. fin. Aret. instit. in tract. subst. in materia vulg. num. 17. Paul. Leon. in tract. subst. in materia vulg. num. 140. Ias. in d. l. 1. num. 44. vers. istud confirmatur, Menoch. lib. 4. præsumpt. part. 2. præsum. 40. num. 17. Franc. Mant. de coniect. libr. 4. tit. 11. num. 15. Menoch. cons. 797. n. 24. vol. 8. Marc. Ant. Eugen. cons. 12. num. 48. Surd. de alimen. tit. 2. quæst. 15. num. 220. Purpur. cons. 546. n. 10. Peregr. in tract. de iure fisci, lib. 3. tit. 18. sub num. 100.

Et est ratio, quia substitutio venit ex expressa voluntate testatoris, ius verò † accrescendi ex taci- 2
ta, *Menoch. cons. 688. num. 6, volu. 7. & cons. 220. n. 133. vol. 3. Sforz. Odd. de restit. in integr. q. 62. nu. 104.* & † expressum facit cessare tacitum, *l. cum ex* 3
filio, vbi Bart. ff. de vulg. & pupill. subst. Bald. in l. testamento, C. de impub. & aliis subst. Bertach. in reper. in verb. expressio, vers. 3. Crass. in §. substitutio, q. 13 num. 1. in fin. Paul. Leon. in tract. subst. in materia vulgaris, num. 141. Vel quia prouisio † hominis fa- 4
cit cessare prouisionem legis, *Crass. in §. substitutio, q. 13 n. 1. in fin. l. fin. C. de pactis conuent. Socin. iun. in l.*

stipulatio-

ſtipulationes non diuiduntur, num. 418. ff. de verbor.
oblig. l. mariuus, C de procur. Salic. in l. cum antiquio-
5 *rib. n. 6. verſ. 6. C. de iure deliber.* Vel quia † ius ac-
creſcendi eſt remedium ſubſidiarium, quod cæte-
ris deficientibus competit; ideo perexiſtente ſub-
6 ſtitutione vulgari, ceſſat, *Lancel. Polit. in tract. ſub-*
ſtit. in materia vulgaris, ſub numero 51. Vel quia † ius
accreſcendi fuit introductum, ne teſtator decede-
ret pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, *Craſſ.*
in §. ius accreſcendi, quaeſt. 3. vbi teſtatur commu-
nem * opinionem, *gloſſ. in l. ſeruus communis, ff. de*
acquir. hæred. Cagn. in l. ius noſtrum, numer. 5. ff. de
reg. iur. Romul. in l. re coniunctis, in princ. num. 15. ff.
de leg. 3. Alciat. lib. 4. parad. cap. 8. Quæ ratio ceſ-
ſat ſubſtituto nunadeunte, *Aret. Inſtit. in tract. ſub-*
ſtit. in materia vulgaris, num. 17. in fin. Paul. Leon. in
tract. ſubſt. in materia vulg. nu. 141. circa fin.
7 Amplia primo, vt procedat etiam in † vulgari
tacita, comprehenſa ſub pupillari, *Ripa in l. 1. num.*
181. ff. de vulgar. & pupill. ſubſt. per l. fin. C. de inſtit.
& ſubſt. Sforz. Odd. d. quaeſt. 5. colum. penult. Craſſ.
dict. quaeſt. 13. nu. 2. vbi hanc ſententiam frequen-
ter placitam * dicit, *Bald. in d. l. fin. vbi etiam Iaſo.*
idem Iaſ. & Crot. in d. l. re coniunctis, ille, colu. 37 iſte,
colum. 18. Anton. Gomez. lib. 1. variar. reſol. cap. 3.
num. 28. vbi Soarez in addit. num. 62. teſtatur com-
munem * opinionem, *Vaſq. in præfat. lib. 2. de ſuc-*
ceſſ. progreſſ. num. 15. & 18. vbi teſtatur communem
* opinionem, à qua nemo diſcrepauit, *Fran. Man-*
tica de coniectur. vltim. volunt. lib. 4. tit. 11. num. 17.
8 Amplia ſecundo, vt procedat, etiam ſi † con-
iunctus fuiſſet filius teſtatoris, *Ripa in d. l. 1. ſub nu-*
mer. 181. Iaſ. in l. poſthumus. §. quod vulgo, in fin. ff.
de liber. & poſth. Sfor. Odd. d. queſt. 5. col. pen. Craſſ.
in §. ſubſtitutio, quaeſt. 13. nu. 2. in fin. vbi teſtatur
eſſe communem * opinionem, *Franc. Mantica de*
coniect. vltim. voluntat. lib. 4. tit. 11. num. 19. Quic-
quid ſentiat *Bart. in l. fin. C. de inſtit. & ſubſt. Paul.*
Leon. in tract. ſubſt. in materia vulgaris, ſub nu. 143.
9 Non tamen dicta ampliatio procederet in vulgari
tacita, *Ripa in d. l. 1. num. 181. Sforz. Odd. quaeſt. 5.*
colum. pen. verſ. ampliatur ſecundo, arg. l. ſcripto, ff.
vnde liber. l. nam, & ſi parentibus, ff. de inoffic. teſtam.
10 Amplia tertio, vt ſubſtitutio † excludat etiam
ius non decreſcendi, *Franc. Mantica de coniect. lib.*
4. tit. 11. num. 20. Ludo. Bolog. conſ. 66. nu. 6.
11 Limita primo, vt non † procedit, quando ex
coniecturis aliud teſtatorem voluiſſe probaretur,
ſeu ex mente ipſius teſtatoris tacitè cōtrarium ap-
pareret; quia tunc coniunctus præferretur ſubſti-
tuto, *Bart. in l. re coniunctis, ſub num. 33. ff. de leg. 3.*
per l. quidam teſtamento, ff. de vulga. & pupill. ſubſt.
Soc. & Ripa in l. 1. ff. de vulgar. & pup. ſubſt. ille, nu.
48. iſte, num. 182. Sfor. Odd. in præluð. compend. par.
2. q. 5. col. pen. verſ. limitatur autem, Franc. Mantica
de coniect. vlt. volunt. lib. 4. tit. 11. num. 21. vbi teſta-
tur ita omnes * ſcribentes intelligere, *Bolog. conſil.*
66. num. 7.
12 Limita ſecundo (ſecundum aliquos) vt non pro-
cedat, † quando ſubſtitutio fuiſſet inualida, vel pro-
pter repudiationem ſubſtituti, vel propter alium
caſum; quia tunc coniunctus præferretur, & con-
ſequenter ſubſtitutio non extingueret ius accre-
ſcendi; cum teſtator ita demum videatur voluiſſe
ceſſare ius accreſcendi inter coniunctos, ſi ſubſti-
tutio valeret, *arg. l. ſi iure, ff. de leg. 3.*

Contrariam ſententiam, vt † etiam ſubſtitutio 13
inualida extinguat ius accreſcendi, tenuerunt nō-
nulli, ea moti ratione, quia † teſtator ſua volunta- 14
te poteſt tollere ius accreſcendi, *arg. l. in conditio-*
nibus, ff. de cond. & demonſt. l. dominus, §. 1. (ſecundū
vnam lecturam) *ff. de vſufr.* ſed in tollendo, eadem
voluntas eſt in ſubſtitutione inutili, ſicut in ea, quæ
eſt vtilis, *arg. l. plane, in princ. ff. de leg. 1. l. & ſi trans-*
feram, ff. de adim. legat. ergo, &c.
Ego † verò diſtinguerem cum *Bart. in l. re con-* 15
iunctis, num. 37. ff. de legat. 3. aut eadem perſona eſt
ſubſtitutus, & coniunctus, & tunc, ſi ſubſtitutio eſt
nulla, vel repudiat ex ſubſtitutione, & tunc poteſt
habere ex iure accreſcendi, *l. pen. 2. reſp. ff. de iniuſt.*
teſtam. l. nec is, § hæres, & l. ſi quis hæres, in prin. iuncta
gloſſ. 2. ff de acquir. hæred. Aut † ſunt diuerſi, quia 16
alius eſt coniunctus, & alius ſubſtitutus; & tunc, aut
ſubſtitutio deficiet ex cauſa ad hoc deſtinata vt rem
ad cauſam inteſtati deducat, aut quocunq; alio mo-
do: primo caſu, non reuertitur ad ius accreſcen-
di, ſed potius deuenit ad venientes ab inteſtato,
l. pen. 2 reſp. ff. de iniuſt. teſt. l. ſi poſthumus, verſ. nam,
& cum duobus, ff. de liber. & poſth. ſi ſubſtitutio de-
ficit alio modo, tunc reuertitur ad coniunctum, *l.*
quidam teſtamento. ff. de vulg. & pupill. ſubſt. l. 2. § ſi
duo, ff. de bon poſſ. ſecundum tab. Hancq; Bar. diſtin-
ctionē videtur ſequi, *Soc. & Rip. in d. l. 1. ff. de vulg.*
& pup. ſubſt. ille, num. 18. iſte, num. 183. Sfor. Od. in præ-
lud. compend. par. 2. q 5. col. pen. verſic. limitatur tertio,
Craſſ. in §. ſubſtitutio, q. 13. num 3. idem Bart. in l. pen.
num. 37 ff. de iniuſt. rup. teſta. Franc. Mantica de con-
iect. lib. 4. tit. 11. num. 18.
Limita tertiò, vt procedat, quandò † ſingulari- 17
ter, & nominatim vni ſubſtitutus fuerit; ſecus ſim-
pliciter pluribus inſtitutis, alius ſimpliciter ſubſti-
tuitur; quia tunc, non tam vni, quam toto gradui
videtur ſubſtitutus, & conſequenter coniunctus,
qui erat in primo gradu præfertetur, *Craſſ. in §. ſub-*
ſtitutio, q. 13. in fin. vbi teſtatur communem * opi-
nionem, *Paul. de Caſt. & Soc. in l. ſi is, §. item ſi pater,*
ff. de reb. dub. idem Soc. in l. 1. q. 2. princ. ff de vulga. &
pup ſubſt. Vaſq de ſucceſſ. progreſſ. § 12 num. 12.
Limita quarto, vt procedat, quando † ſubſtitutio 18
vulgaris fuiſſet facta in vniuerſa hæreditate; ſecus,
ſi in aliqua eius parte, *Franc. Man. de coniect. vlt. vol.*
lib. 4 tit. 2. n. 22. per l. ſi ſolus, in prin. ff. de acquir. hære.
Iaſ. in l. vnica, n. 11. C. quando non petentium part. Sfor.
Odd. in præ lud. compen. par. 2. q. 5. col. pen. verſ. quarto.
Limita quinto, vt procedat † quando vnus eſſet 19
ſubſtitutus, & alius coniunctus; ſecus, ſi idem fue-
rit coniunctus & ſubſtitutus; quia tunc ſubſtitutio
non impediret ius coniunctionis, &, per conſequēs
ius accreſcendi, *Fran. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 4.*
tit. 11. n. 24. Bal. in l. teſtamento, n. 1. per illum tex. C. de
impub. & aliis ſubſt. & in l. pen. circa fin. ff. de iniuſt. te-
ſtam. Iaſ. in l. re coniunctis, num. 161 ff de legat 3.
Limita ſexto, vt ius † accreſcendi excludat ſub- 20
ſtitutum, quando interpretamur ſubſtitutionis
conditionem non extitiſſe; puta ſi † inſtitutis duo- 21
bus hæredibus, teſtator vulgariter Titium ſubſti-
tuerit, *Si hæredes non erunt*, quia ſi alter repudiauerit
hæreditatem, potius coniunctus ex iure accreſcen-
di, quàm ſubſtitutus admitteretur; niſi omnes in-
ſtituti repudiauerint illuſt. & reueren. *Fran. Mant.*
de coniect. vlt. vol. lib. 4. tit. 11. n. 25. vbi teſtatur hanc
concluſionem eſſe communiter * receptam, *Bart.*

& Paul. de Cast in l hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. ille, n. 5. iste, n. 4. Soc. in l. 1. n. 51. ff. de vulg. & pup. subst. vbi etiam testatur communem * opinionem, *Ioan. Crot. in l. re coniunctis, n. 169. ff. de leg 3. Soc. iun. in d. § cum ita, num. 72.*

Idem, & multo magis dicendum erit, quando †
22 substitutio fuisset facta per copulam, veluti, Si † Ti-
23 tius & Seius hæredes non erunt; aut, Si neq; Titius
neq; Seius hæredes erunt, Sempronius hæres esto;
quia si alter eorum omiserit hæreditatē, ius accre-
scēdi ex testatoris voluntate excludit substitutum,
quasi defecerit conditio substitutionis, *Mant. d. tit. 11. n. 25. vers. idem, Bar. in l. quāuis, n. 2. C. de impub. & alius subst. & in l. hæredes mei, §. cum ita, n. 5. ff. ad Trebell. & in l. 1. n. 48 ff. de vulg. & pupill subst.* vbi etiam *Soc. n. 51. Paul. de Cast. in d. §. cum ita, n. 4. & in l. quidam testamento, n. 2. ff. de vulg. & pup. subst. Rip. in d. §. cum ita, n. 104.* vbi testatur communē * opinionē.

Sublimita, vt non procedat quando † substitut⁹
24 fuisset vnus ex duobus vel pluribus hæredibus scri-
ptis, si alii non sint futuri hæredes; quia tunc, si alter
repudiauerit, substitutus, idemq; coniunctus pro
tinus deberet ad eius partem admitti, *Franc. Mant.*
25 *d. tit. 26.* quia (inquit) eum † duplici iure & vincu-
lo, coniūctionis scilicet & substitutionis fuerit mu-
nitus, iuris præsumptione magis à testatore videtur
fuisse dilectus, & consequenter meritò deberet in
deficientis portione, cæteris præferri, *Cor. in l. pen. n. 4. C de impub. & aliis subst. Ioan. Crot. in l. re coniunctis, n. 170. in fin. de leg 3 Fran. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 4. tit. 11. num. 26.*

Limita septimò, vt non procedat, quando † sub-
26 stitutio vulgaris facta fuisset plurib. nomine colle-
27 ctiuo; veluti si † testator dixerit, Si vterq; hæres nō
erit; vel, Si ambo; vel, Si omnes hæredes non erūt,
tunc excluderetur substitutus per ius accrescendi,
nisi conditio substitutionis in omnibus fuerit ad-
impleta, *Fran. Mant. de coniect. lib 4. tit. 11. n. 27. per l. pen. C. de impub. & aliis subst. Bart. in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. Soc. sen. in l. 1. n. 51. ff. de vulg. & pup. subst. Ioan. Crot. in l re coniunctis. n. 178. ff. de leg. 3. Soc. iun. & Ripa in d §. cum ita. ille, n. 77. iste, n. 111.* vbi
28 fatentur esse communem * opinionem: secus, si †
fuisset substitutio facta alternatiuè; veluti, Si Titius
aut Seius heredes non erunt; vel fuerit facta distri-
29 butiuè; veluti, Quisquis † ex hæredib. suprascriptis
hæres non erit; quia tunc in singulis personis repu-
diantibus, substitutio præferretur iuri accrescendi,
Fran. Mant. d. tit. 11. n. 28. Bar. in d §. cum ita, & in l. 1. ff. de vulg. & pup. subst. n. 48. Crass. in §. substitutio, q. 15
30 *n. 2.* Nisi † ex coniecturata voluntate testatoris; vt
31 quia † liberi essent instituti, & extraneus substitut⁹,
quia tunc, vt sit locus substitutioni, oporteret nul-
lum hæredē esse, quasi † alternatiua accipiatur pro
32 coniuncta, *Fran. Mant. d. tit. 12 n. 28. circa med. Ang. in d §. cum ita, n. 4. & 7. Imol. & Paul. de Cast. in d. l. re coniūctis, vbi Ioan. Crot. n. 172. in fi. per l. si is qui per du- centa, §. item si pater, ff. de reb. dub. l. Lucius Titius 2. ff de hæred. inst. l generaliter, in prin. C. de inst. & subst. Soc. in l. 1. nu. 51. circa fin. vers. quartus casus est, ff. de vulg. & pupill. subst.*

Scias tandē (beneuole lector) esse potentiorē †
33 substitutionem iure accrescēdi, respectu prælatio-
nis; vt scilicet substitutus coniuncto præferatur,
34 nō autem respectu transmissionis; quia ius † substi-
tutionis, antequam conditio impleatur, non trans-
mittitur ad hęredes, nisi fuerit coniunctū cum iure
accrescendi, *l. qui patri, ff. de acqui. hæred.* at ius † ac- 35
crescendi, tanquā rei cohærens, transmittitur, *Bal. in l. vnica, n. 26. C quando non peten par. Fran. Mant. de coniect. lib. 4. tit 11. sub n. 16. per l si ex plur. bus, ff. de suis & legit. hæred.*

ARGVMENTVM.

Vulgaris substitutionis effectus.

SVMMARIVM.

1 Substitutionis ius vti personale, non transmittitur ad hæredes.

2 Vulgar. substitut. effectus, vltra express. remissiuè.

QVÆSTIO XXVI.

Qvid sit septimus effectus vulgar.
substitutionis? Respon. quia † ius 1
substitutionis, vti personale, non
transmittitur in hæredes, *Polit. in tract. subst. in materia vulgaris, nu. 56. vers. vndecimus, l. qui ex plurib. ff. de suis & legit.*

Dantur & alii † quinq; effectus à *Lancel Polit. in* 2
tract. subst. & alii diuersi à *Paul. Leon. in tract eiusdem tit.* & alii à *Zas. a Bart. de Hucio, & ab Ares. in eorum tract. eiusdem tit.* ad quos delegamus lectorē, contenti solūmodo supradictis, vti notabilioribus.

ARGVMENTVM.

Instituto defuncto ante aditā hæreditatē, propter ius deliberandi, quod ad hæredem trāsmittitur, vtrum debeat præferri hæres ipsius instituti, an substitutus?

SVMMARIVM.

1 Instituti heres præfertur substituto, vita functo ipso instituto ante aditam hæreditate, n. 1. ratio, n. 2. cōtra, n. 3. rationes, n. 4. 6. 7. 8. 9. 10. 12 & 13. Authoris distinctio, n 14. 16 17. & 18.

5 Hæreditas non adita, ex lege antiqua non transmittebatur.

6 Expressum facit cessare tacitum.

7 Testator debet habere hæredem, de quo prouidit, non alium.

8 Transmissionis beneficiū non intelligitur concessum in præiudicium eius, cuius ius est quæsitum ex testatoris voluntate.

9 Legis prouisio cessat per hominis prouisionem.

10 Duo vincula sunt fortiora.

11 Substituto existente, non vocantur hi, qui per legem alias ad hæreditatem vocarentur.

12 Leges anhelant continuè ad obseruantiam vltimarum voluntatum.

13 Verba vbi sunt clara, non est recedendum ab eorū interpretatione.

15 Vulgaris tollit potentiam suitatis.

16 Instituto mortuo ante aditam hæreditatem, vtrum præferatur substitutus, considerantur ab Authore tres species transmissionis, n. 16. 17. & 18.

18 Hæres instituti præfertur substituto, quando ipse institutus transmisisset in hæredem ius deliberandi, ex l. cum antiquioribus, C. de iure delib. *n. 18. rationes, n. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. & 26. idem, si transmisisset ex beneficio* l. vnicæ, C. de his qui ante aper. tabul. *n. 16. non etiam, si ex potentia suitatis, n. 14.*

15 Transmissionis tres species, scilicet ex potentia suitatis, ex l. vnica, C. de his, qui ante apert. tabul.

& ex

& ex l. cum antiquioribus, C. de iure delib. n. 15.16. & 18.

19 L. 3. C. de iure deliber. casus.

20 *Substitutus tacitè dicitur, qui venit per ius accrescendi.*

22 *Substitutus quis dicitur duobus in casibus; vel quia institutus non potest, vel quia noluit.*

24 *Transmissio iuris adeundi, per beneficium restitutionis in integrum, excludit substitutum.*

25 *Ius commune est potentius iure speciali.*

26 *Verba,* Si hæres non erit, *coniunctus simul prouisione hominis, & legis, quomodo intelligantur.*

QVÆSTIO XXVII.



VIA ex prædictis effectib. oriuntur aliquæ difficultates, ideo quæro circa primum, si institutus decesserit ante aditam hæreditatem, propter ius deliberandi, quod ad hæredem transmittitur, vtrū præferatur hæres ipsius instituti an substitutus? Resp.
1 aliquos docuisse simpliciter præferri † hæredem instituti, *Bart. in l. 1. n. 20 ff. de vulg. & pupill. subst.* quia
2 (inquit) licèt institutus hæres, non fuerit † hæres, tamen fecit alium hæredem; cum ex eius persona alius hæres adierit, &, per consequens, substitutio cessat, *l. paterfamilias, ff. de hered. inst. l. si quis filiusfamilias, 2. resp. ff. de acquir. hared. gloss. in l. sed, & si pro dote, § pen. ff. de legat. præstandis, Sfor. Odd. in prælud. compen. par. 2. q. 5. col. 2. vers. limitatur secundo, Rip. in d. l. 1. n. 131.* vbi testatur communem * opinionem,
* *Bald. in tract. subst. in materia vulgaris, sub n. 13 Are. Instit. in tract. subst. in materia vulgaris, n. 7. circa fin. Lan. Pel. in tract. subst. in mater. vulg par. 3. n. 97 & 98.* vbi id probauit pluribus rationibus & argumentis.

3 Contrariam sententiam, vt † præferatur substitutus hæredi transmissorio, tenuit *Ang. in l. cū proponas, C. de hered. inst. Salic. in d. l. cum antiquioribus, sub n. 7. Crot. in c. Raynutius, extra de testam.* vbi eam testatur in puncto iuris veriorem, *Zasius in tract. de subst. in materia vulgaris, sub n. 15. Lan. Pelit. in tract. subst. in materia vulgar. subst. in 3. par. n. 99* vbi eam testatur esse veriorē, *Copra in tract. subst. vulg n. 46. Lanfran. in l. centurio, in materia vulgaris subst. concl. 5. ff. de vulgar. & pupill. subst.* vbi subiicit ab ea non esse recedendum.

4 Mouentur primò, quia † successor hæredis, qui hæreditate non adita decesserat, non venit ex mente testatoris expressa, nec ex lege antiqua, qua non
5 † transmittebatur hæreditas non adita, sed tantum de iure Codicis; substitutus verò venit ex mēte ex-
6 pressa testatoris, & expressum † facit cessare tacitū, *l. cum ex filio, ff. de vulg. & pupill subst.* quam refert
* *Viu. lib. 2. decis. 183. n. 3. Crauet. cons. 92. n. 3. vol. 1.*

7 Secundò, quia aliàs † testator habebit hæredem quem non voluit, & non eum, de quo sibi prouidit, *per l. 1. C. de his qui ante apert. tab. l. si quis filium, §. 1. ff. de acquir. hered.*

8 Tertiò, quia illud † beneficium transmissionis non debet intelligi concessum in præiudiciū eius, cui ius est quæsitum ex testatoris voluntate, *l. nec auus, C. de emancip. liber. l. 2. §. si quis à principe, ff. ne quid in loco publ.*

9 Quartò, quia † prouisio hominis facit cessare prouisionem legis, *l. cum ex filio, §. 1. ff. de vulgar. & pupill. subst. Menoch. de præsum. part. 2. lib. 4. præsum. 36. n. 18 glo. in l. & habet, §. cum quis, ff. de preca. Ruin. cons. 74. n. 8. & 18. vol. 1. Socin. iunior cons. 128. n. 100. & cons. 130. num. 52. vol. 1. Anton. Gabr. lib. 6. concl. tit. de reg. iur. concl. 8 num. 1. & seq.* vbi dictam regulam declarat & limitat multis modis, *Viu. lib. 1. Com. Op. in vers. substitutus sub conditione, circa fin. Canalc. decis. 94. n. 122. par. 3. Meno. cons. 372. n. 33. vol. 4. Ossasc. cons. 40. n. 17. Bonifac. Roger. cons. 43. n. 97. vol. 1. Beccius cons. 82. num. 5. & 20. & cons. 83. n. 3. 12. & 13. & cons. 87. n. 3 & 10. Surd. cons. 156. n. 21. vol. 2. Mari. Anguiss. cons. 264. n. 35. Gigas cons. 114. n. 7. Marcabrunus ab Anguillis cons. 36. n. 98. Cephal. cons. 156. n. 45. vol. 2. Grat. resp. 22. n. 17. vol. 2. Thom. Docens cons. 111. n. 8.*

Quintò, quia substitutus habet voluntatē legis & hominis, *l. lege obuenire, ff. de verb. signif.* alter solùm voluntatem legis, & † duo vincula sunt fortio- 10
ra, *Auth. itaq., C. com. de success. c. 1. extra de treug. & pace, l. balista, ff. ad Trebell.*

Sextò, quia quando est datus † substitutus, non 11
vocantur hi qui per legem; aliàs ad hæreditatem vocarentur, *l. fin. vers. sin autem, C. de necess. seruis.*

Septimò, quia si aliter dicetur, leges & earum interpretes impugnabūt testatorum voluntatem, ad † quarum obseruātiam continuè anhelant iura, 12
l. fin. C. de liber. præter. l. quidam, circa princ. C. de necess. seru.

Octauò, quia † vbi verba sunt clara, non est re- 13
cedendum ab eorum interpretatione, *l. non aliter. ff. de leg. 1. l. si alis, ff. de vsufr. lega. Menoch. cons 496. num. 18. vol. 5.* at illa verba, *Si hæres non erit*, verificantur absque scrupulo per casum mortis instituti, nec eius hæres eam conditionem deficere faciet, *arg. l. qui liberis, § hac verba, ff. de vulg. & pup subst.*

Ego vero distinguo † tres casus; primus erit, 14
quando institutus transmisit hæreditatem ex potentia suitatis; & tunc substitutus præfertur; quia † 15
substitutio vulgaris tollit potentiam suitatis, *Alex. & Ias. in l. si filius hæres ff. de liber. & posthum. Ripa in l. 1. num. 130. ff. de vulg. & pupill. subst. Crass. in §. substitutio, quæst. 9. num. 3.* vbi testatur hanc esse magis communem * opinionem, *Socin. in d. l. 1. n.* *
47. Anton. Gomez lib. 1. variar. resolut. cap. 3. n. 15. Sforz. Odd. in prælud. compend. part. 2. quæst. 5. col. 2. vers. quando transmittit, vbi testatur communem * *
opinionem, *Salic. in l. cum antiquioribus, num. 7. vers. 8. C. de iure delib.* Quicquid dixerit *Paul. Leon. in tract. de subst. in materia vulgaris, sub n. 155.*

Secundus casus erit, quando † institutus trans- 16
misisset hæreditatem in descendentes beneficio *l. vnica, C. de his qui ante apert. tab.* & tunc præferretur hæres instituti, ita intelligo *Bart. in d. l. 1. num. 20.* & alios, quos in principio huius quæstionis adduxi; subiicientes debere substitutum expectare, quod hæres hæredis repudiet, vel alio modo excludatur, quibus addo *Crassum in dict. quæst. 9. num. 3. versic. aut secundo,* vbi testatur communem * opinionem, *
Fernand. Vasq. success. progress. §. 12. num. 22. vers. sic ergo, Zas. in tract. subst. in materia vulgaris, sub numero 13. vers. prima, Bartol. de Hucio in tractatu eiusdem tit. in materia vulgaris, num. 9. Et procederet † etiam quod essent inuicem substituti cum ne- 17
potibus, *Crass. d. q. 9. num. 3. vers. & hoc,* vbi testatur communem * opinionem, *Ripa in d. l. 1. nume.* *
132. ff. de vulg. & pupill. subst. vbi etiam ait hanc esse communem * opinionem, *Vasq. de success. progress.* *
§. 6. n. 33. vbi etiā dicit esse receptiorem * sententiā. *

18 Tertius casus erit, quando † institutus transmisisset in hæredem ius deliberandi *ex lege cum antiquioribus, Cod. de iure deliber.* & tunc, hæredem instituti præferri substituto infra annum ad deliberandum tenuit *Sforz. Odd. in præud. compend. par.*
* *2 quæst. 5. col. 2. vers. quando denique*, vbi testatur hanc esse magis communem * opinionem, *Ripa in l. 1. num. 134. ff. de vulg. & pupil. subst.* quem refert *Crass. d. quæst. 9. n. 3. in fin. Paul. Leon. in tract. subst. in materia vulg. sub nu. 155. Corras. in l. post aditam, num. 34. C. de impub. & aliis substit.*

19 Mouemur primò, per *l. 3. C. de iure deliber.* vbi † cohæredes non impedit ius transmittendi, ergo neq;
20 substitutus; quia cohæres, qui † venit per ius accrescendi dicitur quasi substitutus tacitè, *l. si Titio, & Meuio, §. Iulianus, ff. de legat. 2.*

21 Secundo, † per *l. vnicam, §. in nouissimo, iuncto § cum autem, C. de cad. tollen.*

22 Tertio, qui † substituitur, est altero de duobus casibus substitutus, vel quia institutus non potest, vel quia noluit esse hæres, *Bart in l. 1. n. 13. ff. de vulg. & pupill. subst. Menoch. cons. 743. n. 2. vol. 8.* vbi ait ita omnes * testari. Quorum neuter verificatur in proposito, cum aditio pendeat ex ipsa deliberatione.

23 Quartò, quia † in persona successoris ius deliberandi tale est; quale in persona ipsius hæredis instituti, ideo quemadmodum per ius deliberandi ipsius hæredis substitutus excluditur, ita etiam deberet excludi per ius deliberandi successoris, *arg. eorum quæ not. in l. si cum dies, in fin. ff. de arbitr. l. 1. & 2 ff. de iud c.*

24 Quintò, quia † si transmissio iuris adeundi per beneficium restitutionis in integrum, quæ de iure speciali est, substitutum excludit, *l. quod si minor, §. Scæuola, ff. de minor.* ergo multo magis transmissio illa excludere habeat substitutum, quæ est de iure
25 communi, quod † est potentius iure speciali, *l. eum militis, § militia, ff. de testam. militis.*

26 Sexto, quia simul † coniunctis prouisione hominis, & legis, illa verba, *Si hæres non erit*, intelliguntur sub conditione, & in diem simul hæreditatem afferre; sub conditione, si post annum ad deliberandum datum, hæres non erit, ex prouisione hominis; in diem, ex prouisione legis, *Sfor. Odd. d. q. 5. colu. 2. in fin. vers. quando, per Bald. in l. si arrogator, ff. de adopt.* sed quando aliquid debetur sub conditione, & in diem simul, & si conditio aduenerit, expectatur tamen dies, *l. in illa stipulatione. ff. de verb. oblig.* ergo, si euenerit conditio, & sic mors ante aditam hæreditatem, deberet tamen expectari etiam dies.

ARGVMENTVM.

Vtrum seruo instituto nolente adire, licèt dominus velit, locus sit vulgariter substituto?

SVMMARIVM.

1 *Seruo instituto nolente adire, licèt dominus velit, locus est vulgariter substituto, num. 1. declara, num. 3. 12. & 16.*
2 *Sforz. Odd. refellitur.*
3 *Seruus institutus contemplatione domini, si nolit adire, non præiudicabit ipsi domino.*
4 *Testator instituendo seruum alicuius, videtur vti nudo ipsius ministerio, in acquirendo eius domino.*
5 *Seruus in dubio videtur institutus contemplatione domini, num. 5. ampliatur, num. 6. & 7.*
8 *Filius in dubio præsumitur institutus propria contemplatione, & non patris, num. 8. secus in seruo, num. 5. ratio differentiæ, num. 10. & 11.*
9 *Dictio, plerumque, regulam constituit.*
12 *Substituto locus est, domino repudiante, seruo autē instituto adire volente, n. 12. contra, n. 14.*
13 *Dominus hæreditatem seruo delatam repudiare potest, num. 13. contra, nu. 15.*
14 *Dominus non potest adire sine voluntate serui.*
16 *Substitutioni, etiam locus esset, seruo duorum instituto, quorum alter repudiauerit, & alter adire iusserit.*
17 *Substitutus aliquando concurrit cum instituto, n. 17. regulariter contra, n. 18.*

QVÆSTIO XXVIII.



TRVM seruo instituto nolente adire licèt dominus velit, locus sit vulgariter substituto? Resp. quod † sic, *Bar in* 1
l. 1. n. 20. in fin. ff. de vulg. & pup. subst. per l. cum proponam, circa fin. C. de hæred. instit. Lancel. Polit. in tract. subst. in materia vulgaris, part. 3. sub num. 18 Quicquid † dixerit *Sforz. Odd* 2
in præud. compend. par. 2. q. 5. col. 3. vers. limitatur tertio, in fin. fol. 10.

Declara primo, vt conclusio procedat, quando
† seruus fuisset institutus non contemplatione domini, prout loqui videtur *d. l. cum proponas:* secus, 3
si ipsius domini contemplatione institutus fuisset; quia tunc etiam obstinatus in non adeundo non præiudicabit domino, & consequenter substitutioni locus non esset, *Lancel. Polit. in tract. subst. in materia vulgaris, particula 3 n. 17. in fin. vers. ego ita, per l. penult. C. de iure deliber. l. final. C. de bonis quæ lib.*
Nam de † voluntate defuncti fuit, vti nudo serui 4
ministerio in acquirendo, vt sic magis institutus videretur dominus, quam ipse seruus, *l. filiusfamilias, ff. de donat. causa mortis, l. filio. ff. de condit. & demonstr. l. liber homo, circa fin. ff. de acquir. rer. dom. l. 1. §. 1 ff. si quis omissa caussa testamen.*

Seruus † autem in dubio, ex sola mentione ser- 5
uitutis, videtur institutus contemplatione, & intuitu domini, *Menoch. lib. 4. præsump. par. 2. præsum. 22. num 3. l. filium, ff. de condit. & demonstr. l. cum aliquis, vbi Bart. Bald. & Ias. C. de iure deliber. Anton. de Padilla in l. quoniam, num. 7. C. de fideicomm.* Quicquid scriptum reliquerit *Lancel. Polit. in tract. subst. in materia vulgaris, particula 3. sub numero 18.*
Etiam quod † institutus fuerit hæres ille, de cuius 6
statu dubitabatur; quia adhuc præsumitur institutus contemplatione eius, qui credebatur dominus, *Menoch. dict. præsumpt. 22. num. 6. Paul. de Castr. Alexand. & Ias. in d. l. cum aliquis, C. de iure deliber.*
Ac etiam † procederet in homine libero, bona fide 7
possesso, quia & ille præsumeretur institutus contemplatione bonæ fidei possessoris, *Menoch dict. præsumpt. 22. num. 7. Paul. de Castr. Alex. & Ias. in d. l. cum aliquis, C. de iure deliber.*

Non sic † in filio, qui propria contemplatione 8
& non patris institutus præsumeretur, *l. fin. in text. ibi, cum plerumque verisimile sit testatorem contemplatione magis filii, quam patris, vsum fructum ei reliquisse*

9 reliquisse, *C. de vsufruct.* Dictio † enim illa, *plerumque*, regulam constituit, *l. 3. ff. de offic. praefect. vrb. l. non dubitamus, vbi gloss. & Imol. ff. de condit. & demonstr. Ias. in l. iuris gentium, §. praeter, nu. 21. ff. de pact.* Hancque esse regularem praesumptionem affirmarunt *Bart. Bald. Alex. & Ias. in l. cum aliquis, 2. not. C. de iure delib. Menoch. lib. 4. praesum. part. 2. praesum. 12. num. 2.*

10 Ratio † autem differentiae inter seruum & filiũ afferri solet; quia seruus esse non potest, quin sub dominica potestate constitutus dicatur; secus in filio, qui posset esse non constitutus sub patria potestate; puta, emancipatus, vel naturalis, & consequenter filius statim est capax, & acquirere sibi potest; non ita seruus, cuius capacitas pendet à capacitate domini, *l. si mihi, & tibi, §. regula, ff. de le-*

11 *gat. 1.* Ideò ne † inutilis sit testatoris dispositio, fit praesumptio, testatorem potius voluisse instituere seruum, contemplatione & intuitu domini, *Abb. in cap. Raynutius, nu. 2. extra de testam. Ias. in l. cum aliquis, num. 2. C. de iure delib.*

12 Declara secundò, vt procedat è conuerso † domino repudiante, seruo autem adire volente; quia adhuc locus fieret substituto, *Lancel. Polit. in tract. subst. in materia vulgaris, particula 3. num. 19. & 20.*

13 Quasi † dominus, haereditatem seruo delatam, repudiare posset, *glo. in l. is qui haeres, § fin. ff. de acqui. haered. & in l. legatum seruo, ff. de leg. 1. l. 1. §. per seruum, ff. de success. edicto.*

14 Contrarium † videtur tenere *Bart. in l. is qui haeres, § fin. nu. 9. ff. de acquir. haered.* quia † dominus non potest adire sine voluntate serui, *l. cum propo-*

15 *nas, C. de haered. instit.* ergo † nec repudiare, *l. is potest. ff. de acquir. haered.*

16 Declara tertiò, vt † procedat in seruo duorum instituto, quorum alter repudiauerit, & alter adire iusserit; quia tunc etiam substitutioni locus patebit, *Lancel. Polit. in tract. subst. in materia vulg. par. 3. num. 21. Bald. in tract. eiusdem tit. in materia vulg. num. 14. per l. si libertus, ff. de bon. libert. l. si paterfamilias, ff. de haered. instit. § fin. Inst. eod.*

17 Et esset † casus specialis, in quo substitutus concurreret cum instituto, *gloss. l. fin. ff. de vulg. & pup. subst. & in l. 4. ff. de acquir. her. Bal. in d. tract. subst. in materia vulgaris, sub num. 14.* cum regula sit in

18 † contrarium, *Peregr. in tract. de fideicom. art. 15. n. 11. l. cum in testamento, §. 1. ff. de haered. instit. Corn. consil. 35. num. 1. volum. 2.*

ARGVMENTVM.

Vtrum monacho instituto haerede, & nolente adire, sit locus substituto vulgariter?

SVMMARIVM.

1 *Monacho instituto herede & nolente adire, non est locus substituto vulgariter; sed monasterium adire poterit, num. 1. rationes, num. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. contra, num. 8. rationes, num. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. & 17.*

2 *Hereditas immediatè defertur monasterio, nec aliquod factum monachi in aditione requiritur.*

3 *Monacho est interdicta omnis administratio.*

4 *Monacho relictum, in dubio censetur relictum contemplatione monasterii.*

5 *Filio instituto recusante, poterit adire eius pater.*

6 *Monachus magis aequiparatur filio quam seruo.*

7 *Verba,* Si haeres nõ erit, *intelliguntur, & alium sui ministerio haeredem non fecerit.*

10 *Seruilis subiectio maior est, quam monachalis, nu. 10. ratio, num. 11.*

12 *Dominus cogitur ad vendendum seruum ob nimiã seuitiam, vel denegationem alimentorum.*

13 *Monasterium tenetur alere monachum.*

14 *Seruus potest haberi pro derelicto à domino.*

15 *Serui instituti voluntas requiritur in adeundo.*

16 *Ius adeundi est annexum personae.*

17 *Personae annexa non auelluntur, nec alteri quaeruntur vti inseparabilia.*

18 *Obiectis difficillimis non respondere est animi elati, vel imperiti.*

19 *Monasterium adire poterit, excluso substituto, monacho nolente adire ante aditam haereditatem vita functo, num. 19. quando tractatur de haereditate ascendentium, num. 20. secus, si de haereditate extranea, num. 21.*

21 *Substitutus vulgaris praefertur monasterio in haereditate extranei, monacho instituto nolente adire.*

QVAESTIO XXIX.

VTRVM monacho instituto haerede, & nolente adire, sit locus substituto vulgariter? Respond. quod † non, sed mona- 1
sterium adire poterit, *Bart. in l. 1. sub numero 21. ff. de vulgar. & pupill. substitut.* vbi testatur hanc esse aequiorem opinionẽ, *Crass. in §. substitutio, quaest. 9. nu. 6.* vbi ait hanc esse magis communem * opinionem, *Corras. in l. post aditam, numer. 46. C. de impub. & aliis substit. Ripa in d. l. 1. numer. 149. Imol. in cap. Raynutius, extra de testam. Capra in tract. substit. vulgar. num. 61. & 73. Ias. in d. l. 1. num. 32. Riminald. Instit. in princip. per quas person. nob. acquir. num. 40. Socin. cons. 183. in princ. volu. 1. Gul. Bened. in d. cap. Raynutius, vers. absque liberis, el. 2. num. 48. Felin. in cap. in praesentia, extra de probat. Lancel. Polit. in tract. substit. in materia vulgaris, particula 3. numer. 46. & 50. Archid. in cap. 2. 18. quaest. 1. Zas. in tractat. subst. in materia vulgaris, sub numero 10.* vbi testatur hanc opinionem esse veriorem, *Bald. in tract. eiusdem titu. in materia vulgaris, sub num. 14. Constant. Roger. in tract. subst. tit. 1. q. 4. num. 9. & 10. Aret. instit. in tract. subst. in materia vulgaris, num. 8.* vbi testatur communem * opinionem, *A Villalob. in coll. Com. Op. in litera M. num. 110.* vbi testatur communem * opinionem, *Sforz. Odd. in praelud. compend. par. 2. quaest. 5. col. 3. vers. in monacho, in fin.* vbi testatur hanc esse communem * opinionem Canonistarum & Legistarũ.

Mouemur primò, quia † haereditas immediatè 2
defertur monasterio, nec aliquod factum monachi in aditione requiritur, cum omnis eius voluntas in monasterium sit translata, *Ioan. Andr. & Imol. in cap. in praesentia, extra de probat. cap. nolo, & in cap. non dicatis, 12. q. 1. Ang. cons. 91. & cons. 133. Baldus cons. 309. vol. 2. c. si religiosus, de elect. lib. 6.*

Secundò, quia † monacho est interdicta omnis 3
administratio, *§. illud quoque, Authent. de monach.*

Tertiò, quia † monacho relictum, censetur in 4
dubio relictum contemplatione monasterii, *capit. requisisti, extra de testam.* ergo monasterium sine facto monachi poterit adire, *arg. l. filio, ff. de condit. & demonstr.*

24 Septimò, quia † seruus institutus nolens adire, præiudicat domino, & fauet substituto, *l. 3. C. de hered. instit.* ergo multò magis filius † debet patri
25 præiudicare, qui in aduentitiis, profectitiis, & castrensibus aliquid iuris habet, & seruus nihil, *l. cum oportet, C. de bon. quæ liber.*

26 † Limita tamen principalem conclusionem, non procedere, quando † substitutus esset talis, qui ex coniecturata mente testatoris patri veniret præferendus, vt tunc filio recusante, eidem substituto locus aperiretur, *Ioan. Fabar. in add. ad Villalob. in collect. Com. Op. in litera F. sub num. 20.* vbi testatur
* communem * opinionem, *Bal. in l. 3. colum. 5. C. de hæred. instit. Alexand. in d. l. 1. nu. 25. vers. quamtamen, ff. de vulgar. & pupill. substit. Bald. in l. fin. in princip. C. de bonis quæ liberis. Imol. in l. si paterfamilias, ff. de hered. instit. arg. l. cum acut ssimi, C. de fideicom. l. fin. C. de instit. & substit. l. precibus, C. de impuber. & aliis substit. Zasius in tract. substit. in materia vulgaris, num. 12. in fin.*

ARGVMENTVM.

Vtrum instituto filiofamilias, ante aditam hæreditatem decedente, admittatur pater, vel vulgariter substitutus?

SVMMARIVM.

1 *Substitutus vulgariter admittitur, & non pater, filiofamilias instituto decedente ante aditam hæreditatem, num. 1. rationes & fundamenta, nu. 2. & 3. limita, num. 5.*
2 *Filio mortuo ante aditam hæreditatem, ita demum quæritur patri, si fuerit infans.*
3 *Argumentum à speciali, est validissimum.*
4 *Hæreditas non adita per filium suorum ascendentium, speciali iure ad patrem transmittitur.*
5 *Pater præfertur substituto vulgariter, vita functo filio instituto infra tempus ad deliberandum.*

QVÆSTIO XXXI.

VTRVM, si filiusfamilias institutus, decesserit ante aditam hæreditatem, admittatur pater, vel sit locus vulgari substitutioni? Respond. esse † lo-
1 cum substitutioni, *Bartolus in l. 1. sub numero 23 ff. de vulgari & pupill. substit. Lancellotus Polit. de substit. in materia vulgaris, particula 3 sub numero 32. Sforz. Odd. in prælud. compendiosf. part. 1. quæst. 5. column. 3. vers. in filio vero, fol. 10. Crass. in § substitutio. quæst. 9. num. 5.* vbi testatur commu-
* nem * opinionem, *Ripa in dict. l. 1. num. 153. Lanfranc. in l. centurio, in materia vulgaris substitutionis, conclus. 6. ff. de vulgar. & pupill. substitut. Calanth. in repet. dict. l. 1. versic. mihi, num. 10. fol. 260. Bald. in tract. substit. in materia vulgaris, sub num. 17. Iason d. l. 1. num. 48.*

Mouemur primò, *l. si infanti, C. de iure delli-*
2 *ber.* vbi † filio mortuo ante aditionem ita demum quæritur patri, si fuerit infans, secus, si maior extiterit.

3 Secundo, per † locum à speciali, speciale enim in vno, ius commune in contrarium statuit, *l. 1 ff. ad municipal.* Sed hæreditas † non adita per filium
4 suorum ascendentium, speciali iure ad patrem transmittitur, *Gloss. l. 1. C. de his qui ante aper. tab. l. 2. C. de Orficia.* ergo in aliis hæreditatibus contrarium est ius commune.

Limita non procedere, quoties † filius moreretur infra tempus ad deliberandum, quia tunc pater præferretur substituto, *Baldus in tract. substit. rubr. de vulgar. subst. num. 17. in fin.* 5

ARGVMENTVM.

Si heres institutus habeat duos substitutos, alterum vulgarem, & alterum per fideicommissum, quis eorum sit præferendus ipso instituto repudiante?

SVMMARIVM.

1 *Instituto repudiante, qui habeat duos substitutos, alterum vulgarem, & alterum per fideicommissum, erit præferendus substitutus per fideicommissum, num. 1. rationes, num. 2. & 3. contra & perperam, num. 20. alii distinguunt, numer. 21. declara, num. 22. & 25.*
3 *Hæredi aufertur facultas abstinendi & repudiandi, dato substituto per fideicommissum.*
4 *Clausula, quâ vtuntur indifferenter Notarii, substituendi vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, conseruat omnes effectus substitutionis.*
5 *Fideicommissum deficit, hærede non adeunte.*
6 *Hæres potest cogi officio iudicis, per fideicommissarium vniuersalem adire, & restituere eius periculo, numero 6. siue fideicommissum vniuersale fuisset relictum in testamento, siue ab intestato, cum scriptura, vel sine, numero 7. etiam, quod grauatus fuerit magnæ authoritatis, puta, fiscus vel ipse princeps, numer. 8. 9. & 10.*
12 *Fideicommissarius vniuersalis poterit cogere etiam illum hæredem adire, qui ex persona alterius factus fuerit, num. 11. ac etiam hæredem hæredis, num. 12. declara, num. 13. & 14.*
15 *Fideicommissarius poterit petere in eodem libello, vt hæres adeat & restituat.*
16 *Fideicommissarius adita hæreditate non aget officio iudicis, sed actione ex testamento, vt hæreditatem restituat hæres, nu. 16. contra & perperam, num. 18. 19.*
17 *Fideicommissarius poterit agere contra hæredem, pro singulis rebus non restitutis, & ad rationem reddendam de non extantibus consumptis & neglectis.*
18 *A Petra reiicitur.*
19 *Ioan. Vincent. Hondede refellitur.*
22 *Fideicommissarius non præfertur substituto vulgariter, instituto repudiante, quando testator expressè concesserit hæredi, non posse cogi adire & restituere.*
23 *Testator poterit expressè prohibere, ne hæres cogatur à fideicommissario adire.*
24 *Hæres cogitur à fideicommissario vniuersali adire, etiam si fuisset scriptum, si hæres esse voluerit.*
25 *Substitutus vulgariter præfertur fideicommissario, quoties institutus moreretur hæreditate non adita, & ante coallitionem.*

QVÆ-

QVÆSTIO XXXII.

SI hęres institutus habeat duos substi-
tutos, alterum vulgarẽ & alterũ per
fideicõmissum, quis eorũ sit præfe-
rẽdus, ipso instituto repudiãte? Resp.
esse † præferendũ fideicõmissarium,
Bart. in l. facta, § Iulianus, ff. ad Trebell. vbi etiã Paul.
de Cast. vbi Bart. Dyn. Angel. & Alex. in l. si patroni, §
fi. ff. eod. idem Alex. in l. 1. n. 27. ff. de vulg. & pup. subst.
per l. non iustã, C. ad Trebell. l. quia poterat, ff. eod. Bal.
in d. l. nõ iustam, R.p. in d. l. 1. n. 16. vbi testatur com-
* munem * opinionẽ, *Marc. Ant. Peregr. in tract. de*
* *fideicõ. art. 2. n. 69.* vbi testatur cõmunem * opinio-
nẽ, *Crass. in § substitutio, q. 9. n. 9.* vbi testatur hãc esse
* communem * opinionem, *Io. Coras. in l. post aditã,*
n. 48. C. de impub. & aliis subst. Ias. in d. l. 1. n. 49. vbi
Soc. n. 23. SforZ. Odd. in prelud. comp. par. 2. q. 5. col. 3.
limitatione quarta; vbi testatur hanc esse commu-
* nem * sententiam, *Anto. Fumo. in tract. substitutio.*
in materia vulgaris, num. 31. & 32. Aret. inst. in tract.
subst. in materia vulgaris, sub n. 11.

2 Tum † quia testator, dando substitutum fidei-
commissarium, considerare potuit, quod habebat
facultatẽ cogendi hæredẽ adire, & sibi restituere,
vnde vulgaris censebatur facta in casu, *Si hæres non*
erit, aut fideicõmissarius eum nõ coegerit; vel am-
plius cogere non posset; vel deniq; vbi fideicom-
missum non haberet effectum, *Peregr. d. art. 2 sub*
n. 69. Alex in d. l. 1. sub n. 27. Crass. d. q. 9. n. 9.

3 Tum † quia dato substituto per fideicommis-
sum, videtur sublata facultas hæredis abstinẽdi, &
repudiandi. *Angel. in l. Papinianus, § quoniã autem,*
ff. de inoff. testam. Aret. in l. cẽturio, sub n. 16. ff. de vul.
& pup. subst. Ias. in d. l. 1. n. 50. & 51. ff. de vulg. & pup.
4 *subst.* vbi subiicit, per † clausulam apponi solitam à
notariis in testamẽtis, substituens vulgariter, pupil-
lariter, & per fideicõmissum, suitatem habere o-
mnes suos effectus.

5 Nam cum † hærede nõ adeunte, fideicommis-
sum penitus deficeret, *l. quia poterat, l. ille a quo, § si*
de testamento, ff. ad Trebell. l. si nemo, ff. de testam. tu-
tel. l. si nemo ff. de reg. iur. l. eam quam, C. de fideicom.
Peregr. de fideicom. art. 2. sub num. 12. Authoritate
Senatusconsulti Trebelliani, seu Pegasiani prouisum
6 sum est, fideicommissarium † vniuersalem iudicis
officio posse hæredem compellere, periculo ipsi-
us fideicommissarii adire, & restituere hæredita-
tem, *l. quia poterat, l. nam quod, § si quis compulsus,*
ff. ad Trebell. l. si legatus, l. omnis. ff. eod. § sed quia, Ia-
sit. de fideicõ. hæred. Peregr. de fideicom art. 45. n. 12.

7 Quodque procederet, siue † fideicommissum
vniuersale fuerit relictum ex testamento, siue ab
intestato, cum scriptura, vel sine, *l. & fine, C. ad Tre-*
bell. vbi glo. Cyn. Bar. Bal. Salic. & Paul. de Cast. Per-
egr. d. art. 45. sub n. 12.

8 Hĩc procederet etiã, quod † grauatus fuerit ma-
gnæ dignitatis & conditionis, *l. sed & quæ ff. ad Tre-*
9 *bell.* etiam quod fuerit † fiscus principis, *l. Marcel-*
lus, § fi. l. recusare, § si fisco, ff. ad Treb. Quinimo, etiãsi
10 † fuerit ipsemet princeps, *l. si legatus, § fi. ff. ad Treb.*
11 Item procederet non solum in † nominato hæ-
rede, verum etiam in eo, qui ex eius persona factus
fuerit hæres; veluti pater ex persona filii, dominus
ex persona serui, monasterium ex persona mona-
chi, & fiscus ex persona delinquentis; quia etiam o-
mnes coguntur adire, & restituere, *l. recusare, § me-*
minisse, ff. ad Trebell. l. cum filio familias, ff. de leg. 1.
Peregr. de fideicom. art. 2. n. 75.

Item procederet in † hærede hæredis, in illis 12
casibus, in quibus hæreditas non adita † transmit- 13
titur ad hæredes, veluti in casu *l. cum antiquioribus,*
l. si infanti, C. de iure delib. l. vnica, C. de his qui ante
aper. tab. l. apud hostes, C. de suis, & legit. & per Bart.
in l. ventre, ff. de acqu. hæred. ita docuit idem *Bart.*
in l. ille a quo § si de testamento, num. 2. & 6. ff. ad Tre-
bell. & in l. eam quam, sub num. 4. C. de fideicomm. In-
tellige, vt † hæres hæredis cogatur hæreditatem 14
transmissam adire, & restituere, vti adeundam,
non vti aditam; quia si hæreditatem hæredis gra-
uati repudiasset (vti non sustinens personam hæ-
redis grauantis), cogi non posset adire, *l. si quis*
filium § 1. ff. de acqui. hæred. Paul. de Cast. & Alex.
in l. ille a quo, § si de testamento, col. vlt. ff. ad Trebell.
Peregr de fideicom. art. 2. n. 75. circa fin.

In eodem autem † libello poterit fideicommis- 15
sarius petere, vt hæres adeat, & restituat, *Pereg. de*
fideicomm. art. 45. sub num. 12. Bart. in l. & fino, num.
4. C. ad Trebell.

Adita verò † hæreditate fideicommissarius non 16
aget officio iudicis, sed actione ex testamento, vt
hæreditatem restituat hæres, *gloss. in ver. personales,*
l. 2. C. com. de lega. gloss. & Paul. de Cast. in l. penult. §
cum autem, C. ad Trebell. gloss. Bart. Bald. & Salic. in
l. & fine, C. eodem. idem Bart. in l. si legatus, & in l. Pa-
pinianus ff. eo. Natt. consil. 400. num. 2. & 4. Peregr.
in tract. de fideicom art. 45. num. 13. vbi subiicit, a-
gere etiam † fideicommissarium pro singulis re- 17
bus non restitutis, & ad rationem reddendam
de non extantibus, consumptis, & neglectis, per
Bart. in l. cum tale, § Titius, ff. de cond. & demonstr.
Alex. consil. 186. col. vlt. volu. 5. l. Marcellus, § res
quæ, ff. ad Trebell. l. plane si filium. § qui rogatus, ff. de
leg. 1 Quicquid dixerit † *A Petr. in tract. de fideicom.* 18
prohib. quæst. 10. num 30. Honded. † *consil. 26. circa fi.* 19
Rimin. Iun. consil. 363. n. 24.

Licèt alii, præferendum † esse substitutum vul- 20
gariter tenuerint, per *gloss. in ver. actiones, circa prin.*
ver. & pone exemplum, l. si patroni § fin. ff. ad Trebell.

Et alii, vtramque sententiam distinctionis fœ-
dere concordauerint, vt prima procederet; quan-
do † fideicommissum fuisset tacitè, vel expressè 21
repetitum à substituto; secunda verò quando non
esset repetitum, in quorum sententiam iuit *Bart.*
in l. 1. num. 25. ff. de vulg. & pupill. substit. & eum pri-
mo membro dictæ distinctionis, concordare
communiter * Doctores, fatetur *Peregr. de fidei-* *
com. art. 2. num. 69. sub ver. contra vero, vtrumque
verò membrum amplectitur *Bald. in tractat. de*
substit. in materia vulgaris numero 18. Bart. de Hu-
cio in tract. eiusdem tit. in materia vulgaris, sub nu-
mero 11.

Declara tamen primò principalem sententiam
non † procedere, quoties testator expressè con- 22
cederit hæredi, non posse cogi adire, & restituere,
quia tunc minimè fideicommissarius præferretur,
Mark. Anto. Peregr. in tract. de fideicom. art. 2. num.
70. Poterit enim † testator illud expressè prohi- 23
bere, *Peregr. d. art. 2. num. 70. arg l. ex facto, ff. de*
hered. instit. l. facta, § si sub conditione, ff. ad Tre-
bell. Non tamen † releuaretur hæres, ne cogi pos- 24
set, si testator eum hæredẽ scripserit, Si hæres esse
voluerit, *glo. in versic. contra voluntatem, l. debitor,*

vbi Angel. & Alex. num. 13. ff. ad Treb. Peregr. dict. art. 2 n. 70. in fin.

25 Declara secundò non procedere, quoties † institutus moreretur hæreditate non adita, & ante conditionem, quia tunc præferretur substitutus, *Aret. instit. in tract. substit. in materia vulgar sub n. 11. Anton. Fumens in tract. eiusdem tit. in materia vulgaris, sub num. 31.*

ARGVMENTVM.

Si hęres institutus fuerit indignus, nec hęreditatem adierit, vtrum præferendus veniat fiscus, vel vulgariter substitutus?

SVMMARIVM.

1 *Fiscus est preferendus substituto, herede effecto indigno, nec hereditatem adeunte, num. 1. ratio, num. 2. & 3. contra, & male, num. 8. ratio, numero 9. & 10. alii distinguunt, num. 11. amplia, num. 6. limita, n. 7.*

4 *Fiscus tenetur ad legata, & fideicommissa, etiã hereditate non adita.*

5 *Actiones omnes actiuè, & passiuè transeunt in fiscum.*

6 *Fiscus prefertur substituto, & in iure accrescendi, herede instituto effecto indigno.*

7 *Substitutus prefertur fisco, statuto termino heredi indigno ad adeundum, ante negligentiam eo repudiante.*

9 *Fiscus succedens ex delicto alicuius non habetur vti heres, sed tanquam successor, seu bonorum possessor.*

10 *Substitutus non excluditur, à venientibus ab intestato.*

12 *Indignus quis dicatur, & in quibus differat ab incapace, remissiue.*

QVÆSTIO XXXIII.

SI hæres institutus fuerit indign⁹, nec hæreditatem adierit, vtrum pręferendus veniat Fiscus, vel vulgariter sub-
1 stitutus? Resp. Fiscum † esse præferendũ, substituto repulso, *Bar. in l. 1. nu. 26. ff. de vulg. & pup. subst. per l si sequens, in prin. ff. ad Sillan. l in seruitutem, § et quis, ff. de bon libert. Bal. in tract. subst. in materia vulgaris, n 18. circa fi. Bart. de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia vulgaris, n. 12. Aret. instit. in tract. substit. in materia vulgaris, n. 31. Anton. Fumens in tract. de substit. in materia vulgaris, sub n. 29. Rip. in d. l. 1. num. 155.* vbi testatur cõmunem * opinionem, ibique *Iaso. num. 51. in fin. & Soc. num. 30. Peregr. in tract. de iure Fisci tit. 2. lib. 2. num. 27.* vbi ait esse communem * opinionem & *tit. 4. num. 14. Mart. Landen. in tract. de Fisco, quæst. 186. Francis. Lucan. in tracta. de priuil. Fisci, in princ. num. 27. & 100. Bald. in l. cum quam, num 9. & 10. C. de fideicom Boss. tit. de his quib. vt indignis bona Fisco aufer. sub num. 18. Ant. Thesaur. decis. 127. num. 7.*

2 Quia & si ipse † institutus non sit hæres, tamen facit hęredem Fiscum, atq; ita repellitur substitutus, *l. si paterfam. ff. de hære. inst.*

3 Et licet † substitutus videatur venire ex voluntate defuncti, tamen extat pręsumptio, quod institutus in fraudẽ Fisci non adeat, ideoq; Fiscus occupat, ac si adita fuisset, *Bar. in d. l. si sequens, in prin. ff. ad Sillan. Pereg. de iure Fisci, lib. 2 tit. 2. n. 27.*

4 Inde † Fiscus tenetur ad legata, & fideicommissa, etiam hæreditate non adita, *gl. l. cum quam, C. de fideicom. l. recusare, § si fisco, ff. ad Treb. l. cum Fisco, ff. ad Sillan. Crass. in § hæreditas, quæst. 5. n. 5.* vbi testatur com. * opinionem *l. 2. ff. de alim. & cibar. lega. l. si debitori deportato, ff. de fideiuss. Tiraq. le mort saisit le vif. decl. 14 par. 2. sub num 16. & 19.* vbi sub-
iicit † in Fiscũ transire omnes actiones passiuas, & 5
actiuas, per *l. vlt. in fi. ff. de acq. hære. l. reo criminis, ff. de solu. l. inter socerum, § vlt. ff. de pact. dotal. Clar. in § fi. q. 78. ver. sed an tenetur, Peregr. de iure Fisci, lib. 2. tit. 2. num. 18.*

Et procederet decisio principalis, non solum in
vulgari expressa, verum etiam in † iure accrescen 6
di, vt etiã in eo Fiscus substituto præferatur, *Crass. in § substitutio, q. 9. n. 8. in fi* vbi testatur com. * opin. *Bar. in l. si Titio, ff. de lega. 2. Vasq. de success. progress. § 12. num. 22.* vbi etiam ait communem * opinionem.

Restringitur autem, quando † substitutus ante 7
quam transiret tempus negligentiæ primi hæredis, fecerit sibi statui terminum ad hæreditatem adeundam, vel repudiandã; quia tunc ipso hærede repudiante ante negligentiã, transiret hæreditas ad ipsum substitutum, *Bar. in d. l si sequens, circa prin. ad Sillan.*

Non desunt tamen, qui aduersus principalem
conclusionem, contrarium scriptũ reliquerint, vt
scilicet substitutus † præferatur excluso Fisco, in 8
quorum numero fuit *Lancell. Polit. in tract. subst. in materia vulgaris, particula 3 sub num. 76. & 77. in fi. Crass. in § substitutio, q. 9 num. 8.* vbi testatur hanc opinionem esse æquiorem, à qua in iudicando non esset recedendum, *Zas. in tractat. substit. in materia vulgaris, num. 16. ver. in quarto. Soc. Iun. cõsil. 3. num. 16. vol. 3. Petr. Gregor. par. 3. Syntagm. iuris, lib. 42. c. 14. num. 2.*

Moti præcipuè, quia † Fiscus succedens ex deli- 9
cto alicuius, seu tanquã ab indigno bona vendicãs, non habetur vti hæres, sed tanquam successor, seu bonorum possessor, *Crass. in § hæreditas, q. 5. num. 3.* vbi testatur com. * opinionem, *Bar. in l. inter eos, § fin. ff. de fideiuss. Boss. de bo. vacan. sub n. 10. Tiraq. in tract. le mort saisit le vif, par. 2. decla. 14. num. 19. Bar. in l quoties, col. 1. ver. venio ad secundũ. ff. de nouat. Alex. cons. 31. col. 1 lib. 1. Alex. Trentacinq. in d cap. 8.
num. 7.* vnde qua ratione non † excluditur substi- 10
tutus à venientibus ab intestato, pari ratione nec à Fisco excludi deberet, *Alex. in l. 1. num. 28. ver. item qua ratione, ff. de vul. & pup. subst.*

Et alii, qui distinxerint, aut † institutus repudia- 11
uit antequam efficeretur indignus, & præfertur substitutus; aut repudiauit postquã est effectus indignus, & tunc, aut culpã eius non præcessit indignitas, & pariter præfertur substitut⁹; aut eius culpã præcesserit indignitas, & tunc, aut respicit offensam personæ priuatæ, & præfertur substitutus, aut publicæ personæ, & præfertur Fiscus, *Sforz. Odd. in prelud. compend par 2 quæst 5. limitat 5. per l. si antequam, ff. ad Silla. Bar. in l. hæreditas, C. de his quib. vt indign. l. si pater, & l. nec apud, Cod. de hæred. inst. Paul. de Cast. in l. Papinianus, § meminisse, ff. de inoffic. testam.* Et alii aliter, inter quos fuit *Alexand. Trentacinq. in tractat. substit. par. 1. c. 8. num. 7. ver. ex supradictis.*

Quando autem quis † dicatur indignus, & in 12
quibus differat ab incapaci, te delego ad *Peregr. de iure*

de iure fisci, lib. 2. tit. 2. de indignis, & lib. 3. tit. 1. de incapacibus, fol. 56.

ARGVMENTVM.

Vtrum substitutus vulgariter aliquando concurrat cum instituto?

SVMMARIVM.

1 *Substitutus vulgariter aliquando concurrit cum instituto, n. 1. exēpla, n. 2. 4. 5. 6. 7. 9. 10. 12. & 13.*

2 *Patronus si fuisset institutus, & grauatus in aliqua re propria, habebit vti institutus debitam portionem, & residuum habebit substitutus, si ipse noluerit defuncti iudicium implere.*

3 *Lancel. Polit. in tract. subst. reiicitur, num. 3.*

4 *Filius institutus, cui fuisset vulgariter substitutum, poterit legitimam retinere, & cætera bona substituto repudiare, num. 4. duobus concurrētibus, n. 6. & ab intestato, n. 7.*

5 *Vulgaris substitutio reiicitur a legitima, sicut aliud grauamen.*

8 *Lancel. Polit. in tract. subst. refellitur.*

9 *Substitutus vulgariter in aliqua parte pure, & in aliqua parte sub conditione, deficiente conditione admittitur ipse substitutus, & institutus.*

10 *Substitutus, & institutus in eadem parte concurrent, quando testator instituerit Titium in certa parte sub conditione, & in eadem parte fuerit institutus sub alia conditione, & in defectum secundæ conditionis aliquis substitutus euenienti prima conditione, secunda vero deficiente.*

11 *Substituti, & instituti concursus admittitur, quādo voluntas testatoris & leges vtrique fauerēt.*

12 *Substitutus & institutus admittitur pro æquali portione, si pater duorum filiorum vnum instituerit, alium vero ab eo primo gradu præterierit, ipsiq; instituto substituerit, n. 12 contra, n. 3.*

QVÆSTIO XXXIIII.



TRVM substitutus vulgariter aliquando concurrat cum instituto?
1 Resp. quod † sic, aliquibus in casibus, *Bart. in l. 1. num. 27. ff. de vul. & pup. subst.* vbi testatur communem *
* opinionē *Crass. in § substitutio. q. 9. n. 9. ver. aduertas. Sforz. Odd. in prælud. comp. par. 2. q. 5. col. 5. limit. 6. Constant. Roger. in tract. subst. in materia vulgaris, tit. 1. q. 4. n. 13. Ant. Fum. in tract. eius. tit. in materia vulgaris, num. 29.*

2 Primus itaque erit casus, quando † patronus fuit institutus, & in aliqua re propria grauatus; quia tunc ipse habebit debitam portionem, vt institut⁹, & residuū habebit substitut⁹, si ipse nōvellet iudiciū defuncti implere, *Bart. in d. l. 1. sub n. 27. per l. si libertus patrono, ver. quid ergo, ff. de bon. lib. Alex. in l. quia poterat ff. ad Treb. Soc. in d. l. 1. n. 31. vbi et-*
* *iam Rip. n. 157. Crass. d. q. 9. in fin.* vbi testatur communē * opinionē, *Sfor. Od. d. q. 5. col. 4. ver. 5.* vbi et-
* iam ait hāc esse cōmunem * opinionē *Const. Rog. d. q. 4. sub n. 13 Bar. de Hue. in tract. eius. tit. in materia vulgaris, sub n. 12. An. Fum. in tract. eius. tit. in materia*
* *vulg. sub n. 29.* Et hāc esse * cōmun. opin. fatetur *A-*
3 *lex. Trētacinq. in tract. subst. par. 1. c. 9. sub n. 10.* Quicquid † dixerit *Lancel. Polit. in tract. subst. in materia vul. particula 6. n. 54. versic. quintus.*

4 Secundus erit casus, quando † instituto filio fuisset eidem vulgariter substitutū; quia poterit legitimam retinere, & cætera bona substituto repudiare, *Bar. in d. l. 1. n. 27. in fi. Crass. d. q. 9. sub n. 9.* vbi testatur cōmunem * opinionē, *Rip. in l. 1. n. 157.* vbi *
etiā dicit communem * opinionē. *Bar. in l. quia poterat. ff. ad Trebel. Sfor. Od. d. q. 5. col. 4. ver. sextus est, Const. Roge. d. q. 4. sub n. 13. Bar. de Hue. in tract. subst. in materia vulgaris, num. 12. in fi.* Substitutio enim
vulgaris (sicut aliud quodque grauamen) reiicitur 5
à legitima, *Iacob. de Butr. in l. si arrogator. ff. de adopt. Soc. in l. in conditionibus pupillus, ver. 2. ff. de cond. & demonstr.* vbi testatur com. * opin. *Anto. Gomez.* *
var. resol. tom. 1. c. 11. n. 18 quem refert *Crass. in § legitima, q. 38. n. 9. & in § substitutio, q. 9. n. 9. ver. primus casus.* Quicquid dixerit *Paul. de Cast. in l. si postbumus, § quod vulgo. ff. de lib. & post. Fernand. Vasq. de success. creat. § 10. n. 421.*

Intellige istū casū procedere, duobus † cōcur- 6
rentibus; primo, quod filius habeat substitutū; secundò, q hæreditas fuerit grauata ære alieno; aliàs si filius institutus non haberet substitutum, vel haberet, & hereditas non esset oneribus grauata, non posset acceptare legitimam, & reliquum repudiare, *Ias. in l. 1. n. 52. ff. de vul. & pup. subst. per l. si libertus patrono, vers. cessante verò, ff. de bon. libert. Bar. in l. gerit, col. 7. ff. de acqui. hered. Bald. in l. vnica, q. 1. C. quando non petent. par. Alex. in l. heres institutus, C. de impub. & aliis subst. & consil. 75. col. 3. vol. 1. Franc. Aret. consil. 60. col. 6. Abb. in c. Raynutius, circa fi. extra, de test.* vbi subiicit, istud etiā procedere † ab in- 7
testato, *Alex. in d. l. 1. sub n. 29. Const. Roge de subst. in materia vulgaris, q. 4. sub n. 13* Quicquid dixerit † 8
Lancel. Polit. in tract. subst. in materia vulg. particula 6. num. 55.

Tertius erit casus, vbi † quis fuerit substitutus 9
purè in aliqua parte, & in aliqua parte sub conditione; quia deficiente conditione admittitur substitutus vulgariter, & etiam institutus, *Iason in l. 1. num. 52 in fin. ff. de vulg. & pup. subst. per l. si ita solum, ff. de hered. instit. l. cum heres, § fin. ff. de acquir. hered. Alex. in d. l. 1. sub n. 29. Sfor. Odd. in prælud. compēd. par. 2. quæst. 5. colu. 4. ver. secūdus,* vbi testatur com.
* opin. *Alex. Trentacinq. in tractat. subst. par. 1. cap. 9. num. 30.* *

Quartus erit casus, quando † testator instituerit 10
Titium in certa parte sub conditione, si nauis ex Asia venerit, & in eadem parte fuerit institutus sub alia conditione; puta, si Imperator venerit in Italiam, & in defectum huius secundæ conditionis, Mæuium vulgariter substituerit; quia si euenerit prima conditio, secunda verò defecerit, in eadem parte concurrent institutus, & substitutus ex mente testatoris, *Alex. in d. l. 1. num. 29. in fin. ff. de vulg. & pup. substit.* quem refert *ibi Ias. num. 52. in fi. Raphael Fulgo. in l. quandiu, la 1. ff. de acqui. hered. & in l. si plures, C. de cond. instit. Sforz. Odd. d. q. 5. col. 4. ver. 3.* Licèt contrarium tenuerit *Alex. Trentacinq. de substit. par. 1. c. 9. n. 31. Soc. in d. l. 1. n. 29 ff. de vul. & pup. subst.*

Quintus erit casus, quando † voluntas testato- 11
ris, & leges vtrique adeò fauerent, vt quem testator vocauerit, cognosci nequeat, quia tunc in dubio admitteretur concursus instituti, & substituti, *Crass. in § substitutio, quæst. 9. num. 9. vers. secundus, per l. si paterfamilias, ff. de hered. instit. & in § fin. Inst. eod. Bart. in d. l. 1. num. 27. ff. de vul. & pup. subst.* vbi

* *Soc. sub n. 29.* testatur communem *opinionem, *Sforz. Odd. in prælud. compend. par. 2. quæst. 5. columm. 4. versic. primus, Lancel. Polit. in tract. subst. in materia vulg. particula 6. effectu 4. Bartol. de Huc. in tract. eius. tit. in materia vul. sub n. 12.*

Sextus erit casus (secundum aliquos) quandò
12 aliàs † caduca fieret omnis testatoris dispositio;
puta, si pater duorum filiorum vnum instituerit, alium verò ab eo primo gradu præterierit, sed instituto substituerit, quia vterque admitteretur pro æquali portione, *Paul. de Castr. in l. si filius qui heres, sub n. 30. ff. de lib. & posth.*

13 Contrariam † sententiam, & receptiorem * tenuit *Soc. in l. 1. n. 31. ff. de vul. & pup. subst. Sfor. Odd. in prælud. compend par. 2. quæst. 5. col. 4 vers. quartus casus*, vbi eam etiam fatetur esse communem * *Lancel. Polit. in tract. subst. in materia vulgar. particula 6. num. 54. vers. tertius casus*, vbi testatur *Paul. de Cast.* sententiam esse falsam, & in iure nec probatam, nec probabilem.

ARGVMENTVM.

Vtrum admittatur institutus, vel substitutus vulgariter; si institutus in primo gradu potest esse hæres, sed nō eo modo quo defunctus voluit, quia fuerat institutus suus; vel necessarius, sed tempore mortis repetitur emancipatus vel manumissus?

SVMMARIVM.

1 *Substitutus vulgariter, vtrum præferatur instituto, si ipse institutus nō poterit esse heres, eo modo quo defunctus voluerit, quia fuerit institutus suus, vel necessarius, & tēpore mortis reperitur emācipatus, vel manumissus; distinguitur, n. 1. & 6. rationes distinctionis, n. 2. &* 8.

3 *Differentia emancipationis, & patriæ potestatis hodie est sublata, n. 3. ab intestato (secundum aliquos) secus ex testamento, n. 6.*

4 *Rub. de coniungendis cum emancip. liberis eius, est correpta.*

6 §. & quid si tantū *l.* Gallus, ff. de lib. & post. *nō est correpī⁹ (secūdū aliquos) per iura noua, n. 5. & 6.*

QVÆSTIO XXXV.

CIRCA secundum effectum vulgaris substitutionis, de pluribus dubitari contingit, ideò quæro quid si institutus in primo gradu potest esse hæres, sed non eo modo, quo defunctus voluit; quia fuerat institutus suus vel necessarius, sed tempore mortis reperitur emācipatus, vel manumissus, vtrum admittatur institutus, vel substitu-
1 tus? Resp. distinguendo † cum *Bart. in l. 1. n. 29. ff. de vul. & pup. subst.* cum quo transite cōmuniter * Doctores testatur *Ias. in ea. l. 1. n. 54. in fi.* Quod aut ista vulgaris substitutio fuit facta ex necessitate, vt quādo nepos substituitur filio, & tunc substitutus præfertur, *l. Gallus § & quid si tantum, in tex. ibi, emancipatus esset, ff. de lib. & post.* vbi idem *Bar. n. 4. Const. Rog. in tract. subst. tit. 1. q. 4. n. 18. Bar. de Huc. in tract. eius. tit. in materia vul. n. 14. Bal. in tract. eius. tit in materia vulga. n. 20. Alex. Trentacinq. in tract. eius.*
* *tit. c. 10. n. 7. par. 1.* vbi testatur communem * opinio-
2 nem. Ratio, quia † videtur substitutus in illum casū, si filius desierit esse suus, *Bar. in d. l. 1. sub n. 29. Bal. & Bar. de Huc. in eorū tract. subst. in materia vulgaris, ille, sub n. 20. ille, sub n. 14.* Quod procederet secundū iura Digestorum, secus secundū hodierna, quibus est sublata differentia emancipationis, & 3
patriæ potestatis, *Auth. de hære. ab intest. in prin. Bar. in d. l. 1. sub nū. 29.* quem refert & sequitur *Bart. de Hucio in tract. subst. in materia vulgaris, sub num. 14.*
& † titulus *de coniung. cum emancipat. lib.* est cor- 4
reptus. *glos. l. 1. in princ. ff. de coniūg. cum emanc. lib. l. si proponas, C. de inoff. testamen. Auth. in successione, C. de suis, & legitim § 1. Auth. de hæred. quæ ab intest. l. fin ff. de vulg. & pup. subst.* licèt alii dixerint, dictum
† § *& quid si tantum*, non corrigi per iura noua, sed 5
ea loquuntur nullo condito testamento; confecto
† verò vltimo elogio, remaneret differentia e- 6
mancipationis, & patriæ potestatis, *gloss. in vers. emancipatus, vers. nec obstat. d. §. & quid si tantum, & in Auth. ex causa, C. de liber. præter. & in l. si emācipati, C. de collat.*

Aut † substitutio fuit facta ex voluntate, vt quia 7
non fuisset substitutus nepos, sed extraneus; & tunc præfertur institutus, nō attenta illa status mutatione, *Bart. in d. l. 1. num. 29. in fin. ff. de vul. & pup. subst. & in d. §. & quid si tantum. n. 4. in fin. per § si vero, Instit. de hæred. inst. l. si paterfamilias Titium, ff. eo. Crass. in § substitutio, q. 20. n. 3.* vbi testatur comun. * *
opinionem, *Ias. in d. l. 1. n. 55. vers. secunda, vbi etiam Soc. n. 34. Sforz. Od. in prælud. compend. q. 5 par. 2. col.* *
3. vers. hac tamen, vbi testatur communem * opinionem, *Const. Roger. in tract. subst. tit. 1. q. 4. n. 19. Bart. de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia vulgaris, n. 14. Bald. in tract. eiusdem tit in materia vulgaris, n. 20.*
Ratio est, quia tunc videtur † substitutus, si institu- 8
tus hæres non erit quocunque modo; *Bart. de Hucio in tract. subst. in materia vul. sub n. 14. Bal. in tract. eiusdem tit. in materia vulgaris, n. 20. in fin.*

ARGVMENTVM.

Vtrum testamentum posset assumere vires à tacita vulgari?

SVMMARIVM.

1 *Testamētum posset assumere vires à tacita vulgari, n. 1. fundamenta, n. 2. 7. 8. 9. & 10. contra, & male n. 11. fundamenta, n. 12. 14. 18. & 23.*

2 §. fin. l neque enim, ff. de milit. testam. *casus, n. 2. impugnatur,* n. 5. *defenditur,* n. 6.

3 *Casus specialis non est trahendus in consequentiam.*

4 *Fideicommissaria aliquando trahitur ad directā.*

5 § fin. l. neq; n. ff. de milit. test. *nō loquitur (secundū aliquos) de tacita vulgari,* nu. 5 *contra,* num. 6.

7 L. si pater filium, ff. de vulgar. & pupillar. substit. *loquitur de tacita vulgari, secundum magis approbatum intellectum.*

8 *Vulgaris tacita sumit effectum in casu hæreditatis non adita.*

10 *Vulgaris tacita expirat adita hæreditate.*

11 § Idem Iulianus, l. apud Iulianum, ff. ad Trebel. *loquitur de tacita vulgari, num. 12. 14. 15. 17. 18 20. & 21. contra, vt loquatur de pupillari, n. 13. 15 17. & 22.*

14 *Pupillaris non habet locum, filio non existente herede patris.*

19 *Suitas in filio dicitur sublata, quo ad effectum trāsmittendi, per aditionem cohæredis extranei.*

20 *Transmissio hæreditatis non aditæ excludit ius substituti.*

23 *Expresso vitiato, vitiatur tacitum, num. 23. quādo taci-*

tacitā haberet se ad expressam, vti accessorium, secus si vtrumq; esset principale, n. 24.

QVÆSTIO XXXVI.

VTRVM testamentum possit assumere
vires à tacita vulgari, vt non requiratur
aditio in primo gradu? Respon. quod
† sic, *Bart. in l. 1. n. 30. 31. & 32. ff. de vulg.*
1 *& pup. subst. & in l. lex Cornelia, ff. eod. & in l. apud*
Iulianum, § idem Iulianus, num. 3. ff. ad Trebell. Ias. in
d. l. 1. sub num. 57. vbi testatur cum Bartol. transire
* communiter * Doctores, quem refert *Sforz. Odd.*
in praelud. compend. par. 2. quaest. 5. col. 5. versic. item in
tacita, Zas. in tract. subst. in materia vulgaris, sub n.
22. Alex. in d. l. 1. num. 31. vbi testatur hanc esse ve-
riorem opinionem, *Oldra. cons. 20. Bal. in l. fin. C. de*
inst. & subst. sub cond. fact. & in l. quidam eulogio, C.
de iure deliber. & in l. tractabatur, ff. de milit. testam.
& in l. vnica, §. pro secundo, C. de caduc. tollen. Crass.
in § substitutio; quaest. 10. num. 4. vbi testatur com-
* munem * opinionem, *Rip. & Soc. in d. l. 1. ille, num.*
162. iste, num. 36. Ferdin. Vasq. de success. progress. § 11.
num. 23. Capra de subst. vulg. num. 83. Alciat. & Ca-
lanth. in d. l. 1. ille, num. 74. iste, num. 46. Gul. de Be-
ned. in tract. substit. vulgaris, num. 98. vbi testatur
* hanc esse communem * conclusionem, *Couarr. in*
c. Raynutius, § 5. num. 5. versic. tertia est sententia, in
fin. extra de testam. Const. Roger. in tract. substit. tit.
1. quaest. 4. num. 31. vbi etiam testatur hāc esse com-
* munem * opinionem.

Mouentur primò, per *l. neque enim, § fin. ff. de*
2 *milit. test.* vbi † sub expressa fideicommissaria con-
tinetur vulgaris tacita, & nihilominus, licèt fidei-
commissaria requirat aditionem hæreditatis, & ab
ea testamentum assumere vires non possit, *l. ille à*
quo, § si de testamento, ff. ad Treb. tamen illa tacita
vulgaris non requirit aditionem.

Aduersus cuius *§ fin.* inductionem non obsta-
bit (secundum aliquos) quod ibi sit casus specia-
3 lis, & non † est trahendus in consequentiam, *l. quod*
verè, § de viro, ff. solut. matr. l. ius singulare, ff. de legib.
4 Quia fatentur esse speciale in hoc, vt † fideicom-
missaria trahatur ad directam (quod alibi non re-
peritur, nisi in casu illius §) sed quod illa tacita
vulgaris confirmet testamentum ex se, in hoc non
est speciale, sed ius commune, ita etiam *Bart. in d. l.*
1. sub n. 32 ff. de vul. & pup. subst.

Et licèt *Imol. in d. l. 1.* videatur mordere *d. § fin.*
* 5 ponderationem communem, * quasi † *d. § fi.* non
loquatur de tacita vulgari, quæ à principio esset
causata, & sub expressa contineretur; sed loquitur,
de quadam vulgari causata ex æquitate, propter
extinctionem fideicommissariæ, tamen idemmet
* *Imol. in ead. l.* 1. amplectitur Bart. & communem *
conclusionem; subiiciens ita etiam tenuisse *Angel.*
viua voce (quem refert *Alexan. in ead. l. 1. sub num.*
6 *31.*) ex tacita † voluntate testatoris, qui verisimili-
ter si cogitasset pupillū repudiaturū, substitutum
admitteret.

Secundò mouentur per *l. si pater filium, ff. de vul.*
7 *& pupill. subst.* intelligendo, quod ibi † tractatur
de tacita vulgari, prout eam ita intelligit *Iacob. de*
* *Aret.* & magis communiter * alii, vt scriptum re-
liquit *Alexan. in d. l. 1. num. 31.*

8 Tertiò mouentur per † *l. Antoninus, ff. de fidei-*
comm. libert. quam esse solennem testatur *add. ad*
Bart. in d. l. 1. n. 32. in litera B B.

Quartò mouentur, quia † tacita vulgaris sumit 9
effectum in casu hæreditatis nō aditæ, *l. sā hoc iure,*
ff. de vul. & pup. subst. ergo esset impossibile, quod
in casu aditæ hæreditatis assumeret effectū, *arg. l. si*
ancillam, ff. pro suo, &c, per consequens, non requiri-
tur aditio in primo gradu.

Quintò, quia per † aditionē hæreditatis debet 10
finiri tacita vulgaris, *l. post aditā, C. de impub. & aliis*
subst. ergo ab eo casu nō posset inchoari, *l. Titio cū*
morietur, ff. de vsufr. l. vsufructum cū moriar, ff. de v-
sufr. lega. &, per consequens multò minus requiri-
tur aditio in primo gradu.

Licèt contrariam sententiam, vt † testamētum 11
nō posset assumere vires à tacita vulgari, tenuerint
Dyn. in l. 1. ff. de vul. & pup. subst. Rayn. in tract. subst.
in materia vulgaris, Bal. & Paul. de Cast. in l. si pater
filiū, ff. de vul. & pup. subst. Ioan. Andr. in add. Specul.
rub. de stat. ver. ex quo superius, Ang. in l. vnica, § pro
secundo, C. de cadu. tolle. & in l. lex Cornelia, ff. de vul.
& pup. subst. & in l. si pater captus, ff. eod. Cyn. in l. pre-
cibus, C. de impub. & aliis subst.

Mouentur primo per *l. apud Iulianum, § idē Iulia-*
num, ff. ad Treb. vbi † requiritur aditio ex testamen- 12
to paterno, ad confirmationem tacitæ vulgaris, vt
Bart. in eiusdē § summarie expressim sentit. Sed resp.
Bar. in d. l. 1. sub num. 32. ff. de vul. & pup. subst. quod
in *d. §. idem Iulianus*, requiritur † aditio ad confir- 13
mandas tabulas pupillares, vt demonstrat tex. ibi,
qui fideicommissum in secundis tabulis accepit.

Replicant contrarii; quia substitutio pupilla- 14
ris, non posset habere locum, filio non existente
hærede patris, *Instit. de pup. subst. in prin.* ergò po-
tius deberet intelligi ille *§. idem Iulianus*, quod lo-
quatur de substitutione vulgari, quam de pu-
pillari.

Annihilatur eorum replicatio, quia nihil inter-
sit, quod † pupillo non obuenerint alia bona ma- 15
terna, vel alia, quæ post mortem patris per tutores
fuerunt ei acquisita, *Bart. in d. l. 1. sub n. 32. & in d. §*
idem Iulianus, sub n. 3. licèt iste sensus videatur ali-
quantulum diuinatiuus, quod scilicet in illo *§ idem*
Iulianus, pupillus habebat alia bona, quā paterna.

Angel. verò, quem refert *Imol. in d. l. 1.* respon-
debat, quod ideo in *d. § idem Iulianus*, cessat † sub- 16
stitutio vulgaris, comprehensa sub expressa pupil-
lari; quia cohæredes pupilli erant ipsi pupillo sub-
stituti, & quia cohæredes sunt, intelligitur inter
eos tacita substitutio, *l. si Titio & Maeuio, § Iulia-*
nus, ff. de leg. 2.

Replicant contrarii, quia † tacita substitutio, 17
quæ est inter cohæredes, resultat respectu iuris
accrescendi, sed tacita vulgaris comprehensa sub
pupillari non venit ex iure accrescendi; quia dato
quod non esset aliquo modo hæres, posset substi-
tutus vulgaris venire, & consequenter substitutus,
etiam cohæres omissa institutione, adire posset ex
substitutione, *gloss. in l. quidam eulogio, C. de iure de-*
lib. Alex. & Imol. in d. l. 1. sub n 31. ff. de vulgar. & pu-
pill. substit.

Imol. in d. l. 1. aliter respondet, quod ideò in † *di-* 18
cto § idem Iulianus, non potest habere locum tacita
vulgaris, non præcedente aditione ex testamento
paterno; quia † per dationē cohæredis extranei, e- 19
rat sublata suitas in filio, quo ad effectū transmit-
tendi, *l. si fratris, C. de iure delibe.* ideò prius neces-
se erat scire quis esset hæres pupilli, in quem e-

rat facta transmissio, ac etiam oportuit prius adiri ex expressa pupillari, quam tractare de portio-
10 ne hæreditatis paternæ delata filio, cum † transmissio hæreditatis non aditæ, excludat ius substituti, *l. vnica, C. de his qui ante apert. tab.* Item, atten-
21 to quod † existentia sui hæredis non confirmabat tabulas pupillares, ex quo testator non fuerat confisus contra prouisionem legis, dando cohæredem extraneum; ideoque necessarium fuit prius adire hæreditatem ex testamento paterno per vnum cohæredem pupilli, *Paul. de Cast. in d. § idem Iulianus, Imol. in l. si filius qui patri, ff. de vulgar. & pupill. substit.*

Intellectus prædictus Imol. non placet *Alex. in*
22 *d. l. 1. sub num. 41.* quia † secundum eum esset necesse violare literam *d. § idem Iulianus*, & dicere, quod filius non se abstinuisset à paterna hæreditate, à qua si se abstinuisset, tractaretur de transmissione, *l. si quis filium, in fin. C. de inoff. testam.*
23 Secundò mouentur, quia † vitiato expresso, vitiatur tacitum, *l. 3. § qui habet, ff. de seruit. rust. præd.*
24 Sed resp. *Bar. in d. l. 1. sub n. 32.* quod † contrariũ procederet quando tacitum haberet se ad expressum, vt accessorium; secus si vtrunq; (vt in nostro themate) pariter esset principale, *l. si fideiussoribus, in prin. ff. de leg. 1. Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. 1. c. 10. num. 20.*

ARGVMENTVM.

Si pupillus, cui fuisset facta substitutio pupillaris, decesserit viuo patre, vtrum substitutus posset succedere ex tacita vulgari?

SVMMARIVM.

1 *Substitutus admittitur ex tacita vulgari, pupillo, cui fuisset facta substitutio pupillaris, decedente viuo patre, num. 1. rationes, num. 2. & 5. etiam quod pupillaris ab initio fuisset inutilis, num. 33. contra, num. 6. ratio, num. 7. 8. 9. 10. 11. 12. & 13. elisio, num. 14. instantia, num. 15. distinctio Bar. num. 16. 17. 18. 19. 20. & 21. distinctio aliorum, num. 32.*
2 *Vulgaris tacita, sub expressa pupillari continetur, non virtute verborum, sed legis potestate, & præsumptione.*
3 *Pupillaris expirat non adita hæreditate. secus quo ad tacitam vulgarem, n. 4.*
7 *Pupillaris est testamentum pupilli, licet a patre ordinetur.*
9 *Succeditur ex testamento pupilli, siue ex pupillari expressa, siue vulgari tacita, n. 8. declara, n. 9.*
10 *Pupillo defuncto viuo patre, quare testamentum pupillare corruat, n. 10. 11. & 12.*
12 *Pupillus testari prohibetur.*
13 *Filiusfamilias testari non potest.*
14 *Vulgaris tacita est pars testamenti paterni, cũ per eam testatori succedatur.*
20 *Lex non subuenit ei, qui sibi potuit prouidere, & non prouidit.*
22 L. quod si filius, ff. de capt. & postlim. reuers. *intellectus, n. 22. & 26.*
23 L. quod si filius, ff. de capt. & postlim. reuersis, *non loquitur de tacita vulgari, sed tãtum de expressa pupillari.*
24 *Dictio,* nihil, *est vniuersalis negatiua.*
25 *Dictio,* nihil, *aliquando non excludit omnia.*
27 L. tractabatur, ff. de milit. testam. *ponderatione acute, contra Bar. n. 27. 28. & 29.*
30 *Substitutio directa, ex mente testatoris aliquando trahitur ad obliquam.*
31 *Descendere facilius est, quam ascendere.*

QVÆSTIO XXXVII.

SI pupillus, cui fuisset facta substitutio pupillaris decesserit viuo patre, vtrũ substitutus posset succedere ex tacita vulgari? Resp. indistinctè † quod 1
sic; *Vdalr. Zas. in tract. subst. in materia vulgaris, n. 22. gloss. in ver. non existimo, in ver. duodecim, & in ver. si. l. lex Cornelia ff. de vulg. & pup. subst. & in l. si pater captus, ff. eod. Gul. Bened. in 2. par. cap. Raynutius, in materia vulgaris subst. n. 99. & 102. extra de testam. Aret. inst. in tract. subst. in materia vul. sub n. 12.* vbi testatur hanc esse communem opinionem, *Crass. in § substitutio, quæst. 10. num. 4. ver. aut verò, in fin.* vbi etiam testatur hanc opinionem esse veriorem & magis communem * *Rip. in l. 1. num. 167. ff. de vul. & pup. subst.* vbi etiam eam dicit receptiorem * *Couarr. in d. cap. Raynutius, § 5. num. 5. ver. tertia est,* vbi ait hanc opinionẽ in puncto iuris esse veriorem, *Alex. Ias. & Alciat. in d. l. 1. ille, num. 32. iste, num. 58. hic, num. 74. Lanfran. in l. centurio, in materia vulgaris subst. ff. de vulg. & pupill. substit. Vasq. de progress. success. § 11. n. 38. & libr. 3. de creat. § 21. num. 242. Gomez. var. resol. lib. 1. capit. 3. Imol. & Claud. in d. l. 1. ille, num. 8. iste, num. 38. Constan. Roger. in tract. subst. tit. 1. q. 4. n. 33. ver. ex præmissis, folio 25. Alex. Trentacinq. in tract. resol. tit. par. 1. c. 10. num. 20. ver. & eam supradicta,* vbi testatur hanc esse receptiorem, & magis communem * sententiam.

Mouemur primò, quia † tacita vulgaris sub ex- 2
pressa pupillari continetur, non virtute verborum, (quia aliàs vitiato expresso, vitiaretur tacitum) sed legis potestate, & præsumptione, & contra ipsa verba pupillaria, meritò deberet eadem tacita vulgaris sine vlla distinctione potenter operari, cũ lex parem videatur habere causam præsumendi super tacita vulgari vno loco, sicut in alio, *Zas. de subst. in materia vulg. num. 22. Aret. instit. in tractat. substit. in materia vulgaris, sub num. 12.* Et † 3
quamuis hæreditate non adita, tabulæ concidantur pupillares, *l. 2. ff. de vulg. & pup. subst. l. eam quã, C. de fideicomm. l. quod si filius, ff. de capt.* illud est verum quoad tabulas pupillares, & in eis descripta;
non † autem quoad tacitam vulgarem, quæ ex le- 4
gis potestate venit, *Zas. in tract. substit. in materia vulgaris, sub n. 22.*

Secundò, quia † eiusdem naturæ est tacita vul- 5
garis, cuius est expressa, *Crass. in § substitutio, q. 10. sub num. 4.* At sicut expressa vulgaris locum habet hæreditate non adita, ita tacita, mortuo pupillo in pupillari ætate ante aditam hæreditatem.

Contrariam sententiam, vt † non admittatur 6
substitutus, tenuit *Dyn. in l. 1. ff. de vulgar. & pupill. subst. Ioan. Andr. in add. Spec. rub. de testam. col. 5. Angel. consil. 41. & in l. vnica, § secundò, C. de caduc. tolle. in l. centurio, & in l. si pater captus, ff. de vulg. & pup. subst. Oldrad. consil. 20. Paul. de Castr. in l. precibus, C. de impub. & aliis subst. Freder. de Sen. consil. 256. Ioan. Faber in § qua ratione, colum. 2. Instit. de pup. subst. Paul. de Cast. in l. iam hoc iure, in fin. princ. ff. de vul. & pup. subst. Aret. in d. l. 1. vbi Ias. sub n. 58.* fatetur esse communem * & in iudicando sequendam.

Mouen-

7 Mouentur, quia † pupillaris substitutio est te-
stamentum pupilli, licèt à patre ordinetur, *l. patris,
& filii, ff. de vulgari & pupill. substitut. l. Papi-
nianus, §. nec impuberis. ff. de inoff. testam.* Et si-
8 ue † succedatur ex pupillari expressa, siue ex
vulgari tacita, semper succeditur ex testamento
pupilli, *Ias. in l. 1. sub num. 58. ff. de vulga. & pupill.*
9 *subst.* Veruntamen † ex pupillari expressa succe-
ditur pupillo, ex vulgari tacita testatori, *Institut.*
10 *in prin. de pup. subst.* Sed si pupillus † moritur viuo
patre, testamentum corruit duplici respectu; pri-
11 mò, quia † impubes, qui testari prohibetur, *Crass. in
§ testamentum, quæst. 20. num. 2. l. qua ætate ff. de
testamen. Fernand. Vasq. de success. progr. § 1. n. 104.*
Secundo, quia moritur in potestate alterius; filius
12 fam. † namq; testari nō potest, *l. qui in potestate, ff.
de test. Crass. in § testamentum, quæst. 23. n. 1. Vasq. d.
§ 1. num. 1. Clar. in § testamentum, quæst. 18. Capra cōcl.*
13 *101. num. 62.* Et licèt † lex dispenset circa primum
defectum ætatis, disponens patrem posse filio sub-
stituere, *l. moribus, ff. de vulg. & pup. substit.* tamen
non dispensat circa secundum defectum, & conse-
quenter nullatenus potest succedi ex testamento
pupilli.

14 Respondet *Aret. in d. l. 1.* quod illa † tacita
vulgaris est pars testamenti paterni, cum per eam
testatori succedatur, *Bart. in d. l. 1. sub num. 40. ff. de
vul. & pup. subst.*

Hancq; sententiam ita demum amplectitur *Co-
uar. in d. cap. Raynutius, § quinto, numero 5. vers.
verum etiam, extra de test.* si loquamur de vulgari
15 † omnino tacita, cōprehensa sub ea pupillari, quæ
habet illam conditionem, *Si hæres erit, & in ætate
pupillari decesserit*: secus in ea vulgari, quæ saltim
generalibus verbis expressa sit; qualis est illa, *si filius
meus in pupillari ætate decesserit*; namque ea pro-
cederet vita functo pupillo, testatore superstite,
*Bal. in l. precibus, num. 42. C. de impub. & aliis subst.
vbi Paulus de Cast. num. 21. & Alex. num. 7. Card. in
d. cap. Raynutius, quæst. 39. Soc. Aret. & Rip. in d. l.
1 ille, num. 36. iste, col. 3. hic, num. 167.* vbi restatur
* communem * opinionem; *Alexan. in l. 2. num. 25.
ff. de vulg. & pup. subst. & in l. 1. sub n. 32. ff. eod.*

Alii distinctionis fœdere omnes opiniones
concordari conati sunt; inter quos fuit *Bart. in l.
1. num. 32. versic. vlterius quæro, ff. de vulg. & pup.*
16 *subst.* Quod aut † filius moritur ciuiliter viuo pa-
tre, vt quia capitur ab hostibus, vel post mortem
patris moritur naturaliter, & tunc substitutus po-
test succedere ex tacita vulgari, *l. lex Cornelia, ff. de
vulg. & pupill. subst.* Et est ratio huius membri; quia
17 † patre viuo adhuc durat spes substitutionis pu-
pillaris, vnde non est, quod imputetur patri, cur
testamentum nō mutauit, *Bart. in d. l. 1. sub num. 32.*

18 Aut filius † viuo patre decesserit naturaliter,
& tunc, si pater statim postea decesserit, ita quod
non habuerit tempus mutandi testamentum,
& substitutus pariter admittetur ex præsumpta
voluntate defuncti, quia eum instituisset, si sciuis-
set, *l. si pater captus, vbi gloss. ff. de vulg. & pup. substit.*
19 Si vero † pater decessisset postea ex interuallo, ita
quod habuerit potentiam mutandi testamentum,
tunc substitutus non admittetur, *l. quod si filius,*
20 *ff. de cap.* & est ratio, quia cum † pater potuerit sibi
prouidere, & non prouidit, lex non subuenit sibi,
*Bar. in l. lex Cornelia, ff. de vulg. & pup. subst. per l. tra-
ctabatur, ff. de militar. testam.* verisimiliter enim
† potuit de hoc cogitare, cum viderit filium mor- 21
tuum, *l. 3. C de inoff. testam.*

Hancque distinctionem amplectitur *Paul. de
Castr. cons. 148. lib. 1.* quem refert *add. ad Bart. in d.
l. 1. sub num. 32. in litera DD. & in l. lex Cornelia,
ff. de vulg. & pup. substit. Cardinal. in capit. Raynuti-
us, in materia compendiosa substitutionis, extra
de test. Sferz. Odd. in prælud. compend. par. 2. quæst. 5.
col. 5. versic. limitatur tertio, fol. 11. Bald. in tract.
subst. in materia vulgaris, num. 23. in fi. Bart. de Hucio
in tract. eiusdem tit. in materia vulgaris, num. 16.*

Sed dicta Bartoli & sequacium distinctio ab o-
mnibus * reiicitur, vt fatetur *Couar. in c. Raynuti-* *
*us, § 5. num. 5. vers. secunda, extra de testam. Alciat.
in l. 1. num. 17. ff. de vulg. & pup. subst. Crass. in § substi-
tutio, q. 10. n. 4. vers. aut vero, in fi. fol. 185.*

Et respondetur, *ad l. quod si filius, ff. de capt.
& ad l. tractabatur, ff. de militar testam.* quas Bart.
assumpsit pro fundamento suæ distinctionis; &
primò quatenus Bart. intellexit dictam *l. quod si fi-
lius*, quod † erat mortuus filius in ciuitate, ante 22
quam pater caperetur ab hostibus, qui medio tem-
pore cum sciuerit mortem filii, potuit testamen-
tum mutare, & sibi prouidere; sed quia non fecit,
sibi imputetur, vt eius substitutus ex tacita vulga-
ri non admittatur. Resp. quod iste sensus violat
literam dicti tex. ibi, non reuerso eo, exinde sui iu-
ris, &c. quo demonstratur filium mortuum fuisse
patre existente in captiuitate, non autem antequā
caperetur.

Item respondetur, quod ille tex. non decidit
de † tacita vulgari, sed tantum de expressa pu- 23
pillari, vt ibi ostenditur in illis verbis de secundis
tabulis tractari possit, ita *Alex. in d. l. 1. sub n. 33.*

Et si replicatur, per illam † dictionem *nihil*, 24
quæ est in tex. cum sit vniuersalis negatiua, *l. si is,
qui, § verum, ff. de reb. dub. Bertach. in reper. in ver.
nihil, num. 4.* videtur etiam Iurisconsultum Pa-
pinianum decidisse super tacita vulgari sub expres-
sa pupillari comprehensa. Dicas secundum *Alex.
in d. l. 1. num 33. versic. nec obstat*, quod illa † dictio, 25
nihil, aliquando non excludit omnia, *l. de æta-
te, § nihil, ff. de inter. action.* Vel dicas secundum
Ias. in d. l. 1. numero 58. circa med. intelligi præ-
dicta verba tex. vniuersalia, nihil est, quod de se-
cundis tabulis tractari possit, &c. quasi † nihil agi 26
potest, de pupillari substitutione; de legatis, &
aliis relictis, non etiam comprehenderent tacitam
vulgarem, de qua verbum nullum in illo tex.

Ad l. tractabatur, ff. de milit. testam. respondet
*Angel. in l. vnica, § pro secundo, C. de caduc. tollend.
& Aret. in d. l. 1. ff. de vulgar. & pupill. subst.* quod il-
le tex. potest † retorqueri contra Bart. nam ibi fa- 27
uore libertatis conseruantur fideicommissa, de-
functo fideicommissario viuo testatore, qui non
potuerat mutare testamentum; ergo in aliis ca-
sibus, cōtrariū est ius commune, *l. 1. ff. ad municipal.*

Vel resp. secundum *Ias. in d. l. 1. num. 58. vers.
circa quod, in d. l. tractabatur*, testator † sciebat 28
substitutionem fideicommissariam extinctam es-
se, ex quo non adita hæreditate, vidit mortuum fi-
deicommissarium; cum itaque in casu certo non
prouidit, sibi imputandum est: sed in nostro the-
mate extincta pupillari expressa, non extingui-
tur vulgaris tacita, quæ æquè principaliter stat de

& Paul. de Cast. in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. ille, n. 5. iste, n. 4. Soc. in l. 1. n. 51. ff. de vulg. & pup.
* *subst.* vbi etiam testatur communem * opinionem,
Ioan. Crot. in l. re coniuncti, n. 169. ff. de leg. 3. Soc. iun. in d. § cum ita, num. 72.
Idem, & multo magis dicendum erit, quando †
22 substitutio fuisset facta per copulam, veluti, Si † Ti-
23 tius & Seius hæredes non erunt; aut, Si neq; Titius
neq; Seius hæredes erunt, Sempronius hæres esto;
quia si alter eorum omiserit hæreditatē, ius accre-
scēdi ex testatoris voluntate excludit substitutum,
quasi defecerit conditio substitutionis, *Mant. d. tit. 11. n. 25. vers. idem, Bar. in l. quāuis, n. 2. C. de impub. & aliis subst. & in l. hæredes mei, §. cum ita, n. 5. ff. ad Trebell. & in l. 1. n. 48. ff. de vulg. & pupill. subst.* vbi etiam
Soc. n. 51. Paul. de Cast. in d. §. cum ita, n. 4. & in l. quidam testamento, n. 2. ff. de vulg. & pup. subst. Rip. in d.
* *§. cum ita, n. 104.* vbi testatur communē * opinionē.
Sublimita, vt non procedat quando † substitut⁹
24 fuisset vnus ex duobus vel pluribus hæredibus scri-
ptis, si alii non sint futuri hæredes; quia tunc, si alter
repudiauerit, substitutus, idemq; coniunctus pro
tinus deberet ad eius partem admitti, *Franc. Mant.*
25 *d. tit. 26.* quia (inquit) cum † duplici iure & vincu-
lo, coniūctionis scilicet & substitutionis fuerit mu-
nitus, iuris præsumptione magis à testatore videtur
fuisse dilectus, & consequenter meritò deberet in
deficientis portione, cæteris præferri, *Cor. in l. pen. n. 4. C. de impub. & aliis subst. Ioan. Crot. in l. re coniuncti, n. 170. in fin. de leg. 3. Fran. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 4. tit. 11. num. 26.*
Limita septimò, vt non procedat, quando † sub-
26 stitutio vulgaris facta fuisset plurib. nomine colle-
27 ctiuo; veluti si † testator dixerit, Si vterq; hæres nō
erit; vel, Si ambo; vel, Si omnes hæredes non erūt,
tunc excluderetur substitutus per ius accrescendi,
nisi conditio substitutionis in omnibus fuerit ad-
impleta, *Fran. Mant. de coniect. lib. 4. tit. 11. n. 27. per l. pen. C. de impub. & aliis subst. Bart. in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. Soc. sen. in l. 1. n. 51. ff. de vulg. & pup. subst. Ioan. Crot. in l. re coniuncti, n. 178. ff. de leg. 3. Soc. iun. & Rip. in d. §. cum ita, ille, n. 77. iste, n. 111.* vbi
28 fatentur esse communem * opinionem: secus, si †
fuisset substitutio facta alternatiuè; veluti, Si Titius
aut Seius heredes non erunt; vel fuerit facta distri-
29 butiuè; veluti, Quisquis † ex hæredib. suprascriptis
hæres non erit; quia tunc in singulis personis repu-
diantibus, substitutio præfertetur iuri accrescendi,
Fran. Mant. d. tit. 11. n. 28. Bar. in d. §. cum ita, & in l. 1. ff. de vulg. & pup. subst. n. 48. Crass. in §. substitutio, q. 15
30 *n. 2.* Nisi † ex coniecturata voluntate testatoris; vt
31 quia † liberi essent instituti, & extraneus substitut⁹,
quia tunc, vt sit locus substitutioni, oporteret nul-
lum hæredē esse, quasi † alternatiua accipiatur pro
32 coniuncta, *Fran. Mant. d. tit. 12. n. 28. circa med. Ang. in d. §. cum ita, n. 4. & 7. Imol. & Paul. de Cast. in d. l. re coniūcti, vbi Ioan. Crot. n. 172. in fi. per l. si is qui per ducenta, §. item si pater, ff. de reb. dub. l. Lucius, la 2. ff. de hæred. inst. l. generaliter, in prin. C. de inst. & subst. Soc. in l. 1. nu. 51. circa fin. vers. quartus casus est, ff. de vulg. & pupill. subst.*
Scias tandē (beneuole lector) esse potentiorē †
33 substitutionem iure accrescēdi, respectu prælario-
nis; vt scilicet substitutus coniuncto præferatur,
34 nō autem respectu transmissionis; quia ius † substi-
tutionis, antequam conditio impleatur, non trans-
mittitur ad heredes, nisi fuerit coniunctū cum iure
accrescendi, *l. qui patri, ff. de acqui. hæred.* at ius † ac- 35
crescendi, tanquā rei cohærens, transmittitur, *Bal. in l. vnica, n. 26. C. quando non peten. par. Fran. Mant. de coniect. lib. 4. tit. 11. sub n. 16. per l. si ex pluribus, ff. de suis & legit. hæred.*

ARGVMENTVM.

Vulgaris substitutionis effectus.

SVMMARIVM.

1 *Substitutionis ius vti personale, non transmittitur ad hæredes.*
2 *Vulgar. substitut. effectus, vltra expressos, remissiuè.*

QVÆSTIO XXVI.

QVid sit septimus effectus vulgar.
substitutionis? Respon. quia † ius 1
substitutionis, vti personale, non
transmittitur in hæredes, *Polit. in tract. subst. in materia vulgaris, nu. 56. vers. vndecimus, l. qui ex plurib. ff. de suis & legit.*
Dantur & alii † quinq; effectus à *Lancel. Polit. in* 2
tract. subst. & alii diuersi à *Paul. Leon. in tract. eiusdem tit.* & alii à *Zas. a Bart. de Hucio, & ab Aret. in eorum tract. eiusdem tit.* ad quos delegamus lectorē,
contenti solùmodo supradictis, vti notabilioribus.

ARGVMENTVM.

Instituto defuncto ante aditā hæreditatē, propter ius deliberandi, quod ad hæredem trāsmittitur, vtrum debeat præferri hæres ipsius instituti, an substitutus?

SVMMARIVM.

1 *Instituti hæres præfertur substituto, vita functo ipso instituto ante aditam hæreditate, n. 1. ratio, n. 2. contra, n. 3. rationes, n. 4. 6. 7. 8. 9. 10. 12. & 13. Authoris distinctio, n. 14. 16. 17. & 18.*
5 *Hæreditas non adita, ex lege antiqua non transmittebatur.*
6 *Expressum facit cessare tacitum.*
7 *Testator debet habere hæredem, de quo prouidit, non alium.*
8 *Transmissionis beneficiū non intelligitur concessum in præiudicium eius, cuius ius est quæsitum ex testatoris voluntate.*
9 *Legis prouisio cessat per hominis prouisionem.*
10 *Duo vincula sunt fortiora.*
11 *Substituto existente, non vocantur hi, qui per legem alias ad hæreditatem vocarentur.*
12 *Leges anhelant continuè ad obseruantiam vltimarum voluntatum.*
13 *Verba vbi sunt clara, non est recedendum ab eorū interpretatione.*
15 *Vulgaris tollit potentiam suitatis.*
16 *Instituto mortuo ante aditam hæreditatem, vtrum præferatur substitutus, considerantur ab Authore tres species transmissionis, n. 16. 17. & 18.*
18 *Hæres instituti præfertur substituto, quando ipse institutus transmisisset in hæredem ius deliberandi, ex* l. cum antiquioribus, C. de iure delib. *n. 18. rationes, n. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. & 26. idem, si transmisisset ex beneficio* l. vnicæ, C. de his qui ante aper. tabul. *n. 16. non etiam, si ex potentia suitatis, n. 14.*
15 *Transmissionis tres species, scilicet ex potentia suitatis, ex* l. vnica, C. de his, qui ante apert. tabul.

& ex

& ex l. cum antiquioribus, C. de iure delib. *n. 15. 16. & 18.*
19 L. 3. C. de iure delibet. *casus.*
20 *Substitutus tacitè dicitur, qui venit per ius accrescendi.*
22 *Substitutus quis dicitur duobus in casibus; vel quia institutus non potest, vel quia noluit.*
24 *Transmissio iuris adeundi, per beneficium restitutionis in integrum, excludit substitutum.*
25 *Ius commune est potentius iure speciali.*
26 *Verba,* Si hæres non erit *coniunctus simul prouisione hominis, & legis, quomodo intelligantur.*

QVÆSTIO XXVII.



VIA ex prædictis effectib. oriuntur aliquæ difficultates, ideo quæro circa primum, si institutus decesserit ante aditam hæreditatem, propter ius deliberandi, quod ad hæredem transmittitur, vtrū præferatur hæres ipsius instituti an substitutus? Resp.
1 aliquos duxisse simpliciter præferri † hæredem instituti, *Bart. in l. 1. n. 20 ff. de vulg. & pupill. subst.* quia
2 (inquit) licèt institutus hæres, non fuerit † hæres, tamen fecit alium hæredem; cum ex eius persona alius hæres adierit, &, per consequens, substitutio cessat, *l. paterfamilias, ff. de hæred. inst. l. si quis filiusfamilias. 2. resp. ff. de acquir. hæred. gloss. in l. sed, & si pro dote, § pen. ff. de legat. præstandis, Sfor. Odd. in prælud. compen. par. 2. q. 5. col. 2. vers. limitatur secundo, Rip. in d. l. 1. n. 131.* vbi testatur communem * opinionem,
* *Bald. in tract. subst. in materia vulgaris, sub n. 13. Aret. Instit. in tract. subst. in materia vulgaris, n. 7. circa fin. Lan. Pol. in tract. subst. in mater. vulg par. 3. n. 97 & 98.* vbi id probauit pluribus rationibus & argumentis.
3 Contrariam sententiam, vt † præferatur substitutus hæredi transmissorio, tenuit *Ang. in l. cū proponas, C. de hæred. inst. Salic. in d. l. cum antiquioribus, sub n. 7. Crot. in c. Raynutius, extra de testam.* vbi eam testatur in puncto iuris veriorem, *Zasius in tract. de subst. in materia vulgaris, sub n. 15. Lan. Pelit. in tract. subst. in materia vulgar. subst. in 3. par. n. 99* vbi eam testatur esse veriorē, *Capra in tract. subst. vulg n. 46. Lanfran. in l. centuria, in materia vulgaris subst. concl. 5. ff. de vulgar. & pupill. subst.* vbi subiicit ab ea non esse recedendum.
4 Mouentur primò, quia † successor hæredis, qui hæreditate non adita decesserat, non venit ex mente testatoris expressa, nec ex lege antiqua, qua non
5 † transmittebatur hæreditas non adita, sed tantum de iure Codicis; substitutus verò venit ex mēte ex-
6 pressa testatoris, & expressum † facit cessare tacitū, *l. cum ex filio, ff. de vulg. & pupill. subst.* quam refert *Vin. lib. 2. decis. 283. n. 3. Crauet. cons. 92. n. 3. vol. 1.*
7 Secundò, quia aliàs † testator habebit hæredem quem non voluit, & non eum, de quo sibi prouidit, *per l. 1. C. de his qui ante apert. tab. l. si quis filium, § 1. ff. de acquir. hæred.*
8 Tertiò, quia illud † beneficium transmissionis non debet intelligi concessum in præiudiciū eius, cuius est quæsitum ex testatoris voluntate, *l. nec avitus, C. de emancip. liber. l. 2. §. si quis a principe, ff. ne quid in loco publ.*
9 Quartò, quia † prouisio hominis facit cessare prouisionem legis, *l. cum ex filio, § 1. ff. de vulgar. & pupill. subst. Menoch. de præsum. part. 2. lib. 4. præsum. 36. n. 18 glo. in l. & habes, §. cum quis, ff de preca. Ruin. cons. 74. n. 8. & 18. vol. 1. Socin. iunior cons. 128. n. 220. & cons. 130. num. 52. vol. 1. Anton. Gabr. lib. 6. concl. tit. de reg. iur. concl. 8 num. 1. & seq.* vbi dictam regulam declarat & limitat multis modis, *Vin. lib. 1. Com. Op. in vers. substitutus sub conditione, circa fin. Caualc. decis. 94 n. 122. par. 3. Meno. cons. 372. n 33. vol. 4. Osasc. cons. 40. n. 17. Bonifac. Roger. cons. 43. n. 97. vol. 1. Becius cons. 82. num. 5. & 20. & cons. 83. n. 3. 12. & 13. & cons. 87. n. 3 & 10. Surd. cons. 156. n. 21. vol. 2. Mars. Anguiss. cons. 264. n. 35. Gigas cons. 114. n. 7. Marcabrunus ab Anguillis cons. 36. n. 98. Cephal. cons. 156. n. 45. vol. 2. Grat. resp. 22. n. 17. vol. 2. Thom. Docens cons. 111. n. 8.*

Quintò, quia substitutus habet voluntatē legis & hominis, *l. lege obuenire, ff. de verb. signif.* alter solùm voluntatem legis, & † duo vincula sunt fortio- 10
ra, *Auth. itaq., C. com. de success. c. 1. extra de treug. & pace, l. balista, ff. ad Trebell.*
Sextò, quia quando est datus † substitutus, non 11
vocantur hi qui per legem; aliàs ad hæreditatem vocarentur, *l. fin. vers. si vero autem, C. de necess. seruis.*
Septimò, quia si aliter diceretur, leges & earum interpretes impugnabūt testatorum voluntatem,
ad † quarum obseruātiam continuè anhelant iura, 12
l. fin. C. de liber. præter. l. quidam, circa princ. C. de necess. seru.
Octauò, quia † vbi verba sunt clara, non est re- 13
cedendum ab eorum interpretatione, *l. non aliter. ff. de leg. 1. l. si alio, ff. de vsufr. lega. Menoch. cons. 496. num. 18. vol. 5.* at illa verba, *Si hæres non erit,* verificantur absque scrupulo per casum mortis instituti, nec eius hæres eam conditionem deficere faciet, *arg. l. qui liberis, § hac verba, ff. de vulg. & pup. subst.*
Ego vero distinguo † tres casus; primus erit, 14
quando institutus transmisit hæreditatem ex potentia suitatis; & tunc substitutus præfertur; quia † 15
substitutio vulgaris tollit potentiam suitatis, *Alex. & Ias. in l. si filius hæres ff. de liber. & posthum. Ripa in l. 1. num 130. ff. de vulg. & pupill. subst. Crass. in §. substitutio, quæst. 9. num. 3.* vbi testatur hanc esse
magis communem * opinionem, *Socin. in d. l. 1. n.* *
47. Anton. Gomez lib. 1. variar. resolut. cap. 3. n. 15. Sforz. Odd. in prælud. compend. part. 2. quæst. 5. col. 2.
vers. quando transmittit, vbi testatur communem * *
opinionem, *Salic. in l. cum antiquioribus, num. 7. vers. 8. C. de iure delib.* Quicquid dixerit *Paul. Leon. in tract. de subst. in materia vulgaris, sub n. 155.*
Secundus casus erit, quando † institutus trans- 16
misisset hæreditatem in descendentes beneficio *l. vnica, C de his qui ante apert. tab.* & tunc præferretur hæres instituti, ita intelligo *Bart. in d. l. 1. num. 20.* & alios, quos in principio huius quæstionis adduxi; subiicientes debere substitutum expectare, quod hæres hæredis repudiet, vel alio modo excludatur, quibus addo *Crassum in dict. quæst. 9. num. 3. versic.*
aut secundo, vbi testatur communem * opinionem, *
Fernand. Vasq. success. progress. §. 12. num. 22. vers. sic ergo, Zas. in tract. subst. in materia vulgaris, sub numero 13. vers. prima, Bartal. de Hucio in tractatu eiusdem tit. in materia vulgaris, num. 9. Et procede-
ret † etiam quod essent inuicem substituti cum ne- 17
potibus, *Crass. d. q. 9. num. 3. vers. & hoc,* vbi testa-
tur communem * opinionem, *Ripa in d. l. 1. nume.* *
132. ff. de vulg. & pupill. subst. vbi etiam ait hanc esse
communem * opinionem, *Vasq. de success. progress.* *
§. 6. n. 33. vbi etiā dicit esse receptiorem * sententiā. *

18 Tertius casus erit quando † institutus transmi-
sisset in hæredem ius deliberandi *ex lege cum anti-
quioribus, Cod. de iure deliber.* & tunc, hæredem in-
stituti præferri substituto infra annum ad delibe-
randum tenuit *Sforz. Odd. in prolud. compend. par.*
* *2 quæst. 5. col. 2. vers. quando denique*, vbi testatur
hanc esse magis communem * opinionem, *Ripa in
l. 1. num. 134. ff. de vulga. & pupil. subst.* quem refert
*Crass. d. quæst. 9. n. 3. in fin. Paul. Leon. in tract. subst.
in materia vulg. sub nu. 155. Corras. in l. post aditam,
num. 34. C. de impub. & aliis substit.*

19 Mouemur primò, per *l. 3. C. de iure deliber.* vbi †
cohæres non impedit ius transmittendi, ergo neq;
20 substitutus; quia cohæres, qui † venit per ius accre-
scendi dicitur quasi substitutus tacitè, *l. si Titio, &
Meuio, §. Iulianus, ff. de legat. 2.*

21 Secundo, † per *l. vnicam, §. in nouissimo, iuncto §
cum autem, C. de cad. tollen.*

22 Tertio, qui † substituitur, est altero de duobus
casibus substitutus, vel quia institutus non potest,
vel quia noluit esse hæres, *Bart in l. 1. n. 13. ff. de vulg.
& pupill. subst. Menoch. cons. 743. n. 2. vol. 8.* vbi ait
ita omnes * testari. Quorum neuter verificatur in
proposito, cum aditio pendeat ex ipsa delibera-
tione.

23 Quartò, quia † in persona successoris ius deli-
berandi tale est; quale in persona ipsius hæredis in-
stituti, ideo quemadmodum per ius deliberandi
ipsius hæredis substitutus excluditur, ita etiam de-
beret excludi per ius deliberandi successoris, *arg.
eorum quæ not. in l. si cum dies, in fin. ff. de arbitr. l. 1. &
2 ff. de iud c.*

24 Quintò, quia † si transmissio iuris adeundi per
beneficium restitutionis in integrum, quæ de iure
speciali est, substitutum excludit, *l. quod si minor, §.
Scæuola, ff. de minor.* ergo multo magis transmissio
illa excludere habeat substitutum, quæ est de iure
25 communi, quod † est potentius iure speciali, *l. cum
miles §. militia, ff. de testam. milit.*

26 Sexto, quia simul † coniunctis prouisione ho-
minis, & legis, illa verba, *Si hæres non erit*, intelli-
guntur sub conditione, & in diem simul hæredita-
tem afferre; sub conditione, si post annum ad deli-
berandum datum, hæres non erit, ex prouisione
hominis; in diem, ex prouisione legis, *Sfor. Odd. d.
q. 5. colu. 2. in fin. vers. quando, per Bald. in l. si arroga-
tor, ff. de adop.* sed quando aliquid debetur sub cō-
ditione, & in diem simul, & si conditio aduenerit,
expectatur tamen dies, *l. in illa stipulatione. ff. de
verb. oblig.* ergo, si euenerit conditio, & sic mors
ante aditam hæreditatem, deberet tamen expecta-
ri etiam dies.

ARGVMENTVM.

Vtrum seruo instituto nolente adire, licèt
dominus velit, locus sit vulgariter sub-
stituto?

SVMMARIVM.

1 *Seruo instituto nolente adire, licèt dominus velit, locus est vulgariter substituto, num. 1. declara, num. 3. 12. & 16.*

2 *Sforz. Odd. refellitur.*

3 *Seruus institutus contemplatione domini, si nolit adire, non præiudicabit ipsi domino.*

4 *Testator instituendo seruum alienum, videtur vti nudo ipsius ministerio, in acquirendo eius domino.*

5 *Seruus in dubio videtur institutus contemplatione domini, num. 5. ampliatur, num. 6. & 7.*

8 *Filius in dubio præsumitur institutus propria contemplatione, & non patris, num. 8. secus in seruo, num. 5 ratio differentiæ, num. 10. & 11.*

9 *Dictio, plerumque, regulam constituit.*

12 *Substituto locus est, domino repudiante, seruo autē instituto adire volente, n. 12. contra, n. 14.*

13 *Dominus hæreditatem seruo delatam repudiare potest, num. 13. contra, nu. 15.*

14 *Dominus non potest adire sine voluntate serui.*

16 *Substitutioni, etiam locus esset, seruo duorum instituto, quorum alter repudiauerit, & alter adire tulerit.*

17 *Substitutus aliquando concurrit cum instituto, n. 17. regulariter contra, n. 18.*

QVÆSTIO XXVIII.

Vtrum seruo instituto nolente adire
licèt dominus velit, locus sit vulgari-
ter substituto? Resp. quod † sic, *Bar. in* 1
*l. 1. n. 20. in fin. ff. de vulg. & pup subst. per
l. cum proponam, circa fin. C. de hæred.
instit. Lancel. Polit. in tract. subst. in materia vulgaris,
part. 3. sub num. 18* Quicquid † dixerit *Sforz. Odd* 2
*in prælud. compend. par. 2. q. 5. col. 3. vers. limitatur
tertio, in fin. fol. 10.*

Declara primo, vt conclusio procedat, quando
† seruus fuisset institutus non contemplatione do- 3
mini, prout loqui videtur *d. l. cum proponas*: secus,
si ipsius domini contemplatione institutus fuisset;
quia tunc etiam obstinatus in non adeundo non
præiudicabit domino, & consequenter substitutio-
ni locus non esset, *Lancel. Polit. in tract. subst. in ma-
teria vulgaris. particula 3 n. 17. in fin. vers. negata, per
l. penult. C. de iure deliber. l. final. C. de bonis quæ lib.*
Nam de † voluntate defuncti fuit, vti nudo serui 4
ministerio in acquirendo, vt sic magis institutus vi-
deretur dominus, quam ipse seruus, *l. filiusfamil. as,
ff. de donat. caus. mortis, l. filio, ff. de condit. & de-
monstr. l. liber homo, circa fin. ff. de acquir. rer. dom.
l. 1. §. 1 ff. si quis omissa caussa testamen.*

Seruus † autem in dubio, ex sola mentione ser- 5
uitutis, videtur institutus contemplatione, & in-
tuitu domini, *Menoch. lib. 4. præsump. par. 2. præsum.
22. num 3. l. filium, ff. de cond. & demonstr. l. cum
aliquis. vbi Bart. Bald. & Ias. C. de iure deliber. An-
ton. de Padilla in l. quoniam, num. 7. C. de fideicomm.*
Quicquid scriptum reliquerit *Lancel. Polit. in tract.
subst. in materia vulgaris, particula 3. sub numero 18.*
Etiam quod † institutus fuerit hæres ille, de cuius 6
statu dubitabatur; quia adhuc præsumitur institu-
tus contemplatione eius, qui credebatur dominus,
*Menoch. dict. præsump. 22. num er 6. Paul. de Castr.
Alexand. & Ias. in d. l. cum aliquis, C. de iure deliber.*
Ac etiam † procederet in homine libero, bona fide 7
possesso, quia & ille præsumeretur institutus con-
templatione bonæ fidei possessoris, *Menoch. dict.
præsum pt. 22. num. 7. Paul. de Castr. Alex. & Ias. in
d. l. cum aliquis, C. de iure deliber.*

Non sic † in filio, qui propria contemplatione 8
& non patris institutus præsumeretur, *l. fin. in text.
ibi, cum plerumque verisimile sit testatorem con-
templatione magis filii, quam patris, vsumfructum ei*

reliquisse

9 *reliquisse, C. de vsufruct.* Dictio † enim illa, *plerum-
que,* regulam constituit, *l. 3. ff. de offic. praefect. vrb.
l. non dubitamus, vbi gloss. & Imol. ff. de condit & de-
monstr. Ias. in l. iuris gentium, §. praetor, nu. 21. ff. de
pact.* Hancque esse regularem praesumptionem af-
firmarunt *Bart. Bald. Alex. & Ias. in l. cum aliquis,
2. not. C. de iure delib. Menoch. lib. 4. praesum. part. 2.
praesum. 12. num. 2.*

10 Ratio † autem differentiae inter seruum & filiū
afferri solet; quia seruus esse non potest, quin sub
dominica potestate constitutus dicatur; secus
in filio, qui posset esse non constitutus sub patria
potestate; puta, emancipatus, vel naturalis, & con-
sequenter filius statim est capax, & acquirere sibi
potest; non ita seruus, cuius capacitas pendet à ca-
pacitate domini, *l. si mihi, & tibi, §. regula, ff. de le-*
11 *gat 1.* Ideò ne † inutilis sit testatoris dispositio, fit
praesumptio, testatorem potius voluisse instituere
seruum, contemplatione & intuitu domini, *Abb.
in cap. Raynutius, nu. 2. extra de testam. Ias. in l. cum
aliquis, num. 2. C. de iure delib.*

12 Declara secundò, vt procedat è conuerso † do-
mino repudiante, seruo autem adire volente; quia
adhuc locus fieret substituto, *Lancel. Polit. in tract.
subst. in materia vulgaris, particula 3. num. 19. & 20.*
13 Quasi † dominus, haereditatem seruo delatam, re-
pudiare posset, *glo. in l. is qui heres, § fin. ff. de acqui.
hared. & in l. legatum seruo, ff. de leg. 1. l. 1. §. per ser-
uum, ff. de success. edicto.*

Contrarium † videtur tenere *Bart. in l. is qui he-*
14 *res, § fin. nu. 9. ff. de acquir. hared.* quia † dominus
non potest adire sine voluntate serui, *l. cum propo-*
15 *nas, C. de hared. instit.* ergo † nec repudiare, *l. is po-
test. ff. de acquir. hared.*

16 Declara tertiò, vt † procedat in seruo duorum
instituto, quorum alter repudiauerit, & alter adire
iusserit; quia tunc etiam substitutioni locus pate-
bit, *Lancel. Polit. in tract. subst. in materia vulg. par.
3. num. 21. Bald. in tract. eiusdem tit. in materia vulg.
num. 14. per l. si libertus, ff. de bon. libert. l. si paterfa-
milias, ff. de hared. instit. § fin. Inst. eod.*

17 Et esset † casus specialis, in quo substitutus con-
curreret cum instituto, *gloss. l. fin. ff. de vulg. & pup.
subst. & in l. 4. ff. de acquir. her. Bal. in d. tract. subst.
in materia vulgaris, sub num. 14.* cum regula sit in
18 † contrarium, *Peregr. in tract. de fideicom. art. 15.
n. 11. l. cum in testamento, §. 1. ff. de hered. instit. Corn.
consil. 35. num. 1. volum. 2.*

ARGVMENTVM.

Vtrum monacho instituto haerede, & no-
lente adire, sit locus substituto vulgari-
ter?

SVMMARIVM.

1 *Monacho instituto haerede & nolente adire, non est locus substituto vulgariter; sed monasterium adire poterit, num. 1. rationes, num. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. contra, num. 8. rationes, num. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. & 17.*

2 *Haereditas immediate defertur monasterio, nec aliquod factum monachi in aditione requiritur.*

3 *Monacho est interdicta omnis administratio.*

4 *Monacho relictum, in dubio censetur relictum contemplatione monasterii.*

5 *Filio instituto recusante, poterit adire eius pater.*

6 *Monachus magis aequiparatur filio quam seruo.*

7 *Verba,* Si haeres nō erit, *intelliguntur, & alium sui ministerio haeredem non fecerit.*

10 *Seruilis subiectio maior est, quam monachalis, nu. 10. ratio, num. 11.*

12 *Dominus cogitur ad vendendum seruum ob nimiā seuitiam, vel denegationem alimentorum.*

13 *Monasterium tenetur alere monachum.*

14 *Seruus potest haberi pro derelicto à domino.*

15 *Serui instituti voluntas requiritur in adeundo.*

16 *Ius adeundi est annexum personae.*

17 *Personae annexa non auelluntur, nec alteri quaeruntur vti inseparabilia.*

18 *Obiectis difficillimis non respondere est animi elati, vel imperiti.*

19 *Monasterium adire poterit, excluso substituto, monacho nolente adire ante aditam haereditatem vita functo, num. 19. quando tractatur de haereditate ascendentium, num. 20. secus, si de haereditate extranei, num. 21.*

21 *Substitutus vulgaris praefertur monasterio in haereditate extranei, monacho instituto nolente adire.*

QVAESTIO XXIX.

VTRVM monacho instituto haerede, &
nolente adire, sit locus substituto vulga-
riter? Respond. quod † non, sed mona- 1
sterium adire poterit, *Bart. in l. 1. sub nu-
mero 21. ff. de vulgar. & pupill. substitut.* vbi testatur
hanc esse aequiorem opinionē, *Crass. in §. substitu-
tio, quaest. 9. nu. 6.* vbi ait hanc esse magis commu-
nem * opinionem, *Corras. in l. post aditam, numer.
46. C. de impub. & aliis substit. Ripa in d. l. 1. numer.
149. Imol. in cap. Raynutius, extra de testam. Capra
in tract. substit. vulgar. num. 61. & 73. Ias. in d. l. 1.
num. 32. Rimінald. Instit. in princip. per quas person.
nob. acquir. num. 40. Socin. cons. 183. in princ. volu. 1.
Gul. Bened. in d. cap. Raynutius, vers. absque liberis,
col. 2. num. 48. Felin. in cap. in praesentia, extra de pro-
bat. Lancel. Polit. in tract. substit. in materia vulga-
ris, particula 3. numer. 46. & 50. Archid. in cap. 2. 18.
quaest 1. Zas. in tractat. subst. in materia vulgaris, sub
numero 10.* vbi testatur hanc opinionem esse verio-
rem, *Bald. in tract. eiusdem tit. in materia vulgaris,
sub num. 14. Constant. Roger. in tract. subst. tit. 1. q.
4. num. 9. & 10. Aret. instit. in tract. subst. in materia
vulgaris, num. 8.* vbi testatur communem * opi-
nionem, *A Villalob. in coll. Com. Op. in litera M.
num. 110.* vbi testatur communem * opinionem,
*Sforz. Odd. in prelud. compend. par. 2. quaest. 5. col. 3.
vers. in monacho, in fin.* vbi testatur hanc esse com-
munem * opinionem Canonistarum & Legistarū.

Mouemur primò, quia † haereditas immediate 2
defertur monasterio, nec aliquod factum monachi
in aditione requiritur, cum omnis eius voluntas
in monasterium sit translata, *Ioan. Andr. & Imol. in
cap. in praesentia, extra de probat. cap. nolo, & in cap.
non dicatis, 12. q. 1. Ang. cons. 91. & cons. 133. Baldus
cons. 309. vol. 2. c. si religiosus, de elect. lib. 6.*

Secundò, quia † monacho est interdicta omnis 3
administratio, *§. illud quoque, Authent. de monach.*

Tertiò, quia † monacho relictum, censetur in 4
dubio relictum contemplatione monasterii, *capit.
requisisti, extra de testam.* ergo monasterium sine
facto monachi poterit adire, *arg. l. filio, ff. de condit.
& demonstr.*

5 Quartò, quia † filio instituto recusante, adire
poterit eius pater, *l. fin §. sin autem, in secunda, C. de*
6 *bonis, quæ liberis*, & subiectio † monachalis magis
æquiparatur filiali, quàm seruili, *Bart. in d. l. 1. sub*
num. 21. ff. de vulg. & pup. substit. quem esse magis
* communiter * receptum, testatur *Sforz. Odd. in*
prælud. compend. part. 2. quæst. 5. colum. 3. versic. in
monacho.

7 Quintò, quia illa † verba, *si hæres non erit*, intel-
liguntur, & alium sui ministerio hæredem non fe-
cerit, *Bart. in l. 1. num. 22. in fin ff. de vulg. & pupill.*
subst. sed monachus fecit alium hæredem, scilicet
monasterium, ergo, &c.

8 Licet contrariam sententiam, vt † monacho no-
lente adire, sit locus substituto, tenuerint *Iacob. de*
Arei. & Richardus, quos refert Bart. in d. l. 1. sub nu-
mer. 21. ff. de vulg. & pupill. subst. Specul. tit. de statu
monacho. §. 1. vers. octauo quæritur.

9 Moti primo, per † *l. Deo nobis, §. hoc etiam, in*
text. ibi, omnem parentum substantiam hæredes
quibus ab intestato competit secundum leges no-
stras sibi defendant, *C. de episc. & cler.*

10 Secundo, quia † maior est subiectio seruilis,
quàm monachalis, *Bart. in l. 1. sub numer. 21. ff. de*
11 *vulg. & pupill. subst.* tum quia † seruus vendi potest;
12 quinimò † cogi posset dominus ad vendendum, si
ei denegaret alimenta, vel ob nimiam sæuitiam,
Surd. in tract. de alim. tit. 8. priuil. 64. num 2. Cor-
dub. in l. si quis a liberis, §. solent, num. 16 ff. de liber.
agn. l. 2. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris: tum
13 quia † monasterium tenetur alere monachum,
Surd. in tract. de aliment. tit. 1 quæst. 75. nu. 1. Paul.
14 *de Castr. consil. 76. num. 1. vol 1.* at † seruus poterit
haberi pro derelicto ab ipso domino, *Bart. in d. l. 1.*
sub num. 21. Polit. in tract. de substit. in materia vul-
garis, 3. particula, sub num. 46. & nihilominus in
15 adeundo † requiritur voluntas serui, vt eo nolēte,
locus aperiatur substituto, *l. seruo inuito, ff. ad Tre-*
bell. l. 3. C. de hæred instit.

16 Tertio, quia † ius adeundi est annexum ipsi per-
17 sonæ, *l. potuit, C. de iure delib.* & ea quæ † annexa
sunt personæ, non auelluntur, nec alteri quæruntur,
cum sint inseparabilia, *l. necessario, §. fin. ff. de*
periculo & commod. rei vend. l. in vsufructu, ff. solut.
matrim.

Quorum, iuris brodium duntaxat gustanti, non
etiam carnem, minimè difficilis erit solutio; ideo-
18 que missam facio, & † si obiectis difficillimis non
respondere sit animi elati vel imperiti, *Mascard. de*
coniect. lib. 8. tit. 18. num. 21. Ang. consil. 10 nume. 7.
vers. restat, Colleg Bono. inter cons. Curtii sen. cons. 50.
num. 7. Anal. cons. 60. num. 31. Volum. 1.

Declara principalem conclusionem, etiam pro-
19 cedere † vita functo monacho ante aditam hære-
ditatem, quia nihilominus monasterium adiret
hæreditatem, excluso substituto, *Sfor. Odd. in d. q.*
5. colum. 3. vbi testatur hanc esse receptam * opi-
* nionem Canonistarum, *Ripa, Socin. & Iason in d. l.*
1. ff. de vulg. & pupill. subst. Bald. in tract. subst. in
materia vulgaris, num. 17. Bart. in d. l. 1. sub nu. 23.
Crass. in §. substitutio, quæst. 9. num. 7. vbi testatur
* communem * opinionem, *Bart. in d. l. 1. num. 23.*
Idemque esset in † hæreditate ascendentium,
20 monacho delata, & ante aditam mortuo, vt præfe-
ratur monasterium excluso substituto, *Sforz. Odd.*
d. quæst. 5. colu. 3. vers. in monacho, fol. 16. vbi testa-
tur esse communem * opinionem Canonistarum *
& Iuristarum, *Bal. in d. tract. de subst. in materia vul-*
garis, sub num. 17. Crass. in d. quæst. 9. num. 7. circa
fin. Secus † si essemus in hæreditate extranei; quia 21
tunc defuncto monacho instituto, præferretur
substitutus vulgaris ipsi monasterio, *Sforz. Odd. in*
prælud. compend. par. 2. quæst. 5. col. 3. vers. in mona-
cho, circa fin. fol. 10. Bal. in tract. de subst. in materia
vulgaris, num. 17. circa fin. Crass. in d. quæst. 9. num.
7. in fine.

ARGVMENTVM.

Vtrum filio repudiante hæreditatem, præferatur pater, in cuius est potestate, vel substitutus vulgariter?

SVMMARIVM.

1 *Pater præfertur substituto vulgariter, filio repudiante hæreditatem, num 1. rationes, num. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 9. contra, & perperam, num. 10. rationes, num. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 21. 22. 23. 24. & 25. limitatur, num. 26.*
2 *Verba,* Si hæres non erit, *interpretantur, si non erit sibi, nec alium hæredem fecerit.*
3 *Substitutio cessat, quamdiu extat spes primi gradus.*
4 *Testator præsumitur, velle hæreditatem deuolui ad patrem potius, filio recusante.*
5 §. Sin autem, l. final. C. de bonis quæ liberis, *dispositio introducta fuit fauore patris.*
6 *Quod fauore alicuius introductum est, non debet in eius odium retorqueri.*
7 *Filius olim repudiando, non præiudicabat patri.*
9 *Filius, & pater circa repudiationem parificantur.*
11 *Verbis in dubio seruiendum est.*
12 *Hominis prouisio facit cessare prouisionem legis.*
13 *Substitutus prius admittitur, quam hæres legalis.*
14 *Institutus cohæres in solidum cum filiofamilias per ius accrescendi excludit patrem.*
15 *Substitutus excludit ius accrescendi.*
16 *Vincens vincentem te, multo magis vincit te.*
17 *Pater admittitur ad hæreditatem, filio repudiante.*
18 *Patri iure antiquo non aliter hæreditas acquirebatur, nisi eius iussu filius adiret.*
19 *Veniens de iure communi, excludit eum, qui venit ex priuilegio.*
20 *Ius commune est fortius iure singulari.*
21 §. 1. l. final. C de bonis quæ liberis, *est correctorius iuris communis.*
22 *Dispositio correctoria debet restringi.*
23 *Extensio non fit in correctoriis, etiam ex identitate rationis.*
24 *Seruus institutus nolens adire, præiudicat domino & fauet substituto.*
25 *Filius habet ius in aduentitiis, profectitiis, & castrensibus.*
26 *Substitutus, si esset talis, qui ex voluntate coniecturata testatoris, deberet præferri patri instituti, præferendus esset, filio recusante adire.*

QVÆSTIO XXX.



TRVM filio repudiante hæreditatem,
præferatur pater, in cuius est potesta-
te, vel substitutus vulgariter? Resp.
Patrem † substituto præferri, *Bart. in* 1
l. 1. num. 20. ff. de vulg. & pupill. subst.
quem

quem omnes * sequi testatur *Sforz. Odd. in praelud. compend. part. 2. quaest. 5. colum. 3. vers. in filio verò, fol. 10. Ripa in d. l. 1. nu. 133.* vbi ait esse communem * opinionem, *Crass. in §. substitutio, quaest. 9. nu. 4.* vbi dicit communem * opinionem, *Zasius in tract. substit. in materia vulgaris, sub num. 12.* vbi fatetur hanc esse communem * opinionem, *Bald. in tract. subst. in materia vulgaris, num. 15. & 16. Iason in d. l. 1. num. 44. & num. 45. vers. quid tenendum*, vbi respondet ad adducta pro opinione contraria, *gloss. in versic. recusante, l. fin. §. 1. C. de bonis quae liberis, argum. l. fin. C. de impub. & aliis subst. vbi Cyn. Rayn. Bart. Bald. & Salic. idem Baldus in l. cum proponas, C. de hared. instit. Cuma. consil. 119.* hancq; opinionem seruaturum pollicitus fuit *Alexand. in d. l. 1. num. 24. ante fin. Ioan. Fichard. in addit. ad Villalob. in collect. Com. Op. in litera F. num. 120.* vbi testatur communem * opinionem.

2 Mouentur primò, quia † illa verba, *Si haeres non erit*, interpretantur, si non erit sibi, nec alium haeredem fecerit, *l. si paterfamilias, ff. de hared. instit.* sed filius repudiando, fecit alium haeredem, scilicet patrem, ergo, &c.

3 Secundò, quia quamdiu extat spes † primi gradus, cessat substitutio, *l. quamdiu, la. 1. & l. quamdiu, la. 3. ff. de acquir. hered. l. cum in testamento, ff. de hared. instit. l. si mater, §. final ff. de vulg. & pupill. subst.* in nostro caso est spes primi gradus; quia recusatione filii, aperitur via patri, qui tanquam in primo gradu succedit, ergo, &c.

Tertiò, *per l. cum non solùm, §. similique modo in text. ibi, perinde ac si ipse pater ab initio fuisset institutus, C. de bonis quae liberis*, quem ineuitabiliter stringere fatetur *Ias. in d. l. 1. num. 44. ff. de vulg. & pup. substit.*

4 Quartò, quia praesumitur † testator sciens filiũ recusaturum, ad patrem potius velle deuolui haereditatem, *Soc. in d. l. 1. ff. de vulg. & pup. subst.*

5 Quintò, quia † dispositio *l. fin. § si autem, C. de bonis quae liberis*, qua fit locus patri, filio recusante,
6 est inducta in fauorem ipsius patris, meritò † non deberet in eius odium detorqueri, vt excludatur, substituto admisso, *l. quod fauore, C. de legib.* Tantò
7 magis † quia ante *dict. l. fin.* filius repudiando non praeiudicabat patri, *l. is qui haeres, §. fin. ff. de acquir. hered.* & consequenter non aperiebat viam substituto, ergo nec hodie, *per d. l. fin. §. 1. C. de bonis quae liberis.*

Soc. & Aret quos refert *Polit. in d. tract. de subst. in materia vulgaris, part. 3. num. 29. & Ias. in d. l. 1. sub num. 45. versic. quid tenendum*: aliter hoc argumentum inducebant, quasi dispositio *d. l. fin.* fuit concessa in compensationem illius, quod pater ha-
8 bebat † ex iure antiquo, indeque nouo iure diminutum, quod quicquid filius acquirebat, patri acquirebatur, vnde si diceremus eumdem patrem excludi ex filii repudiatione, esset contra mentem disponentis, *arg. l. nam, & si sub conditione, versic. rumpendo, iuncta l. 4. §. fin. ff. de iniust. & rupt. testam.*

9 Sexto, quia quo ad † repudiationem, parificatur filius, & pater, vt repudiante patre filius non excludatur per substitutum, *l. cum non solùm, §. 1. C. de bonis quae liberis*, ergo ita è conuerso dicendum erit, *arg. l. fin. C. de ind. vid. tolle.*

10 Licet contrariam sententiam, vt † praeferatur substitutus, in puncto iuris veriorem confessus fuerit, *Alexand. in l. 1. num. 24. versic. tamen pro sustentatione, ff. de vulg. & pupill. subst. Iacob. de Belvis. in disput. quam posuit in l. fin. quaest. 4. C. de bonis quae liberis, Guid. Suzar. & Guil. de Cun. in l. precibus, C. de impub. & aliis subst. Angel. & Paul. de Castr. in l. cum proponas, C. de hared. instit. idem Angel. in l. si paterfamilias, ff. de hared. instit. Coras. in l. post aditã, C. de impub. & aliis subst. Lancel. Polit. in tract. subst. in materia vulg. part. 5. num. 30. & 39.*

Moti primo, quia † in dubiis seruiendum est 11
verbis, *l. 1. ff. de exerc. act. l. non aliter, ff. de legat. 3. Menoch. lib. 4. praesump. par. 2. praesum. 139. num. 9. Tiraq. de priuil. pia causa 44. priuil. in princ.* sed in casu nostro illa verba, *Si filius haeres non erit*, verificantur repudiatione, ergo &c.

Secundo, quia substitutus venit ex expressa pro- 12
uisione testatoris, sed pater venit ex dispositione legis, & prouisio † hominis facit cessare prouisionẽ legis, *l. mutuus, C. de procur. l. cum ex filio, §. 1. & l. ex facto, §. item quaero, ff. de vul. & pup. subst.*

Tertio, quia pater est haeres legalis, cum lex faciat eum haeredem; sed † prius admittitur substi- 13
tutus, quam haeres legalis, *l. fin. C. de necess. seru. hared. instit. §. si verò, Auth. de hared. & Falcid. Auth. hoc amplius, C. de fideicom.*

Quarto, quia † cohaeres in solidum institutus 14
cum filiofamilias, per ius accrescendi excludit patrem, *l. 2. vbi Bald. C. ad Orfician.* ergo multo for- 15
tius substitutus debet excludere patrem, cum † excludat ius accrescendi, *l. 1. §. in primo. & §. pro secundo, C. de caduc. tollen. l. quidam testamento Proculo, & l. fin. ff. de vulg. & pup. subst.* Si † enim vin- 16
co vincentem te, multo magis vincam te, *l. de accessionibus, ff. de diuers. & tempor. praescript. Paris. cons. 47 num. 18. in fin. vol. 3. Ant. Gabr. lib. 4. contl. tit. de success. ab intest. concl. 4. num. 1. Surd. de alim. tit. 1. quaest. 15. num. 95.*

Quinto, quia pater filio repudiante † admittitur 17
ad haereditatem ex priuilegio, *l. final. §. 1. C. de bonis quae liberis*, contra regulas iuris communis, quae decreuerunt, non aliter † patri haereditatem ad- 18
quiri, nisi eius iussu filius adiret, *l. si quis mihi bona, §. iussum, ff. de acquirend. hered. l. seruo inuito, in princip. ff. ad Treboll. l. is qui haeres, §. fin ff. de acquirend. hered.* Substitutus vero admittitur de iure communi, at qui venit † de iure communi, exclu- 19
dit eum, qui venit ex priuilegio, *l. antiqua, circa principium, vbi gloss. Codic. ad Vellean. argument. l. in causa, ff. de minor.* fragilius namque est ius † sin- 20
gulare, quàm ius commune. *l. eius militis, §. militia missus, ff. de milit. testam. §. quia vero verisimile, col. 2. Auth. de non alienand.*

Sexto, quia † dispositio *dict. l. final. Cod. de bonis* 21
quae liber. est correctoria iuris antiqui; vt ibi fatetur *Glossa in vers. recusante, in principio. Angel. cons. 91.* ergo † debet restringi, quantum est possibile, *l.* 22
praecipimus, in fine, Cod. de appellat. & consequenter non debet extendi, quando filiusfamilias haberet substitutum tanto magis; quia in correctoriis non † fit extensio, etiam ex identitate ra- 23
tionis, *gloss. in versic. excluduntur, Authen. quas actiones, Codic. de sacrosanct. Eccles. Marc. Antonius Eugen. consil. 33. numero 124. & consil. 48. numero 19. Surd. in tractatu de aliment. titul. 9. quaestion. 37. numero 22. & consil. 163. numer. 13. volum. 2.*

24 Septimò, quia † seruus institutus nolens adire, præiudicat domino, & fauet substituto, *l. 3. C. de* 25 *hered. instit.* ergo multò magis filius † debet patri præiudicare, qui in aduentitiis, profectitiis, & castrensibus aliquid iuris habet, & seruus nihil, *l. cum oportet, C. de bon. quæ liber.*

26 Limita tamen principalem conclusionem, non procedere, quando † substitutus esset talis, qui ex coniectura tamente testatoris patri veniret præferendus, vt tunc filio infante, eidem substituto locus aperiretur, *Ioan. Fichar. in add. ad Villalob. in collect. Com. Op. in litera F, sub num. 20.* vbi testatur * communem * opinionem, *Iac. in l. 3. colum. 5. C. de hered. instit. Alexand. in d. l. 1. nu. 24. vers. quam tamen, ff. de vulgar. & pupill. substit. Bald. in l. fin. in princip. C. de bonis quæ liberis, Imol. in l. si paterfamilias, ff. de hered. instit. arg. l. cum acutissimi, C. de fideicom. l. fin. C. de instit. & substit. l. precibus, C. de impuber. & aliis substit. Zasius in tract. substit. in materia vulgaris, num. 12. in fin.*

ARGVMENTVM.

Vtrum instituto filiofamilias, ante aditam hæreditatem decedente, admittatur pater, vel vulgariter substitutus?

SVMMARIVM.

1 *Substitutus vulgariter admittitur, & non pater, filiofamilias instituto decedente ante aditam hæreditatem, num. 1. rationes & fundamenta, nu. 2. & 3. lim 10, num. 5,*
2 *Filio mortuo ante aditam hæreditatem, ita demum quæritur patri, si fuerit infans.*
3 *Argumentum a speciali, est validissimum.*
4 *Hæreditas non adita per filium suorum ascendentium, speciali iure ad patrem transmittitur.*
5 *Pater præfertur substituto vulgariter, vita functo filio instituto infra tempus ad deliberandum.*

QVÆSTIO XXXI.

1 VTRVM, si filiusfamilias institutus, decesserit ante aditam hæreditatem, admittatur pater, vel sit locus vulgari substitutioni? Respond. esse † locum substitutioni, *Bartolus in l. 1. sub numero 23 ff. de vulgari & pupill. substit. Lancellottus Polit. de substit. in materia vulgaris, particula 5 sub numero 32. Sforz. Odd. in præludi. compendios. part. 2. quæst. 5. column. 3 vers. in filio vero, fol. 10. Crass. in § substitutio. quæst. 9. num 5.* vbi testatur com- * munem * opinionem, *Rip. in dict. l. 1. num. 153. Lanfranc. in l. centurio, in materia vulgaris substitutionis, conclus. 6. ff. de vulgar. & pupill. substitut. Calanth. in repet. dict. l. 1. versic. mihi, num. 10. fol. 260. Bald. in tract. substit. in materia vulgaris, sub num. 17. Ias. in d. l. 1. num. 48.*

2 Monemur primo ex *l. si infanti, C. de iure deliber.* vbi † filio mortuo ante aditionem ita demum quæritur patri, si fuerit infans, secus, si maior extiterit.

3 Secundo, per † locum à speciali; speciale enim in vno, ius commune in contrarium statuit, *l. 1 ff. ad municipal.* Sed hæreditas † non adita per filium 4 suorum ascendentium, speciali iure ad patrem transmittitur, *Gloss. l. 1. C. de his quæ ante aper. tab. l. 2. C. de Officia.* ergo in ahis hæreditatibus contrarium est ius commune.

5 Limita non procedere, quoties † filius moreretur infra tempus ad deliberandum, quia tunc pater præferretur substituto, *Baldus in tract. substit. rubr. de vulgar. subst. num. 17. in fin.*

ARGVMENTVM.

Si heres institutus habeat duos substitutos, alterum vulgarem, & alterum per fideicommissum, quis eorum sit præferendus ipso instituto repudiante?

SVMMARIVM.

1 *Instituto repudiante, qui habeat duos substitutos, alterum vulgarem, & alterum per fideicommissum, erit præferendus substitutus per fideicommissum, num. 1. rationes, num. 2. & 3. contra & perperam, num. 20. alii distinguunt, numer. 21. declara, num. 22. & 25.*
3 *Heredi aufertur facultas abstinendi & repudiandi, dato substituto per fideicommissum.*
4 *Clausula, quâ vtuntur indifferenter Notarii, substituens vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, conseruat omnes effectus suitatis.*
5 *Fideicommissum deficit, herede non adeunte.*
6 *Heres potest cogi officio iudicis, per fideicommissarium vniuersalem adire, & restituere eius periculo, numero 6. siue fideicommissum vniuersale fuisset relictum in testamento, siue ab intestato, cum scriptura, vel sine, numero 7. etiam, quod grauatus fuerit magnæ authoritatis, puta, fiscus vel ipse princeps, numer. 8. 9. & 10.*
11 *Fideicommissarius vniuersalis poterit cogere etiam illum heredem adire, qui ex persona alterius factus fuerit, num. 11. ac etiam heredem heredis, num. 12. declara, num. 13. & 14.*
15 *Fideicommissarius poterit petere in eodem libello, vt heres adeat & restituat.*
16 *Fideicommissarius adita hereditate non aget officio iudicis, sed actione ex testamento, vt hereditatem restituat heres, nu. 16. contra & perperam, num. 18. 19.*
17 *Fideicommissarius poterit agere contra heredem, pro singulis rebus non restitutis, & ad rationem reddendam de non extantibus consumptis & neglectis.*
18 *A Petra reiicitur.*
19 *Ioan. Vincent. Hondede refellitur.*
22 *Fideicommissarius non præfertur substituto vulgariter, instituto repudiante, quando testator expresse concesserit heredi, non posse cogi adire & restituere.*
23 *Testator poterit expresse prohibere, ne heres cogatur à fideicommissario adire.*
24 *Heres cogitur à fideicommissario vniuersali adire, etiam si fuisset scriptus, si heres esse voluerit.*
25 *Substitutus vulgariter præfertur fideicommissario, quoties institutus moreretur hereditate non adita, & ante coactionem.*

QVÆ-

QVÆSTIO XXXII.

Si hæres institutus habeat duos substi-
tutos, alterum vulgarē & alterū per
fideicōmissum, quis eorū sit præfe-
rēdus, ipso institutore pudiāte? Resp.
1 esse † præferendū fideicōmissarium,
Bart. in l. facta, § Iulianus, ff. ad Trebell. vbi etiā Paul.
de Cast. idē Bart. Dyn. Angel. & Alex. in l. si patroni, §
fi. ff. eod. idem Alex. in l. 1. n. 17. ff. de vulg. & pup. subst.
per l. non iustā, C. ad Trebell. l. quia poterat, ff. eod. Bal.
in d. l. nō iustam, R. p. in d. l. 1. n. 160. vbi testatur com-
* munem * opinionē, *Marc. Ant. Peregr. in tract. de*
* *fideicō. art. 2. n. 69.* vbi testatur cōmunem * opinio-
nē, *Crass. in §. substitutio, q. 9. n. 9.* vbi testatur hāc esse
* communem * opinionem, *Io. Coras. in l. post aditā,*
n. 48. C. de impub. & aliis subst. Ias. in d. l. 1. n. 49. vbi
Soc. n. 23. Sforz. Odd. in prelud. cur. p. par. 2. q. 5. col. 3.
limitatione quarta; vbi testatur hanc esse commu-
* nem * sententiam, *Anto. Fumo. in tract. substitutio.*
in materia vulgaris, num. 31. & 32. Aret. inst. in tract.
subst. in materia vulgaris, sub n. 11.
2 Tum † quia testator, dando substitutum fidei-
commissarium, considerare potuit, quod habebat
facultatē cogendi hæredē adire, & sibi restituere,
vnde vulgaris censebatur facta in casu, *Si hæres non*
erit, aut fideicōmissarius eum nō cogerit; vel am-
plius cogere non posset; vel deniq; vbi fideicom-
missum non haberet effectum, *Peregr. d. art. 2 sub*
n. 69. Alex in d. l. 1. sub n. 27. Crass. d. q. 9. n. 9.
3 Tum † quia dato substituto per fideicommis-
sum, videtur sublata facultas hæredis abstinēdi, &
repudiandi, *Angel. in l. Papinianus, § quoniā autem,*
ff. de inoff. testam. Aret. in l. cēturio, sub n. 16. ff. de vul.
& pup. subst. Ias. in d. l. 1. n. 50. & 51. ff. de vulg. & pup.
4 *subst.* vbi subiicit, per † clausulam apponi solitam a
notariis in testamētis, substituens vulgariter, pupil-
lariter, & per fideicōmissum, suitatem habere o-
mnes suos effectus.
5 Nam cum † hærede nō adeunte, fideicommis-
sum penitus deficeret, *l. quia poterat, l. ille a quo, § si*
de testamento, ff. ad Trebell. l. si nemo, ff. de testam. tu-
tel. l. si nemo, ff. de reg. iur. l. eam quam, C. de fideicom.
Peregr. de fideicom. art. 2. sub num. 12. Authoritate
Senatusconsulti Trebelliani, seu Pegasiani proui-
6 sum est, fideicommissarium † vniuersalem iudicis
officio posse hæredem compellere, periculo ipsi-
us fideicommissarii adire, & restituere hæredita-
tem, *l. quia poterat, l. nam quod, § si quis compulsus,*
ff. ad Trebell. l. si legatus, l. omnes. ff. eod. § sed quia, In-
stit. de fideicō. hæred. Peregr. de fideicom. art. 45. n. 12.
7 Quodque procederet, siue † fideicommissum
vniuersale fuerit relictum ex testamento, siue ab
intestato, cum scriptura, vel sine, *l. & siue, C. ad Tre-*
bell. vbi glo. Cyn. Bar. Bal. Salic. & Paul. de Cast. Per-
egr. d. art. 45 sub n. 12.
8 Hīc procederet etiā, quod † grauatus fuerit ma-
gnæ dignitatis & conditionis, *l. sed & qui ff. ad Tre-*
9 *bell.* etiam quod fuerit † fiscus principis, *l. Marcel-*
lus, § fi. l. recusare, § si fisco, ff. ad Treb. Quinimo, etiā si
10 † fuerit ipsemet princeps, *l. si legatus, § fi. ff. ad Treb.*
11 Item procederet non solum in † nominato hæ
rede, verum etiam in eo, qui ex eius persona factus
fuerit hæres; veluti pater ex persona filii, dominus
ex persona serui, monasterium ex persona mona-
chi, & fiscus ex persona delinquentis; quia etiam o-
mnes coguntur adire, & restituere, *l. recusare, § me-*
minisse, ff. ad Trebell. l. cum filio familias, ff. de leg. 1.
Peregr. de fideicom. art. 2. n. 75.
Item procederet in † hærede hæredis, in illis 12
casibus, in quibus hæreditas non adita † transmit- 13
titur ad hæredes, veluti in casu *l. cum antiquioribus,*
l. si infans, C. de iure delib. l. vnico, C. de his qui antē
aper. tab. l. apud hostes, C. de suis, & legit. & per Bart.
in l. ventre, ff. de acqu. hæred. ita docuit idem *Bart.*
in l. ille a quo, § si de testamento, num. 2. & 6. ff. ad Tre-
bell. & in l. eam quam, sub num. 4. C. de fideicomm. In-
tellige, vt † hæres hæredis cogatur hæreditatem 14
transmissam adire, & restituere, vti adeundam,
non vti aditam; quia si hæreditatem hæredis gra-
uati repudiasset (vtpote non sustinens personam hæ-
redis grauantis) cogi non posset adire, *l. si quis*
filium § 1. ff. de acqui. hæred. Paul. de Cast. & Alex.
in l. ille a quo, § si de testamento, col. vlt. ff. ad Trebell.
Peregr. de fideicom. art. 2. n. 75. circa fin.
In eodem autem † libello poterit fideicommis- 15
sarius petere, vt hæres adeat, & restituat, *Peregr. de*
fideicomm. art. 45. sub num 12. Bart. in l. & fine, num.
4. C. ad Trebell.
Adita verò † hæreditate fideicommissarius non 16
aget officio iudicis, sed actione ex testamento, vt
hæreditatem restituat hæres, *gloss. in ver. personales,*
l. 2. C. com. de lega. gloss. & Paul. de Cast. in l. penult. §
cum autem, C. ad Trebell. gloss. Bart. Bald. & Salic. in
l. & fine, C. eodem. idem Bart. in l. si legatus, & in l. Pa-
pinianus ff. eo. Natt. consil. 400. num. 2. & 4. Peregr.
in tract. de fideicom. art. 45. num. 13. vbi subiicit, a-
gere etiam † fideicommissarium pro singulis re- 17
bus non restitutis, & ad rationem reddendam
de non extantibus, consumptis, & neglectis, per
Bart. in l. cum tale, § Titius, ff. de cond. & demonstr.
Alex. consil. 186. col. vlt. volu. 5. l. Marcellus, § res
qua, ff. ad Trebell. l. planè si filium § qui rogatus, ff. de
leg. 1 Quicquid dixerit † *A Petr. in tract. de fideicom.* 18
prohib. quæst. 10. num 30. Honded. † *consil. 26. circa fi.* 19
Rimin. Iun. consil. 363. n. 24.
Licèt alii, præferendum † esse substitutum vul- 20
gariter tenuerint, per *gloss. in ver. actiones. circa prin.*
ver. & pone exemplum, l. si patroni § fin. ff. ad Trebell.
Et alii, vtramque sententiam distinctionis fœ-
dere concordauerint, vt prima procederet; quan-
do † fideicommissum fuisset tacitè, vel expresse 21
repetitum à substituto; secunda verò quando non
esset repetitum, in quorum sententiam iuit *Bart.*
in l. 1. num. 25. ff. de vulg. & pupill. substit. & cum pri-
mo membro dictæ distinctionis, concordare
communiter * Doctores, fatetur *Peregr. de fidei-* *
com. art. 2. num. 69. sub ver. contra vero; vtrumque
verò membrum amplectitur *Bald. in tractat. de*
substit. in materia vulgaris numero 18. Bart. de Hu-
cio in tract. eiusdem tit. in materia vulgaris, sub nu-
mero 11.
Declara tamen primò principalem sententiam
non † procedere, quoties testator expresse con- 22
cederet hæredi, non posse cogi adire, & restituere,
quia tunc minimè fideicommissarius præferretur,
Marc. Anto. Peregr. in tract. de fideicom. art. 2. num.
70. Poterit enim † testator illud expresse prohi- 23
bere, *Peregr. d. art. 2. num. 70. arg. l. ex facto, ff. de*
hered. instit. in l. facta, § si sub conditione, ff. ad Tre-
bell. Non tamen † releuaretur hæres, ne cogi pos- 24
set, si testator eum hæredē scripserit, Si hæres esse
voluerit, *glo. in versic. contra voluntatem, l. debitor,*

vbi Angel. & Alex. num. 13. ff. ad Treb. Peregr. dict. art. 2 n. 70. in fin.

25 Declara secundò non procedere, quoties † institutus moreretur hæreditate non adita, & ante coactionem, quia tunc præferretur substitutus, *Aret. instit. in tract. substit. in materia vulgar. sub n. 12. Anton. Fumeus in tract. eiusdem tit. in materia vulgaris, sub num. 31.*

ARGVMENTVM.

Si hęres institutus fuerit indignus, nec hęreditatem adierit, vtrum præferendus veniat fiscus, vel vulgariter substitutus?

SVMMARIVM.

1 *Fiscus est præferendus substituto, hærede effecto indigno, nec hæreditatem adeunte, num. 1. ratio, num. 2. & 3. contra, & male, num. 8. ratio, numero 9. & 10. alii distinguunt, num. 11. amplia, num. 6. limita, n. 7.*

4 *Fiscus tenetur ad legata, & fideicommissa, etiã hæreditate non adita.*

5 *Actiones omnes actiuè, & passiuè transeunt in fiscum.*

6 *Fiscus præfertur substituto, & in iure accrescendi, hærede instituto effecto indigno.*

7 *Substitutus præfertur fisco, statuto termino hæredi indigno ad adeundum, ante negligentiam eo repudiante.*

9 *Fiscus succedens ex delicto alicuius non habetur vti hæres, sed tanquam successor, seu bonorum possessor.*

10 *Substitutus non excluditur, à venientibus ab intestato.*

12 *Indignus quis dicatur, & in quibus differat ab incapace, remissiue.*

QVÆSTIO XXXIII.

SI hæres institutus fuerit indign⁹, nec hæreditatem adierit, vtrum pręferẽdus veniat Fiscus, vel vulgariter substitutus? Resp. Fiscum † esse præferẽ-
1 dũ, substituto repulso, *Bar. in l. 1. nu. 26. ff. de vulg. & pup. subst. per l. si sequens, in prin. ff. ad Sillan. l. in fermentem, § et qui, ff. de bon. libert. Bal. in tract. subst. in materia vulgaris, n. 18. circa fi. Bart. de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia vulgaris, n. 12. Aret. instit. in tract. substit. in materia vulgaris, n. 31. Anton. Fumeus in tract. de substit. in materia vulgaris, sub n. 29. Rip. in d. l. 1. num. 155.* vbi testatur cõ-
* munem * opinionem, ibique *Iaso. num. 51. in fin. & Soc. num. 30. Peregr. in tract. de iure Fisci tit. 2. lib. 2.*
* *num. 27.* vbi ait esse communem * opinionem & *tit. 4. num. 14. Mart. Landen. in tract. de Fisco, quæst. 186. Francis. Lucan. in tracta. de priuil. Fisci, in princ. num. 27. & 100. Bald. in l. eam quam, num. 9. & 10. C. de fideicom. Boss. tit. de his quib. vt indignis bona Fisco aufer. sub num. 18. Ant. Thesaur. decis. 127. num. 7.*

2 Quia & si ipse † institutus non sit hæres, tamen facit hęredem Fiscum, atq; ita repellitur substitutus, *l. si paterfam. ff. de hære. inst.*

3 Et licet † substitutus videatur venire ex voluntate defuncti, tamen extat pręsumptio, quod institutus in fraudẽ Fisci non adeat, ideoq; Fiscus occupat, ac si adita fuisset, *Bar. in d. l. si sequens, in prin. ff. ad Sillan. Pereg. de iure Fisci, lib. 2. tit. 2. n. 27.*

4 Inde † Fiscus tenetur ad legata, & fideicommissa, etiam hæreditate non adita, *gl. l. eam quam, C. de fideicom. l. recusare, § si fisco, ff. ad Treb. l. cum Fisco, ff. ad Sillan. Crass. in § hæreditas, quæst. 5. n. 5.* vbi testatur cõm. * opinionem *l. 2. ff. de alim. & cibar. lega. l. si debitori deportato, ff. de fideiuss. Tiraq. le mort saisit le vif. decl. 14. par. 2. sub num. 16. & 19.* vbi subiicit † in Fiscũ transire omnes actiones passiuas, & 5
actiuas, per *l. vlt. in fi. ff. de acq. hære. l. reo criminis, ff. de solu. l. inter socerum, § vlt. ff. de pact. dotal. Clar. in § fi. q. 78. ver. sed an tenetur, Peregr. de iure Fisci, lib. 2. tit. 2. num. 18.*

Et procederet decisio principalis, non solum in vulgari expressa, verum etiam in † iure accrescen- 6
di, vt etiã in eo Fiscus substituto præferatur, *Crass. in § substitutio, q. 9. n. 8. in fi.* vbi testatur com. * o- *
pin. *Bar. in l. si Titio, ff. de lega. 2. Vasq. de success. progress. § 12. num. 22.* vbi etiam ait communem * opi- *
nionem.

Restringitur autem, quando † substitutus ante 7
quam transiret tempus negligentiæ primi hæredis, fecerit sibi statui terminum ad hæreditatem adeundam, vel repudiandã; quia tunc ipso hærede repudiante ante negligentiã, transiret hæreditas ad ipsum substitutum, *Bar. in d. l. si sequens, circa prin. ad Sillan.*

Non desunt tamen, qui aduersus principalem conclusionem, contrarium scriptũ reliquerint, vt scilicet substitutus † præferatur excluso Fisco, in 8
quorum numero fuit *Lancell. Polit. in tract. subst. in materia vulgaris, particula 3 sub num. 76. & 77. in fi. Crass. in § substitutio, q. 9. num. 8.* vbi testatur hanc opinionem esse æquiorem, à qua in iudicando non esset recedendum, *Zas. in tractat. substit. in materia vulgaris, num. 16. ver. in quarto. Soc. Iun. cõsil. 3. num. 16. vol. 3. Petr. Gregor. par. 3. Syntagm. iuris, lib. 42. c. 14. num. 2.*

Moti præcipuè, quia † Fiscus succedens ex deli- 9
cto alicuius, seu tanquã ab indigno bona vendicãs, non habetur vti hæres, sed tanquam successor, seu bonorum possessor, *Crass. in § hæreditas, q. 5. num. 3.* vbi testatur com. * opinionem, *Bar. in l. inter eos, § fin. ff. de fideiuss. Boss. de bo. vacan. sub n. 10. Tiraq. in tract. le mort saisit le vif, par. 2. decla. 14. num. 19. Bar. in l. quoties, col. 1. ver. venio ad secundũ. ff. de donat. Alex. cons. 31. col. 1. lib. 1. Alex. Trentacinq. in d. cap. 8. num. 7.* vnde qua ratione non † excluditur substi- 10
tutus à venientibus ab intestato, pari ratione nec à Fisco excludi deberet, *Alex. in l. 1. num. 28. ver. item qua ratione, ff. de vul. & pup. subst.*

Et alii, qui distinxerint, aut † institutus repudia- 11
uit antequam efficeretur indignus, & præfertur substitutus; aut repudiauit postquã est effectus indignus, & tunc, aut culpã eius non præcessit indignitas, & pariter præfertur substitut⁹; aut eius culpã præcesserit indignitas, & tunc, aut respicit offensam personæ priuatæ, & præfertur substitutus, aut publicæ personæ, & præfertur Fiscus, *Sforz. Odd. in prælud. compend. par. 2 quæst. 5. limitat. 5. per l. si antequam, ff. ad Silla. Bar. in l. hæreditas, C. de his quib. vt indign. l. si pater, & l. nec apud, Cod. de hæred. inst. Paul. de Cast. in l. Papinianus, § meminisse, ff. de inoffic. testam.* Et alii aliter, inter quos fuit *Alexand. Trentacinq. in tractat. substit. par. 1. c. 8. num. 7. ver. ex supradictis.*

Quando autem quis † dicatur indignus, & in 12
quibus differat ab incapaci, te delego ad *Peregr. de iure*

de iure fisci, lib. 2. tit. 2. de indignis, & lib. 3. tit. 1. de incapacibus, fol. 56.

ARGVMENTVM.

Vtrum substitutus vulgariter aliquando concurrat cum instituto?

SVMMARIVM.

1 *Substitutus vulgariter aliquando concurrit cum instituto, n. 1. excep. à n. 2. 4. 5. 6. 7. 9. 10. 12. & 13.*

2 *Patronus si fuisset institutus, & grauatus in aliqua re propria, habebit vti institutus debitam portionem, & residuum habebit substitutus, si ipse noluerit defuncti iudicium implere.*

3 *Lancel. Polit. in tract. subst. reiicitur, num. 3.*

4 *Filius institutus, cui fuisset vulgariter substitutum, poterit legitimam retinere, & cætera bona substituto repudiare, num. 4. duobus concurrentibus, n. 6 & ab intestato, n. 7.*

5 *Vulgaris substitutio reiicitur a legitima, sicut aliud grauamen.*

8 *Lancel. Polit. in tract. subst. refellitur.*

9 *Substitutus vulgariter in aliqua parte pure, & in aliqua parte sub conditione, deficiente conditione admittitur ipse substitutus, & institutus.*

10 *Substitutus, & institutus in eadem parte concurrent, quando testator instituerit Titium in certa parte sub conditione, & in eadem parte fuerit institutus sub alia conditione, & in defectum secundæ conditionis aliquis substitutus euenient prima conditione, secunda vero deficiente.*

11 *Substituti, & instituti concursus admittitur, quando voluntas testatoris & leges vtrique fauorẽ.*

12 *Substitutus & institutus admittitur pro equali portione, si pater duorum filiorum vnum instituerit, alium vero ab eo primo gradu præteriit, ipsiq; instituto substituerit, n. 12 contra, n. 3.*

QVÆSTIO XXXIIII.



1 TRVM substitutus vulgariter aliquando concurrat cum instituto? Resp. quod † sic, aliquibus in casibus, *Bart. in l. 1. num. 27 ff. de vul. & pup subst.* vbi testatur communem * opinionẽ *Crass. in § substitutio. q. 9. n. 9. ver. aduertas. Sforz. Odd. in prælud. comp par 2. q 5. col. 5. limit. 6. Constant. Roger. in tract. subst. in materia vulgaris, tit. 1. q. 4. n. 13. Ant. Fum. in tract. eius. tit. in materia vulgaris, num. 29.*

2 Primus itaque erit casus, quando † patronus fuit institutus, & in aliqua re propria grauatus; quia tunc ipse habebit debitam portionem, vt institut*, & residuũ habebit substitut*, si ipse nõ velit iudiciũ defuncti implere, *Bart. in d. l. 1. sub n. 27. per l. si libertus patrono, ver. quid ergo, ff. de bon. lib. Alex. in l. quia poterat ff. ad Treb. Soc. in d. l. 1. n. 32. vbi etiam Rip. n. 157. Crass. d. q. 9. in fin.* vbi testatur communẽ * opinionẽ, *Sfor. Od. d. q. 5. col. 4 ver. 5.* vbi etiam ait hãc esse cõmunem * opinionẽ *Const. Reg. d. q. 4. sub n. 13 Bar. de Hue. in tract. eius. tit. in materia vulgaris, sub n. 12. An. Fum in tract. eius. tit. in materia vulg. sub n. 29.* Et hãc esse * cõmun. opin. fatetur *Alex. Trẽtacinq. in tract. subst. par. 1. c. 9. sub n. 10.*
3 Quicquid † dixerit *Lancel. Polit. in tract. subst. in materia vul. particula 6. n 54. versic. quintus.*

4 Secundus erit casus, quando † instituto filio fuisset eidem vulgariter substitutũ; quia poterit legitimam retinere, & cætera bona substituto repudiare, *Bar. in d. l. 1. n. 27. in fi. Crass. d. q. 9. sub n. 9.* vbi testatur cõmunem * opinionẽ. *Rip. in l. 1. n. 157.* vbi etiã dicit communem * opinionẽ. *Bar. in l. quia poterat, ff. ad Trebel. Sfor. Od. d. q. 5. col. 4. ver. sextus est, Const. Roge. d. q. 4. sub n. 13. Bar. de Hue. in tract. subst. in materia vulgaris, num. 12. in fi.* Substitutio enim 5
vulgaris (sicut aliud quodque grauamen) reiicitur à legitima, *Iacob. de Butr. in l. si arrogator, ff. de adopt. Soc. in l. in conditionibus pupillus, ver. 2. ff. de cond. & demonstr.* vbi testatur com. * opin. *Anto. Gomez. var. resol. tom. 1. c. 11. n. 18.* quem refert *Crass. in § legitima, q. 38. n. 9. & in § substitutio, q. 9. n. 9. ver. primus casus.* Quicquid dixerit *Paul. de Cast. in l. si postumus, § quod vulgo, ff. de lib. & post. Fernand. Vasq. de success. creat § 10. n. 421.*

Intellige istũ casũ procedere, duobus † cõcurrentibus; primo, quod filius habeat substitutũ; secundò, quod hæreditas fuerit grauata ære alieno; aliàs si filius institutus non haberet substitutum, vel haberet, & hæreditas non esset oneribus grauata, non posset acceptare legitimam, & reliquum repudiare, *Ias. in l. 1. n. 52. ff. de vul. & pup. subst. per l. si libertus patrono, vers. cessante verò, ff. de bon. libert. Bar. in l. gerit, col. 7. ff. de acqui. hæred. Bald. in l. vnica, q. 6. C. quando non petent. par. Alex. in l. hæres institutus, C. de impub. & aliis subst. & consil. 75. col. 3. vol. 1. Franc. Aret. consil. 60 col. 6. Abb. in c. Raynutius, circa fi. extra, de test.* vbi subiicit, istud etiã procedere † ab intestato, *Alex. in d. l. 1. sub n. 29. Const. Roge de subst. in materia vulgaris, q. 4. sub n. 13* Quicquid dixerit † *Lancel. Polit. in tract. subst. in materia vulg. particula 6. num. 55.* 6, 7, 8

9 Tertius erit casus, vbi † quis fuerit substitutus purè in aliqua parte, & in aliqua parte sub conditione; quia deficiente conditione admittitur substitutus vulgariter, & etiam institutus, *Iason in l. 1. num. 52 in fin. ff. de vulg. & pup. subst. per l. si ex solum, ff. de hæred. inst. l. cum hæres, § fin. ff. de acquir. hæred. Alex. in d. l. 1. sub n. 29. Sfor. Odd. in prælud. compẽd. par. 2. quæst. 5. colu. 4. ver. secũdus,* vbi testatur com. * opin. *Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. 1. cap. 9. num. 30.*

10 Quartus erit casus, quando † testator instituerit Titium in certa parte sub conditione, si nauis ex Asia venerit, & in eadem parte fuerit institutus sub alia conditione; puta, si Imperator venerit in Italiam, & in defectum huius secundæ conditionis, Mæuium vulgariter substituerit; quia si euenerit prima conditio, secunda verò defecerit, in eadem parte concurrent institutus, & substitutus ex mente testatoris, *Alex. in d. l. 1. num. 29. in fin. ff. de vulg. & pup subst.* quem refert *ibi Ias. num. 52. in fi. Raphael Fulgo. in l. quandiu, la 1. ff. de acqui. hæred. & in l. si plures, C. de cond. insti. Sforz. Odd. d. q. 5. col. 4. ver. 3.* Licèt contrarium tenuerit *Alex. Trentacinq. de subst. par. 1. c. 9. n. 31. Soc. in d. l. 1. n. 29 ff. de vul. & pup subst.*

11 Quintus erit casus, quando † voluntas testatoris, & leges vtrique adeò fauerent, vt quem testator vocauerit, cognosci nequeat, quia tunc in dubio admitteretur concursus instituti, & substituti, *Crass. in § substitutio, quæst. 9. num. 9. vers. secundus, per l. si paterfamilias, ff. de hæred. instit. & in § fin. Inst. eod. Bart. in d. l. 1. num. 27. ff. de vul. & pup. subst.* vbi

* *Soc. sub n. 29.* testatur communem * opinionem,
Sforz. Odd. in praelud. compend. par. 2. quaest. 5. co-
lum. 4. versic. primus, Lancel. Polit. in tract. subst. in
materia vulg. particula 8. effectu 4. Bartol. de Huc. in
tract. eius tit. in materia vul. sub n. 12.

Sextus erit casus (secundum aliquos) quandò
12 aliàs † caduca fieret omnis testatoris dispositio;
puta, si pater duorum filiorum vnum instituerit,
alium verò ab eo primo gradu praeterierit, sed in-
stituto substituerit, quia vterque admitteretur pro
aequali portione, *Paul. de Castr. in l. si filius qui haeres,*
sub n. 30. ff. de lib. & posth.

13 Contrariam † sententiam, & receptiorem * te-
nuit *Soc. in l. 1. n. 31. ff. de vul. & pup. subst. Sfor. Odd.*
in praelud. compend. par. 2. quaest. 5. col. 4 vers. quartus
casus, vbi eam etiam fatetur esse communem *
Lancel. Polit. in tract. subst. in materia vulgar. par-
ticula 6. num. 54. vers. tertius casus, vbi testatur *Paul.*
de Cast. sententiam esse falsam, & in iure nec pro-
batam, nec probabilem.

ARGVMENTVM.

Vtrum admittatur institutus, vel substitu-
tus vulgariter; si institutus in primo gra-
du potest esse haeres, sed nō eo modo
quo defunctus voluit, quia fuerat insti-
tutus suus; vel necessarius, sed tempore
mortis reperitur emancipatus vel ma-
numissus?

SVMMARIVM.

1 *Substitutus vulgariter, vtrum praeferatur instituto,*
si ipse institutus nō poterat esse haeres, eo modo quo
defunctus voluerit, quia fuerit institutus suus,
vel necessarius, & tēpore mortis reperitur emā-
cipatus, vel manumissus; distinguitur, n. 1. & 6.
rationes distinctionis, n. 2. & 8.
3 *Differentia emancipationis, & patriae potestatis ho-*
diè est sublata, n. 3. ab intestato (secundum ali-
quos) secus ex testamento, n. 6.
4 *Rub. de coniungendis cum emancip. liberis eius, est*
correpta.
6 §. & quid si tantū *l.* Gallus, ff. de lib. & post. *nō est*
corrept⁹ (secūdū aliquos) per iura noua, n. 5. & 6.

QVAESTIO XXXV.



Circa secundum effectum vulgaris
substitutionis, de pluribus dubitari
contingit, ideò quero quid si institu-
tus in primo gradu potest esse haeres,
sed non eo modo, quo defunctus vo-
luit; quia fuerat institutus suus vel necessarius, sed
tempore mortis reperitur emācipatus, vel manu-
missus, vtrum admittatur institutus, vel substitu-
1 tus? Resp. distinguendo † cum *Bart. in l. 1. n. 29. ff. de*
vul. & pup. subst. cum quo transire cōmuniter * Do-
ctores testatur *Ias. in ea. l. 1. n. 54. in fi.* Quod aut ista
vulgaris substitutio fuit facta ex necessitate, vt quā-
do nepos substituitur filio, & tunc substitutus prae-
fertur, *l. Gallus § & quid si tantum, in tex. ibi, eman-*
cipatus esset, ff. de lib. & post. vbi idem *Bar. n. 4 Const.*
Rog. in tract. subst. tit. 1. q. 4. n. 18. Bar. de Huc. in tract.
eius. tit. in materia vul. n. 14. Bal. in tract. eius. tit. in
materia vulga. n. 20. Alex. Trentacinq. in tract. eius.
* *tit. c. 10. n. 7. par. 1.* vbi testatur communem * opinio-
2 nem. Ratio, quia † videtur substitutus in illum
casū, si filius desierit esse suus, *Bar. in d. l. 1. sub n. 29.*
Bal. & Bar. de Huc. in eorū tract. subst. in materia vul-
garis, illc, sub n. 20. ille, sub n. 14 Quod procederet
secundū iura Digestorum, secus secundū hodierna,
quibus est sublata differentia emancipationis, & 3
patriae potestatis, *Auth. de haere. ab intest. in prin. Bar.*
in d. l. 1. sub nū. 29. quem refert & sequitur *Bart. de*
Hucio in tract. subst. in materia vulgaris, sub num. 14.
& † titulus *de coniung. cum emancipat. lib.* est cor- 4
reptus, *gloss. l. 1. in princ. ff. de coniūg. cum emanc. lib. l.*
si proponas, C. de inoff. testamen. Auth. in successione, C.
de suis, & legitim. § 1. Auth. de haered. quae ab intest. l.
fin. ff. de vulg. & pup. subst. licèt alii dixerint, dictum
† § *& quid si tantum*, non corrigi per iura noua, sed 5
ea loquuntur nullo condito testamento; confecto
† verò vltimo eulogio, remaneret differentia e- 6
mancipationis, & patriae potestatis, *gloss. in vers. e-*
mancipatus, vers. nec obstat. d. §. & quid si tantum, &
in Auth. ex causa, C. de liber. praeter. & in l. si emācipa-
ti, C. de collat.

Aut † substitutio fuit facta ex voluntate, vt quia 7
non fuisset substitutus nepos, sed extraneus; &
tunc praefertur institutus, nō attenta illa status mu-
tatione, *Bart. in d. l. 1. num. 29. in fin. ff. de vul. & pup.*
subst. & in d. §. & quid si tantum, n. 4. in fin. per § si ve-
ra, Instit. de haered. inst. l. si paterfamilias Titium ff. eo.
Crass. in § substitutio q. 20. n. 3. vbi testatur comun. *
opinionem, *Ias. in d. l. 1. n. 55. vers. secunda, vbi etiam*
Soc n. 34. Sforz. Od. in praelud. compend. q. 5. par. 2. col.
3. vers. hac tamen, vbi testatur communem * opini-
onem, *Const. Roger. in tract. subst. tit. 1. q. 4. n. 19. Bart.*
de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia vulgaris, n.
14. Bald. in tract. eiusdem tit in materia vulgaris, n. 20.
Ratio est, quia tunc videtur † substitutus, si institu- 8
tus haeres non erit quocunque modo; *Bart. de Hu-*
cio in tract. subst. in materia vul. sub n. 14. Bal. in tract.
eiusdem tit. in materia vulgaris, n. 20. in fin.

ARGVMENTVM.

Vtrum testamentum posset assumere vi-
res à tacita vulgari?

SVMMARIVM.

1 *Testamētum posset assumere vires à tacita vulgari,*
n. 1. fundamenta, n. 2. 7. 8. 9. & 10. contra, & male
n. 11. fundamenta, n 12. 14 18. & 23.
2 §. fin. l. neque enim, ff. de milit. testam. *casus, n. 2.*
impugnatur, n. 5. defenditur, n. 6.
3 *Casus specialis non est trahendus in consequentiam.*
4 *Fideicommissaria aliquando trahitur ad directā.*
5 § fin. l. neq; n. ff. de milit. test. *nō loquitur (secundū*
aliquos) de tacita vulgare, nu. 5. contra, num. 6.
7 L. si pater filium, ff. de vulgar. & pupilla. subst. *-*
loquitur de tacita vulgari, secundum magis ap-
probatum intellectum.
8 *Vulgaris tacita sumit effectum in casu haereditatis*
non adita.
10 *Vulgaris tacita expirat adita haereditate.*
12 § Idem Iulianus, l. apud Iulianum, ff. ad Trebel.
loquitur de tacita vulgari, num. 12. 14. 15. 17.
18 20. & 21. contra, vt loquatur de pupillari, n. 13.
15 17. & 22.
14 *Pupillaris non habet locum filio non existente hae-*
rede patris.
19 *Suitas in filio dicitur sublata, quo ad effectum trās-*
mittendi, per datione coheredis extranei.
20 *Transmissio haereditatis non adita excludit ius*
substituti.
23 *Expresso vitiato, vitiatur tacitum, num. 23 quādo*
taci-

tacitū haberet se ad expressam, vti accessorium, secus si vtrumq; esset principale, n. 24.

QVÆSTIO XXXVI.

VTRVM testamentum possit assumere
vires à tacita vulgari, vt non requiratur
aditio in primo gradu? Respon. quod
1 † sic, *Bart. in l. 1. n. 30. 31. & 32. ff. de vulg.*
& pup. subst. & in l. lex Cornelia, ff. eod. & in l. apud
Iulianum, § idem Iulianus, num. 3. ff. ad Trebell. Ias. in
d. l. 1. sub num. 57. vbi testatur cum Bartol. transire
* communiter * Doctores, quem refert *Sforz. Odd.*
in prælud. compend. par. 2. quæst. 5. col. 5. versic. item in
tacita, Zas. in tract. subst. in materia vulgaris, sub n.
22. Alex. in d. l. 1. num. 31. vbi testatur hanc esse ve-
riorem opinionem, *Oldra. cons. 20. Bal. in l. fin. C. de*
inst. & subst. sub cond. fact. & in l. quidam eulogio, C.
de iure deliber. & in l. tractabatur, ff. de milit. testam.
& in l. vnica, §. pro secundo, C. de caduc. tollen. Crass.
in § substitutio; quæst. 10. num. 4. vbi testatur com-
* munem * opinionem, *Rip. & Soc. in d. l. 1. ille, num.*
162. iste, num. 36. Ferdin. Vasq. de success. progress. § 11.
num. 23. Capra de subst. vulg. num. 83. Alciat. & Ca-
lanth. in d. l. 1. ille, num. 74. iste, num. 46. Gul. de Be-
ned. in tract. substit. vulgaris, num. 98. vbi testatur
* hanc esse communem * conclusionem, *Couarr. in*
c. Raynutius, § 5. num. 5. versic. tertia est sententia, in
fin. extra de testam. Coust. Roger. in tract. substit. tit.
1. quæst. 4. num. 31. vbi etiam testatur hãc esse com-
* munem * opinionem.

Mouentur primò, per *l. neque enim, § fin. ff. de*
2 *milit. test.* vbi † sub expressa fideicommissaria con-
tinetur vulgaris tacita, & nihilominus, licèt fidei-
commissaria requirat aditionem hæreditatis, & ab
ea testamentum assumere vires non possit, *l. ille à*
quo, § si de testamento, ff. ad Treb. tamen illa tacita
vulgaris non requirit aditionem.

Aduersus cuius *§ fin.* inductionem non obsta-
bit (secundum aliquos) quod ibi sit casus specia-
3 lis, & non † est trahendus in consequētiam, *l. quod*
verò, § de viro, ff. solut. matr. l. ius singulare, ff. de legib.
4 Quia fatentur esse speciale in hoc, vt † fideicom-
missaria trahatur ad directam (quod alibi non re-
peritur, nisi in casu illius §) sed quod illa tacita
vulgaris confirmet testamentum ex se, in hoc non
est speciale, sed ius commune, ita etiam *Bart. in d. l.*
1. sub n. 32 ff. de vul. & pup. subst.

Et licèt *Imol. in d. l. 1.* videatur mordere *d. § fin.*
* 5 ponderationem communem, * quasi † *d. § fi.* non
loquatur de tacita vulgari, quæ à principio esset
causata, & sub expressa contineretur, sed loquitur,
de quadam vulgari causata ex æquitate, propter
extinctionem fideicommissariæ, tamen idemmet
* *Imol. in ead. l.* 1. amplectitur Bart. & communem *
conclusionem; subiiciens ita etiam renuisse *Angel.*
viua voce (quem refert *Alexan. in ead. l. 1. sub num.*
* 6 *31.*) ex tacita † voluntate testatoris, qui verisimili-
ter si cogitasset pupillū repudiaturū, substitutum
admitteret.

Secundò mouentur per *l. si pater filium, ff. de vul.*
7 *& pupill. subst.* intelligendo, quod ibi † tractatur
de tacita vulgari, prout eam ita intelligit *Iacob. de*
* *Aret.* & magis communiter * alii, vt scriptum re-
liquit *Alexan. in d. l. 1. num. 31.*
8 Tertiò mouentur per † *l. Antoninus, ff. de fidei-*
comm. libert. quam esse solennem testatur *add. ad*
Bart. in d. l. 1. n. 32. in litera B B.

Quartò mouentur, quia † tacita vulgaris sumit 9
effectum in casu hæreditatis nō aditæ, *l. iā hoc iure,*
ff. de vul. & pup. subst. ergo esset impossibile, quod
in casu aditæ hæreditatis assumeret effectū, *arg. l. si*
ancillam, ff. pro suo, &, per consequens, non requiri-
tur aditio in primo gradu.

Quintò, quia per † aditionē hæreditatis debet 10
finiri tacita vulgaris, *l. post aditā, C. de impub. & aliis*
subst. ergo ab eo casu nō posset inchoari, *l. Titio cū*
morietur, ff. de vsufr. l. vsufructum cū moriar, ff. de v-
sufr. lega. &, per consequens multò minus requiri-
tur aditio in primo gradu.

Licèt contrariam sententiam, vt † testamētum 11
nō posset assumere vires à tacita vulgari, tenuerint
Dyn. in l. 1. ff. de vul. & pup. subst. Rayn. in tract. subst.
in materia vulgaris, Bal. & Paul. de Cast. in l. si pater
filiū. ff. de vul. & pup. subst. Ioan. Andr. in add. Specul.
rub. de stat. ver. ex qua superius, Ang. in l. vnica, § pro
secundo, C. de cadu. tolle. & in l. lex Cornelia, ff. de vul.
& pup. subst. & in l. si pater captus, ff. eod. Cyn. in l. pre-
cibus, C. de impub. & aliis subst.

Mouentur primo per *l. apud Iulianum, § idē Iulia-*
nus, ff. ad Treb. vbi † requiritur aditio ex testamen- 12
to paterno, ad confirmationem tacitæ vulgaris, vt
Bart. in eiusdē § summarie expressim sentit. Sed resp.
Bar. in d. l. 1. sub num. 32. ff. de vul. & pup. subst. quod
in *d. §. idem Iulianus*, requiritur † aditio ad confir- 13
mandas tabulas pupillares, vt demonstrat tex. ibi,
qui fideicommissum in secundis tabulis accepit.

Replicant contrarii; quia substitutio pupilla- 14
ris, non posset habere locum, filio non existente
hærede patris, *Instit. de pup. subst. in prin.* ergò po-
tius deberet intelligi ille *§. idem Iulianus*, quod lo-
quatur de substitutione vulgari, quam de pu-
pillari.

Annihilatur eorum replicatio, quia nihil inter-
sit, quod † pupillo non obuenerint alia bona ma- 15
terna, vel alia, quæ post mortem patris per tutores
fuerunt ei acquisita, *Bart. in d. l. 1. sub n. 32. & in d. §*
idem Iulianus, sub n. 3. licèt iste sensus videatur ali-
quantulum diuinatiuus, quod scilicet in illo *§ idem*
Iulianus, pupillus habebat alia bona, quā paterna.

Angel. verò, quem refert *Imol. in d. l. 1.* respon-
debat, quod ideo in *d. § idem Iulianus*, cessat † sub- 16
stitutio vulgaris, comprehensa sub expressa pupil-
lari; quia cohæredes pupilli erant ipsi pupillo sub-
stituti, & quia cohæredes sunt, intelligitur inter
eos tacita substitutio, *l. si Titio & Meuio, § Iulia-*
nus, ff. de leg. 2.

Replicant contrarii, quia † tacita substitutio, 17
quæ est inter cohæredes, resultat respectu iuris
accrescendi, sed tacita vulgaris comprehensa sub
pupillari non venit ex iure accrescendi; quia dato
quod non esset aliquo modo hæres, posset substi-
tutus vulgaris venire, & consequenter substitutus,
etiam cohæres omissa institutione, adire posset ex
substitutione, *gloss. in l. quidam eulogio, C. de iure de-*
lib. Alex. & Imol. in d. l. 1. sub n. 31. ff. de vulgar. & pu-
pill. substit.

Imol. in d. l. 1. aliter respondet, quod ideò in † *di-* 18
cto § idem Iulianus, non potest habere locum tacita
vulgaris, non præcedente aditione ex testamento
paterno; quia † per dationē cohæredis extranei, e- 19
rat sublata suitas in filio, quo ad effectū transmit-
tendi, *l. si fratris, C. de iure delibe.* ideò prius neces-
se erat scire quis esset hæres pupilli, in quem e-

rat facta transmissio, ac etiam oportuit prius adiri ex expressa pupillari, quam tractare de portio-
50 ne hæreditatis paternæ delata filio, eum † transmissio hæreditatis non aditæ, excludat ius substituti, *l. vnica, C. de his qui ante apert. tab.* Item, atten-
51 to quod † existentia sui hæredis non confirmabat tabulas pupillares, ex quo testator non fuerat confisus contra prouisionem legis, dando cohæredem extraneum; ideoque necessarium fuit prius adire hæreditatem ex testamento paterno per vnum cohæredem pupilli, *Paul. de Cast. in d. § idem Iulianus, Imol. in l. si filius qui patri, ff. de vulgar. & pupill. substit.*

Intellectus prædictus Imol. non placet *Alex. in*
52 *d. l. 1. sub num. 41.* quia † secundum eum esset necesse violare literam *d. § idem Iulianus*, & dicere, quod filius non se abstinuisset à paterna hæreditate, à qua si se abstinuisset, tractaretur de transmissione, *l. si quis filium, in fin. C. de inoff. testam.*

53 Secundò mouentur, quia † vitiato expresso, vitiatur tacitum, *l. 3 § qui habet, ff. de seruit. rust. præd.*

54 Sed resp. *Bar. in d. l. 1. sub n. 32.* quod † contrariũ procederet quando tacitum haberet se ad expressum, vt accessorium; secus si vtrunq; (vt in nostro themate) pariter esset principale, *l. si fideiussoribus, in prin. ff. de leg. 1. Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. 1. c. 10. num. 21.*

ARGVMENTVM.

Si pupillus, cui fuisset facta substitutio pupillaris, decesserit viuo patre, vtrum substitutus posset succedere ex tacita vulgari?

SVMMARIVM.

1 *Substitutus admittitur ex tacita vulgari, pupillo, cui fuisset facta substitutio pupillaris, decedente viuo patre, num. 1. rationes, num 2. & 5. etiam quod pupillaris ab initio fuisset inutilis, num. 33. contra, num 6. ratio, num. 7. 8. 9. 10. 11. 12. & 13. elisio, num. 14. instantia, num. 15. distinctio Bar. num 16. 17. 18. 19. 20. & 21. distinctio aliorum, num 32.*

2 *Vulgaris tacita, sub expressa pupillari continetur, non virtute verborum, sed legis potestate, & præsumptione.*

3 *Pupillaris expirat non adita hæreditate. secus quo ad tacitam vulgarem, n. 4.*

7 *Pupillaris est testamentum pupilli, licèt a patre ordinetur.*

9 *Succeditur ex testamento pupilli, siue ex pupillari expressa, siue vulgari tacita, n. 8. declara, n. 9.*

10 *Pupillo defuncto viuo patre, quare testamentum pupillare corruat, n. 10. 11. & 12.*

12 *Pupillus testari prohibetur.*

13 *Filiusfamilias testari non potest.*

14 *Vulgaris tacita est pars testamenti paterni, cũ per eam testatori succedatur.*

20 *Lex non subuenit ei, qui sibi potuit prouidere, & non prouidit.*

22 L. quod si filius, ff. de capt. & postlim. reuers. *intellectus, n. 22. & 26.*

23 L. quod si filius, ff. de capt. & postlim. reuersis, *non loquitur de tacita vulgari, sed tãtum de expressa pupillari.*

24 *Dictio,* nihil, *est vniuersalis negatiua.*

25 *Dictio,* nihil, *aliquando non excludit omnia.*

27 L. tractabatur, ff. de milit. testam. *ponderatione acuta, contra Bar. n. 27. 28. & 29.*

30 *Substitutio directa, ex mente testatoris aliquando trahitur ad obliquam.*

31 *Descendere facilius est, quam ascendere.*

QVÆSTIO XXXVII.

SI pupillus, cui fuisset facta substitutio pupillaris decesserit viuo patre, vtrũ substitutus posset succedere ex tacita vulgari? Resp. indistinctè † quod 1
sic; *Vdalr Zas. in tract. subst. in materia vulgaris, n. 22 gloss. in ver. non existimo, in ver. duodecim, & in ver. si l. lex Cornelia ff. de vulg. & pup. subst. & in l. si pater captus. ff. eod. Gul. Bened. in 2 par. cap. Raynutius, in materia vulgaris subst. n. 99. & 102. extra de testam. Aret. inst. in tract. subst. in materia vul. sub n. 12.* vbi testatur hanc esse communem opinionem, *Crass. in § substitutio. quæst. 10. num. 4. ver. aut verò, in fin.* vbi etiam testatur hanc opinionem esse veriorem & magis communem * *Rip. in l. 1. num. 167 ff. de vul. & pup. subst.* vbi etiam eam dicit receptiorem * *Couarr. in d. cap. Raynutius, § 5. num. 5. ver. tertia est*, vbi ait hanc opinionẽ in puncto iuris esse veriorem, *Alex. Ias. & Alciat. in d. l. 1. ille, num. 32 iste, num 58. hic, num. 74. Lanfran. in l. centurio, in materia vulgaris subst. ff. de vulg. & pupill. substit. Vasq. de progress. success. § 11. n. 38. & libr. 3. de creat. § 11 num. 242. Gomez. var. resol. lib. 1. capit. 3. Imol. & Claud. in d. l. 1. ille, num. 8. iste, num. 38. Constan. Roger. in tract. subst. tit. 1. q. 4. n 33. ver. ex præmissis, folio 15. Alex. Trentacinq. in tract. eius. tit par. 1. c. 10. num. 20. ver. & cum supradicta*, vbi testatur hanc esse receptiorem, & magis communem * sententiam.

Mouemur primò, quia † tacita vulgaris sub ex- 2
pressa pupillari continetur, non virtute verborum, (quia aliàs vitiato expresso, vitiaretur tacitum) sed legis potestate, & præsumptione, & contra ipsa verba pupillaria, meritò deberet eadem tacita vulgaris sine vlla distinctione potenter operari, cũ lex parem videatur habere causam præsumendi super tacita vulgari vno loco, sicut in alio, *Zas. de subst. in materia vulg. num. 22. Aret. instit. in tractat. subst. in materia vulgaris, sub num. 12.* Et † 3
quamuis hæreditate non adita, tabulæ concidantur pupillares, *l. 2. ff. de vulg. & pup. subst. l. eam quã, C. de fideicomm. l. quod si filius, ff. de capt.* illud est verum quo ad tabulas pupillares, & in eis descripta;
non † autem quo ad tacitam vulgarem, quæ ex le- 4
gis potestate venit, *Zas. in tract. substit. in materia vulgaris, sub n. 22.*

Secundò, quia † eiusdem naturæ est tacita vul- 5
garis, cuius est expressa, *Crass. in § substitutio, q. 10. sub num. 4.* At sicut expressa vulgaris locum habet hæreditate non adita, ita tacita, mortuo pupillo in pupillari ætate ante aditam hæreditatem.

Contrariam sententiam, vt † non admittatur 6
substitutus, tenuit *Dyn. in l. 1. ff. de vulgar. & pupill. subst Ioan. Andr. in add. Spec. rub. de testam. col. 5. Angel. consil. 41. & in l. vnica, § secundò, C. de caduc. tolle. in l. centurio. & in l. si pater captus. ff. de vulg. & pup. subst. Oldrad. consil. 20. Paul. de Castr. in l. precibus, C. de impub. & aliis subst. Freder. de Sen. consil. 56. Ioan. Faber in § qua ratione, colum. 2. Institut. de pup. subst. Paul. de Cast. in l. iam hoc iure, in fin. princ. ff. de vul. & pup. subst. Aret. in d. l. 1. vbi Ias. sub n. 58.* fatetur esse communem * & in iudicando sequendam.

Mouen-

7 Mouentur, quia † pupillaris ſubſtitutio eſt te-
ſtamentum pupilli, licèt à patre ordinetur, l. patris,
& filii, ff. de vulgari & pupill. ſubſtitut. l. Papi-
nianus, §. nec impuberis. ff. de inoff. teſtam. Et ſi-
8 ue † ſuccedatur ex pupillari expreſſa, ſiue ex
vulgari tacita, ſemper ſucceditur ex teſtamento
pupilli, Iaſ. in l. 1. ſub num. 58. ff. de vulga. & pupill.
9 ſubſt. Veruntamen † ex pupillari expreſſa ſucce-
ditur pupillo, ex vulgari tacita teſtatori, Inſtitut.
10 in prin. de pup. ſubſt. Sed ſi pupillus † moritur viuo
patre, teſtamentum corruit duplici reſpectu; pri-
11 mò, quia † impubes, qui teſtari prohibetur, Craſ. in
§ teſtamentum, quæſt. 20. num. 2. l. qua ætate ff. de
teſtamen. Fernand. Vaſq. de ſucceſſ. progr. § 1. n. 104.
Secundo, quia moritur in poteſtate alterius; filius
12 fam. † namq; teſtari nõ poteſt, l. qui in poteſtate, ff.
de teſt. Craſſ. in § teſtamentum, quæſt. 23. n. 1. Vaſq. d.
§ 1. num. 1. Clar. in § teſtamentum, quæſt. 18. Capra cõcl.
13 101. num. 62. Et licèt † lex diſpenſet circa primum
defectum ætatis, diſponens partem poſſe filio ſub-
ſtituere, l. moribus, ff. de vulg. & pup. ſubſtit. tamen
non diſpenſat circa ſecundum defectum, & conſe-
quenter nullatenus poteſt ſuccedi ex teſtamento
pupilli.

14 Reſpondet Aret. in d. l. 1. quod illa † tacita
vulgaris eſt pars teſtamenti paterni, cum per eam
teſtatori ſuccedatur, Bart. in d. l. 1. ſub num. 40. ff. de
vul. & pup. ſubſt.

Hancq; ſententiam ita demum amplectitur Co-
uar. in d. cap. Raynutius, § quinto, numero 5. verſ.
verum etiam, extra de teſt. ſi loquamur de vulgari
15 † omnino tacita, cõprehenſa ſub ea pupillari, quæ
habet illam conditionem, Si hæres erit, & in ætate
pupillari deceſſerit: ſecus in ea vulgari, quæ ſaltim
generalibus verbis expreſſa ſit; qualis eſt illa, ſi filius
meus in pupillari ætate deceſſerit; namque ea pro-
cederet vita functo pupillo, teſtatore ſuperſtite,
Bal. in l. precibus, num. 42. C. de impub. & aliis ſubſt.
vbi Paulus de Caſt. num 11. & Alex. num. 7. Card. in
d. cap. Raynutius, quæſt. 39. Soc. Aret. & Rip. in d. l.
1 ille, num. 38. iſte, col 3. hic, num. 167. vbi teſtatur
* communem * opinionem; Alexan. in l. 2. num 25.
ff. de vulg. & pup. ſubſt. & in l. 1. ſub n. 32 ff eod.

Alii diſtinctionis fœdere omnes opiniones
concordari conati ſunt; inter quos fuit Bart. in l.
1. num. 32. verſic. vlterius quæro, ff. de vulg. & pup.
16 ſubſt. Quod aut † filius moritur ciuiliter viuo pa-
tre; vt quia capitur ab hoſtibus, vel poſt mortem
patris moritur naturaliter, & tunc ſubſtitutus po-
teſt ſuccedere ex tacita vulgari, l. lex Cornelia, ff. de
vulg & pupill. ſubſt. Et eſt ratio huius membri; quia
17 † patre viuo adhuc durat ſpes ſubſtitutionis pu-
pillaris, vnde non eſt, quod imputetur patri, cur
teſtamentum nõ mutauit, Bart. in d. l. 1. ſub num 32.
18 Aut filius † viuo patre deceſſerit naturaliter,
& tunc, ſi pater ſtatim poſtea deceſſerit, ita quod
non habuerit tempus mutandi teſtamentum,
& ſubſtitutus pariter admittetur ex præſumpta
voluntate defuncti, quia eum inſtituiſſet, ſi ſciuiſ-
ſet, l. ſi pater captus, vbi gloſſ. ff de vulg. & pup. ſubſtit.
19 Si vero † pater deceſſiſſet poſtea ex interuallo, ita
quod habuerit potentiam mutandi teſtamentum,
tunc ſubſtitutus non admittetur, l. quod ſi filius,
20 ff. de cap. & eſt ratio, quia cum † pater potuerit ſibi
prouidere, & non prouidit, lex non ſubuenit ſibi,
Bar. in l. lex Cornelia, ff de vulg. & pup. ſubſt. per l. tra-
ctabatur, ff. de militar. teſtam. veriſimiliter enim
† potuit de hoc cogitare, cum viderit filium mor- 21
tuum, l. 3. C de inoff. teſtam.

Hancque diſtinctionem amplectitur Paul. de
Caſtr. conſ. 148. lib. 1. quem refert add. ad Bart. in d.
l. 1. ſub num. 32. in litera DD. & in l. lex Cornelia,
ff. de vulg. & pup. ſubſtit. Cardinal. in capit. Raynuti-
us, in materia compendioſa ſubſtitutionis, extra
de teſt. Sforz. Odd. in prælud compend par. 2. quæſt. 5.
col. 5. verſic. limitatur tertio, fol. 11. Bald. in tract.
ſubſt. in materia vulgaris, num. 23. in fi. Bart de Hucio
in tract. eiuſdem tit. in materia vulgaris, num. 16.

Sed dicta Bartoli & ſequacium diſtinctio ab o-
mnibus * reiicitur, vt fatetur Couar. in c. Raynuti- *
us, § 5. num. 5. verſ. ſecunda, extra de teſtam. Alciat.
in l. 1. num. 17. ff de vulg. & pup. ſubſt. Craſſ. in § ſubſti-
tutio, q. 10. n. 4. verſ. aut vero, in fi. fol. 185.

Et reſpondetur, ad l. quod ſi filius, ff. de capt.
& ad l. tractabatur, ff. de militar teſtam. quas Bart.
aſſumpſit pro fundamento ſuæ diſtinctionis; &
primò quatenus Bart. intellexit dictam l. quod ſi fi-
lius, quod † erat mortuus filius in ciuitate, ante 22
quam pater caperetur ab hoſtibus. qui medio tem-
pore eum ſciuerit mortem filii, potuit teſtamen-
tum mutare, & ſibi prouidere; ſed quia non fecit,
ſibi imputetur, vt eius ſubſtitutus ex tacita vulga-
ri non admittatur. Reſp. quod iſte ſenſus violat
literam dicti tex. ibi, non reuerſo eo, exinde ſui iu-
ris, &c. quo demonſtratur filium mortuum fuiſſe
patre exiſtente in captiuitate, non autem antequã
caperetur.

Item reſpondetur, quod ille tex. non decidit
de † tacita vulgari, ſed tantum de expreſſa pu- 23
pillari, vt ibi oſtenditur in illis verbis de ſecundis
tabulis tractari poſſit, ita Alex. in d. l. 1. ſub n. 33.

Et ſi replicatur, per illam † dictionem nihil, 24
quæ eſt in tex. cum ſit vniuerſalis negatiua, l. ſi is,
qui, § verum, ff. de reb. dub. Bertach. in reper. in ver.
nihil, num. 4. videtur etiam Iuriſconſultum Pa-
pinianum decidiſſe ſuper tacita vulgari ſub expreſ-
ſa pupillari comprehenſa. Dicas ſecundum Alex.
in d. l. 1. num. 33. verſic. nec obſtat, quod illa † dictio, 25
nihil, aliquando non excludit omnia, l. de æta-
te, § nihil, ff. de inter. action. Vel dicas ſecundum
Iaſ. in d. l. 1. numero 58. circa med. intelligi præ-
dicta verba tex. vniuerſalia, nihil eſt, quod de ſe-
cundis tabulis tractari poſſit, &c. quaſi † nihil agi 26
poteſt, de pupillari ſubſtitutione; de legatis, &
aliis relictis, non etiam comprehenderent tacitam
vulgarem, de qua verbum nullum in illo tex.

Ad l. tractabatur, ff. de milit. teſtam. reſpondet
Angel. in l. vnica, § pro ſecundo, C. de caduc. tollend.
& Aret. in d. l. 1. ff. de vulgar. & pupill. ſubſt. quod il-
le tex. poteſt † retorqueri contra Bart. nam ibi fa- 27
uore libertatis conſeruantur fideicommiſſa, de-
functo fideicommiſſario viuo teſtatore, qui non
potuerat mutare teſtamentum; ergo in aliis ca-
ſibus, cõtrariũ eſt ius commune, l. 1. ff. ad municipal.

Vel reſp. ſecundum Iaſ. in d. l. 1. num. 58. verſ.
circa quod, in d. l. tractabatur, teſtator † ſciebat 28
ſubſtitutionem fideicommiſſariam extinctam eſ-
ſe, ex quo non adita hæreditate, vidit mortuum fi-
deicommiſſarium; cum itaque in caſu certo non
prouidit, ſibi imputandum eſt: ſed in noſtro the-
mate extincta pupillari expreſſa, non extingui-
tur vulgaris tacita, quæ æquè principaliter ſtat de

per ſe ex legis diſpoſitione, ſicut expreſſa pupil-
laris; vnde ſi non curauit mutare, non erit ſibi
imputandum.

Vel reſp. ſecundum *Alex. in d. l. 1. num. 33. verſ.*
29 *nec obſtat, quia in d. l. tractabatur*, non † compre-
henditur directa vulgaris ſub fideicommiſſaria,
veluti illi contraria, *l. coheredi, § cum filia, ff. de vul-*
30 *ga. & pup. ſubſt.* Licèt † directa ſubſtitutio ex men-
te teſtatoris quandoque trahatur ad obliquam;
*Conſtant. Roger. in tract. ſubſtit. tit. 1. q. 4. num. 34.
in fi. per cap. ſi pater, de teſtam. libr. 6. l. Sceuola, ff. ad
Trebel. Surd. conſi. 232. num. 25. vol. 2. Cephal. conſil.*
31 *320. num. 44. vol. 3.* Quia † facilius eſt deſcendere,
quam aſcendere, *l. qua vtiliter, ff. de nego. geſt.*

Merito à Doctoribus reiicitur Bartoli præſata
diſtinctio, ſublato eius fundamento, vt indiſtinctè
dicatur, ſiue teſtator potuiſſet prouidere, ſiue non
admittatur ſubſtitutus ex tacita vulgari, vita de-
functo pupillo viuo patre.

32 Et alii aliter diſtinxerunt; quod † aut pupillus
habet cohæredem, cuius aditione confirmatur
tacita vulgaris, & ſubſtitutus ex ea ſuccedere poſ-
ſet; aut non habet cohæredem & minimè veniret
admittendus, inter quos fuit *Rayn. in tract. ſubſt.
in materia vulgaris*, quos refert *Bart. in l. 1. num. 32.
ver. alii autem, ff. de vulgar. & pup. ſubſt. & Bal. in
tract. ſubſtit. in materia vulgaris, ſub num. 23.*

ARGVMENTVM.

Si pupillaris ſubſtitutio fuiſſet facta ventri,
qui deinde non naſcatur, vtrum ſubſti-
tutus admittatur ex tacita vulgari?

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutus admittitur ex vulgari tacita, ſi pupil-
laris fuiſſet facta ventri, qui deinde non naſca-
tur, n. 1. contra, num. 3. diſtinctio, n. 8.*

2 *Vulgaris expreſſa, facta ſi poſthumus non naſcatur,
continet tacitam pupillarem, eo nato, num. 2. &
è contra. n. 3.*

4 *Subſtitutio vt valeat, ſit largiſſima interpretatio.*

5 *Prouiſio facta ad vnũ caſum, extenditur ad alium
caſum omiſſum, ſi in caſu omiſſo teſtator veriſi-
militer diſpoſuiſſet.*

6 *Quod nõ valet, vt ago, debet valere, vt valere poteſt.*

QVÆSTIO XXXVIII.

SI ſubſtitutio pupillaris fuiſſet facta
ventri, & neuter non naſcatur, vtrũ
1 ſubſtitutus admittatur ex tacita
vulgari? Reſp. quod † ſic, indiſtin-
* ctè, *Craſſ. in § ſubſtitutio, quæſt. 10. in
fin.* vbi teſtatur communem * opinionem, *Guil.
de Bened. in 2. par. c. Raynutius, in materia vulgaris,
num. 100. extra de teſta. per gl. l. pe. ff. de ventre inſpic.
l. ab exhæredatis, § fi. vbi Imo. ff. de leg. 1. & l. ſi nemo,
la 2. § fi. ff. de teſta. tut. Alber. in rub. ff. de vul. & pup.
ſubſt. col. 31.* vbi ait ita fuiſſe terminatum, cum de
facto ſibi contigiſſet, *Bal. in l. fi. col. vlt. C. de inſtit. &
ſubſtit. Ang. in l. lex Cornelia, ff. de vulg. & pup. ſubſt.
Iaſ. in l. 2. num. 59. ff. eod. vbi Alex. num. 33. in fin.* te-
ſtatur hanc opinionem eſſe veriorẽ, *Paul. de Caſtr.
in d. l. fin. Guil. de Cun. in l. precibus, in materia vul-
garis, C. de impub. & aliis ſubſt. Conſt. Roger. in tract.
ſubſt. tit. 1. quæſt. 4. ſub num. 37. Aret. inſtit. in tract.
ſubſt. in materia vulg. num. 12. in fin. Bal. in tractat.
ſubſt. in materia vulgaris, ſub num. 24. Bar. de Hucio
in tracta. eiuſdem tit. in materia vulgaris, num. 17.
Zaſ. in tract. ſubſtitut. in materia vulgaris, num. 2. in
fi. Sforz. Odd. in prælud. comp. par. 2. q. 5. col. 5. verſi.
limitatur tertio, in fi. Alex. Trentacinq. de ſubſt. par. 2.
c. 10. circa fin.*

Confirmatur prædicta concluſio; primò, quia
etiam † vulgaris expreſſa facta, ſi poſthumus non 2
naſcatur, continet tacitam pupillarem, eo nato, *l.
fin. C. de inſt. & ſubſt. Iaſon in d. l. 1. num. 28. ff. de vul-
gar & pupill. ſubſt.* ergo † idem è conuerſo, *argum.* 3
*l. a Titio, ff. de verbo. oblig. l. 1. ff. de his qui ſunt ſui, vel
alien. iur. l. & ſi contra, ff. de vulg. & pup. ſubſtit. l. pe-
nul. C. de ſolut. l. fin. § fin. ff. de leg. 3.*

Secundò, quia † vt valeat ſubſtitutio, ſit lar- 4
giſſima interpretatio, *Guil. de Bened. in cap. Raynu-
tius, par. 2. in materia vulgaris, num. 102. extra de
teſtament. Iaſo. in d. l. 1 num. 24. & 49. verſi. ſecundo,
ff. de vulga. & pup. ſubſt.* quem refert & ſequitur
Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. *Mantica in tractat. de
coniect. lib. 5. titu. 1. num. 2. Bald. in l. cum proponas,
num. 8. C. de hæred. inſtit. Cur. Sen. conſi. 51. num. 29.
Alciat. conſil. 44. n. 15. lib. 9 Cepha. conſil. 114. n. 19.
Zaſ. in tract. ſubſtit. in materia pupillaris, ſub n. 4.*

Tertiò, quia † prouiſio in vnum caſum exten- 5
ditur ad alium caſum omiſſum, ſi in caſu omiſſo
teſtator veriſimiliter diſpoſuiſſet, *l. quæ loco, ff. de
hæred. inſtit. l. ſeruo, ff. de cond. & demon.*

Quartò, quia in dicto themate non fuit pecca-
tum in forma, ſed in materia, cum fuerit facta ſub-
ſtitutio ei, qui non eſt pupillus; vnde ſi † non va- 6
let quod ago, vt ago, debet valere, vt valere poteſt;
l. ſi vnus, § fin. ff. de pact. l. an inutilis, ff. de acceptilatio.

Alii tenuerunt contrarium, niſi † ſit cohæres, 7
cuius aditione confirmatur illa tacita pupillaris,
quos refert *Bar. in l. 1. num. 33. circa med. ff. de vulg.
& pupill. ſubſt.*

Et alii fœdere diſtinctionis vtramque con-
cordarunt opinionem, vt prima procederet, quã-
do † ſpes natiuitatis poſthumi defecerit poſt 8
mortem teſtatoris, vel ante per modicum tem-
pus, ita vt ſibi puidere nõ potuiſſet; ſecunda pro-
cederet, quando defecerit multò tempore poſt te-
ſtamẽtum, vel ante mortem teſtatoris, inter quos
fuit *Bar. in d. l. 1. ſub n. 33.*

ARGVMENTVM.

Vtrum expreſſa vulgaris contineat taci-
tam pupillarem, matre exiſtente de
medio?

SVMMARIVM.

1 *Vulgaris expreſſa continet tacitam pupillarem, e-
tiam matre exiſtente de medio, num. 1. funda-
menta, num. 2. 3. 4. & 5. contra, num. 15. funda-
menta, num. 16. & 30. euacuantur, num. 31. &
34. alii, quid ſtet in ſuſpenſo, num. 35. funda-
menta, num. 36. 38. & 42. eliduntur, numero
47. 40. 41. & 43. & alii, quod indiſtinctè ma-
tre exiſtente, tacita pupillaris non habeatur in
conſideratione, num. 46 fundamenta, num. 47.
48. & 49. diſtinguũtur duo caſus, num. 50. quæ-
ſtionis vtilitas, num. 51.*

2 L. fi. C. de inſt. & ſubſt. *caſus.*

3 *Pupillaris aliquãdo non comprehenditur ab initio,
ſed ex poſt facto.*

4 *Inſtantia dari ſufficiet, ad tollendam conſequentiã.*

L. 2.

9 L.2.verſ.ſed ſi extraneū, ff.de vulg. & pup. ſubſt. intellectus,n 5 6.7 8 9.

10 *Teſtamentum ſumit effectum, poſt mortem teſtatoris.*

11 *Teſtator præſumitur deceſſiſſe cum vltima ſua voluntate.*

12 *Vulgaris ſubſtitutio comprahendit etiam tacitam pupillarem.*

13 *Regulæ ſtandum eſt, non apparente limitatione.*

14 *Voluntas morte finitur.*

16 *Taciti, & expreſſi eadem eſt virtus: declara, num. 19 27.28.& 29.*

17 *Pupillaris expreſſa excludit matrem.*

18 *Filius debet expreſſim inſtitui, vel exhæredari.*

19 *Regula* l.cum quid, ff.ſi cert.pet. *non procedit in diſpenſationibus.*

20 *Diſpenſationes ſunt odioſæ.*

21 *Pupillaris ſubſtitutio, dicitur quædam diſpenſatio, numero 21. fauorabilis, & non odioſa, numero 22.*

23 *Teſtamentum militis non ſubiacet querelæ, n. 23. etiam quod filius fuiſſet tacitè exhæredatus, n. 24. hodie ſecus, n. 25.& 26.*

30 *Argumentum à ſufficienti partium enumeratione valet.*

31 *Pupillaris ſubſtitutio tacita ineſt ab initio, tam ex præſumpta voluntate teſtatoris; quam ex legis diſpoſitione.*

32 *Regula*, quæ ab initio, ff. de reg. iur. *declaratur.*

34 Gloſ.fin.l.centurio ff. de vulg. & pup. ſubſtit. *conciliatur cum* glo.in ver.omnimodo,l. precibus, C eod.

36 *Lex non ſolet quid ſuperfluum inducere.*

38 *Ius accreſcendi eſt quædam tacita, & legalis ſubſtitutio.*

39 *Accreſcendi ius tollitur, dato vulgari ſubſtituto.*

41 *Accreſcendi ius defert vacantem portionem.*

42 *Leges aliquando permittunt quid ſtare in ſuſpenſo, & pendere ex futuro euentu, num. 42. Declara, num. 43.*

44 *Voluntates defunctorum non debent ſtare in ſuſpenſo, n. 44. declara, n 45.*

51 *Pupillaris tacita matre exiſtente de medio, ſi ab initio comprahenderetur ſub expreſſa vulgari, eadem matre repudiante hæreditatem, filio ab inteſtato defuncto, ſuccederet ſubſtitutus per pupillarem, & non venientes ab inteſtato, ſecus ſi ipſa pupillaris non ineſſet ab initio.*

QVÆSTIO XXXIX.

CIRCA tertium effectum vulgaris ſubſtitutionis dubitari contingit, vtrum expreſſa vulgaris contineat tacitam pupillaré, matre exiſtente de medio: iſta quæſtio habet duo capita; primum, vtrum matre exiſtente de medio, expreſſa vulgaris contineat tacitā pupillarem; ſecundum, vtrum iſta tacita pupillaris excluderet ipſam matrē de medio exiſtentē: vtrúque caput ſub iſta materia vulgaris poſſem cōgruenter examinare, ne materię cōtinentia diuidatur; ſed quia ſecundū ſub materia pupillaris aptius caderet, ibi tractabitur. Quoad primum Reſp ſub † 1 expreſſa vulgari contineri tacitam pupillarem etiā matre exiſtente de medio, *Bar. in l. 2. n. 35 ff de vulg. & pup. ſubſt. Gul de Bened. in c Raynutius, par 2 in materia vulg. ſub n. 103. extra de teſt. Aret. in ſ. 1. in tract. ſubſt. in materia vulgar. ſub n. 13. fo Z Odd. in* *præſud. compen. par. 2 q 5. col. 4. ver. ampliatur primò,* vbi teſtatur magis communem * opinionem; *glo. in ver. omnimodo, l. precibus, C. de impub. & aliis ſubſt.* * quam communiter * à Doctoribus eſſe ſequutam, * teſtantur ibi *Cag. ſub n 109 & Seba. Sapia, num. 25. Craſſ. in § ſubſtitutio q. 11 num. 4.* vbi etiam ait eſſe magis com. * opinionem, eāq; eſſe magis communiter * receptam, fatetur *Soc Iun in l. centurio, nu. 123. & ſub n. 130. ver ſi tamen vis ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* vbi etiam *Bar. ſub n. 5. & Iaſ. n. 22.* vbi teſtatur * communem * opinionem, *Bal. in tract. ſubſt in materia vulg. ſub n. 27 Iaſ. in d. l. 1. ſub n. 60.* vbi teſtatur hanc eſſe verā, & approbatā opinionē *Bar. de Hu cio in tract. ſubſt. in mater. vul. ſub n. 18.* vbi teſtatur communem * opinionem, eamq; eſſe cōmunem * fatetur *Lancel. Polit. in tract. ſubſtit. in materia vulgaris, particula 6. ſub num. 40. Zaſ. in tractat. eundem tit. in materia vulgaris, num. 24.* vbi etiam ait communem * opinionem, *Bartol. Dec. & Rom. Iun. in d l. precibus ille, ſub numero 5. iſte, ſub numero 11. hic, numero 151. Galuanl. in dicta l. centurio, numero 202. Menoch. de præſumpt. lib. 4. particula 2. præſumpt. 40. in princ.* vbi teſtatur hanc eſſe veriorem & magis receptam * opinionem. *

Confirmatur prædicta concluſio, primò per *l. fin. C. de inſtit. & ſubſtit.* vbi † vulgaris complecti 2 tur tacitam pupillarem, & ex ea ſuccedit ut pupillo, licèt mater fuerit in medio, tempore quo fieret teſtamentum, vel tempore mortis teſtantis; prius tamen decedente matre quam pupillo: ſi igitur ex poſt facto comprahenditur, ergò ab initio dicitur comprehenſa, quamuis effectum non habeat propter matrem; alias non reconualeſceret, *l. quæ ab initio ff. de reg. iur. Bar. in d. l. centurio, ſub n. 5.*

Licèt *Iaſo. in d. l. centurio, n. 22.* teneat hoc medium confundi per *l 2. ver. ſed & ſi extraneum, ff. de vulgar. & pupill. ſubſt.* vbi à principio, tempore † fa- 3 cti teſtamenti non continetur, nec poterat pupillaris contineri, poſtea vero compræhenditur, ſi ille extraneus fuiſſet arrogatus. Et ad † tollendā cō- 4 ſequentiam, ſufficit dare inſtantiam, *Abba. in cap. conſtitutus, extra de appell. glo. 1. cap. ſicut vrgeri, 1. quæſt. 1. glo. in ver. vendicatio, l. creditoris ff de noui òpr. nunt. cum concord. in meo conſil. 29. numero 50. libro 1.*

Reſpon. tamen quod in *d. l. 2* ſubſtitutio † pu- 5 pillaris fuit facta ex interuallo poſt teſtamentum patris; tamen adoptio ſeù arrogatio præceſſit pupillarem ſubſtitutionem.

Quem intellectum, licèt pulcrum, non tamen eſſe communem aſſerit *Soc. Iun. in d. l. centurio, n. 126. ver. & ita, quia eſſet contra ordinem literæ d. tex.* ſecundū quem ſubſtitutio præceſſit arrogationē, & quidem † iurè præcedere poſſet, ſi ſuperueniat 6 patria poteſtas, *arg. l. cohæredi, § cū filia, in tex. ibi, ant poſt teſtamentum cœpit tenere, ff. de vul. & pupill. ſubſtit.*

Vel reſp. quod in *d. l. 2* expreſsè fuerit facta pupillaris; ſed quando † pupillaris fit extraneo, con 7 tinet vulgarem, &, per cōſequens à principio non erat in totum inutilis, vnde nū mirum ſi ſecuta arrogatione poſtea contineatur pupillaris.

Vel reſpon. quia cum ibi fuerit † facta pupilla- 8 ris expreſſa, apertè conſtabat de voluntate teſtantis; erat. n. inhabilitas perſonæ, quæ per arrogationem ceſſauit; & ideo ſubſtitutio valebit ceſſante

impedimento; sed in casu nostro; si ab initio non
inesset, postea suboriri non posset, cum cesset post
mortem testantis eius voluntas, *l. cum hic status*, §
1. ff. de donatio. inter virum & vxorem, *Menoch.*
lib. 4 præsumpt part. 2. præsumpt. 40. numero 10. vers.
cæterum, *Galiaul. in d. l. centurio, numero 202. ver.*
quarto autem.

Sed aliquibus displicet dicta responsio; quia li-
9 cèt † voluntas mortui nulla sit, tamen lex, eueni-
ente casu, quod mater decedat, interpretatur, ab
initio testamenti in hunc casum, fuisse de volunta-
te patris habere locum substitutiooem, quasi sub
conditione, si mater deficiat, *Socin. Iun. in d. l. cen-*
turio, n. 126. in fin.

Vel respon. quod in *d. l. 2.* cessauit impedimen-
tum, viuo testatore; in casu verò nostro, eo mor-
10 tuo; & erit ratio, quia cum † disposita in testamen-
to sumant effectum post mortem testatoris, *l. si a-*
lienum, § in extraneum, ff. de hæred. instit. l. cũ Mar-
11 *tha, extra de celebr. Missa.* Et † præsumitur testa-
tor decessisse cum illa vltima voluntate, *l. 1. C. de*
sacrosanct. eccl. l. tractabatur, ff. de testam milit. l. a-
thleta, § dat remissionem ...glo. ff. de excus. tuto. ad-
eò vt per interpretationem dicatur facta substitu-
tio post arrogationem; secus in casu nostro, in quo
tempore mortis adesat mater, quæ pupillarem
impediebat, *Soc. Iun. in d. l. centurio, n. 127.*

Secundò per regulam *l. ... ff. de vulgar.*
& pup. subst. l. quamuis, C. eod. qua constitutum est,
12 vulgarem † substitutionem compræhendere et-
iam tacitam pupillarem. Quæ cum non reperiatur
limitata quo ad efficatiam substitutionis, matre e-
13 xistente de medio, ei † standum est, *glo. in l. 1. & in*
l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. Dec. in d. l. precib. col. 2.
14 Tertio, quia † voluntas morte finitur, *l. 4 ff. lo-*
cati. l. cum hic status, ff. de don. inter vir. & vxor. l. cen-
tesimis, § 1. ff. de verb. obl. ergò si ab initio dispositi-
onis testatoris non contineretur ipsa tacita vulga-
ris, non amplius posset oriri, cum deficeret causa
ipsa efficiens, nempè testator.

15 Alii dixerunt, expressam † vulgarem matre e-
xistente de medio, non comprælendere ab initio
tacitam pupillarem; inter quos fuit Petr. quem re-
fert *Bart. in d. l. centurio, sub numero 5. & Cyn. in d. l.*
precibus, in 3. contrario. gloss. fina. versicul. nam & a-
bas, d. l. centurio, vbi Ruin num. 8. & R p. num. 34.
Poly in tract. subst. in materia vul. in 2. quæst. 2. effect.
quem sequitur *Alex. Trentacinq. in tractat. eiusd. tit.*
par. 1. c. 13. n. 6. ver. ex supradictis.

Moti primò, quia si ab initio inesset, deberet
16 contra matrem operari effectum suum, cum †
tantùm valeat tacitum, quantum expressum, *l. cum*
quid, ff. si cert. petat. quam refert A Petra *de fidei.*
comm. quæst. 14. num. 299. Vegius consil. 65 numero
7. Matthæ. Brun. consil. 161. numero 32. Corbol. rubr.
de causa priuat. ob non solutum canonem, 8. ampliat.
17 *num. 4.* Sed † expressum excludit matrem, *l. Pa-*
pinianus, § sed nec impuberi, ff. de inoffic. testam. l. Lu-
cius, ff. de vulg. & pupill. substit. l precibus, C eod. Bart.
in l. 2. num. 3. ff. eod. cap. 1. § vlt. de testam. lib. 6, ergo,
& tacitum.

Bald. in tract. substit. in materia vulgaris, sub num.
27. resp. ad argum. Petri, quod non est semper ve-
18 rum; quia † filius debet expressim institui, vel ex-
hæredari, non autem tacitè præteriri; aliàs testa-
mentum esset nullum, *Crass. in § testamentum,*
quæst. 35. numero 2. l. inter cætera, ff. de lib. & posth.
glo. in Auth. ex causa, C. de liber. præter. Ferna. Vasq.
de success. progre. § 18. numero 9. vbi testatur hanc
esse receptissimam * sententiam; Et, per conse- *
quens, non idem operatur tacitum, sicut expres-
sum.

Respondent alii ad † regulam *d. l. cum quid ff.* 19
si cert. peta. vt non procedat in dispensationibus,
in quibus requiritur expressio; quia sunt † odio 20
sæ, *gl. in c. 1. extra de fil. presb. Bar. in l. cum propter, ff.*
de adim. legat. cap. 1. de filiis presb. lib. 6 at † pupilla 21
ris substitutio dicitur dispensatio quædam, quæ
contra regulas iuris conceditur, vt alter pro altero
restetur, ergò & cætera.

Replicant contrarii; quod † pupillaris substi- 22
tutio non est dispensatio, saltem odiosa; quoniam
illa dicitur fauorabiliter concessa pupillo, vt ha-
beat hæredem ex testamento, *l si pupillus* (aliàs in-
cipit *Iulianus*) *in princ. in tex.* ibi, impugnat enim
vtilitatem, *ff. de acquir. hæred.* Item quia in dispen-
sationibus sæpè tacitum idem operatur, quod ex-
pressum; nam dispensatum est, vt † testamentum 23
militis non subiaceat querelæ, *l. si instituta, § de in-*
officioso, ff. de inoffic. testament. l. si, C. eodem, & ta-
men etiam † procedet in tacita exhæredatione, *l* 24
sicut certi, C. de testam. milit. Hodie verò erit neces-
se † causam saltem exprimi, vt militis testamen- 25
tum valeat; aliàs si sine causæ expressione liberos
præteriat, ipsius patrisfamilias militis testamen-
tum non valebit, *Crass. in § testamentum quæstio. 7.*
numero 2. vbi testatur communem * opinionem, *
Iason in dicta l. sicut certi, numero 8. Vigl. in § penult.
Instit. de milit. testament Quicquid dixerit *Fern.*
Vasq. de success. creat. § 24. numero 33 Ac etiam iure
nouissimo † militis testamentum querelæ subiace 26
bit, *Crass d. q. 7. n 3.* vbi testatur communem * opi *
nionem, *gloss. in l. testamenta, C. de inoff. testament.* &
fatetur *Vas q. d. § 24. n. 33.*

Respondent alii, quod † regula *d. l.* cum quid 27
procedit, quando tacitum inest præcisè & simpli-
citer; sed in nostro themate inest limitate, & cum
ista qualitate, ne matrem excludat, quos refert *Soc.*
Iun. in l. centurio, n. 126. ver. potest, ff. de vulg. & pup.
subst. vbi Galiaul. n. 202. Menoch. d. præs. 44. n. 8.

Et alii respondent, quod vbi † agitur de effectu 28
exclusionis, & priuationis, non est par virtus taci-
ti, & expressi, *Cur Iun. in d l. cum quid, num. 15. ver.*
octauus casus, ff si cert. pet. Aret. in l. 2. in princ col.
penult. ff. de vulg. & pup subst. Menoch. lib. 4. præsum.
par. 2. præsum. 40. num. 10. in nostro casu agitur de
exclusione, & priuatione matris, ergò, &c.

Saly. in d. l. precibus, col. 2. C. de impuber. & aliis
substit. respondet tandem pro tutela communis
opinionis, quod † regula dictæ *l. cum quid proce-* 29
dit, quando tacitum venit ex sensu verborum de
propria actus natura, quod in proposito non est;
quoniam nec propria natura vulgaris substitutio-
nis, nec verborum sensus importat hanc pupilla-
rem; sed illa venit ex legali interpretatione, ex
coniecturata voluntate testatoris, & operatur ef-
fectum suum, quatenus nihil tale coniecturæ re-
pugnet; sed tali coniecturæ repugnat matris exi-
stentia; meritò tunc tacitum non operatur, quod
operaretur expressum, quem sequitur *Socin. Iun.*
in d. l. centurio, n. 126. ver. vnde, Menoch. d. præsum.
44. num. 9.

Secundò

Secundò defendentes opinionem Petri, arguie-
30 bant † à ſufficienti partium enumeratione, vt *In-
ſtit. in prin. de obli. quæ ex quaſi contr. naſcu. Doſto. in
§ actionum, Inſtitut. de action.* aut enim volumus
dicere, quòd iſta ſubſtitutio pupillaris tacita ab in-
itio inſit ex diſpoſitione legis, & non poteſt dici;
quia lex, vbi mater eſt in medio, eam nõ admittit,
glo. fi. d. l. centurio; aut ex præſumpta voluntate te-
ſtatoris, & pariter dici nõ poſſet; quia eius præſum-
pta voluntas eſt in contrarium, ne ſcilicet mater
excludatur, &, per cõſequens ſequitur, quod nullo
modo dicitur ineſſe.

31 Sed Reſp. quod dicta † ſubſtitutio pupillaris ta-
cita ineſt ab initio, tam ex præſumpta voluntate
teſtatoris, quam ex legis diſpoſitione; limitatè ta-
men, & cum iſta qualitate, ne per eam mater ex-
cludatur, &, per conſequens, ipſa ſubſtitutio dici-
tur habere tacitam cõditionem, ſi mater non ſuc-
cedat, *Soc. Iun. in d. l. centurio, num. 127. ver. dico*, ſic
& aliàs ſubſtitutio habet tacitam conditionem, *l.
cum auus, ff. de cond. & demonſtr. l. cum acutiſſimi,
C. de fideicomm.*

Tenentes opinionem Petri, reſpondent ad no-
ſtra argumenta, & primò ad regulam *d. l. quæ ab in-
32 itio, ff. de reg. iur.* quia procedit † in expreſſa ho-
minis diſpoſitione, vel in tacita ex vi verborũ; nos
verò loquimur in interpretatione legis, quæ nulli
regulæ ſubiicitur, *arg. l. ſi quis, in prin. ff. de lega. 3.* nã
iſta pupillaris ſubaudietur; quia lex credit, quod ſi
teſtator caſum illum cogitaſſet, prouidiſſet, *Bart.
Curt. & Rip. in l. 1. ff. de vulg. & pup. ſubſtit. ille, col. 3.
iſte, col. 8. hic col. 5. Zaſ. in tractat. ſubſtit. in materia
vulgaris, num. 24. Paul. de Caſt. in l. iam hoc iure, ff.
de vulg. & pupill. ſubſtit.* Vndè lex ipſa poſſet hoc
quandocunque velit inducere, etiam poſt teſta-
mentum, & mortem teſtantis: ſi ergò in propoſito
eam ſubaudiet ceſſante matre, & ea viua, non vult
hanc ſubſtitutionem ſubaudire, attento quod poſ-
ſet non ſortiri effectum, *arg. l. Titius, § Lucius, ff. de
lib. & poſtum.*

33 Vel quod † regula *d. l. quæ ab initio*, ſolum pro-
cedit, quando adeſt defectus in ſubſtantialibus;
ſecus ſi in accidentalibus, *glo. in cap. non firmatur;
vbi Franc. in 6. lim. de reg. iur. Imol. in l. qui ſoluendo,
ff. de hered. inſt. Dec. in d. l. quæ ab initio, ff. de reg. iu-
ris*, quaſi in noſtro caſu videatur eſſe accidẽs quod-
dam, quo impeditur ortus huius tacitæ pupillaris,
nempè matris exiſtentia.

Replicant noſtri, quod imò eſſet defectus in
ſubſtantia, cum præſupponitur ipſam pupillarem
nullo modo à teſtatore factam fuiſſe, atque ita de-
ficere totam ipſam ſubſtitutionis eſſentiam, quæ
alioquin ex poſt, nulla ratione poſſet introduci,
*Menoch. de præſum. lib. 4. par. 2. præſum. 40. numero 3.
circa fin.*

Ad ſecundum reſpondent; quod regula *d. l. iam
hoc iure*, ſatis videtur limitata per *dictam l. precibus*;
diſponentem, non procedere tacitam pupillarem
contra matrem; quare cum videatur reſtricta quò
ad effectum, cur non debeat etiã dici limitata, quò
ad nudum eſſe, cum nihil videatur repugnare.

Ad tertium reſp. legem fingere ſubſtitutionem
matre ipſa mortua, ſicut in ſimili fingit in *l. Titius,
§ Lucius, ff. de lib. & poſth. Galiaul. in d. l. centurio,
num. 199.*

Sed nos amplectentes primam ſententiã vti re-
ceptiorem * reſpondemus ad *gloſſ.* † *fin. l. centurio,* *
ff. de vul. & pup. ſubſt. dicentem; matre exiſtente de 34
medio, expreſſam vulgarem non continere taci-
tam pupillarẽ; quia intelligitur non contineri quò
ad effectum, vt mater de medio, excludatur; quaſi
verba ſint intelligenda cum effectu, *l. 1. § fin. ff. quod
quiſq. iuris, c. in his, extra de verb. ſign.* vt ſic d. *glo.* cõ-
cordet cum *gloſſ. in ver. omnimodo, l. precibus, C. de
impub. & aliis ſubſt.* quæ videtur fateri ſub expreſſa
vulgari oriri tacitam pupillarem, etiam matre exi-
ſtente de medio, verumtamen non habere locum
cõtra eã ſpeciali eius fauore, *Iaſ. in d. l. centurio, n. 22.*

Alii circa principalem difficultatem dixerunt,
tacitam † pupillarem matre exiſtente de medio 35
ſtare in ſuſpenſo, vt ſi pupillus præmoriatur ſuper-
ſtite matre, videatur quaſi ab initio nunquam fuiſ-
ſet facta; ſi verò mater prædeceſſerit, ſecus eſſet;
quorum ſententiam recenſuit *Bal. in d. l. precibus,
in 2. opp.* vbi etiam *Salic. idem Bal. in l. fin. C. de inſtit.
& ſubſt. in 3. not. Soc. in d. l. centurio, num. 12.* quem i-
bi refert eius nepos *n. 127. ver. reperio, & Menoch.
d. præſum. 44. nu. 14. in fin.* eandem probauit *Rum.
conſil. 194. n. 4. lib. 2.*

Mouentur primò, quia † lex non ſolet quid ſu- 36
perfluum inducere, *l. dominus teſtamento, ff. de cõd.
indebiti, l. 1. § dixerit aliquis, ff. de public. l. hoc ſtipu-
latio, § diuus, ff. vt lega. nom. caue.* at ſi ab initio taci-
ta pupillaris ineſſet, vbi mater ſuccederet, ita eſſe
poſſet, ergo, &c.

Sed reſpondent, quia ne quid † ſuperfluum di- 37
catur, ſatis eſt, quod poſſit euenire caſus, qui cõſi-
deratur, *arg. l. ſi quando, in princ. ff. de leg. 1.* alioquin
etiam matre ab initio non extante, idem eſſet di-
cendum, cum pupillarem impediret, *Soc. Iun. in d.
l. centurio, num. 129. ver. verum, Menoch. d. præſum.
44. num. 10.*

Secundò mouentur, quia † ius accreſcendi, 38
quod eſt quædam tacita, & legalis ſubſtitutio, *l. ſi
Titio, & Meuio, § 1. ff. de leg. 2.* Si † datur vulgaris 39
ſubſtitutus, tollitur *l. pen. ff. de iniuſt. & rupt. teſta.*
& tamen ſubſtituto ceſſante procedit, quaſi inte-
rim videatur pendere, & ex futuro iudicetur, ergo
ſic, & in noſtro caſu.

Sed reſpon. primò, negando quod † ius accre- 40
ſcendi pendeat, ſed ſicut erat ab initio, ita erit poſt
ſubſtitutionem, licèt recipiat illam qualitatem,
vt ceſſet, ſi vulgaris ſubſtitutio ſortiatur effectum,
*Soc. Iun. in d. l. centurio, num. 126. verſ. ad ſecundum,
vbi Galiaul. numero 205. Menoch. d. præſum. 44.
numero 18.*

Vel reſp. ſecundò, quòd imo nihil immutatur,
cum † ius accreſcendi eius ſit naturæ, vt deferat 41
vacantem portionem, *l. 1. § huius. C. de cadu. tolle.*
at vbi ſubſtitutus illam capiat, non dicitur vacare,
ideoq; ius accreſcendi non procedit.

Tertiò mouentur, quod † in iure aliàs dicitur 42
aliquid ſtare in ſuſpenſo, & pendere ex futuro e-
uentu, *§ ſed ſi ab hoſtibus, Inſt. quib. mod. ius patr. pot.
ſolu. l. ſed, & quis, § 1. ff. de vſufr. l. impuberem, § 1. ff.
ad l. Corn. de falſ. l. 1. § ſi pendeat, ff. ad Macedon.*

Sed reſp. vt † omnia dicta iura procedant reſpe- 43
ctu futuri euentus, non autem inſpecto præſenti
ſtatu; quaſi in caſu noſtro tacita pupillaris ab initio
ineſſet, ſed exequutio pendebit ex futuro, *Soc. Iun.
in d. l. centurio, n. 129. ver. ad tertium. Menoch. lib. 4.
præſum. par. 2. præſum. 40. num. 18. verſ. reſpondet.*

Et sic licèt aliqui dictorum opinionem dixerint probabilem; tamen nobis nec probabilis, nec iure probata videtur; cum voluntates de-
44 functorum non debeant stare † in suspenso, *l. final. ff. com. pred.* Quamuis *Soc. in d. l. centurio*, respon-
45 deat quod *d. l. fin.* procedit in † voluntate, & dispositione morientis simpliciter ab eo ordinata; sed ista pupillaris ordinatur à lege, vt sæpius dictum est superius, quibus addo *Corn. in d. l. precibus, colum. 2. & in d. l. quamuis, in 2. not. C. de impub. & aliis subst.*

Alii tandem voluerunt circa principalem quæ-
46 stionem indistinctè, etiam † matre non existente, tacitam pupillarem ab initio non considerari sub expressa vulgari, vt sicut eam testator non fecerit, ita lex ab initio nihil de ea disponat, sed solum cum casus euenerit, quod pupillus moriatur, lex interpretatur: quod si testator hunc casum futurũ cogitasset, verisimiliter de eodẽ substituto prouidisset, & ideo vulgarem substitutionem vulgariter factã porrigit ad casum pupillaris, *Soc. Iun. in d. l. centurio, n. 129 vers. secundo considera.*

Confirmant prædictam opinionem, quia cum
47 † hoc fiat per porrectionem, opus est casum expectare, ad quem porrectio fiat, vt sint extrema habilia, iuxta doctrinam *Bart. in l. fin. qui pro emptore,*
48 *ff. de vsucap.* Nec posset dici istud non † conuenire supremæ potestati legis, cum ei satisfit, velle in his, quæ sunt iuris positiui, *Soc. Iun. in d. l. centurio,*
49 *num. 130.* vbi subiicit, quod sicut † testator non cogitauit, ita nec lex; sed cum casus euenerit, præbet suam prouisionem interpretando, *arg. gloss. l. tale pactum, §. fi. ff. de pact.*

Ex quorum sententia *Menoch. in d. præs. de num.*
50 *18. vers. quarta considerat † duos casus*: vnum respectu ipsius vocationis; alterum, respectu executionis ipsius vocationis: primo casu, tacita pupillaris sub expressa vulgari censetur à testatore inducta; substituendo enim pupillu, dicitur voluisse secundum qualitatẽ personæ ei substituere: atque ita pupillariter, secundo casu. videtur inesse sub conditione, Si mater prædecesserit; quasi testator dixisset, Instituo Caium filium meum impuberem, & si ipse in pupillari ætate decesserit, eius matre iam præmortua, vel ea viuente sed non succedente substituo Seium, *Aret. R. p. & Ioan. Bolog. in d. l. centurio, ille, col. 5. vers. in pro concordia, iste numero 34. vers. quid igitur dicendum, hic num. 88. vers. quare quartam.*

Nec (Lector amantissime) videatur protsus in-
51 utilis examinatio huius quæstionis quia si † pupillaris hæc tacita inesset huic vulgari expressæ ab initio, & contigerit matrem pupilli repudiare hæreditatem filii ab intestato defuncti, non succederent venientes ab intestato, sed substitutus per pupillarem; qui non admitteretur, quando ipsa pupillaris non inesset ab initio, *Bart. in d. l. centurio, numero 6. ff. de vulg. & pup. substit. Dec. & R. min. Iun. in d. l. precibus. ille, num. n. vers. & sicut substitutus. iste, n. 176. Menoch. de præsum. lib. 4. par. 2. præsum. 40. in fi.* vbi testatur communem * opinionem.

ARGVMENTVM.

Vtrum vulgaris expressa in vnum casum tantum, contineat tacitam pupillarem in alio casu non expresso?

SVMMARIVM.

1 *Vulgaris expressa in vnum casum tantum, continet tacitam pupillarem in alio casu non expresso, num. 1. exemplum, num. 2. amplia, num. 3*

4 *Verba,* si hæres esse non potuerit, *continent tacitam pupillarem; sicut fuisset facta vulgaris in omnem casum.*

QVÆSTIO XXXX.

VIRVM vulgaris substitutio † ex- 1
pressa in vnum casum tantùm, puta, si testator dixerit, Instituo Caium filium meum, si filius meus hęres esse noluerit, substituo Sempronium, contineat tacitam pupillarem in alio casu non expresso; scilicet, si hæres esse non potuerit, Res. quod † sic; *Bart. in l. 1. n. 36 ff. de vul. & pup. subst.* 2
per l. fi. C. de inst. & subst. vbi Bal. & Alex. Soc. Sen. in d. l. 1. n. 38. Menoch. de præs. par. 2. lib. 4. præsum. 36. n. 13. Crass. in §. substitutio, q. 11. n. 2 vbi testatur id omnes * admittere, *Sfo. Z. Odd. in prælud. compend. par. 2. quæst. 5. col. 6. ver. ampliatur secundo, Guil. de Benedi. in 2. par. c. Raynutius, in materia vulgaris, sub num. 105. extra de testam. Bart. de Huc. in tract. substit. in materia vulgaris, num. 18. in fin.* Quinimo non † so- 3
lum in tota ipsa vulgari contineretur tacita pupillaris, sed etiam in eius parte, *Bal. in l. vlt. num. 5. C. de inst. & substit. Menoch. d. præsum. 36. num. 14.* Vnde casus, Si † hęres esse nõ potuerit, continet ta- 4
citam pupillarem actu, & aptitudine, si mater non impediet, quemadmodum substitutio vulgaris plenissimè facta in omnem casum vulgarem, *Bal. d. l. precibus, num. 5. per illum tex.*

ARGVMENTVM.

Vtrum per tacitam pupillarem, sub vulgari expressa cõtentam, succedatur pupillo?

SVMMARIVM.

1 *Pupillare tacita sub vulgari expressa comprehensa, vtrum succedatur pupillo, distinguitur, num. 1. & 2. alii voluerunt indistincte, quod succedatur pupillo, num. 7. alii, quod per vulgarem succedatur defuncto, & per pupillarem pupillo, num. 6.*

4 *Relatiuum, ei, ad proxima refertur.*

5 § sed & si ita, l. 2. ff. de vulg. & pupill. substit. *intellectus verus, germanus, & genuinus, num. 5.*

QVÆSTIO XLI.

CIRCA quartum effectum dubitari contingit, vtrum per tacitam † pu- 1
pillarem sub vulgari expressa contentã, succedatur pupillo, ita quod trahatur ad bona ipsius? Resp. distinguendo, quod aut pupillus † repudiauerit, & 2
tunc per vulgarem succeditur solummodo defuncto, & in eius bonis, aut pupillus in pupillari ætate decesserit, hæres non factus, & tunc habebit locum vtraque substitutio; vulgaris scilicet expressa, & pupillaris tacita, nempe per tacitam pupillarem in expressa vulgari comprehensam, succederetur pupillo, & eius bonis, cùm ad esse pupillaris substitutionis non sit necesse, quod filius sit hæres; per vulgarẽ verò expressam succederetur ipsi testatori, aut pupillus decessisset in pupillari ætate factus hæres, & tũc ex tacita pupillari sola succederetur vtriq; & testatori & pupillo, *Bar. in l. 1. num. 39. ff. de vul. & pup. subst. per l. si pupillus* (aliàs incipit *Iulianus*) *ff. de acqui. hæred. & l. 2. § sed & si ita, ff. de vulg. & pup. substit. Crass. in § substitutio, q. 12. n. 2.* vbi testatur

statur communem * opinionem, *Zas. in tract. subst. in materia vulgaris, sub nũ. 27. Guil. de Bened. in cap. Raynutius, par. 2. in materia vulgaris, num. 113. ver. sed dubitatur, extra de testamen. Bal. in l. quidam cu- logio, C. de iure deliber. & in l. eam quam, C. de fidei- com. Ang. in l. 2. § fin. ff. de vul. & pup. subst. Bal. in l. Iu- lianus, ff. de acquir. hered. Alex. in d. l. 2. num. 37. Bald. in tract. subst. in materia vulgaris, sub num. 18. Sforz. Odd. in prælud. compend. par. 2. quæst. 5. col. 7. versic. ampliatur primò*, vbi testatur ita cæteros distinguere, *Constan. Roger. in tract. subst. in materia vulgaris, numero 47. 48. & 49. l. sed si plures, § ad substitutos, ff. de vul. & pupill. subst. Inst. in prin. de pup. subst. Bart. de Hucio in tract. subst. in materia vulgaris, sub num. 19. Alex. Trentacinq. in tract. eiusdem tit. par. 1. cap. 13. n. 1.* vbi testatur communem * opinionem.

Licèt alii tenuerint indistinctè, vt † propter vi-
3 cinitatem, quam vulgaris habet cum pupillari, trahatur ad bona pupilli, inter quos fuit *Dyn. per l. 2. § sed, & si ita, ff. de vulgar. & pupill. subst. in tex. ibi,*
4 *procul dubio Seius ei hæres erit*, ponderando † illud relatiuum *ei*, quasi ad proxima relatum (vt est regulare) succedatur filio, *l. si idem cum eodem, § si, ff. de iur. om. iud.*

5 Sed resp. ad † *d. § sed, & si ita*, quia debet exponi, *ei*, scilicet patri, vel si velis exponere *ei*, scilicet, filio, intellige ex pupillari tacita, *Bart. in d. l. 1. num. 39. in fin. Zas. in tract. substit. in materia vulgaris, sub num. 27. Bal. in tract. eiusdem tit. in materia vulgaris, sub num. 18. Bart. Huc. in tract. subst. in materia vulgaris, sub n. 19. Alex. Trẽtacinq. in d. cap. 13. n. 1. in fin.*

6 Et alii, quòd per † vulgarem substitutionem succeditur defuncto, & per pupillarem pupillo, *Instit. in prin. de vul. subst. l. Sextiliam, ff. de lega. 3.*

ARGVMENTVM.

Vtrum tacita vulgaris contenta sub pupillari expressa, trahatur ad bona pupilli?

SVMMARIVM.

1 *Vulgaris tacita contenta sub pupillari expressa, vtrum trahatur ad bona pupilli, distinguitur n. 1. alii tenuerunt simpliciter, vt succedatur pupillo, n. 2. alii simpliciter contrarium, n. 3. & alii malè conciliarunt, n. 4.*

QVÆSTIO XLII.

1 VTRVM tacita † vulgaris cõtenta sub pupillari expressa trahatur ad bona pupilli? Resp. distinguẽdo; aut pupillus repudiat, & tunc succeditur ex tacita vulgari, tantũ in bonis testatoris, non autem pupilli; aut pupillus moritur antè aditã hæreditatem, & tunc succeditur ex expressa pupillari in bonis pupilli, & testatoris; aut simul, & semel morerẽtur pater & filius, & tunc aut substituta est mater, vel vnus ex fratribus, & tunc eis superstitibus, substitutus vtriusque bona suscipiet, patris scilicet, & pupilli; aut fuisset substitutus extraneus, & tunc superstitibus dictis personis, secus esset, *Bart. in l. 1. num. 39. ff. de vul. & pup. subst. Sforz. Odd. in prælud. compend. par. 2. quæst. 5. colum. 6. versic. ampliatur secundo, Rip. in d. l. 1. numero 173. & 178. Crass. in § substitutio, quæst. 13. numero 3. & 4.* vbi testatur communem * opinionem, *Ias. in l. fin. in fi. C. de instit. & subst. Alex. Trentacinq. in tract. substit. par. 1. cap. 13. sub numero 2.* vbi testatur communem * opinionem.

2 Licèt alii simpliciter tenuerint, quod † tacita vulgaris contenta in expressa pupillari, trahatur ad bona pupilli, inter quos fuit *Dyn. per l. qui fundum, § coheredes, ff. ad l. Falcid.*

Et alii simpliciter † contrarium, *per glo. vlt. l. fi. C. de inst. & subst.* 3

Et alii (vt Raynerius) proximas opiniones con- 4 cordauerint, quod † aut est substitutus cohæres, & procederet prima opinio; aut alius, & procederet secunda, quos refert *Bal. in tract. substit. in materia vulgaris, sub n. 29. Bart. de Huc. eiusdem tit. in materia vulg. sub n. 20.*

ARGVMENTVM.

Vtrum tacita vulgaris comprehensa sub expressa pupillari, habeat locum matre existente de medio?

SVMMARIVM.

1 *Vulgaris tacita comprehensa sub expressa pupillari, habet locum matre existente de medio, num. 1. ratio, num. 2. declara, vt procedat in matre pupilli, non autem in matre ipsius testatoris, num. 4. ratio, num. 5.*

2 *Substitutus vulgaris succedit testatori.*

3 *Vxor admittitur ad successionem viri, nisi deficiẽtibus agnatis, & cognatis.*

5 *Mater præsumitur prælata substituto, ne luctuosa filii hereditate priuaretur.*

QVÆSTIO XLIII.

VTRVM † tacita vulgaris quæ continetur sub expressa pupillari, habeat locum 1 quãdo mater est in medio? Res. quod sic; ita vt substitutus ex ipsa tacita vulgari præferatur matri ipsius pupilli, *Bart. in l. 1. n. 41. ff. de vul. & pupill. substit. gloss. in l. fin. C. de instit. & substit. vbi Iaso. numero 5. & in fin.* testatur communem * opinionem, *Rip. in d. l. 1. num. 175.* vbi ait id esse indubitatum, *Crass. in § substitutio, quæst. 12. numero 5.* vbi etiam ait communem * opinionem, *Guil. de Bened. in cap. Raynutius, par. 2. in materia vulgaris, sub numero 118. extra de testamen. Sforz. Odd. in prælud. compend. par. 2. quæst. 5. col. 6. versic. limitatur autem primo, Bartol. de Hucio in tractat. substit. in materia vulgaris, numero 21. Bal. in tractat. eiusdem tit. in materia vulgaris, num. 30. in fin. Zas. in tract. eiusdem tit. in materia vulgaris, numero 27. in fin. Constan. Roger. in tractat. eiusdem tit. rub. 1. de vulgar. substit. numero 49. circa fin. Menoch. de præsum. lib. 4. par. 2. præsum. 37. numero 1.* vbi testatur hanc esse apud omnes * receptam sentẽtiam, *Soc. Sen. & Alcia. in d. l. 1. ille, num. 41. isto, nũ. 128. Corras. in l. precibus, n. 18. C. de impub. & aliis subst. Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. 1. c. 13. n. 4.* vbi testatur hanc esse com. * scrib. sententiam.

Et est ratio, quia † substitutus vulgaris succedit 2 testatori, *l. 1. ff. de vul. & pupill. subst. Insti. de vulgar. subst. in prin.* Et non adest aliqua iuris coniectura, quod testator matrem filii voluerit substituto præferre. Quinimo † ad successionem viri non ad- 3 mittitur vxor, nisi deficientibus agnatis, & cognatis, *l. 1. C. vnde vir & vxor. Crass. in § successio ab intestato, q. 38. n. 1. & in § bon. poss. q. 5. n. 8.*

Declara nostram, & communem * conclusionem in † matre pupilli, secus in matre ipsius te- 4 statoris; quia tunc ea in medio existens, mortuo pupillo intra pupillarem ætatem, non adita hereditate, non excluderetur per tacitam vulgarem, *Crass. in § substitutio, q. 12. n. 5. in fi.* vbi testatur com-

hem opinionem Bart. in d. l. 1. num. 41. vbi Rip. num. 175. Sforz. Odd. in præslud. comp. Bart. 2. quæst. 5. colum. 6. versicul. limitatur autem primò, Bartol. de Hucio in tractat. substit. in materia vulgaris, sub numero 21. Bald. in tract. eiusdem tit. in materia vul. sub num. 30. Couarr. in capit. Raynutius, § 4. num. 7. extra de
* testament. vbi testatur communem * opinionem Alexan. Trentacinq. ead. cap. 13. num. 3. vbi testatur
* communem * opinionem.

5 Ex est ratio, quia præsumitur † testator præferre matrem suam substituto, ne luctuosa filii hæreditate priuaretur, arg. l. fi. in textu: ibi, multo magis, & luctuosum, C. de instit. & substit. Menoch. d. præsum. 37. num. 2. in fin. Instit. ad Tertull. in prin. l. 1. in fin. C. de his qui vnte aper. tab.

ARGVMENTVM.

Vtrum excludatur mater per vulgarem partim expressam, & partim tacitã, eueniente casu ipsius tacitæ substitutionis?

SVMMARIVM.

1 Mater excluditur per vulgarẽ partim expressam, & partim tacita, eueniente casu ipsius tacitæ substitutionis n. 1. ratio, n. 2. contra, n. 3. rationes, n. 4. 5. 11. 15. 17. 20. 24. annihilãtur, n. 6. 8. 9. 11. 14. 16. 18. 19. 22. 23. & 25.

4 L. fin. C. de instit. & subst. casus, n. 4. & 27.

6 Iustinianus multa statuit in l. fi. C. de inst. & subst. quasi Diocletiano, & Maximiano in l. precibus, C. de impub. & aliis subst. decreta non fuerint.

8 Imperatores sæpe quæstiones alias decisas proponũt.

9 Papinianus, & Vlpianus iurisconsulti fuerunt satis ante Diocletianum, & Maximianum Imperatores.

11 L. fi. C. de instit. & subst. varie ponderatur à Doctoribus, tenentibus matrem non excludi per vulgarem partim expressam, & partim tacitã, n. 11. 15. 17. 26. & 27.

12 Pupillaris requirit aditionem pupilli, num. 11. contrà, n. 12.

14 Extrema habilia præsupponuntur, cũ de quopiam disputatur.

20 Pupillaris tacita non fit à testatore, sed à lege fingitur, n. 20. Declara, n. 22.

23 Vulgaris tacita dicitur præsumpta à lege, n. 23.

26 L. fi. C. de inst. & subst. loquitur de tacito pupillari, secundum verum & germanum intellectum, num. 26. ponderatur, num. 28. 30. 32. 33. 34. 35. 40. & 46. contra, num. 36. & 41. dissoluuntur, num. 37. & 45.

29 Syllaba legis debet stare cum aliquo ministerio.

31 Vxoris verus correlatiuus est maritus.

33 Hæreditas luctuosa propriè dicitur filii.

36 Pupillus ex potentia suitatis transmittit hæreditatem ad quoscunq; suos hæredes.

37 Ius transmissionis excludit substitutum vulgarem.

39 Suitas dicitur sublata per aditionem hæredis extranei, n. 30 declara, n. 39.

30 Substitutus quando non impediat ius accrescendi.

40 Matri est magis debita hæreditas filii, quàm vxori hæreditas viri.

42 Pater præsumitur diligere filium plusquã seipsum.

43 Filius dicitur eadem persona cum patre.

44 Pater non præsumitur velle extraneum propriæ posteritati præferre.

QVÆSTIO XLIV.

VTRVM excludatur † mater per vulgarem partim expressam, & partim tacitam, eueniente casu ipsius tacitæ substitutionis? Resp. quod sic, Crass. in § substitutio, q. 12. n. 6. vbi testatur hanc esse communiorẽ 1
* & veriorem opinionẽ, Capra in tract. regula. rub. de substi. vulg. num. 89. Ant. Gomes. vari. resol. lib. 1. c. 5. num. 28 Ang. Sal. Pau. de Cast. Ias. & Dec. in l. fi. C. de insti. & subst. idem Angel. Imol. & Soc. Sen. in l. 1. ff. de vulgar. & pup. substit. vbi Ripa, num. 176. testa-
* tur communem * opinionem, Rum. consil. 93. n. 5. versi. sed his non obstantibus, lib. 3. Menoch. lib. 4. præsum. par. 2. præsum. 33. num. 3. vbi testatur hanc esse
* omnium * pene sententiam, Sforz. Odd. in præslud. compend. part. 2. quæstio. 5. col. 7. versic. limitatur se-
* cundò, vbi testatur communem * opinionem, Gul. de Bened. in c. Raynutius, par. 2. in materia vulgaris, sub n. 120. extra de testam.

2 Monemur, quia si † tacita vulgaris continetur in pupillari expressa, quæ venit contra verba testamenti, excludit matrem pupilli, vt probauimus supra quæst. proxima; multo magis debet excludere matrem vulgaris tacita, in casu omisso, quæ venit ex natura verborum, Sforz. Odd. in præslud. compend. part. 2. quæst. 5. col. 7. in 4. effectu, in fin. argument. cap. prudentiam, § aduertimus, extra de offic. deleg. l. 1 § vsu, ff. de procur. Crass. in § substitutio, quæst. 12. in fin.

3 Contrariam sententiam, vt mater † non excludatur per vulgarem partim expressam, & partim tacitam; casu tacitæ eueniente, tenuit Bartol. in l. 1. numero 43. ff. de vulgar. & pupillar. substitut. Bald. in tracta. subst. in materia vulgaris, sub num. 30. Bartol. de Hucio in tractat. eiusdem titul. in materia vulgaris, num. 21. Constant. Roger. in tractat. eiusdem titul. in materia vulgaris, numero 53. Rum. in d. l. 1. num. 124. & 126. Alexan. Trentacinq. in tract. subst. par. 1. cap. 13, num. 9.

4 Mouentur per l. fi. C. de inst. & substi. vbi † testator instituit vxorem ex parte, & ventrem ex alia parte; & ventri si non nasceretur, substituit quendam vulgariter, & sic expressit vnum casum, contingit quod posthumus natus decessit hæreditate non adita, (nec existentia sui hæredis ibi operatur aditionem; quia habet cohæredem extraneum, l. Lupus, l. Iulianum, § idem Iulianus, ff. ad Trebell.) fuit quæsitum, vtrum substitutus admittatur ex substitutione vulgari tacita in hunc casum, an mater; & responsum extitit, quia licet tibi tractetur de successione viri, tamen mater excludit substitutum ex præsumpta voluntate defuncti; quia ipsam matrem instituit pro parte, & quia testator plus diligit matrem propter filios, l. cum quis, C. de natural. liber. & ideo est verisimile, quod velit hæreditatem luctuosam ipsius defuncti ad eam pertinere, & substitutum excludi, nisi mater prior decedat, quia tunc admitteretur substitutus.

5 Nam primò (secundum eos) non poterit ibi poni casus, quod † tacita pupillaris nõ admittatur contra matrem; quia cum de hoc fuisset constitutum in l. precibus, C. de impub. & aliis substi. perperã in d. l. fina. diceretur, quod de eo fuerat contentio inter Vlpianum & Papinianũ, viros disertissimos, de quo erat ius apertum & clarum.

Sed resp. primi ad dictum absurdum, quod in d. l. fin.

6 *l.fin.* multa † statuta fuerunt per Iustinianum, quæ à Diocletiano, & Maximiano in *dict. l. precibus*, diffinita non fuerant. Primò enim fuit ibi diffinitum, debere per coniecturas inspici, vtrum ex tacita substitutione testator voluerit matrem excludi. Secundò, quod vulgo dicitur, tacitam pupillarem non admitti contra matrem, debere intelligi, quousque mater viueret; qua extincta, extingueretur dictum beneficium, vti personale. Tertiò, vtrum matre existente de medio, insit ab initio tacita pupillaris sub expressa vulgari. Quartò, quod vulgaris facta in vnum casum tantum, continet pupillarem. Quintò, vt mater instituta ex parte, remaneret contenta illa portione, quasi prouisio legis tolleretur hominis prouisione, inter quos fuit *Lancellot. Polit. in tractat. substitut. in materia vulgaris, partic. 6. sub numero 28.* & ante eum eius nomine suppresso, *Socin. in l. 1. col. 69. versic. non obstat ratio Bartol. ff. de vulgar. & pupill. substitut.*

7 Replicant cum Bartol. tenentes, quod † licèt in *d. l. fin.* plura decisa appareant, tamen Iustinianus præcipuè illam Papiniani, & Vlpiani contentionem diffiniendam suscepit, quam certè non suscepisset, si iam diffinitum à Diocletiano, & Maximiano vidisset in *d. l. precibus*.

Respondent secundi, quod licèt decisio illa, de qua in *l. fin.* fuerat contentio inter Iurisconsultos, per antea diffinita appareret per retro imperatores, non debet aliquid nos mouere ad tenendum

8 cum Bartolo, cum sæpenumero † ab Imperatore Iustiniano quæstiones aliàs decisæ, præponantur, *Lancellot. Polit. in tractat. substit. in materia vulgaris, par. 6. n. 29.*

9 Respondent tertii, quod † Papinianus, & Vlpianus non poterant scire decisionem factam in *d. l. precibus*, per Diocletianum, & Maximianum, multo tempore postea regnantes, *Paul. de Castr. in d. l. fin. col. vlt. C. de instit. & substit. Menoch. d. præsum. 37. n. 17.*

10 Replicant tenentes cum Bartolo; quia si † non fuit cognita ab Vlpiano, & Papiniano decisio *d. l. precibus*, fuit nihilominus cognita à Iustiniano post Imperatores Diocletianum, & Maximianum, regnãte, quos refert *Paul. de Castr. in d. l. fin. col. vlt. C. de inst. & subst.*

Secundò dicebatur, altero medio in *d. l. fi.* non posse credi legislatorem fuisse loquutum de tacita pupillari, cum ibidem non legatur pupillum illum adiuisse hæreditatem, antequam decederet,

11 & tamen † pupillaris substitutio aditionem pupilli requirat, *l. 2. in princ. versic. adeo, ff. de vul. & pupill. substit.*

12 Sed resp. primò, quod non † est necessaria ad essentiam pupillaris substitutionis aditio hæreditatis, *l. fi. in l. fi. col. vlt. ver. 2. monetur, C. de institut. & substit. Polit. in tract. subst. in materia vulgar. particula 6 num. 31. Bar. in l. 3. sub num. 39. & in l. 2. in prin. num. 28. ff. de vulg. & pup. subst. Menoch. d. præsum. 37. num. 22. l. pater, in prin. ff. de priuil. cred. Ang. in l. 2. § fin. ff. de vulg. & pupill. substit. Imol. in c. Raynutius, in materia pupillaris, extra de testam.*

13 Respon. Secundò, † quod licèt in dicta *l. final.* non dicatur expressè pupillum adiuisse hæreditatem; tamen non negatur aditio, quo fit, vt cum agatur de ipsius pupilli hæreditate, præsupponatur per antea aditam hæreditatem, *Lancellot. Polit. in tractat. substitut. in materia vulgaris, particula 6. numero 31. circa fin. Socyn. in l. 1. col. 70. versicul. non obstat secunda ratio, ff. de vulgar. & pupillar. substitut. vbi etiam R. p. num. 176. versic. tertio quod. Menoch. d. præsumpt. 37. sub num. 22.* Estque regulare, vt cum † de quopiam disputetur, cætera extrema præsupponantur habilia, *l. qui testamento, ff. de testam. c. 1. extra de ætat. & quali.* 14

Tertiò, dictam *l. fi.* non intelligi de tacita † pupillari, sed de tacita vulgari, argumentabatur per Bar. quod mater fuisset instituta insimul cum filio; ideo non excluditur: at si diceretur dictam *l. fin.* loqui de tacita pupillari, idem esset dicendum, etiam non instituta matre, quod tamẽ est falsum, per *dictam l. precibus, C. de impub. & aliis subst.* 15

Sed resp. Iustinianum ex † Papiniani sententia considerasse vxorem illam factam fuisse cohæredem, ad ostendendum, fuisse magis dilectam, etiam respectu alterius portionis, quam ipsum substitutum, non eueniente casu ipsius substitutionis; sicuti is casus non euenit, sed potius tacitæ pupillaris ex quo is posthumus est natus, & decessit in pupillari ætate matre superstite, *Menoch. de præsumpt. lib. 4. part. 2. præsumpt. 37. num. 23. ver. tertio, in fin.* 16

Aliter resp. *Lancell. Polit. in tract. substit. in materia vulgaris, particula 6. sub num. 30.* & antè eum Ias. (eius nomine tacito) in *l. fi. col. 6. C. de instit. & substit.* Et multipliciter respondet *Soc. in d. l. 1. col. 70. ver. non obstat tertia, ff. de vul. & pup. subst.*

Quartò ponderabant † verba *d. l. fin. in textu, ibi, substitutionem admittimus*, quasi in numero singulari, significare videatur, vnam tãtum fuisse substitutionem; vulgarem scilicet, si posthumus non nasceretur; at si diceremus *d. l. fin.* loqui de tacita pupillari, fuisset necesse esse duas substitutiones; vulgarem expressam, & pupillarem tacitam, ergo loquitur solum de tacita vulgari. 17

Sed resp. primò, quod Iustinianus in *d. l. fi.* considerauit † formam, & conceptionem verborum, secundum quam vna tantum erat substitutio, scilicet vulgaris; & si effectu secundum legis interpretationem, etiam pupillaris compræhẽderetur, *Soc. Sen. in l. 1. col. 70. versic. non obstat quarta ratio, ff. de vulgar. & pupill. substit. Iaso. in d. l. fin. col. 5. ver. vltimo monetur, C. de instit. & substitut. Lancellot. Polit. in tract. substit. in materia vulgaris, particula 6. num. 30. ver. non obstat quarta ratio, Menoch. d. præsumpt. 37. n. 23. circa fin.* 18

Resp. secundò, quod in *d. l. fi.* vna † tantum erat substitutio quo ad effectum; quia non concurrunt vulgaris & pupillaris, sed vna sola, id est, vel vulgaris posthumo non nato, vel pupillaris eo nato, & in pupillari ætate mortuo, *Lancellot. Polit. in tractat. substitutio. in materia vulgaris, particula 6. num. 30. circa fin. ver. sed tamen postremo.* quem refert & sequitur *Menoch. lib. 4. præsumpt. par. 2. præsumpt. 37. ver. 4. in fin.* 19

Quintò ponderabant *d. l. fi. in text. ibi, substitutionem non admittimus, & in textu, ibi, testatorem magis voluisse*, quæ † verba (secundum eos) nullo modo conueniunt tacitæ pupillari; quia si non admittitur substitutio, ergò fuit facta, *l. nam & si sub conditione, versic. post defectum, ff. de iniust. rupt. testam.* sed tacita † pupillaris non dicitur 20 21

fieri à testatore, sed à lege fingi, *l. iam hoc iure, ff. de*
vulgar. & pup. subst. ergò non potest loqui de pu-
pillari, sed de vulgari.
22 Sed resp. primò, quod etiam † tacita popillaris
dicitur præsumpta ex mente testatoris, licet in ea
magis operetur legis dispositio, *Bartol. Paul. de*
Castr. & Iaso. in l. iam hoc iure ff. de vulgar. & pupill.
subst. Ioan. Bapti à sancto Seuerino in l. precibus, n. 13.
C. de impub. & alius substitut. Iaso. in l. 1. num. 134. ff.
de vulgar. & pupill. substit. Ioan. Bologne. in l. centu-
rio, num. 90 ff. eod. Viglius Instit. de pup. substit. in
prin. num. 17. quem refert *Menoch. lib. 4. præsumpt.*
par. 2. præsum. 35. n. 17.
Respon. secundò, quia si vera esset contraria ar-
gumentatio, opus esset dicere, quod in *d. l. fin.* nec
23 tractatetur de tacita † vulgari, cum & illa præsum-
pta sit, *Rip. in l. 1. num. 81. & in l. centurio, numero 34.*
ff. de vulgar. & pupill. subst. Menoch. d. præsum. 37 sub
num. 24.
24 Sexto ponderabant † verba dictæ *l. fi. in texto,*
ibi, tantummodo, quasi mater excludatur tantum-
modo io duobus illis casibus; scilicet quando na-
tus non est posthumus, & qnando natus est, & ma-
ter decessisset ante ipsum filium &, per consequēs
(secuodom eos) substitutus nō excluderet matrē
in aliis casibus, tam quando eueniret casus tacitæ
vulgaris, quam tacitæ pupillaris, *Ruin. in l. 1. n. 121.*
& 124. ff. de vul. & pup. subst.
25 Sed resp. quod illa † taxatiua quæ excludit alios
casus, refertur ad casus de quibus in *d. l. fi.* erat dis-
putatio; solum autem ibi erat conuentio de casu
tacitæ popillaris, ergò ad eam refertur exclusio, si-
gnificata per illam dictiónem, Tātummodo, *Me-*
noch. lib. 4 præsum. par. 2 præsum 37. in fin.
26 Et quod † intellectus Bar. & sequacium, scilicet
quod *d. l. fi. C. de instit. & subst.* loquatur de tacita
vulgari, & noo de tacita pupillari, sit falsus, &, per
cōsequens, qood verus & germanus intellectus *d.*
l. fi. sit, vt loquatur de tacita popillari, demōst. abo
ex plurib. post facti speciē. Caios nanq; *a l. fi.* fuit q
27 † testator habēs vxorē prægnantē, eam p dimidia
hæredē fecit, & p altera dimidia instituit posthu-
mum, cui ita substituit, & si non nascetur posthu-
mus, substituo Caium; natus est posthumus, qui ta-
mē decessit matre superstite; dubitatū fuit, vtrum
Caius substitutus deberet succedere exclusa ma-
tre, vel mater excluso ipso substituto: dicta. n. sub-
stitutio vulgaris, fuit partim expressa, & partim ta-
cita; expressa, quo ad casum expressum, si nō nasce-
tur posthumus; tacita, quo ad casum, si nascetur,
& hæres non erit: hic vero casus tacitus duo com-
plectitur, Si hæres esse noluerit, &, Si hęres esse nō
potuerit, contioet etiam tacitam pupillarem, ex
quo facta fuit posthumo, atque ita impuberi quo-
dammodo, *l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pup. substitut.*
& ideo periode est, ac si dixisset, Instituo posthu-
mum, & si non nascetur, vel nascetur, & hæres fa-
ctus decesserit in pupillari ætate, substituo Ca-
ium. Papinianus itaque & Vlpianos dubitabant,
vtrum in illo caso substitutus excluderet matrem,
vel non; & quia euenerat casus tacitæ pupillaris,
diffiniuit Iustinianus, matrem non excludi, sed ad-
mitti.
Quod autem in *d. l. fin.* euenerat casus tacitæ
28 popillaris, primò ostenditur † ex *textu eiusdem l.*
final. in quo sæpius repetuntur verba, quod ille
posthumus natus decesserit in pupillari ætate; vt i-
bi, posthumus autem natus impubes decessit; & i-
bi, posthumo oato, & impubere defuncto; & ibi,
posthomus natus impubes decessit; si enim solus
euenisset casus vulgaris tacitæ, & de eo sola fuisset
disputatio, satis erat legislatori dicere, natum post-
humum hæredem non fuisse; ergo erit existimā-
dum, toties dixisse illum decessisse in popillari æ-
tate; quia euenerat casus illius tacitæ pupillaris,
cum etiam † syllaba legis stet cum aliquo ministe- 29
rio, vt aliquid operetur, *gloss. in l. 1 ff. de eo quod met.*
caus. Iaso. in l. 3 num 3. ff. de transact. Rip. in cap. sic-
ut Romana, num. 4. extra de rescript. Gomez. in § in
personam, num. 17. de act. Menoch. lib. 4. præsu. part.
2. præs. 37. n. 5.
Secundò ponderantur † verba eiusdem *l. fin. in* 30
textu: ibi, matrem magis ad eius venire successionem,
& in tex. ibi, & luctuosam hæreditatem ad matrem
venire; quasi dixisset matrem, quod est correla-
tiuum filii, *l. fin. C. de ind. vid. toll.* vt significare velit,
euenisse casum successionis filii, noo autem ma-
riti; alioquin dixisset, *vxorem*, cuius est † propri- 31
um correlatiuum, *Menoch. d. præsum. 37. num. 5. in*
fin. Iason. in d. l. fi. num. 25. C. de ind. vid. toll.
Tertiò ponderantur † verba dictæ *l. fi. in tex.* 32
ibi, ad eius venire successionem, quasi illa dictio, *eius*,
referatur ad personam posthumi, de quo sopra
immediatè dixerat, quia si significare voluisset per-
sonam testatoris, dixisset ad suam venire successio-
nem, *Menoch. d. præsum 37 num. 6.* Licèt *Socin. Sen.*
in l. 1. col. 72. ver. ad primum, ff. de vulg. & pupill. sub-
stit. tenuerit posse exponi, *eius*, id est, testatoris,
vel eius, id est, in qua ipse posthumus fuit institu-
tus, vt sic videatur loqui de tacita vulgari, per quā
testatori succeditur.
Quartò ponderantur verba *d. l. fi. in tex. ibi, ad*
luctuosam hæreditatem: luctuosa † nanque hæredi- 33
tas propriè dicitur illa filii, *l. vlt. C. com. de success.* nō
autem illa mariti, *l. pater Seuerinam, § socrus, ff. de*
cond. & demonst. Licèt Soc. Sen. in *d. l. 1. col. 72.* con-
siderauerit posse dici luctuosam hæreditatem ma-
riti, in themate dictæ *l. fin.* cum illa peruenerit ad
mulierem post mortem filii; vel quia maritus eam
diligebat; pro parte hæredem scribendo.
Quintò ponderantur † verba *d. l. fin. in textu: ibi,* 34
hæreditatem; quasi significans successionem totam
filii, alioquin dixisset, *portionem*, cum vxor aliam
dimidiam so sset ex sua persona consequuta, *glo. in*
l. Lucius, § Titius, ff. de leg. 1.
Sextò poode rantur verba *d. l. fin. in fi. in tex. ibi,*
tunc enim tantummodo substitutionem admittimus,
vbi si † mater decederet ante pupillum substitu- 35
tus admitteretur, si pupillus in pupillari ætate de-
cederet: si enim ibi tractaretur de tacita vulgari,
ille substitutus, etiam sublata matre noo admit-
teretur; quia pupillus † ex potentia suitatis trans- 36
mitteret hæreditatem ad quoscunque suos hære-
des, *l. apud hostes, C. de suis & legit. Bart. in l. ventre,*
num 12. ff. de acquir. hered. ergo debemus dicere
admitti ex tacita pupillari, cum ius † transmissio- 37
nis excludat substitutum vulgarem, *Menoch. d.*
præs. 37. n. 7. in fi.
Non obstat si dicatur, qood suitas fuit † subla- 38
ta per dationem hæredis extranei, *l. apud Iulia-*
num, § idem Iulianus, ff. ad Trebell. Quia resp. dati-
one † cohæredis extranei non tolli suitatem, quo 39
ad trans-

ad transmissionē, *l. 3. C. de iure delib. Barto in l. si filius qui patri, n. 4. ver. contra hoc, ff. de vulgar. & pup. subst.* vbi etiam *Bald. col. vlt. ver. extra.*

Replicant contrarii, qoia † si hoc esset verum, nec sola mater potuisset succedere, quia etiam ad alios quoscunque hæredes transmissio facta fuisset, *Alciat. in l. 1 num. 130. ver. fortius ergo, ff. de vul. & pup. substit.*

Annihilatur eorum replicatio; quia imò sola mater fuisset admissa, qoæ cum esset cohætes cum filio, iure accrescendi totum fuisset consequuta, nec substitutus poterit impedire hoc ios accrescendi in hac tacita substitutione, secus in expressa, *arg. l. precibus, C. de impub. & aliis substit.* item † non poterit impedire ius accrescendi substitutus ex coniectutata voluntate testatoris, *l. quidam testamento, ff. de vulgar. & pupill. substit. Bar. in l. re coniunctis, num. 33. ff. de leg. 3. in d.* themate erat coniecturā, quod testator prætulerat vxorem substituto, *Menoch. d. præsum. 37. n. 8. & 9.*

Necest verum, quod iure transmissionis quilibet pupillo proximiot successisset, quia imò ex ipso iure transmissionis, ipsa sola mater successisset, cum † vulgaris substitutio quæ transmissionem excludit, contemplatione matris eesset, *Menoch. d. præsum. 37. num. 9. in fin.* & ante eum fatetur *Alciat. in d. l. 1. n. 131. & 132.*

Septimo vrget ratio illa, qua Papinianus vtebatur in *d. l. fi.* quia, si testator partem suæ substantiæ reliquit vxori, multo fortius credendum erit, ei relinquere voluisse luctuosam filii hęreditatem,
40 cum magis † sit debita matri hæreditas filii, quàm vxori hæreditas viri; si enim ageretur de hæreditate mariti, & sic de tacita vulgari, non procederet argumentum à fortiori, cum mater cohæres eum filio succedetet ex iute accrescendi, deficiente filio, & substitotione sublata, *l. re coniuncti, ff. de leg. 3. l. vnica, C. quando non pete. part.*

Licèt alii dixerint, quod etiam si tractaretut de hæreditate mariti procedetet argumentum à for-
41 tiori; quia si patet † filio extante voluit vxorem succedere in dimidia, eaque portione proprium fi-
42 lium prioate, qnem † pater præsumitur diligere, plusquam se ipsom, *l. si ti quidem, in fin ff de eo quod*
43 *met. caus.* & dicitur persona † filii, eadem persona cum patre, *l. vlt. C. de impub. & aliis substit.* & hæreditas patris sit quasi debita filio, *l. scripto, ff. vn-*
44 *de liber. l. cum ratio, ff. de bon. damn.* & non † censetur pater velle extraneum propriæ posteritati præferre, *l. cum auus, ff. de cond. & demonstr. l. cum acutissimi, C. de fideicom.* ergò multo magis videtur voluisse vxorem ipsam succedere in alia dimidia suæ hæreditatis, nollo extante filio, *Soc. in l. 1. col 72. ver. ad secundum respondetur, ff de vul. & pup. subst.*

45 Sed resp. quod procederet † consideratio prædicta, quando testator non dedisset substitutum filio; sed cum substitutum in ea dimidia dederit, in qua instituit filium, coniectura fit, noluisse testatorem eam partem ad vxorem venire, matrique dederat portionem, quam voluit, eam hæredem instituendo in dimidia, *Dec. in d. l. fi. numero 5. circa fin. ver. secundo, dicunt Modern.* qoem refert *Menoch. d. præsum. 37. sub n. 14.*

Octauo, quia si diceretur in dicta *l. final.* eue-
46 nisse † casom substitutionis vulgaris partim expressæ, & partim tacitæ, seqoeretur, quod mater omnino fuisset exclusa, cum facilius excludatur per vulgarem partim expressam, & partim tacitā, quàm per solam tacitam, *arg. eorum quæ not. Bart. in l 2. in prin num. 33. ff. de vulgar. & pupill. substit.* ita argumeotatur *Menoch. d. præsum. 37. num 15.* ergò secundum sensum genuinum *dict. l. fi.* concludere debemus euenisse casum tacitæ pupillaris, quæ matrem excludere non solet, secundum magis receptam * sententiam, quam testatur *Menoch. d. præsum 37. num 15. Dec. in l. precibus, num. 6. C de impub. & aliis substit.* *

ARGVMENTVM.

Vtrum prælegata veniant in vulgari substitutione?

SVMMARIVM.

1 *Prælegata non veniunt in vulgari substitutione, n. 1. ratio, n. 3. & 5. declara, n. 6. 11. & 15.*

2 *Prælegata videntur relicta hæredibus sub tacita conditione, si ipsi instituti repudiauerint hæreditatem.*

3 *Vulgaris fieri cōsueuit respectu portionis hæreditariæ.*

4 *Testatori directo succeditur per vulgarem.*

7 *Substitutio quando fit in hæreditate, non veniunt prælegata, n. 5. nisi testator verbis amplis, & generalibus substituerit, n. 6. exemplum, n. 7.*

8 *Testator si prius fecisset prælegatum, & inde substitutionem, hæredemque grauasset, si sine filiis decesserit, non veniret prælegatum in restitutione, num. 8. secus si grauasset hæredem verbis vniuersalibus, & prægnantibus, num. 9. exemplum, n. 10.*

11 *Prælegatum debetur substituto vulgari, quando hæres decessisset adhuc viuo testatore, n. 11 ratio, n. 13. & 14. alii distinguunt, n. 12.*

15 *Prælegatum adeo amplum, & opulentum, vt absorberet maiorem partem bonorum testatoris, debetur vulgariter substituto, num. 15. declara, num. 19.*

16 *Prælegatum opulētum, vt absorbere videatur maiorem partem hæreditatis, venit in restitutionē fideicommissi, n 16. ratio, n. 17. & 18.*

20 *Prælegatum relictū hæredi, pro ea portione pro qua est hæres, est inutile, num. 20. valeret tamen pro portionibus cohæredum, n. 22.*

21 *Debitum, & creditum in eadem persona, respectu eiusdem rei consistere non potest.*

23 *Prælegatum à cohærede peti posset iure actionis, vel retentionis pretio non soluto.*

QVÆSTIO XLV.



TRVM prælegata veniant io vulgari substitutione, si factis prælegatis Caio, & Sempronio testator disposuerit, Instituo Caium, & Semproniū; &, si ambo, vel eorum alter, hæres noo erit, vel esse nō potuerit, substituo Mæuium, si contigerit vtrumq; vel eorum alterum non adire hæreditatē. Resp. quod † non, *Marc. Ant. Peregr. in tract. de fideicom. art. 7. num. 5. per l. Sextiliam, ff. de lega. 3. Bart. in l. miles ad sororem. §. 1. ff. de leg. 2. & in l. Marcellus, § quidam liberis, num. 2. ff. ad Trebell. & in l. qui filiabus, §. fi. ff. de leg. 1. Menoch. libr. 4. præsumpt. par. 2. præsum. 195. num. 2.* vbi testatur hanc esse veram, & receptam * sententiam, *Angel. Roma. & Imol. in § quidam liberis, ille, num. 1. iste, num. 3. ver. quæro vlterius, hic, n. 1. Bart. in l. miles, § pro parte, n. 2. ff. de leg. 2.* *

Alex. Soc. Ruin. & Claud. Seisel. in d. §. qui liberis, ille
n. 4. isto, n. 4. hic, num. 16. & Seisel. num. 3. versic. ex-
tra gloss. Bal. in tract. subst. in materia vulgaris, n.
31. Corras. & Ant. Padil. in l. cum virum, C. de fidei-
com. ille, num. 65. isto, num. 24. Boer. quaest. 280. n. 6.
Guil. de Bened. in c. Raynutius, par 2. in materia vul-
2 garis, num. 114. extra de testam. Quasi videantur †
relicta hæredibus sub tacita conditione, si ipsi in-
stituti repudiauerint hæreditatem, ideoque substi-
tutus eis repudiantibus, tenebitur ad prælegatorũ
præstationem, Bart. in l. filio. circa med. ff. de lega. 1.
Peregr. d. art. 7. num. 5. Et ratio quæ afferri solet est,
3 quia † substitutio vulgaris fieri consueuit respectu
4 portionis hæreditariæ, cũ per eam † succedatur di-
recto ipsi testatori substituenti, Inst. de vul. & pup.
5 subst. in prin. At quando † substitutio fit in hære-
ditate, non veniunt prælegata, l. Marcellus. § qui-
dam liberis, ff. ad Trebell. l. si Lucius ex parte. ff. de leg.
3. l. Titia, ff. ad l. Falcid. Menoch. lib. 4. praes. 194. n. 38.
& praesum. 195. n. 4.

Declara primò, vt non procedat principalis
6 conclusio, quando † testator verbis amplis & ge-
neralibus substituerit, vt si dixerit, Et si Caius hæ-
7 res non † erit, ei substituo in omnibus, & per o-
mnia Mæuium; quia tunc eueniente casu substi-
tutionis, Mæuius consequetur etiam prælegata
Caio facta, Fulgos. Corn. & Ant. de Pad. illa, in l. cũ vi-
rũ, C. de fideicõ. ille, n. 4. isto, col. vlt. hic, n. 25. Menoch.
d. praesum. 195. n. 5.

8 Ad quod optime confert, licèt † testator prius
fecisset prælegatum, & inde substitutionem, hæ-
redemque grauasset his verbis; & si prædictus hæ-
res meus decesserit sine filiis, restituat hæredita-
tem meam Caio, tunc prælegatum non veniret in
restitutione fideicommissi, Bart. in l. Marcellus, §
quidam liberis, n. 9. & in l. Scæuola, n. 5. ff. ad Trebell.
Oldra. consil. 107. in secundo dubio, Corn. consil. 114.
numero 1. lib. 3. Alex. con. 25. numero 11. libr. 1. Ruin.
cons. 120. numero 12. libr. 2. & in d. § quidam liberis,
num. 9. vbi etiam Soc. col. 3. vers. secundo principali-
ter, idem Soc. consil. 102. num. 9. lib. 3. & consil. 31. n. 4.
libr. 4. Dec. con. 597. num. 7. Alciat. resp. 612. Beroius
consil. 81. num. 14. lib. 2. Port. Imol. cons. 6. num. 26.
Natt. cons. 320. Cephal. consil. 259. numero 15. Zanch.
in l. hæredes mei, § cum ita, in 5. par. numero 132. ff. ad
Trebell. Corras. in d. l. cum virum, num. 11. vbi etiam
Anto. Padill. num. 5. Menoch. d. praesum. 194. num. 37.
9 & consil. 86. num. 19. vol. 1. Tamen si † testator
grauasset hæredem restituere verbis vniuersalibus
10 & prægnantibus, puta † si dixisset, quod restitue-
ret omnem hæreditatem, vel quicquid ad eum ex
hæreditate peruenisset, tunc in restitutione fidei-
commissi restituendi, sub nomine hæreditatis, cõ-
tineretur etiam prælegatum, Menoch. d. praesum.
194. n. 45 & d. cons. 86. n. 14. Alex. in d. § quidam li-
beris, sub n. 2. vers. secundo limita, vbi etiam Soc. n. 2.
versi. secundo limitatur, Dec. con. 57. n. 7. Beroius consi.
81. numero 22. libr. 2. Rip. in l. fideicommissariam, § 1.
numero 3. ff. ad Trebell. Soc. Iun. cons. 16. numero 17.
lib. 4. Corras. & Padill. in d. l. cum virum, ille, num. 31.
isto, n. 5. 6. 8. & 10. Zanch. in d. § cum ita, in 5. par. num.
168. & 172.

11 Declara secundò, vt non † procedat, quãdò præ-
legatum adhuc non cessisset, vt puta, si hæres
cui facta fuerit substitutio, & prælegatũ decessisset
viuo adhuc testatore, quia tũc prælegatũ substituto
deberetur, Clau. Seisel. in l. Marcellus, § quidã libe-
ris, n. 4. vers. sed aduerto, ff. ad Trebel. Corras. & Ant.
de Padill. in d. l. cum virum. illo, numero 67. & isto,
num. 26. Menoch. d. praesum. 195. num. 6. Bal. in tract.
subst. in materia vulgaris, sub num. 31. Licèt Alexan.
in d. §. quidã liberis, n. 4. distinguat, quod aut † sub- 12
stitutio vulgaris fuerit facta per hæc verba: Sub-
stituo ei in hæreditate, seu in portione hæredi-
taria, & tunc veniunt prælegata; aut fuerit facta
simpliciter, & tunc secus, Guil. de Cun. in l. preci-
bus, C. de impub. & aliis subst. per l. fideicommissaria,
§ fin. ff. ad Trebe. l. si Titius, ff. de leg. 3. Ruin. in d. §.
quidam liberis, numero 16. Guil. de Bened in cap. Ray-
nutius, par. 2. in materia vulgaris, numero 114. circa
fin. extra de testamen. Peregr. de fideicom. art. 7. num.
7. circa fin.

Ratio nostræ, & communis declarationis est;
quia cum † legatum sit quasi caducum, remanet 13
in ipsa hæreditate, veluti res quædam hæreditaria,
nisi adsit substitutus, vel coniunctus in re illa, l. vni-
ca, § pro secundo, C. de cad. tollen. & propterea † sub- 14
stitutus iste habebit rem hanc pro portione, qua
fuit à testatore substitutus, non tanquam præ-
legatum, sed veluti rem hæreditariam, l. miles, § pro
parte, in tex. ibi, post diem legatorum cedentem. ff.
de leg. 2.

Declara tertio, vt non procedat, quandò † 15
prælegatum fuisset adeo amplum, & opulentum,
vt absorberet maiorem partem bonorũ testatoris;
quia tunc vulgariter substitutus illud cõsequi de-
beret, Coras. in l. cũ virũ, n. 71. C. de fideicom quẽ se-
quitur Menoch. d. praesum. 95. n. 7.

Sic etiam tale † prælegatum veniret in resti- 16
tutione fideicommissi restituendi sub nomine
hæreditatis, Alex. in d. §. quidam liberis, num. 2.
vers. quarto limitaui, Menoch. d. praesu m. 194. nũ.
46. Soc. & Ruin. in d. § quidã liberis, ille, n. 3. iste, n. 13.
Dec. cõs. 254. n. 2. Boer. q. 280. n. 9. Corras. in d. l. cũ vi-
rum, n. 49. & 71. Zanch. in d. § cum ita, in 5. par. num.
174. Quia dictum † prælegatum est tanquam 17
pars hæreditatis, argumen. l. quod ergo, ff. de leg. 1.
Dec. cons. 349. numero 7. Anail. cons. 34. numero
1. vol. 4. Et eadem ratione, qua † testator voluit 18
institutum non habere prælegatum sine instituti-
one, præsumitur voluisse ad fideicommissariom
vtrumq; transire, Soc. in d. § quidam liberis, sub n. 3.
Menoch. d. praesum. 194. n. 46. in fin.

Intellige dictam nostram & communem * de- *
clarationem procedere, quãdo fuisset † locus sub- 19
stituto vulgari per repudiationem; secus si ex ca-
pite impotentiæ, vt quia institutus post mortem
testatoris ante aditam hæreditatem decessisset;
quia tunc prælegatum deberetur substituto pro
portione tantum hæreditaria, & pro aliis partibus
transmitteretur ad hæredes instituti, Corras. in d. l.
cum virum, num. 65. & 66 per l. miles, § pro parte ff.
de leg. 2. Menoch. lib. 4. praesum. par. 2. praesum. 195.
sub n. 7.

Verum (scias benigne lector) quod prælega-
tum † relictum hæredi pro ea portione, pro qua 20
est hæres, inutiliter dicitur relictum, l. legatum
est, § hæredi, ff. de legat. 1. cum in eadem persona re-
spectu † eiusdem rei, debitum, & creditum consi- 21
stere nequeat, l. Vranius, ff. de fideiuss. Tamẽ pro † 22
portionibus cohæredũ valeret, & ab hærede præ-
legatario † peti posset iure actionis, vel retẽtionis 23
pre-

pretio non soluto, *Marc. Anton. Pere. r. in tract. de fideicom. art. 7. sub n. 2. per l. Titia, § 1. ff. de lega. 2. l. post emancipationem, § fi. ff. de leg. 3.*

ARGVMENTVM.

Vulgaris substitutio, vtrum post aditam hereditatem finiatur?

SVMMARIVM.

1 *Vulgaris substitutio post aditam hereditatem finitur, n. 1. ratio, num. 2. & 3. amplia, n. 4. 5. 6. & 26. limita, num. 28. 32. 34. & 39.*

2 *Institutus sub aliqua conditione, sub contraria censetur exclusus.*

3 *Substitutus sub conditione, si heres non erit, si heres erit, censetur exclusus.*

4 *Vulgaris expirat post aditam hereditatem, etiam quod fuissent plures gradus substitutionum, n. 4. exemplum, n. 5.*

6 *Vulgaris expirat post aditam hereditatem, etiam quod fuissent plures heredes instituti, eorum vno adeunte, num. 6. declara, quando fuisset facta substitutio omnibus copulatiuè, siue coniunctim, numero 7. exemplum, numero 8. contra, numero 9. & 11. item declara, quando substitutio fuisset simpliciter, & indefinitè facta, numero 13 exemplum, numero 14.*

10 *Vulgaris substitutio tollit ius accrescendi, etiam inter coniunctos re, & verbis.*

12 *Bart. cognouit errorem suum.*

13 *Vulgaris expirat post aditam hereditatem, etiam pluribus institutis, si substitutio simpliciter & indefinitè facta fuerit, n. 13. exemplum, n. 14.*

15 *Vulgaris non expirat post aditam ab vno ex pluribus institutis, quando substitutio fuisset facta verbis separatiuis, num. 15. exemplum, num. 16. idem si testator verbis alternatiuis vsus fuerit, n. 18. exemplum, n. 19. idemque si testator vsus fuerit sermone separato, n. 21. exemplum, n. 22. limita n. 23 24. & 25.*

17 *Dictiones distributiua, vnius tantum membri veritatem requirunt.*

20 *Alternatiua verificatur in vna parte tantum.*

26 *Vulgaris facta in legatis, expirat primo agnoscēte.*

27 *Prebenda accepta a priore, expirat gratia respectu posterioris expectantis.*

28 *Vulgaris post aditam non expirat, quando institutus infra annum voluntatem testatoris non fuerit exequutus, n. 28. declara, n. 29. & 30.*

31 *Heres qui semel fuit, nō poterit desinere esse heredē.*

33 *Miles post aditam hereditatem substituit directo, n. 32. declara n. 33.*

34 *Vulgaris non expirat, post agnitionem vsufructus à muliere in eo instituta, indeque vita functa.*

35 *Ius accrescendi non habet locum in portione semel agnita, num. 35. nisi in vsufructu, n. 36. & aliis casibus, n. 37.*

38 *Ius accrescendi dicitur tacita vulgaris substitutio.*

39 *Substitutio directa ad pias causas valet, adita hereditate, n. 39. declara, n. 40.*

QVÆSTIO XLVI.

QVIA vulgaris aliquibus modis extinguitur, ante omnia quæro, vtrum post aditā hæreditatem vulgaris ipsa substitutio
1 cesset seu finiatur? Resp. quod † sic: *Bar. in l. 1. n. 46. ff. de vulgar. & pup. subst. per l. post aditā, C. eo. Crass. in § substitutio, q. 15. n. 1.* vbi testatur communē *opinionē, *Sapia. in d. l. post aditā, n. 8,* vbi ait communē *opinionē, *Guil. de Bened. in cap. Raynutius, par. 2. in materia vulgaris, numero 124. extra de testam. Sforz. Odd. in præaud. compend. par. 2. quæst. 6. in prin. Bal. in tract. subst. in materia vulgaris, n. 31. vers. 5. principaliter, Bar. de Huc. in tract. eius. tit. in materia vulgaris, num. 22. Ant. Fum. in tract. eius. tit. in materia vulgaris, numero 9. & 27 Zas. in tract. eius. tit. in materia vulgaris, sub num. 29. Paul. Leon. in tract. eius. tit in materia vulgaris, num. 166. Const. Roger in tract. eiusdem tit. rub de vulgari, § 2 num. 1. Aret. instit. in tract. substit. in materia vulgaris, sub n. 18. Ias. in l quoties, la 2. num. 1. C. de fideicom. Sforz. Od. de rest. in integ. par 2 quæst. 62. art 8 sub num. 95. Franc. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 11 tit. 5. n. 5. Ant. Thes decis. 127. n. 8. Rimin. Iun. cōs. 50. n 9. vol. 1. Burs. cōs. 371. n. 19. vol. 4 & cons. 337. n. 19. vol. 3. Rum. cōs. 119. num. 11. Petr. Gre par. 3. Syntag. iuris, lib. 42. c. 16. n. 11. Franc. Grat. in compend. iuris ciuilis, par. 3. lib. 2. tit. 10 in fi. Iaco. Beret. cons 93. numero 3. Bonif. Rog. cons 48 num. 131. & 136. vol. 1. Ciofius cons. 23. n. 1 & cons. 4. n. 6. vol. 2. & cons. 40. n. 4. eo. vol. Veg. cons. 74. n. 3. Surd. cons. 251. vol. 2. Hier. Gab. con. 117. n. 13. vol. 1. & con 32. n. 18. vol. 2. Matth. Brun. con. 164. n. 10. Cels. Hue. con. 20. n. 17. & con. 120. sub n. 29. Cephal. con. 482. n. 26. vol. 4. & con. 600. num. 26 & con. 517. n. 88. eod. vol. & con. 379. num. 24. vol. 3. & con. 394. n. 33. & con. 326. n. 20. & con. 401. n. 18. & con. 449. n. 16. eod. vol. & con. 258. n. 4. & con. 292. n. 3. vol. 2. & con. 17. n. 3. vol. 1. Scot. tom. 1. lib. 5. resp. 14. numero 1. Laur. de Pin. con. 51. num. 22. Paris. con. 82. n. 3. vol. 2. & con. 73. num. 12. vol. 3. Marza. con. 41. n. 5. Purp. con. 30. numero 8. & con. 216. n. 7. Tho. Do. con. 2. n. 21. & con 18. n. 5. Baldasar. Quintius, con. 177. numero 126. vol. 1. Con. Diuer. vlt. vol. Cephal. con. 133. num. 5. inter Cons. Diuers. vlt. vol. 2. Alex. Trentacinq. in tractat. subst. par. 1. c. 16. numero 1.* Ratio est, quia † 2
ille, qui instituitur sub aliqua conditione, sub cōtraria videtur exclusus, *Crass. in § substitutio, quæst. 15. in fin. prin. Bal. Fulg. Ias. & Dec. in d. l. post aditam.*
Sed † substitutus est institutus sub illa conditione, 3
Si hæres non erit, ergo si hæres erit, censetur exclusus, *Bal. in d. l. post aditam, in prin. Zas. in tract. subst. in materia vulgaris, sub n. 29. Sforz. Od. in præaud. comp. par. 2. q. 6. in prin.*

Amplia primò, vt procedat † etiam quod fuissent tres, quatuor, vel plures gradus substitutionū; 4
puta si † testator instituerit Titium, & si Titius hæres non erit, substituerit Caium, & si Caius hæres 5
nō erit, substituerit Mæuium, & deinceps, quia tūc adeūte primo, omnes aliæ vulgares substitutiones cessabunt, *Bart. in l. 1 n. 47. ff. de vul. & pup. subst. per l. cū in testamento, ff. de hered. inst. l. si mater, § fi. ff. de vul. & pup. subst. Zas. in tract. sub. in materia vulgaris, n. 29. Ant. Fum. in tract. eius. tit. in materia vulgaris, sub n. 27. Bar. de Huc. in tract. eius. tit. in materia vulgaris, sub n. 22. Bal. in tract. eius. tit. in materia vulgaris, n. 32. Const. Roge. in tract. eiusdem tit. rub. de vulgari, § 2. n. 7. Sfor. Od. in præaud. comp. par. 2. quæst. 6. ver. ampliatur secundo,* vbi perperam istam ampliationem confudit cum sequenti, *Guil. de Bene. in c. Raynutius, par. 2 in materia vulgaris, n. 125. versic. restat, extra de testamen. Alex. Trentacinq. de substit. par. 1. cap. 16. n. 2. Ias. Rip. & Soc. in d. l. 1. ille, n. 64. ibi n. 185. hic n. 50.*

Amplia secundò, vt procedat, etiamsi † fuerint plures hæredes instituti, eisq; datus sit substitutus; 6

quia nihilominus vno ex hæredibus adeunte, expirabit substitutio, l. quidam testamento, ff. de vul. & pup. sub. quã refert Alex. Trentac. in tract. subst. par. 1. c. 17. n. 17. circa fi.

Intellige tamen prędictã ampliationẽ procede-
7 re, quotiescunq; † substitutio fuisset facta omnib.
8 copulatiue, vel cõiunctim; puta si † testator Titiũ, & Mæuiũ instituerit, & si Titius, & Mæuius hæredes nõ erunt, substituat Caiũ; tunc n. ex omnib. vno adeũte, expiraret substitutio, Bar. in l. 1. sub n. 48. ff. de vul. & pup. subst. per d. l. quidam testamẽto, ff. de vul. & pup. subst. & l. quamuis, C. eod. Crass. in § substitutio, q. 15. n. 1. ver. aut facta, vbi testatur cõmunem* opinionem, Bal. in d. l. quamuis, C. de impub. & aliis substit. R p & Calanth. in dict. l. 1. ille, num. 198. iste, num 69. Zas. in tractat. subst. in materia vulgaris, n. 31. versic. at si substitutio, Gul. Bened. in cap. Raynutius, particula 2. in materia vulgaris, sub numero 129. extra de testam. Alex. Trentacinq. de substit. part. 1. cap. 17. num. 16 in fin. vbi testatur hanc esse receptam * omnium scribentium sententiam, à qua in iudicando, & consulendo non esset recedendum, Alex. in consil. 38. num. 3. vol. 1 Rum. consil. 25. vol. 3. gl. l hoc articulo, ff. de hære. instit.

9 Quamuis † Sforz. Odd. in prælud. compend. par.
10 2. q. 6. num. 8 tenuerit contrarium; motus, quia † vulgaris substitutio tollit ius accrescendi, etiam inter coniunctos re, & verbis, sed isti sunt tales, glo. in § si eadem Instit. de lega. Bartol. in l. re coniuncti, ff. de leg. 3. ergo, &c.

11 Et † Ias. etiam in d. l. 1. sub num. 67. autumauerit tenere contra Bar quasi d. l. quamuis, & l. quidam te-
12 stamento, nihil probet, vt de suo † errore doctus, idem Bart. fatetur in l. hoc articulo, sub num. 2. ff. de hered. instit.

13 Idemq; esset, si pluribus institutis † substitutio simpliciter, & indefinitè facta fuerit, puta si insti-
14 tutis † Titio, & Mæuio dixisset, si neq; Titius, neque Mæuius hæredes essent, vel si prædicti hæredes nõ essent, substituo Caium, tunc etiã similiter aditione vnius expiraret substitutio, Bar. in d. l. 1. sub n. 48. Crass. in d. q. 15. ver. aut facta est substitutio pluribus, vbi testatur communem * opinionem, Sforz. Odd. d. q. 6. sub num 6. vbi ait ita Doct. cõmuniter tenere. Ias. & Soc. in d. l. 1. ille, num. 67. iste, num. 47. Gul. de Bened. in c. Raynutius, 2. par. in materia vulgaris, num. 128. extra de testam. Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. 1. c. 17. num. 18. & 21. vbi testatur cõmunem* opinionem, Rip. in d. l. 1. num. 190. Bartol. Paul. de Cast. & Rip. in l. hæredes mei, § cum ita, ff. ad Treb. gl. Bar. & Paul. de Castr. in l. quamuis, C. de impub. & aliis subst. idem Paul. de Cast. in l. quidam testamẽto. ff. eo. Bar. & Pau. de Cast. in l pen. ff. de inoff. rupto testa. Cor. in l. pen. C. de impub. & aliis substit. glo. in ver. substitutum, § fi. in l. pater filium, ff. ad l. Falci. Crot. in l. re coniuncti, ver. 17. quæritur, ff. de leg. 3. Paul. de Castr. & Soc. in l. si is qui ducenta, § item si pater, ff. de reb. dub. Corn. consil. 298. vol. 4.

15 Si verò † substitutio facta fuisset pluribus sepa-
16 ratim, verbis separatiuis, secus erit; puta si † testator vsus fuerit verbis distributiuis, videlicet, & si quis eorum hæres non erit, substituo Caium; tunc enim aditione vnius, non expiraret substitutio quoad omnes, Sforz. Odd. in prælud. compend. par. 2. quæstio 6. num. 3. Barto. in l. 1. numero 48. ff. de vulgar. & pupill. subst. Crass. in § substitutio, quæst. 15. sub num. 2. ver. aut substitutio, vbi testatur communem * opinionem Ant. Gomez. var. resol. Tom. 1. c. 3. num. 35. vbi testatur hanc esse magis cõmunem * opinionem, Alex. in d. l. 1. num. 40. vbi Rip. num. 187. etiam fatetur magis communem * sententiam Zas. in tract. subst. in materia vulgaris, sub num. 31. Gul. de Bened. in cap. Raynutius, par. 2. in materia vulgaris, num. 126. extra de testam. Quia † 17
dictiones distributiuæ, vnius tãtum membri veritatem requirunt, l. si ita fuerit, ff. de reb. dub.

Idem credimus, si † testator verbis alterna- 18
tiuis vsus fuerit, videlicet, & si aut † Titius, aut 19
Seius hæredes non erunt, Caium substituo; tunc enim aditione vnius, non expiraret quo ad alios substitutio, Crass. in d. quæst. 15. Sforz. Odd. in d. quæst. 6. Bart. in d. l. 1. num. 48. vbi etiam Soc. & Rip. Idem Rip. Angel. Paul. de Castr. & Imol. in l. hæredes mei, § cum ita, ff. ad Trebel. Alex. Trentacinq. in tract. substit. par. 1. cap. 17. numero 37. vbi testatur cõmunem * opinionem. Quia † alternatiua veri-
ficatur in vna parte tantum, l. si is qui ducenta, § v- 20
trum, ff. de rebus dub. Vegiu. consil. 74. num. 19. l. si hæredes plures, ff. de condit. instit. l. si quis ita stipulatus fuerit decem, in fin. ff. de verbor. oblig. Hiero. Gabr. consil. 118. n. 2. & consil. 71. num. 8. & consil. 18. nũ 54. vol. 2. Menald. consil 71. num. 4.

Idemque iudicamus, vbi † testator vsus fuerit 21
sermone separato, videlicet, & si Seius † hæres nõ 22
erit, substituo Caium, & si Titius quoque hæres non erit, eundem Caium substituo, quia tũc substitutio, aditione vnius, non expiraret, quoad omnes, sed duntaxat, quò ad adeuntem; Sforz. Od. d. q. 6. n. 3. per l. penul. ff de inoff. rup. testa. quam adduxit (ante eum) Bar. in l. 1. sub n. 48. ff. de vul. & pup. subst. Crass. d. quæst. 15 num. 2. in fi. vbi testatur communem * opinionem.

Nisi instituta † persona, quæ adiuerit, verisimi- 23
liter magis dilecta, à testatore fuisset, quia tunc nõ obstantib. verbis separatiuis, nõ admitteretur substitutus extraneus in cęterorũ portionibus, sed excluderetur ab illa persona instituta, & adeunte magis dilecta, vt puta; quia fuisset de liberis, Zas. in tract. subst. c. 6. sub n. 13. Crass in § substitutio, q. 15. n. 3. vbi testatur ab hac sententia nõ esse recedendum, Sfor. Od. in prælud. cõpend. par. 2. q. 6. n. 3. in fi. Bal. in l. pen. n. 2. C. de impub. & aliis subst. Rip. in l. 1. n. 203. & 204. ff. de vul. & pup. subst. Alex. cõsil. 275. vol 5. Vel
nisi † appareret testatorẽ voluisse alterũ ex institu- 24
tis, omnino ex asse hæredem esse, Sfor. Od. in d. q. 6. n. 3. versic. hac autem. Vel nisi † appareret testato- 25
rem ad totam hæreditatem, non autem ad partem substitutum vocasse, Sforz. Odd. d. quæstio. 6. sub numero 3. versic. limitatur secundo, per l. hæredes mei, § cum Ita, ff. ad Trebell.

Amplia tertiò, vt procedat, etiam in † substi- 26
tutione vulgari facta in legatis; quia primo agnoscente legatum, expiraret, Hieronym. Gabr. consil. 117. numero 1. volum. 1. Sforz. Odd. in prælud. compend. part. 2. quæstio. 6. numero 2 per l. si legata, Cod. de legat. vbi Bald. infert, idem esse in pluribus † 27
expectantibus præbendas; quia si prior acceptat, euanescit gratia, quo ad illam præbendam in posterioribus expectantibus, & in tantum euanescit totaliter, vt non reuiuiscat per mortem acceptantis, argumen. l. 1. ff. de successio. edic. l. soluta, Cod. de remiss. pignor. hanc eamdem ampliationem

tionem tenuit *Ioann. Andr. in addi. Specul. titul. de instrum. edict. § nunc vero aliqua, ver. sed pone: Alex. Trëtacinq. in tract. sub. par. 1. cap. 16. numero 2. in fine.*
28 Limita primò, vt non procedat, dato † etiam
quod hæres hæreditatem iam adierit, si infra an-
num voluntatem testatoris non exequeretur; quia
tunc locus erit substituto vulgari, præstita cauti-
one de exequenda ipsius testatoris voluntate;
Auth. hoc amplius, C. de fideicommiss. Azo in sum. C. de impub. & aliis substit. § experat, Gul. de Bened. in cap. Raynutius, particula 2. in materia vulgaris, numero 125. versic. secundo fallit, extra de testament.
29 vbi subiicit, id † procedere magis ex legis proui-
dentia, quàm testatoris, *Bar. in l. 1. num. 46. in fin. ff. de vulg. & pup. substit. § si vero institutio, Auth. de hered. & Falcid. glo. in ver. solent, d. l. post aditam, Sforz. Odd. in prælud. compend. part. 2. quæst. 6. num. 10. Zas. in tractat. substitut. in materia vulgaris, sub num. 30. versic. hac conclusio. Peregr. de fideicommiss. artic. 12. sub num. 133. Ant. Fume. in tractat. substitut. in materia vulgaris, num. 28.* Et tunc † hæres inobediens
30 tenebitur hæreditatem restituere, tanquam per
fideicommissum, *Peregr. de fideicomm. art. 11 num.*
31 *128. & 129.* quia (inquit) qui † semel fuit hæres,
non potest desinere esse hæres *l. uxorem § heres. ff. de leg. 3. Bar. in l. paterfamilias. num. 6. ff. de hered. instit. Cast. in l. 1. in prin. C. de fideicom. Alex. consil. 52. num. 1. volu. 1. & consil. 57. n. 4. vol. 2. Craue. cõsil. 1. n. 6. Couarr. in c. Raynaldus, § 4. n. 7. extra de testam.*
32 Limita secundo, vt non † procedat in substi-
tutione facta à milite, quæ post aditam hæredita-
tem valebit, etiam directo, *Tiraq. de priuileg. piæ causæ 2. priuileg. in princip. Gulielm. Bened. in cap. Raynutius, par. 2. in materia vulgaris, numero 125. extra de testament.* vbi subiicit, idem procedere in
Cardinali Doctore, actu legente, vel aduocato;
& Sacerdote, per *l. centurio, ff. de vulgar. & pupillar. substitut.* Verumtamen dicta † substitutio post
33 aditam hæreditatem vocaretur militari, non au-
tem vulgaris, *Alexan. in l. in testamento, col. 6. C. de testam. milit.*
34 Limita tertiò vt non procedat, vbi mulier † in
vsufructu fuerit instituta, eique facta vulgaris sub-
stitutio; quia tunc, licèt mulier agnito vsufructu
decessisset, tamen substitutio non expiraret, *Alexan. in l. 1. num. 40. ver. & circa, ff. de vulgar. & pup. subst. Sforz. Odd. in prælud. compend. par. 2. quæst. 6. numero 11. Gulıel. de Bened. in cap. Raynutius, part. 2. in materia vulgaris, num. 125. versic. tertiò fallit, extra de testamen. Alexan. Trentacinq. in tractat. subst. par. 1. cap. 16. num. 3. Vasq. de success. progress. in præfa. lib. 1. § 1. n. 76.*
35 Quia licèt regulariter, ius † accrescendi non
habeat locum in portione semel agnita, *l. aquam, § vlt. ff. quemadm. seruit. amitt. l. 3. § penultim. ff. de vsufruct. accresc. Franc. Mantic. de coniect. vlt. vo. volunt. lib. 10. titul. 3. numero 32.* Tamen iure opti-
36 mo procederet † in vsufructu, *l. 1. § fin. ff. de vsufru. accresc. Francisc. Mantica. d. titul. 3. num. 33. Bartol. in l. re coniuncti, sub numero 49. ff. de leg. 3.* vbi etiam
37 † subiicit fallere regulam in aliis casibus, *Paul. de Castr. consil. 262. col. 1. versicul. breuiter, volum. 2. Signorol. consil. 91. num. 7.* Et ius † accrescendi dicitur
38 tacita vulgaris substitutio, *l. Titius, & Manius, ff. de hered. instit. Menoch. lib. 4. præsum. part. 2. præsumpt. 61. num. 21. l. quia tacitum, ff. de hered. inst. Iaso. in l. 1. num. 21. C. quando non pete. part. Sforz. Odd. de restitut. in integr. parte 1. quæst. 62. artic. 8. sub num. 204. Menoch. d. lib. 4. præsum. 108. num. 9. & consil. 141. num. 5. vol. 2. & consil. 688. n. 6. vol. 7.* vbi ait ita
omnes * tenere, *Barsat. con. 381. n. 14. vol. 4.*
Limita quarto, vt non † procedat in testamen- 39
to facto ad pias causas; quia tunc valeret directa
substitutio, etiam post aditam hæreditatem, *Gulielm. de Benedict. in cap. Raynutius, partic. 2. in materia vulgaris, numero 125. versicul. quintò fallit, extra de testament. Paul. de Castr. consil. 139. libr. 1. Tiraq. de priuil. piæ causæ, 21. priuil. Abb. consil. 31. col. 2. libr. 2. Galiaul. in l. centurio, col. 10. ver. octaua cadit dubitatio, ff. de vulgar. & pupill. subst.* vbi aduersariorum rationes alacriter refellit, *Bal. consil. 356. lib. 4.* Quicquid dixerit Ripa in *l. heredes mei, § cum ita, num. 98. ff. ad Trebell.* quem refert *Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. 1. cap. 17. n. 9.*
Intellige procedere, quando † institutio, & sub- 40
stitutio fuisset facta ad pias causas; secus si tantum
substitutio fuisset facta ad pias causas, & institutio
ad profanas; quia tunc substitutio post aditam hæ-
reditatem nõ valeret iure directo, *Bar. in l. 1. quæst. 6. quæst. 5. prin. C. de sacrosanct. eccl. Gul. de Bened. vbi sup. per cap. si pater, de testam. lib. 6. Ias. in d. l. centurio, col. 4. ver. adde quarto.*

ARGVMENTVM:

Vtrum admittatur vulgariter substitutus, si hęres adierit hęreditatem, & aduersus aditionem restitutus fuerit?

SVMMARIVM.

1 *Substitutus vulgariter admittitur, si heres adierit hereditatem, & aduersus eam restitutus fuerit, n. 1. declara, n. 4. & 12.*
2 *Vulgaris substitutio est potentior iure accrescendi.*
3 *Accrescendi ius reconualescit postquã coheres adiuit, & inde restitutus fuit.*
4 *Substitutus vulgariter adeunte herede, & aduersus aditionem restituto, poterit adire de iure ciuili, n. 4. & iure prætorio, n. 5. contra, n. 6. defenditur, n. 7.*
7 *Heres qui semel extitit, alium heredem efficere non poterit, n. 7. Declara, n. 8.*
9 *Heres nomine remanet, restituens fideicommissum vniuersale, & is cui facta est restitutio, heres effectu dicitur.*
10 *Ius adeũdi de iure ciuili præscribitur spatio triginta annorum.*
11 *Bonorum possessio peti debet infra annum.*
12 *Legata relicta à substituto, & extincta per aditionem instituti, non resuscitantur per restitutionẽ in integrum petitam aduersus aditionem.*

QVÆSTIO XLVII.

SI hæres † adierit hęreditatem, & ad- 1
uersus aditionẽ restitutus fuerit, &
se abstinuerit, puta; quia minor, vtrũ
admittatur vulgariter substitutus?
Resp quod sic, *Barto. in l. 1. n. 49. ff. de vul. & pup. subst. per l. & si sine, § sed quod Papinianus, ff. de mino. l. ex cõtractu. ff. de re iud. l. 2. § interdũ, ff. de vulg. & pup. substit. gloss. in l. post aditam, C. eod. Gul. de Bened. in cap. Raynutius, particula 2. in materia vulgaris substitut. numero 130. extra de testam. Sforz. Odd. in tractat. restit. in inte. par. 2. quæst. 62. artic. 8.*

num.36. & artic.8.num. 97. versic. sed in contrarium.
vbi testatur hanc esse magis communem * senten-
tiam, *gloss. Bart. Fulgos. & Bald. in d. § sed quod Papi-
nianus. gloss. in l.1. § si quis adita, vbi Bar. ff. ad Tertul.
gloss. in d. l. ex contractu, vbi Bartol. Paul. de Castr.
Cuma. & Alex. idem, Bartol. Alex. & Iaso. in d.
§ interdum, Bal. Fulgos. Paul. de Castr. Saly Corne.
Iason & Corras. in d. l. post aditam, Soc. Iaso. &
Rip. in d. l.1. Vasqu. de success. progr. in proœm. num.
74. Angel. de Perigl. in tract. iustitiae. 3. effectu, numero
31. Sebast. Sapia in d. l. post aditam,* vbi testatur com-
munem * opinionem, à qua in iudicando & con-
sulendo non putat recedendum, *Anto. Fume.
in tractat. substit. in materia vulgaris, num.30. Bal. in
tract. eiusdem tit. in materia vulgaris, numero 34.
Bartol. de Hucio in tractat. eiusdem tit. in materia
vulgaris, numero 23. Const. de Roger. in tractat. eius-
dem tit. rubr. 5. § 2. sub num. 6. Crass. in § substitutio.
quaest. 15. num.* 4. vbi testatur communem * opini-
onem, *Sforz. Odd. in prælud. compend. par. 2. quaest. 6.
num. 9. versic. limitatur autem primo*, vbi testatur
communem * opinionem, *Anto. Thesaur. decis. Pe-
dam. 127. sub num. 8* Quamuis contrariam senten-
tiam tenuerint *Iacob. de Rauen. & Albert. in d. § sed
quod Papinianus, Curt. Iun. in d. l. post aditam, num.
4. Thomas Calanthus in rep. d. l. 1. numero 83. Ioseph
GonZaleZ in suis variis quaest. cap. 32. sub num.* 3. vbi
cap. in puncto iuris testatur esse substentabiliorē,
*Lancellot. Polit in tract. subst. in materia vulgaris,
quaest. 42.* quem refert & sequitur (quando hære-
ditas fuerit soluendo) *Alex. Trentacinq. in tract.
eiusdem tit. par. 1. cap. 18. numero 3. versic & cum
superior.*

2 Et bene facit, quia † substitutio vulgaris est po-
tentior iure accrescendi, *l. 2. § si duo, ff. de bon.
poss. secundum tab. l. vnica. § pro primo, & § pro secun-
do, C. de caduc. tollend. Authent. hoc amplius, C. de fi-
3 deicom.* Sed † ius accrescendi reconualescit, post-
quam cohæres adiuit, & inde restitutus fuit, *l. pe. ff.
de acqu. hæredit.*

4 Declara primò, vt tunc † substitutus posset ad-
ire de iure ciuili, *l. 1. § si quis adita, ff. ad Tertull.
gloss. in l. fi. ff. de success. ed. Const. de Roge. in d. §
2. sub numero 9. Guil. de Bened. in d. cap. Raynutius,
part. 2. in materia vulgar. sub numero 130. extra de te-
sta.* vbi testatur communem * opinionem, *Sforz.
Od. de restit. in integr. par. 2. quaest. 62. artic. 9. numero
167. versic. sed in contrarium.* vbi etiam testatur
hanc esse magis communem * opinionem, *Crass.
in d. quaest. 15. num. 4. in fi.* vbi ait ita tenere commu-
niter * Doctores. Ac etiam posset † succedere de
5 iure prætorio, petendo bonorum possessionem
secundum tabulas, *Bartol. in dict. l. 1. sub numero 49.
Bartol. de Hucio in tractat. subst. in materia vulgaris,
sub num. 23.* Et licèt (secundum aliquos) videa-
6 tur † isto casu substitutum non posse succedere de
iure ciuili, attento quod semel restitutus eo iure
7 extitit † hæres; quo remanente hærede, de iure
ciuili, alius eodem iure hæres fieri non posset, *l. &
si sine, § sed quod Papinianus, ff. de minor. l. ei qui solven-
do, ff. de hær. inst. d. quod tota, § vni, ff. de rei vend. l. hære-
ditate, § pater. ff. de cast. pecul.* quem sequitur *Cyn. in
l. qui se patris, C. unde liber. Iaso. & Paul. de Castr. in
d. § interdum.* Tamen veritas est (vt prædixi) sci-
8 licet quòd † vtroque iure posset succedere substi-
tutus, ciuili scilicet, & prætorio; quia licèt de
iure ciuili restitutus hæres remanserit, intelligitur
quò ad directas actiones, in tantum quod substitu-
tus eodem iure, vtiles habebit, *l. 2. § interdum, circa
fi. in tex. ibi, vt prætor vtiles actiones. ff. de vul. & pup.
substit. Ange. Aret. in § 1. in fin. Institut. de vulgar.
subst. Alex. in d. § interdum*; vbi testatur hanc esse
magis communem * opinionē; *Bart. in d. § si quis
adita, & in d. § sed quod Papinianus, & in d. l. ex con-
tractu, Sebast. Sap. in d. l. post aditam, num. 8.* vbi etiā
dicit communem * opinionem; *Ioseph GonZaleZ in
suis variis quaest. cap. 32. in fin.* vbi testatur hanc
esse magis communem * & æquiorem opinio-
nem, *Bal. in tract. subst. in materia vulgaris, sub n. 34.
Bar. de Hucio in tractat. eiusdem tit. in materia vul-
garis, sub num. 23. Lancel. Polit. in tract. substit. in ma-
ter. vulg. quaest. 43.* quem sequitur *Alex. Trentacinq.
in tractat. eiusdem tit. part. 2. cap. 18. numero 8. in fin.
& num. 10. versic. ex prædictis, Ias. & Paul. de Castr.
in d. § interdū*, vbi testatur in puncto iuris esse veri-
orem opinionem. Sicut dicimus in restituente fi-
deicommissum † vniuersale, qui nihilominus re- 9
manebit hæres nomine, & is cui restituitur hæres
effectu, *Sforz. Odd. in tract. rest. in integ. par. 2. quaest.
62. artic. 2. num. 18. l. si filius, § 1. ff. quod cum eo, § re-
stituta. Instit. de fideicomm. hæred. Bart. in l. 1. n. 49. in
fin. ff. de vulg. & pup. substit.*

Infertur ex declaratione prædicta, quod iste † 10
substitutus, qui poterit adire de iure ciuili, ad-
mitti posset vsque ad triginta annos, *gloss. in l. licèt,
C. de iure delibera. Tiraquell. de retr. sangu. § 1 gloss.
10. num. 16. in fin. & § 36 gloss. 2. num. 57. & in l. si vn-
quam, in ver. reuertatur, sub 392. C. de reuoc. do-
nat.* vbi testatur communem * opinionem, *Corne.
consil. 299. col. 2. versic. quod & dicendum, lib. 3.*
vbi etiam dicit communem * opinionem, *Felyn.
in cap. de quarta, col. 3. extra de præscrip.* vbi etiam
dicit communem * opinionem, *Roma. consi. 71.
col. 2. Paul. de Castro, consil. 279. in 2. dub. libr. 1. &
consil. 22. col. vlt. lib. 2. Bal. consil. 12. col. 2. versic. vl-
timo sciendum, lib. 1.* vbi etiam dicit procedere de
iure Canonico, *Iaso. consil. 19. circa princip. vol. 1.*
Quod non esset, si iure prætorio † tantum ad pe- 11
tendam bonorum possessionem vocaretur; quia
anno excludi potuisset, *l. 1. & l. emancipata, C. qui
adm.* vbi latissimè publicè legendo docuimus, *l. 1.
§ sed videndum; § largius, & § vlt. ff. de successio. ed. l.
penult. § fin. ff. si quis ord. in bon. poss. ser. Sforz. Odd.
in tract. de restit. in integr. par. 2. quaest. 62. artic. 9. n.
110. Iaso. in l. puberem, circa fi. C. de iure deliber. Alex.
Trentacinquius in tract. subst. par. 2. cap. 18. numero 10.
in fin.*

Declara secūdò, vt † legata quæ fuerint relicta 12
à substituto, & extincta per aditionem instituti,
non resuscitentur per restitutionem in integrum
petitam aduersus aditionem, licèt substitutus
ipse hæreditatem consequatur de iure ciuili, vel
prætorio, *Guil. de Bened. in cap. Raynutius, par. 2. in
materia vulgaris, num. 131 extra de testam. Iaso. in l.
quotiens, in 2. sub numero 1. C. de fideicom. per l. nec
nouum est. ff. de cond. indebiti, vbi gloss. Bar. Paul.
de Castr. Alex. Iaso.* & omnes * vno ore id testātur,
vt fatetur *SforZ Odd. de restit. in integr. par. 2. quaest. 62.
ar. 10. n. 173. in fi.* Quicquid dixerit *Bal. in l. libertas, C.
de test. manumiss.*

A R-

ARGVMENTVM.

Vtrum existentia sui hęredis impediat substitutum vulgarem?

SVMMARIVM.

1 *Existentia sui hæredis, vtrum impediat substitutū vulgarem, distingue, n. 1. 5. & 6.*
2 *Existentia regulariter operatur aditionem.*
3 *Vulgaris vtrum impediatur existentia sui hæredis, consideratur, vtrum fuerit facta ex necessitate, vel voluntate, n. 3. 5. & 6.*
4 *Const. Roge. sententia reiecta.*
7 *Existentia sui hæredis confirmat tabulas pupillarẽ.*

QVÆSTIO XLVIII.

1 VTRVM existentia † sui hæredis impediat substitutum vulgarẽ, cum re-
2 gulariter † existentia videatur operari aditionem, *l. ita tamen, § si pater, ff. ad Trebell.* Resp distinguẽdo cũ *Bar. in l. 1. num. 50. ff. de vulg. & pupilla. subst.* aut substitutio est facta ex necessitate, vt ex consilio Galli, vel legis Velleæ, ne rumpatur testamentum; puta si testator filium instituerit, & ex eo nepotem nasciturum, vel natum substituat, & tunc existentia sui hęredis excludit substitutum, *R.p. & Soc. in d. l. 1. ille, n.*
* *208. iste, n. 54.* vbi testatur esse communem * opinionem, *Crass. in § substitutio, quæst. 15. n. 7.* vbi fatetur
* Bar. opinionem omnes * tenere *Sforz. Odd. in prælud. comp. par. 2. quæst. 6. num. 12,* vbi testatur cum
* Bartol. transire communiter * Doctores, *Bald. in tract. subst. in mat. vulgaris, sub n. 35. Bar. de Hacio in tract. eiusdem tit. in materia vulgaris, sub n. 23. Alex. Trentacinq. in tract. eiusdẽ titu. par. 2. cap. 18. num. 11.*
* vbi testatur hanc esse communem * & receptam
3 scribentium sententiam. Quia dicitur † facta substitutio sub conditione. Si suus hæres esse desinat, *l. Gallus, in princip. ff. de lib. & posthum. gloss. in l. si mater, § 1. ff. de vulgar. & pupillar. substitut.* Licèt
4 † *Const. Roger. in tractat. subst. rub. 1. § 2. num. 11.* intellexerit procedere, quando filius fuisset institutus à patre, & si eo viuo moreretur, fuisset nepos substitutus; secus si testator filium instituerit, & nepotẽ substituerit, per *l. si filius hæres, vbi Bar. ff. de lib. & posth. Guil. de Bened. in cap. Raynutius, par. 2. in materia vulgaris, num. 132. extra de testam.* vbi ponit rationem differentiæ inter vtrumq; casum, *Imo. in d. l. 1. ff. de vul. & pup subst.*
5 Aut substitutio † vulgaris facta fuerit voluntariè; & tunc, si fuerit vulgaris expressa, existentiã sui hæredis non posset habere locum, *l. si filius, ff. de lib. & posthum. Guil. de Bened. in d. tractat. vulgaris substit. sub num. 132 Bal. in tractat. substit. in materia vulgaris, sub num. 35. per not. in l. Papinianus, § quarta. ff. de inoffic. testam. l. verba, ff de cond. & instit. Bart. de Hucio in d. tractat. subst. in materia vulgaris, sub n.*
6 *23.* Si verò fuerit † vulgaris tacita, & tunc existentia sui hæredis eam non extingueret, *Sforz. Odd. in prælud. compend. par 2. quæst 6. limitatur quarto,*
* *num 12.* vbi testatur hanc esse communem * opinionẽ, *Const. Roger. in tract. subst. 1. rubr. 1. § 2 n. 10. Guil. de Bened. in d. tract. vulgaris subst n. 32. in fin. Bal. in tract subst. in materia vulgaris num. 35. in fin. Bart. de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia vulgaris, numero 32. in fin. Alex. Trentacinq. in tractat. substit. par. 1. cap. 18. num. 11 versic. sortius.* Quia ex-
7 istentia sui hæredis cõfirmat tabulas pupillares, in quibus cõtinetur tacita vulgaris, *l. si filius qui patri, ff. de vulgar. & pupill. subst. l. filius, & l. si pupillus ff. de acqui. hared. Sforz. Odd. in tract. de restit. in integ. par. 2. quæst. 62. art. 7. num. 87. Alex. Trentacinq. in d. cap. 18. in fin.* Et nihilominus illa tacita vulgaris non impeditur.

ARGVMENTVM.

Si filius institutus non poterit adire de iure ciuili, sed tantum de iure prętorio, vtrum substitutus admittatur?

SVMMARIVM.

1 *Filius si non poterit adire de iure ciuili, sed tantum de iure prætorio, vtrum substitutus admittatur, distingue, numero 1. 3. 4. 5. 6. 9. 10. 11. 12. & 13. alii tenuerunt, quod admittatur simpliciter institutus, n. 14. ratio, num. 15. & alii, quod admittatur substitutus, n. 17. ratio, n. 18.*
2 *Filius quibus in casibus poterit adire tantum de iure prætorio.*
4 *Bonorum possessio quando incipiat habere originem viuo testatore, numero 4. & 5. & quando post mortem, num. 9.*
7 *Conditio, si patronus hæres non erit, deficit patrono veniente per contra tabulas.*
8 *Qui venit per contra tabulas, præfertur ei qui potest adire de iure ciuili.*
12 *Filius approbans testamentum post mortem testatoris, non potest tollere ius quæsitum substituto.*
15 *Hæredis appellatione, continetur bonorum possessor, num. 15. verè, & propriè, etiam in dispositionibus statuariis, n. 16.*

QVÆSTIO XLIX.

SI filius institutus non † poterit adire 1
de iure ciuili, sed tantum de iure prætorio, vt † in casu *l. posthumus ff. de in-* 2
iusto, rup. test. & in casu, § non tamen, Instit. quib. mod. test. infirm. & in casu, l. 2. § si sub conditione, ff. de bonor poss. secundum tab. quos ponit glo. fi. l. fi. C. vnde legit. Crass. in § bonorũ possessio, q. 5. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 12. tit. 15. sub nũ 3. vel quia fuerit in primo gradu præteritus, & secũdo exhæredatus; & approbauerit primũ gradum, ita quod ex eo posset petere secundum tabulas, *l. filio, ff. de inust. testã.* vtrum substitutus admittatur, qui venit de iure ciuili? Respo. distinguendo cum
† *Bart. in l. 1. n. 51. ff. de vulg. & pup. subst.* Aut ius † 3
petendæ bonorum possessionis incipit habere ori- 4
ginem viuo testatore, seu testamentum viuo testatore de iure prætorio valebat, vt contingit, quando conditio turpis remittitur à prætore *l. facta § si sub conditione, ff. ad Trebell.* Et in † posthumo, qui 5
moritur viuo testatore, *l. posthumus, in prin. ff. de iniusto test. Crass. in § bonorum possessio. q. 5. n. 5. in fi. Alex. in l. certum, n. 8. C. vnde legit.* Et tunc † institutus 6
præfertur substituto, *Crass. in § substitutio, q 15. num. 5. Guil. Bened. in cap Raynutius, par. 2. in materia vulgaris, sub num. 133. extra de testam. tum per l. in conditionibus, § si patronus, ff. de condit. & demonstr.* vbi † conditio, si patronus hæres non erit, deficit, 7
patrono veniente per contra tabulas, & sic de iure prætorio, *l. si is qui in potestate, § fin. ff. de legat. præsta. l. in seruitute § et quis, ff. de bon. liber.* Tum etiam quia si † ille, qui venit per contra tabulas præfertur 8
ei, qui potest adire de iure ciuili, *Bar. in d. l. 1. sub n. 51. ff. de vulg. & pup. substit. Bart. de Hucio in tract.*

ſubſt.in materia vulgaris, ſub n.24. Ergò multò ma-
gis debet præferri iſte, qui habet ſecundum tabu-
las, cum iſte veniat ex voluntate defuncti; ille, con-
tra voluntatem.
9 At ius † petendæ bonorum poſſeſſionis inci-
pit habere originem poſt mortem teſtatoris, vt fi-
lio præterito approbante teſtamentum, quod re-
conualeſcet ex æquitate prætoria, non autem de
iure ciuili, *Craſſ. in § teſtamentum, q.48.num.7. & in*
§ bonorum poſſeſſio, q.5.n.5. vbi teſtatur communem
* *opinionem, per *l. filio præterito, ff. de iniuſt.teſt.*
Alex.in l.2.num.25. C. de bon.poſſ.ſecundum tabul.
Fern. Vaſq.de ſucc. crea.§ 3. numero 25. Gomez. var.
10 *reſol.tom.1. capit.11. numero 6.* Et tunc † ſubſtitutus
eſſet præferendus, *l.cum in ſecundo, vbi glo.in ver.*
potuerit, ff. de iniuſt. teſtam. Lanfranc. in l. centurio,
in materia ſubſt. vulgaris, concl. 17. ff. de vulg. & pu-
pillar. ſubſtit. Intellige procedere, eo tantum caſu,
11 quando † filius poſt mortem approbaret teſtamē-
tum, *l. ſi filius qui poteſtate, ff. de liber. & poſthum.*
Bartol. de Hucio in tract. ſubſtit. in materia vulgaris,
num.24.in fi. Eritque huius membri ratio, quia ta-
12 lis † approbatio filii, non poteſt tollere ius quæſi-
tum ſubſtituto tempore mortis, *Gul. de Bened. in*
cap. Raynutius, par.2. ſub n.133. extra de teſtamen. Et
13 quia † illud tempus inſpicitur, *l. ſi alienum, § extra-*
neis, ff. de her.inſt.
Hancque Bart. diſtinctionem eſſe communi-
* ter * receptam teſtatur *Craſſ. in § ſubſtitutio, quæſt.*
15.num.5. Soc. & Rip. in d.l.1. ille, num. 50. iſte, num.
209. Gul. de Bened. in cap. Raynutius, par. 2. ſub num.
133. extra de teſt. Conſt. Roger. in tract. ſubſt. rubr. 1.
§ 1.num.13.14.& 15. Sforz. Odd. in prælud. comp.par.
* *2.q.6.num.7.* vbi etiam dicit eſſe communem * di-
ſtinctionē, *Bal. in tract. ſubſt. in materia vulgaris, ſub*
num.37. Bart. de Huc. in tract. eiuſdem tit. in materia
vulgaris, ſub num.24. Alex. Trentacinq. in tract. eiuſ-
dem tit. par. 1.c.19.n. 1. 2. & 3. vbi teſtatur eſſe com-
* muniter * receptam.
14 Licèt alii † indiſtinctè tenuerint, quod veniat
præferendus inſtitutus, vt refert *Bar. in d.l.1. ſub n.*
51. Quia ſubſtitutio fuit concepta in caſu, Si hæres
15 non erit, ſed † hæredis appellatione continetur
bonorum poſſeſſor, *l. 1. § bonorum, ff. ad Trebell. l.*
hæreditatis, ff. de verbor. ſignificat. Lancellot. Polit. in
tract. ſubſt. in materia vulgaris, num.7. Tiraq. in tract.
le mort ſaiſit le vif, par.2. decl.2. num.7. l. in conditioni-
bus, § ſi patronus, ff. de cond. & demonſtr. l. ſi quis mi-
hi bona, § ſed ſi mandauit, ff. de acqui. hæred. l. 1. C.
vnde liber. l.2 ff. de bon. poſſeſſ. gloſſ. in l. vlt. C. de edict.
diui Adr. tolle. Forſter. in tractat. ſucceſſ. ab inteſt.
16 *lib.1. rubr. bon. poſſeſſ. hæred. ne ſint.* Etiam † verè, &
propriè, atque in diſpoſitionibus ſtatuariis, & ad-
mittentibus ſtrictam interpretationem, *Craſſ. in*
§ bonorum poſſeſſio, q.18.num.7. ver. hic eſt. Cagn. in
l. prætor, ff. de reg. iur. Iaſ. in l. nec is, § 1 ff. de acquir. hæ-
red. Barba. in rub. C. qui adm. num. 51. Iaſon & Alex.
in l. emancipata, C. eod. Bellon. libr. 4. ſupput. cap. 19.
num. 4.
17 Et alii ſimpliciter tenuerint, quod † ſubſtitu-
tio non expirauerit, &, per conſequens, ſubſtitu-
tus ſit præferendus, vt refert *Bart. de Hucio in tract.*
18 *ſubſt. in materia vulgaris, ſub n. 24.* Quia ſicut † in-
ſtitutus in ſecundo teſtamento, quod eſt validum
tantum de iure prætorio, non admittitur, ſi præce-
dit aliud teſtamentum validum de iure ciuili, *l. cum*
in ſecundo, ff. de iniuſt. teſtam. l. ſi quis eum, § 1. ff. de
vul. & pup. ſubſt. ita videtur præferendus ſubſtitu-
tus, qui poterit venire de iure ciuili.

ARGVMENTVM.

Vtrum repellatur ſubſtitutus vulgariter, ſi inſtitutus, qui poſſet venire iure ciuili, magis velit petere bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas?

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutus vulgariter repellitur, inſtituto potius petente bonorum poſſeſſionem, quam adeunte de iure ciuili.*
2 *Conditio, Si hæres non erit, poterit etiam impleri in bonorum poſſeſſore.*
3 *Inſtituto repudiante bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas, & adeūte de iure ciuili, ceſſat vulgaris ſubſtitutio, num.3. niſi renunciatio ſucceſſionis de iure prætorio fuerit facta addita cauſa generali, n.5.*
4 *Qui plura iura habet, poterit vni renuntiando, altero vti.*
6 *Dictum intelligimus ex ratione.*

QVÆSTIO L.

SI inſtitutus, qui poſſet venire de iure
ciuili, velit magis petere bonorū poſ-
ſeſſionem ſecundum tabulas, vtrum
repellatur ſubſtitutus? Reſp. quod † 1
ſic, *Bar. in l.1.n.52 ff. de vul. & pup. ſub-*
ſtit. per l. puberē, C. de iur. delib. Craſſ. in § ſubſtitutio,
q.15.n.6. vbi teſtatur communē * opinionem, *Rip.* *
in d.l.1.n.226. vbi etiam ait, ita cōmuniter * teneri, *
Sfor. Od. in prælud. compend. par.2.q.6.n.7. ver. prædi-
cta tamen, vbi teſtatur ita omnes * admittere, *Cōſt.* *
Roger. in tract. ſubſt. in materia vulgaris, § 2. ſub n. 16.
Bal. in tract. eiuſdē tit. in materia vulgaris, n.38. Bart.
de Hucio in tract. eiuſdē tit. in materia vulgaris, n.25.
G. de Bened. in cap. Raynutius, par. 2. in materia vul-
garis, n.134. extra de teſt. Alex. Trentacinq. in tract.
ſubſt. par.1. cap. 20.n.1. Quia † conditio illa, ſi hæres 2
non erit, poteſt etiam impleri in bonorum poſſeſ-
ſore, *Craſſ. in § bonorum poſſeſſio, q. 18. n. 3.* vbi teſta-
tur communem * opinionem, *Bart. in l.1. § bonorū,* *
ff. de bon. poſſ. Forſter. in tractat. ſucceſſio. ab inteſtato,
lib.1. rub. bonor. poſſ.
Idemque procederet, ſi † inſtitutus repudiaſ- 3
ſet bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas, &
velit adire de iure ciuili; quia tunc etiam ceſſaret
ſubſtitutio vulgaris, &, per conſequens ſubſtitutus
repelleretur, *Bart. in l.1.n.13. ff. de vul. & pup. ſubſt.*
Sfor. Od. in prælud. compend. par.2. q.6. n.8. vbi teſta-
tur id omnes * tenere, *Bal. in l. ſuum, in 2. opp. C. de* *
iure delib. Conſt. Roger. in tract. ſubſt. in materia vul-
garis, § 2. n. 17. vbi teſtatur communem * opinio- *
nem, *Bar. de Huc. in tract. ſubſt. in materia vulgaris,*
ſub n.25. Gul. de Bened. in d. tract. de ſubſt. vul. n. 135.
Polit. in tract. ſubſtit. in materia vulgaris, q.40. Alex.
Trentacinq. in tract. eiuſdem tit. par.1. cap. 20. n. 2. vbi
teſtatur hanc eſſe communem * & receptā omni- *
um Doctorum ſententiam. Quicquid dixerit *gloſſ.*
d.l. ſuum hæredem, C. de iure deliber. Nā qui † plura 4
iura habet, poteſt vni renunciando, altero vti, *arg.*
l. ſi domus, ff. de ſeruit. vrba. prædiorum, l. ſi filius, ver.
Paulus, ff. de bon. liber.
Intelligo, niſi † inſtitutus renunciauerit ſucceſ- 5
ſioni de iure prætorio, addita tamē cauſa generali,
verbi gra-

verbi gratia, quia hæreditas esset damnosa, tunc e-
nim vulgaris substitutio non extingueretur, *Bald.*
in d. l. suum, circa fin. C. de iure deliber. quia (inquit)
dicta ratio infert pariter circa vtrumq; remedium,
6 & † dictum intelligimus ex ratione, per not. *in l. si*
qui animo, ff. de acquir. possess. Idem scripsit Crass. in
d. quæst. 15. num. 6. in fin. vbi testatur communem
* * opinionem, *Sfar. Odd. d. quest. 6. numer. 8. in fin.*
per l. cum pater, §. dulcissimis, ff. de legat. 2. Paul. de
Castr. & Salic. in d. l. suum, Roma. in l. necis, §. 1. ff.
de acquir. hæred. Constant. Roger. in tract. substit. in
materia vulgaris, §. 2. sub num. 17. Alexand. Trenta-
* *cinq. in tract. eiusdem tit. part. 1. cap. 20. numero 4.*
vbi testatur communem * opinionem.

ARGVMENTVM.

Vtrum debeat admitti substitutus vulgaris, si institutus noluerit parere conditioni, sub qua fuerat institutus?

SVMMARIVM.

1 *Substitutus vulgaris admittitur, si institutus noluerit parere conditioni, sub qua fuerat institutus, numero 1. nisi per substitutum stetisset, quo minus pareret, num. 2. vel nisi conditio fuisset turpis, num. 3.*

2 *Substitutus vulgaris non admittitur, instituto non adeunte, vel conditioni non parente, eius defectu.*

3 *Conditio turpis habetur pro non adiecta.*

QVÆSTIO LI.

VTRVM, si institutus noluerit parere
conditioni, sub qua est institutus,
debeat admitti substitutus? Resp.
1 quod † sic, *Bart. in l. 1. num. 54. ff. de*
vulgar. & pupill. substit. per l. 2. C. de
instit. & subst. Gul. Bened. in cap. Raynutius. par. 2.
in materia substitutionis vulgaris, num. 136. extra de
testam. Bart. Hucius in tract. subst. in materia vulga-
ris, sub num. 25. Bald. in tract. eiusdem tit. in materia
vulgaris, sub num. 38. Constant. Roger. in tract. eius-
dem tit. in materia vulgaris, § 2. sub num. 18. Sforz.
Odd. in prælud. compend. par. 2. quæst. 6. numero 13.
* vbi testatur id omnes * tenere, *Lancel. Polit. in tract.*
subst. in materia vulgaris, particula 3. num. 77. A-
lexand. Trentacinq. in tract. eiusdem tit. part. 1. capit.
20. num. 5.

2 Declara primò, vt non † procedat, quoties per
substitutum stetisset, quo minus institutus ad-
iret, vel conditioni pareret; quia tunc idem sub-
stitutus ab hæreditate repelleretur, *Zasius in tract.*
substit. in materia vulgaris, in fin. per Bart. in l. si ab
hostibus, §. si vir, ff. sol. matrim. l. si quis affirmauerit,
§. 1. ff. de dolo malo, Peregr. de fideicomm. art. 16. nu-
mer. 153. Bart. in l. in testamento, col. vlt. ff. de condit.
& demonstr. l. 3. §. si quis seruum, & l. non omne, ff. de
statu liber.

3 Declara secundò, vt non † procedat, quando
conditio turpis fuisset, quia tunc haberetur pro nõ
adiecta, & institutus tanquam purè institutus, sub-
stitutum repelleret, *Bald. in dict. l. 2. num. 1. in fine,*
C. de instit. & substit. l. reprehendenda, C. eod. Lan-
cell. Polit. in tract. subst. in materia vulgaris, particu-
la 3. sub num. 79. Alexand. Trentacinq. in d. ca. 20.
in fine.

ARGVMENTVM.

Si pater emancipauerit filium, cui fecerat substitutionem pupillarem, vtrum tacita vulgaris in ea cõtenta extinguatur?

SVMMARIVM.

1 *Vulgaris tacita contenta sub expressa pupillari extinguitur, emancipato filio, cui fuerat facta ipsa pupillaris, num. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. contra, numer. 8. rationes, num. 9. 10. 11. 12. 13. & 14. limita, nisi fuerit coactè emancipatus, nu. 15. vel nisi pupillaris fuisset facta sine illis verbis,* Si hæres erit, *num. 18.*

2 *Conditio, si in potestate mortis tempore permanserit, vitiat pupillarem.*

10 *Expressa vitiata, non vitiatur tacitum æquè principale.*

11 *Testamentum quando rumpatur filio emancipato.*

12 *Pupillaris ab initio inutilis, comprehendit tacitam vulgarem, num. 12. & 13.*

15 *Pupillari expressa, emancipatione coacta, extincta, durat nihilominus vulgaris tacita.*

16 *Pater cogitur in quibusdam casibus filium emancipare, num. 16. regulariter contra, num. 17.*

19 *Vulgaris tacita quare extinguatur per emancipationem filii, cui fuerat facta pupillaris & non per eius mortem, num. 19. 20. & 21.*

20 *Mors & emancipatio æquiparantur.*

21 *Emancipatio est actus voluntarius.*

QVÆSTIO LII.

SI pater emancipauerit filium, cui fe-
cerat substitutionem pupillarem, v-
trum † tacita vulgaris in ea contenta 1
extinguatur? Respon. quod sic, *Bald.*
in l. 1. num. 55. ff. de vulgar. & pupill.
subst. Gul. & Rayn. per l. cohæredi, §. cum filio, ff. de
vulg. & pupill. subst. Sforz. Odd. in prælud. compend.
part. 2. quæst. 6. num. 14. vbi testatur communem * *
opinionem, *Crass. in §. substitutio, quæst. 17.* vbi ait
hanc opinionem esse communiter * receptam, *
Lanfranc. in l. centurio, in materia vulgaris, conclus.
20. ff. de vulgar. & pupill. subst. Alciat. in d. l. 1. num.
92. & 58. vbi testatur hanc esse magis receptam *
opinionem *Baldus* (sibi contrarius) *in tract. subst.*
in materia vulgaris, num. 38. Barto. de Hucio in tract.
eiusdem tit. in materia vulgaris, sub num. 26. vbi dicit
hanc opinionem esse veram, *Paul. de Castr. in d. §.*
cum filio, Cyn. in l. precibus, C. de impub. & aliis subst.
quæst. 5. sub num. 10. Ias. in d. l. 1. sub num. 69. Alber.
Ros. in Rep. rub. ff. de vulg. & pup. subst. colum. 34.
Franc. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 5. tit. 3. sub
num. 20.

Mouemur primo, quia † sicut illa conditio, si in 2
potestate, mortis tempore permanserit, quæ est
in pupillari substitutione, vitiat ipsam pupillarem,
Constant. Roger. in tract. substit. in materia vulgaris,
§. 2. sub num. 19. vbi testatur hoc non habere du-
bium, *l. cohæredi, §. cum filio, ff. de vulgar. & pupill.*
subst. ita propter eius defectum, vitiatur etiam ta-
cita vulgaris, *argumen. l. mulieri, & Titio, ff. de con-* 3
dit. & demonstrat. Nam circa † vtrumque deberet 4
vniformiter operari; *l. si legatarius, in fine, ff. de le-*
gat. 3. l. iam hoc iure, ff. de vulgar. & pupill. substit.
Secundo, quia ex quo † pupillarem sua sponte 5
testator annullauit, imputetur ei cur circa vulga-

rem sibi non prouidit, *l. tractabatur, ff. de testamen. milit. l. rem legatam, ff. de adim. leg. & in l. si seruo cū libertate, ff. eodem, l. si stillicidij, ff. quemadmod. seru. amittat.*

Tertio, quia si testator suo facto reuocauit substitutionem expressam, ergo videtur & tacitam re-
6 uocasse; & idem operatur † reuocatio ad reuocandum, quod dispositio ad disponendum, *arg. l. si ita scriptum, §. regula, ff. de liber. & posthum.*

7 Quartò, quia † vna substitutio erat expressa, altera subintellecta à iure ex præsumpta voluntate testatoris; quæ præsumptio cessare videtur, quādo emancipauit, & in vulgarem non prouidit; secus si vtraque per se expresse confirmata fuisset, *arg. l. si domus, ff. de seruit. vrb. prædior.*

8 Licet contrariam sententiam, vt † vulgaris tacita non extinguatur, tenuerit, *Bald. in l. fin. num. 10. in fin. C. de instit. & substit. Constant. Roger. in tract. substit. tit. 1. §. 2. num. 19. circa fin. Fernand. Vasq. de success. creat. §. 21. num. 243.* vbi existimat eam esse
* veriorem, & receptiorem * *Gul. de Bened. in capit. Raynutius, part. 2. in materia vulgaris, nu. 137. in fin. extra de testam. Imol. in d. c. Raynutius, in materia vulgaris num. 83* quem refert & sequitur *Alexand. in d. l. 1. sub num. 42. ff. de vulga. & pupill. substit.* vbi ait hanc sententiam in puncto iuris contra Bartolum esse multum sustentabilem. Illustriss. & Reuerendiss. *Franc. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 5. tit. 6. nu. 17. vers. contrariam,* vbi eam existimat esse veram, & conatur ad contraria respondere; *Soc. in d. l. 1. nu. 59.* vbi in puncto iuris dicit esse veriorem *Alexand. Trentacinq. in tract. subst. par. 1. c. 21. col. 3.*

9 Moti primò, quia tacita † vulgaris continetur æquè principaliter sub expressa pupillari: vnde licèt extinguatur expressa pupillaris per emancipationem sequutam, non deberet etiam tacita vul-
10 garis extingui, cum vitiato expresso, † non vitietur tacitum æquè principale, *l. si fideiussoribus, in princ. ff. de legat. 1. l. 1. §. 1. ff. quibus modis pign. vel hypoth. soluat.*

11 Secundò, quia † emancipatio non tendit ad finem reuocationis testamenti, nec ideo testamentum rumpitur, quia filius emancipatur, nisi in casu *l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de liberis & posthum.*

12 Tertiò, quia si fuerit † facta pupillaris substitutio filio emancipato, & sic ab initio inutilis, *l. 2. in princ. vers. cæteram emancipatus non possumus, ff. de vulg. & pupill. subst. gloss. 1. Instit. in princ. de pupill.*
13 *substit.* nihilominus † comprehensa tacita vulgaris sub ea, sustinetur, *Bart. in l. 1. num. 57. ff. de vulgar.*
14 *& pupill. subst.* Ergo multo magis deberet † tacita vulgaris sustineri, cum ab initio expressa pupillaris valuerit; licèt ex post facto, filii emancipatione, fuerit extincta.

* Limita nostram, & communissimam * conclusionem. primò non procedere, quotiescunque pa-
15 ter † inuitus filium emancipauerit; quia tunc vulgaris tacita remaneret, & si pupillaris expressa, coacta emancipatione extincta fuerit, *Sforz. Odd. in prælud. compend. par. 2. quæst. 6. num. 14. vers. limitatur prima, Socin. & R pa in d. l. 1. ff. de vulg. & pupill. subst. ille, num. 55. ff. vers. & qua ratione, iste, n. 224. Franc. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 5. tit.*
16 *6. nu. 21.* Namque † pater cogi tur in quibusdam casibus filium emancipare, quos ponit *gl. ff. in vers. pene, §. fin. Instit. quibus modis ius patria potestat. soluit. Socin. de regul. & Fall. regul. 268. gloss. in versic. cogendum, l. ie, cui legatum, ff. de condit. & demonst. & in l. si filius familias, §. secundum vulgarem, ff. de legat. 1.* licèt regulariter non † veniat cogendus, *d.* 17
§. final. Instit. quibus modis ius patria potestat. soluat. l. nec auus, C. de emancipat. liber. Ascan. Clemens in tract. de patria potestate, cap. vlt. nu. 91. l. nemo potest, ff. de adopt.

Limita secundo, non † procedere, quando pu- 18
pillaris facta fuisset sine illis verbis, Si hæres erit: *Sforz. Odd. in prælud. compend. part. 6 quæst. 6. col. final. vers. limitatur secundo, Ripa in l. 1. n. 224. vers. secundo limita, ff de vulg. & pupil. subst.*

Si autem (beneuole lector) postules rationem diuersitatis, quare † tacita vulgaris indistinctè ex- 19
stinguatur per emancipationem filii, non autem per eius mortem; & nihilominus aliàs mors, † & 20
emancipatio æquiparantur, *l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de liber. & posthum.* Respond. quod † e- 21
mancipatio est actus voluntarius, & per eum ostēditur mutatio voluntatis ipsius testatoris; sed mors est actus necessarius extra propositū ipsius testatoris veniens, & absq; eius facto; ideo voluntas testatoris præsumitur remanere, ita ante nos (ne alienæ laudis videar detrectator) docuit *Baldus in tractatu substit. in materia vulgaris, num. 39. Iason in d. l. 1. in princip sub num. 69. de vulg. & pupill subst. vbi Soci. senior sub num. 59. Franc Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 5. tit. 6. sub num. 12.*

ARGVMENTVM.

Si ille, cui fuerit facta pupillaris expressa, efficiatur pubes, vtrum extinguatur tacita vulgaris, sicut expressa pupillaris?

SVMMARIVM.

1 *Vulgaris tacita, vtrum extinguatur, si ille, cui fuerit facta pupillaris expressa, efficiatur pubes; distinguitur, num. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. contra vt indistinctè vulgaris tacita duret, num. 9. & alii, quod indistinctè extinguatur, num. 10.*

2 *Pupillaris, facta cum limitatione temporis extra pupillarem ætatem, adueniente pubertate, expirat, atque ita cum ea vulgaris tacita, numer. 2. Idem esset, si breuius tempus fuisset præfinitum, veluti, si infra decimum annum decesserit, nu. 3. ratio, num. 4.*

6 *Vulgaris tacita durat, licèt pupillaris facta in tempus longius; puta, Si filius meus infra viginti quinque annos decesserit, talis hæres esto, expirarat adueniente pubertate.*

7 *Vulgaris tacita non expirat, si pupillaris facta fuerit simpliciter, sine temporis præfinitione, adueniente pubertate, num. 7. ampliatur, num. 8.*

QVÆSTIO LVI.

SI ILLE, cui fuerit facta pupillaris expressa, efficiatur pubes, vtrum † ex- 1
stinguatur tacita vulgaris, sicut expressa pupillaris? Respond distinguendo cum Bartolo *in l. 1. num. 56. ff. de vulgar. & pupillar. substitut.* aut † substitutio 2
fuit facta cum limitatione temporis intra pupillarem ætatem, & tunc adueniente pubertate expirat vtraque, pupillaris scilicet, & vulgaris, *Crass. in §. subst. tacito.*

substitutio, quæst. 16. num. 1. versic. aut substitutio, Imol. in l. qui habebat, ff. de vulgar. & pupillar. substit. Alber. in dict. l. precibus, num. 12. C. de impub. & alus substit. Alexand. Aret. Socin. & Alciat. in d. l. 1. Gul. de Bened. in capit. Raynutius, par. 2. in materia vulgaris, num. 138. extra de testam. Ripa in dict. l. 1. nu. 225. Couarr. in d. cap. Raynutius, §. 5. numer. 5. vers. illud sane, vbi etiam testatur communem * opinionem, *Zasius in tract. substit. in materia vulgaris, in fin. num. 32. Bartol. de Hucio, in tract. eiusdem tit. in materia vulgaris, num. 26. circa medium, Bal. in tract. eiusdem tit. in materia vulgaris, sub numero*
2 *40.* Licèt contrarium, vt † tacita vulgaris non extinguatur, tenuerit *Soarez. in addit. ad Gomez. variar. resolut. tomo 1. cap. 3. Vasq. de success. progress. lib. 2. §. 11. num. 46. & de success. creat. lib. 3. §. 21. num. 244. Alexand. Trentacinq. in tract. subst. part. 1. cap. 22. num. 3.* vbi testatur esse receptius.*

3 Idem esset, si † breuius tempus fuisset præfinitum; puta, si infra decimum annum decesserit, *Crass. in §. substitutio, quæst. 16. sub num. 1. vers. aut substitutio*, vbi ait ita omnes * vno ore conuenire, *Fernand. Vasq. de success. progress. §. 11. num. 46. Alexand. Trentacinq. in tract. subst. par. 1. cap. 22. numer. 4. vers. quartus.* vbi testatur communem * opinionem. Licèt contrarium tenuerit *Ripa & Alc. in d. l. 1.* Quia voluntas † defuncti fuit non proui-
4 dendi vltra illud tempus, *l. si ita quis, & l. si quis plures liberos, in princ. ff. de vulgar. & pup. subst.*

5 Aut † substitutio fuit facta in tempus longius; puta, Si filius meus decesserit infra viginti quinque annos, talis hæres esto; & tunc, licet finiatur pupillaris adueniente pubertate, *l. in pupillari, & l.*
6 *centurio, ff. de vulgar. & pupillar. subst.* Tamen † durabit vulgaris, *argum. l. final. C. de hered. instit. Gulielm. de Bened. in cap. Raynutius, part. 2. in materia vulgaris, num. 138. in fine, extra de testam. Alexand. Trentacinq. in tract. subst. part. 1. cap. 22. numer. 2 vers. secundus casus*, vbi testatur communem * opinionem. Quia apparet, quod voluntas defuncti fuit hæc, dum sibi prouidit vltra illud temp' ætatis pupillaris.

7 Aut † substitutio fuerit facta simpliciter sine temporis præfinitione, vt, quia testator dixisset, Quisquis mihi hæres erit, filio meo hæres esto; vel, Quandocunque filius meus moriatur, talis hæres esto; & tunc, adueniente pubertate non expirabit tacita vulgaris, *Crass. in d. §. substitutio, quæst. 16. sub numero 1. Vasq. lib. 3. de creat §. 21. nu. 244. Bart. in d. l. 1. sub num. 56. Gul. de Bened. in d. tract. vulg. substit. sub num. 138. Bartol. de Hucio in tract. subst. in materia vulgaris, num. 26. in fine, Bald. in tractat. eiusdem tit. in materia vulgaris, num. 40 in fine, Alexand. Trentacinq. in dict. cap. 22. num. 1.* vbi testatur communem * opinionem, *Vasq. de success. pro-*
8 *gress. lib. 11. num. 46.* Idemq; esset, si † testator dixisset; Impuberem filium meum instituo, & Mæuium substituo; *Crass. in d. §. substitutio, q. 16. num. 2. circa fin. prin.*

Licèt alii tenuerint indistinctè, quod siue fiat †
9 simpliciter substitutio siue cum præfinitione temporis, semper vulgaris tacita duret, inter quos fuit *gloss. in verb. ad agnatum, l. lex Cornelia, ff. de vulg. & pupillar. substit. Vasq. de success. progress. §. 11. numer. 46. Sferz. Odd. in præl ud. compend. par. 2. q. 6. col. fin. vers. aut facta fuit.*

Et alii, quod indistinctè † vulgaris tacita extin- 10
guatur, inter quos fuit *Rayn. in tract. substit. in materia vulgaris, per l. qui habebat, ff. de vulg. & pupill. substit. l. si Titio pecunia, § fin. & l. seq. ff. de legat. 1. gloss. magna in §. qua ratione, Instit. de pupill. substit.*

ARGVMENTVM.

Vtrum pupillaris facta maiori, vel extraneo contineat tacitam vulgarem?

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris facta maiori vel extraneo, continet tacitam vulgarem, num. 1. rationes, num. 2. 3. & 4. contra, & male, num. 5.*

2 *Expresso vitiato, non vitiatur tacitum, quando tacitum cum expresso non habet actionem communem.*

3 *Substitutio debet valere, vt valere potest, quando in ea peccatur in materia.*

4 L. fin. C. de hæred. instit. *declaratur.*

QVÆSTIO LIV.

SI fiat pupillaris substitutio maiori, vel extraneo, vtrum † contineat tacitam 1
vulgarem? Respond. indistinctè quod sic, *Bart. (post Gulielmum) in l. 1. num. 57. ff. de vulgar. & pupill. substit.* quem refert *Franc. Mantica de coniectur. lib. 5. titul. 6. sub numere 20. Gulielm. de Bened. in cap. Raynutius, par. 2. in materia vulgaris numer. 139. extra de testamen. Crass. in §. substitutio, quæstion. 16. numer. 2.* vbi testatur communem * opinionem, *Alexand. Ripa, & Socin. in dict. l. 1. ille, num. 44. iste, num. 223. & 228. hic, num. 87. Corn. in l. post aditam, num. 28. C. de impub. & aliis substitut. Couarr. in dict. cap. Raynutius, §. 5. numer. 5. versic. vndecimò*, vbi testatur communem * opinionem, *Sferz. Odd. in prælud. compendiosa, part. 2. quæst. 6. in fine*, vbi ait hanc esse magis communem * opinionem, *Bart. in l. 2. numer. 1. ff. de vulgar. & pupillari substit. Bald. in tract. substit in materia vulgaris, num. 41 Bartol. de Hucio in tract. eiusdem titul. in materia vulgaris, sub numero 27. Alexand. Trentacinqu. in tract. eiusdem tit. part. 1. capit. 23. nu. 1. & 2.* vbi testatur communem * opinionem.

Mouemur primò, quia † vitiato expresso, non 2
vitiatur tacitum, quando tacitum cum expresso non habet actionem communem, *l. 1. §. 1. ff. quibus modis pignus vel hypoth. soluat. l. si fideiussor, ff. de legat. 1.*

Secundò, quia in dicta † substitutione fuit pec- 3
catum in materia, ergò debet valere, vt valere potest, *l. si vnius, §. si acceptilatio, ff. de pact. not. in l. an inutilis, ff. de acceptil.*

Tertiò, per *l. final. Cod. de hæred. institut.* vbi illa
† verba, Sempronius Plotii hæres esto, sunt verba 4
pupillaris expressè, cum alium testator ibi non fecerit heredem, & tamen lex eam resoluit in tacitam vulgarem.

Licèt alii tenuerint † contrarium, inter quos est 5
Rayn. in tractat. substitut. in materia vulgaris, gloss. in verb. per fideicommissum, § extraneo, Instit. de pupil. substitut.

ARGVMENTVM.

Si institutus fuerit excommunicatus, v-

trum immediatè fieret locus ſubſtituto vulgari?

SVMMARIVM.

1 *Inſtituto excommunicato, fit locus ſubſtituto vulgari, num. 1. contra, & receptius, num 3.*
3 *Subſtitutus vulgaris non admittitur, inſtituto excommunicato.*
2 *Excommunicatus non habet teſtamenti factionē, num. 2. contra, & verius, numer. 4. niſi fuerit excommunicatus pro hæreſi, n. 5. vel pro iniuria facta Cardinali, num. 6.*

QVÆSTIO LV.

1 SI inſtitutus fuerit excommunicatus, vtrum immediatè fieret locus ſubſtituto vulgari? Respond. aliquos † dixiſſe, quod ſic; inter quos fuit *Conſt. Roger. in tract. ſubſt. tit. 1. quæſt 4 ſub*
2 *numero 15. fol. 21* † Quia excommunicatus non habet teſtamenti factionem, *gloſ. in verſ & teſtificando, cap. decernimus, de ſentent. excommunicat. lib 6. Alberic. in l. 1 num. 4. C. de hæred. inſtit.* vbi teſtatur
* ita tenere communiter * Canoniſtas, *Hoſtienſ in ſumma titul. de teſtament. §. quis ſit effectus, verſic. & prodeſt, & in capit. pia, de exception. Gai Zo. in capit. quamquam, extra de vſur. Freder. de Sen. conſil. 74. gloſſa Conſuetud. Turonenſ. fol. 92. colum. 3. Iacob. a S. Georg. in l. fin. nu 3 C. de procurat. Ioan Monach. in capit. quamquam, de vſur. lib 6. Ioan. Faber in §. legati, Inſtit. de legat.*
3 Nos verò † contrarium ſemper receptius* indi-
* cauimus, cum excommunicatus † habeat vtramq;
4 teſtamenti factionem, actiuam ſcilicet & paſſiuam, *Bart. in l. 1 colum. 11. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Dominic. in dict. cap. decernimus, column. penult. Anton. Gabr. lib. 4. concluſ. tit. de teſtament. concluſ. 1. num. 3. & 4. Archid in dict. cap pia, colum 3 Bar. in l 1. colum. 2. ff de regul Caton. Abb in rubr. de teſtamen. colum. 2. Card. in Clement. 1. colum. 2. de exception. Bald. in l. 1. §. his, ff. de legat. 3. & in l. final. colum. 2. & in l. 1. colum. 7. C. ſi a non compet. iudic. Abb. in c. paſtoralis, §. verum, num. 19. extra de appellat. Ang. in l. ſi ex facto, §. ſi quis rogatus, ff. ad Trebell. Craſſ. in §. teſtamentum, q 24 num. 1.* vbi teſtatur hanc eſſe
* magis communem * opinionem, *Corn. conſil. 85. colum. penult. volum. 4 Socin. regul. 133. Felin. in c. cum voluntate, extra de ſentent. excommunic. & in c. ad probandum, in princ. extra de re iudi. Barbat. in c. 2. colum. fin. extra de teſtament. Dec. in l. quod ab initio, colum final. ff. de regul. iur Bertrand. conſil. 41. volum. 2. Bened. Capra, concluſ. 102. numer. 188* vbi
* teſtatur hanc eſſe magis communem*opinionem, *Ioannes Dilect. de arte teſtan. tit. 1. cautela 10. num. 1. Viu. lib. 2* commun. opinion. *in verſic. excommunicatus, num 5. Nicaſius in §. fin. Inſtit. quibus non ſit permiſſum facere teſtament, Fernand. Vaſq. de contro. illuſtr. cap. 101 num. 5. & de ſucceſſ. progreſſ. §. 1. num. 120. Couarr. in 2 part. rub. de teſtam. num. 18.* vbi te-
* ſtatur communem * opinionem, *Clar. in §. teſtamentum, quæſt. 24.* vbi teſtatur magis communem
* *opinionem, *Bertrand conſil. 226. numer. 11. lib. 2. Franc. in rubr. de teſtament. num. 52. Tob. Non conſ.*
5 *53. nu. 14* Niſi † in excommunicato pro hæreſi, qui teſtari non poſſet, *Couarr. in 2. par. rubr. de teſtam. ſub num. 18. Craſſ. in §. teſtamentum, quæſt. 24. n. 3.* vbi teſtatur communem * opinionem, *Anto. Gabr. lib. 4. concluſ. tit. de teſtam. concluſ. 1. n. 7.* vbi etiam *
ait communem * opinionem, *Bar. & Salic. in Authent. credentes, C. de hæretic. Archid. in cap. pia, col. 3. de except. lib. 6. Fran. in rub. de teſtam lib. 6. col. 16.* *
Vel niſi eſſet † excommunicatus pro iniuria facta 6
Cardinali; quia tunc etiam inteſtabilis efficeretur, *Couarr. in rub. de teſtam. lib. 6. colum. 16. Ioan. Fran. à Ponto, conſil. 42. numer. 57.* vbi teſtatur hanc eſſe communem * limitationem. *

ARGVMENTVM.

Vtrum legata relicta ab inſtituto cenſeantur repetita á ſubſtituto vulgari?

SVMMARIVM.

1 *Legata relicta ab inſtituto, vtrum cenſeantur repetita a ſubſtituto vulgari; diſtinguũtur tres caſus, num. 1 5 & 38.*
2 *Legatum relictum his verbis generalib.* Quiſquis mihi hæres erit, centum Sempronio dato, *cenſetur repetitum a ſubſtituto, num 2. Idem ſi teſtator ſimpliciter ſic legaſſet.* Hæres meus centum Sempronio dato, *num 3. ratio, num. 4.*
4 *Indefinita æquipollet vniuerſali.*
5 *Legatum relictum ab hærede ſub nomine appellatiuo, puta, ſi teſtator dixerit,* Ab hærede meo inſtituto, volo præſtari centum Sempronio, *cenſetur repetitum a ſubſtituto vulgari, n 5. rationes, n 6. 7. 8. & 9 Ampliatur, n. 10. 11. 13. 15. & 16. limita, n. 17 18. 19 20. & 21.*
6 *Teſtator præſumitur magis diligere inſtitutum, quam ſubſtitutum.*
7 *Subrogatus aſſumit naturam & qualitates eius, in cuius locum ſubrogatur.*
8 *Teſtator ſubſtituendo heredi inſtituto, dicitur ſubſtituere in omnibus & per omnia, num. 8. & 9.*
10 *Legata relicta ab inſtituto, intelliguntur repetita a tacito ſubſtituto vulgari.*
11 *Ius accreſcendi dicitur quaſi tacita quædam ſubſtitutio.*
12 *Coheres veniens ad partem coheredis repudiatam, tenetur præſtare legata relicta ab inſtituto.*
13 *Legata relicta ab inſtituto, cenſentur repetita à ſubſtituto vulgari, etiamſi ipſi inſtituto fuiſſet iniunctum onus legati, cum aliqua qualitate quæ formaliter ceſſaret in perſona ſubſtituti, nu. 13. exemplum, num. 14.*
15 *Legatum relictum a legatario cenſetur tranſlatum in ſecundum, cum onere iniuncto primo legatario.*
16 *Conditio adiecta legato relicto ab inſtituto, cenſetur repetita a ſubſtituto vulgari.*
17 *Legata inutiliter relicta ab inſtituto, non cenſentur repetita a ſubſtituto vulgari.*
18 *Legata relicta ab inſtituto, non cenſentur repetita à ſubſtituto vulgari in aliqua re, num. 18. ratio, num. 19.*
19 *Subſtitutus vulgaris in re certa habetur loco legatarii.*
20 *Legata relicta ab inſtituto non cenſentur repetita à ſubſtituto vulgari, quando quis fuerit inſtitutus hæres ſub conditione, quæ non eſſet veriſimiliter ventura, eique fuerit datus ſubſtitutus ſimpliciter, aut ſub contraria conditione, veriſimiliter euentura, num. 20. ratio, num. 21.*

22 *Lega-*

22 *Legata relicta ab instituto non censentur repetita à substituto vulgari, quando vnus & idem esset institutus & substitutus.*

23 *Legatum relictum ab instituto, non censetur repetitum à substituto vulgari, quãdo aliquid aliud fuisset relictum legatario, præstandum ab ipso substituto, num. 23. ratio, num. 24. 26. & 27. declara, num. 25.*

25 *Testator non præsumitur grauare voluisse substitutum duplici onere legatorum, num. 24.*

26 *Expressum facit cessare præsumptum, n. 27.*

28 *Legatum relictum ab instituto, non censetur repetitum à substituto vulgari, quando certa fuisset causa relinquendi legatum ab instituto, quæ in substituto cessaret, num. 28. exempla, num. 29. 30. & 32.*

31 *Testatores sunt faciliores ad legandum rem propriã vel hæredis, quam ad grauandum, vt redimatur res aliena.*

33 *Legatum relictum ab instituto, non censetur repetitum à substituto vulgari, quando legatarius esset institutus à testatore in parte hæreditatis, n. 33. ratio, num. 34. & 35.*

35 *Substitutio vna & eadem non debet conferi diuerso iure.*

36 *Vxor non potest habere precipuum vsufructum, tamquam à substituto repetitum, si testator instituit filium suum impuberem hæredem vniuersalem, & vxori legauerit vsufructum; &, si filius impubes decederet in pupillari ætate, substituit ei fratrem ipsius testatoris, & dictã uxorem, mortuo impubere instituto hærede vniuersali, n. 36. declara, nu. 37.*

38 *Legatum relictum ab instituto nominatim, non cẽsetur repetitum à substituto vulgariter, num. 38. rationes, num. 39. & 40. contra, & male, n. 41. rationes, num. 42. 44. 36. dissoluuntur, nu. 43. 45. & 47. limita, nisi ex coniecturis aliud appareat, nu. 50. 51. & 52.*

46 *Expressio proprii nominis hæredis præsumitur aliquando causa demonstrationis facta.*

47 *Expressio proprii nominis, est loco taxatiua.*

48 *Legatum instituto impositum taxatiuè, non censetur repetitum à substituto vulgari.*

Idẽq; si legatum fuisset relictum ab instituto eius nomine appellatiuo expresso.

50 *Legata nominatim relicta ab instituto censentur repetita à substituto ex coniecturata mente testatoris, nu. 50. velutì fauore alimentorum, n. 51. vel cuiuspiam alterius piæ causæ, n. 52.*

QVÆSTIO LVI.

1 VTRVM legata † relicta ab instituto censeãtur repetita à substituto vulgari? Respon. distinguendo aliquos casus; primus itaque erit, quando testator † reliquit legatum his ver-
2 bis generalibus, *Quisquis mihi hæres erit, centum Sempronio dato*: tunc enim illud institutus, vel substitutus tenebitur præstare, tanquam ex propria persona, cum non ex coniecturata mente, sed verbis manifestis grauatus appareat, *Menoch. libr. 4. præsumpt part. 2. præsumpt. 108. nu. 2. Paul. de Castr. Raphael Comens. & Iason in l. licèt Imperator, ff. de legat. 1. ille, num. 2. iste, column. penult. vers. nam hæ leges. hic, nu. 36. Alciat. de præsum. reg. 2. præsum. 35. numer. 3. vers. sed quando legatum est factum, Bello. consil. 62. n. 6. per l. si plures, ff. de leg. 3. Soc. in l. quæ conditio, per illum text. ff. de condit & demonst.* Idem
3 si † testator simpliciter sic legasset, Hæres meus centum Sempronio dato, *Paul. de Cast. in d. l. licèt Imperator, col. 1. vers. vel simpliciter, ff. de leg. 1.* quia
4 (inquit) hæc † indefinita æquipollet vniuersali, & videtur quodammodo onus iniunctum ipsi hæreditati, *Menoch. d. præsum. 108. num. 2. in fin.*

Secundus casus erit, quando testator grauauit † 5
hæredem præstare legatum sub nomine appellatiuo; puta, si dixerit: Ab hærede meo instituto volo præstari centum Sempronio; tunc enim dictum legatum præsumitur repetitum à substituto, vt si præstitum non fuerit ab instituto, præstari debeat ab ipso substituto, *Bart. Paul. de Castr. & Alexand. in d. l. licèt Imperator, ff. de leg 1. ille, num. 4. iste, n. 3. hic, num 12. Menoch d. præsumpt. 108. num. 3.* vbi testatur id omnes * fateri, *Iason in d. l. licèt Impera- **
tor, num. 32. & 36.

Mouemur primo, quia testator † censetur ma- 6
gis diligere institutum quàm substitutũ, *l. Publius, §. 1. ff. de condit. & demonstr. Gulielm. de Bened. in c. Raynutius, part 2. rubr. de vulgar. substit. sub n. 124. extra de testament. Iason in l. quoties, la. 2. nu. 2. circa fin. C de fideicomm. ff. Tiraq. le mort saisit le vif. 9. declar. 2. part. sub num. 8. Bart. & Socin. in l. quisquis, §. 1. per illum textum, ff. de condit. & demonstr. Iason in l. licèt Imperator, colum. 5. not. vlt. ff. de leg 1. Bar. in l. Gallus, §. etiam si parente, col. 2. vers. iuxta prædicta, ff. de liber. & posthum. vbi Socin. colum. antepenult. vers. & prædicta inducuntur, l. quoties, in princ. ff. de vsur. l. qui soluendo, la. 2. vbi Angel. & Imol ff. de hered. instit. Franc. Mantica de coniect. vlt. volun. lib. 5. tit. 1. nu. 12.* Vnde si grauauit institutum præstare legatum, præsumendũ erit multo magis grauare voluisse substitutum.

Secundò, quia substitutus † dicitur subrogatus 7
in locum instituti, &, per consequens, eius naturam & qualitates assumit, *l. si eum qui, §. iniuriarum, ff. si quis cautio. l. 1 §. hæc actio, vbi Paul ff si quis test. lib. esse iuss. fuer.*

Tertio, quia testator substituendo † hæredi in- 8
stituto, dicitur substituere in omnib. & per omnia, *l. Iulianus, ff. de hæred. instit. l. cohæredi, in princ. ff. de vulg. & pup. subst.* ita vt † ius coniunctionis quod 9
erat instituto, transit in vulgariter substitutum, *l. cũ ex filio § vlt. vbi gloss. & Bald. ff. de vulg. & pup. subst. Menoch. lib. 4. præsum. par. 2. præsum. 108. nu. 7.*

Amplia primò vt procedat † in substitutione ta- 10
cita vulgari; quia tunc, etiam legata relicta ab instituto præsumuntur repetita à tacito substituto, *Bar. in l. licèt Imperator, num 4. vers. aut succedit, ff. de leg. 1. vbi etiam Iason num 45. Aret. in l. penul. col. penul. ff. de vulg. & pupill. subst. per l. qui fundum, § qui filium, ff. ad l. Falcid. & l. vlt. ff. de fideicommiss. libert. Menoch. d. præsump. 108. num. 8.*

Amplia secundo vt procedat, etiam † in iure ac- 11
crescendi, quod dicitur quasi tacita quædam substitutio, *l. si Titio, & Mæuio, §. Iulianus, ff. de leg. 2.* namque † cohæres veniens ad partem cohæredis 12
repudiatam, teneretur præstare legata relicta ab instituto, *Iason in l. licèt Imperator, numer. 34. & 47. ff. de legat. 1. Menoch. dict. præsumpt. 108. num. 10. Imol. Comens. & Soc. in l. quæ conditio, ff. de condit. & demonstr.*

13 Amplia tertiò, vt procedat, etiam si † instituto
esset iniunctum onus legati, cum aliqua qualitate,
quæ formaliter cessaret in persona substituti, *Iason*
in d. l. licèt Imperator, num. 49. per l. enim ab vno, ff.
de legat. 2. Menoch. d. præsum. 108. num. 11. vbi ponit
14 exemplum in onere † legati relicto per modum
compensationis, cum debito dotis, quæ compen-
satio non poterat habere locum in persona substi-
tuti, & nihilominus onus illius legati, videtur etiã
ab ipso substituto repetitum, per *Bartolum, Angel.*
Imol. & Paul. de Castr. in l. seruo legato, §. si testator,
ff. de legat. 1.

Amplia quartò, vt non solum procedat in hære-
15 de, verum etiam in † legatario, à quo fuerit reli-
ctum legatum, vel fideicommissum alteri; quia, si
postea testator priuauit legatarium, & transtulit le-
gatum in alium, censetur translatum cum onere
iniuncto primo legatario, *Iason in d. l. licèt Impera-*
tor, num. 51. per l. Caio, in princ. ff. de alim. & cib. le-
gat. l. alumna, in princ. ff. de adim. legat. Menoch. d.
præsum. 108. num. 12.

16 Amplia quintò, vt non solum † censeatur repe-
titum legatum, sed etiam qualitas ipsius legati, in-
tantum, quod conditio adiecta legato relicto ab in-
stituto, censetur repetita à substituto, *Iason in dict.*
l. licet Imperator, num. 52. per l. fin. § fina. ff. de fidei-
comm. libert. Arat. in l. pen. col. pen. ff. de vulg. & pupill.
subst. Menoch. d. præsum. 108 num. 13.

Limita primo vt procedat, quando legata fue-
rint ab initio vtiliter relicta ab instituto, secus quã-
17 do fuerint pro † non scripta; puta, quia relicta ab
hærede, qui tempore conditi testamenti non erat
in rerum natura; quia tunc non censerentur repe-
tita à substituto, *Iason in dict. l. licet Imperator, num.*
56 ff. de legat. 1. per l. quidam referunt, in princip. ff.
de iure codic. vbi Bald. Angel. Comens. & Flor. A-
lexand. in d. l. licèt, num. 9. Menoch. d. præsum.
108. num 14.

Limita secundò, vt procedat in substituto vni-
uersali; secus in † substituto particulari in aliqua re:
18 quia tunc ab eo non censentur repetita legata facta
ab instituto, *Iason in dict. l. licèt Imperator, num. 58.*
per Baldum in l. quoties, in fine, C. fam. l. herciscund.
& in l. vnica. §. pro secundo, column. vltim. C. de ca-
duc. tollend. Alexand. in dict. l. licèt Imperator, num.
12. Menoch. d. præsumpt. 108. numer. 15. Quia
19 † substitutus in re certa habetur loco legatarii, *l.*
quoties, ff. de hæred. instit. &, per consequens cum
non succedat in totum locum instituti, non tene-
tur persoluere legata relicta ab ipso instituto.

Limita tertiò, vt non procedat, quando quis †
20 fuerit institutus hæres sub conditione, quæ non est
verisimiliter ventura, & grauatus legatis, eique
fuerit datus substitutus simpliciter, aut sub contra-
ria conditione, verisimiliter euentura; quia tunc
legata relicta ab instituto, non intelligerentur re-
petita ab ipso substituto, *Corn. Iason, Alexand. in*
d. l. licèt Imperator, ff. de legat. 1. ille, numer. 5. iste,
numer. 59. hic, numer. 18 Menoch. dict. præsumpt.
108. num. 17 Cuma. in d. l. licèt Imperator, column. 2.
21 Quia videtur † magis dilexisse substitutum, quàm
institutum, quem instituerat sub conditione veri-
similiter non extitura, &, per consequens, cessat
ratio principalis conclusionis; quia si testator gra-
uauit institutum, vti magis dilectum, ergo multo
magis videtur voluisse grauare substitutum minus
dilectum, *l. Publius, §. 1 ff. de condit. & demonstr.*

Limita quartò, vt procedat, quando vnus esset
institutus, & alius substitutus, secus, quando vnus
& idem esset institutus, & etiam substitutus; quia
tunc † legata relicta à gradu institutionis non intel- 22
ligerentur repetita in substitutione, *Iason in d. l.*
licèt Imperator. numer. 60. per l. 1. § si proponatur, ff.
si quis omiss. causa testament. quia (inquiunt) aliàs
substitutio esset inutilis, si commodum ex ea non
præstandi legata minimè sentiret, *Menoch. dict.*
præsumpt. 108. num. 18. Raphael Cuma. in d. l. licèt
Imperator, column. 2. vbi etiam *Alexand. column. vl-*
tim. Angel. Imol. & Raphael Cuma. in l. si Titius, ff.
de vulgar. & pupillar. subst. Paul. de Castr. & Ale-
xand. in l. sed si plures, §. fin. ff. eod.

Limita quintò, vt non procedat, quando † te- 23
stator aliquid aliud reliquisset legatario præstan-
dum à substituto, quia tunc legatum ab instituto
relictum, non censeretur à substituto repetitum,
Menoch. d. præsumpt. 108 numer. 19. per l. licèt Im-
perator, in text. ibi, quid enim si aliam rem, ff. de le-
gat. 1. vbi etiam *Bart. & Iason. ille, numer. 4. versic.*
primum exemplum; iste, num. 22. Tum, quia non
est verisimile † testatorem voluisse grauare substi- 24
tutum duplici onere legatorum, eidem legatario
præstandorum, *Iason in d. l. licèt Imperator, sub nu-*
mero 22, vbi ideo subiicit, secus videri, si à substitu-
to fuissent † relicta legata aliis legatariis, *Dyn. Cum.* 25
& Paul. de Castr. in eadem l. licet, per l. Titia, §. qui
manu. ff. de legat. 2. Tum etiam, quia † expressum 26
facit cessare tacitum, *l. cum filio, § fin. ff. de vulg. &*
pupill. substit. Bald. in l. testamento, in 2. opp. C. eod.
& in l. cum proponas, col. 2. C. de hæred. inst. Mascar.
volum. 2. de probat. conclus. 1043. num. 21. Rimin. iu-
nior cons. 738. num. 17. & consil. 750. num. 15. vol. 7.
Menoch. consil. 706. num. 26. volu. 8. & consil. 303.
num. 2. volum. 4. & consil. 111. numer. 31. volum. 2.
Surd. in tract. de alim. tit. 6. quæst. 3. num. 142. Bo-
nifac. Roger. consil. 9. numer 32. & consil. 3. numer.
127. & consil. 19. num. 44. & cons. 7. num. 42. & con-
sil. 21. num 14. & consil. 23. num. 7. volu. 1. Marca-
brun. ab Anguill. consil. 16. num. 73 & cons. 83. num.
75. Becc. consil. 39. numer. 24. & 25. Paseth. consil.
69. numer. 14. Surd cons. 152. num. 21. & cons. 198.
num. 4. vol. Hieron. Gabr. consil. 94. num. 5. & cons.
137. num. 40. volum. 2. Laurent. de Pinu, consil. 69.
numer. 12. Itemque expressum † facit cessare præ- 27
sumptum; *l. ita, ff. de liberis & posthumis, l. clement*
patronus. ff. de hæred. instit. Bald. in l. in multis, circa
fin. ff. de stat. homin. & in l. fin. C. de donat. ante nup.
Marcabrun. ab Anguill. consil. 61. num. 121.

Limita sextò, vt non procedat, quando certa † 28
fuisset causa relinquendi legatum ab instituto, quæ
in substituto cessaret, vt, puta, si † testator reliquisset 29
legatario, vt bona instituti administraret, quæ ra-
tio cessaret in substituto, qui fortè esset vir diligens
& idoneus, se & sua administrare; tunc enim lega-
tum non censeretur repetitum ab ipso instituto,
Menoch. d. præsum. 108. numer. 20. per d. l. licèt
Imperator, in text. ibi, vel quid si certa causa, vbi
etiam Bartol. & Ias. ille, num. 4. vers. secundum ex-
emplum, iste, num. 25. vol. 7. vbi etiam exemplificat,
quando testator † legasset ab instituto rem, quæ in 30
totum esset ipsius hæredis instituti; tunc enim illud
grauamen

grauamen non intelligeretur repetitum ab ipſo
ſubſtituto; eo, quia idem ſubſtitutus haberet ne-
ceſſe redimere illam rem, quod nõ haberet facere
inſtitutus, quia eſt ſua, & faciliores ſunt teſtatores
31 † ad legandum rem propriam, vel hæredis, quàm
ad grauandum, vt redimatur res aliena, *l. vnum ex*
familia, §. ſi rem, ff de lega. 2. Item exemplificat,
32 quando teſtator † reliquiſſet ab inſtituto aliquod
factum eius perſonæ cohærens ſub pœna, vt, quia
grauaſſet hæredem inſtitutum ſcientem benè ſcri-
bere, vt ſcriberet talem librum tali Eccleſiæ; quia
tunc ſubſtitutus, qui neſciret ſcribere, non videtur
grauatus, ſecundum *Dyn. Rayn. Salic. & Raphael.*
Cuman.

33 Limita ſeptimò, vt non † procedat, quando le-
gatarius ſeu fideicommiſſarius eſſet ſubſtitutus à
teſtatore in parte hæreditatis; quia tunc ex conie-
cturata voluntate teſtatoris, non præſumitur lega-
tum relictum ab inſtituto, eſſe repetitum à ſubſti-
34 tuto, ne † legatarius, idemque ſubſtitutus ſimul, &
ſubſtitutionem & legatum habere videretur, *Bart.*
in d. l. licèt Imperator, per illũ tex. ibi, vel quod ſi ſubſti-
tuit, n. 4. verſ. tertium exemplum, ff. de legat. 1. vbi etiã
Iaſ. in octauo not. Menoc. d. præſum. 108. num. 21. Quia
35 † vna & eadem ſubſtitutio non debet cenſeri diuer-
ſo iure, *l. iam hoc iure, in princ. ff. de vulgar. & pupill.*
ſubſt. l. quamuis, & l. hæreditatẽ, C. eod. ex quo itaq;
duo fuerint ſimpliciter ſubſtituti, præſumitur te-
ſtator voluiſſe eos æqualiter venire ad ſucceſſionẽ.

Infero ad notabilem quæſtionem, Teſtator in-
36 ſtituit † filium ſuum impuberem hærędẽ vniuer-
ſalem, & vxori legauit vſufructum, & ſi filius impu-
bes decederet in pupillari ætate, ſubſtituit ei fratrẽ
ipſius teſtatoris, & dictam vxorem, mortuo impu-
bere, ambo ſubſtituti veniũt ad hæreditatem, qui-
libet pro dimidia, ſed vxor prætendit habere præ-
cipuum vſufructum, tamquam à ſubſtituto repeti-
tum, per iura & rationes prædictas, terminatur
quod non poſſit, *Bart. Salic. Iaſ. & Paul. de Caſt. in*
d. l. licèt, Grat. conſ. 18. num. 24. lib. 2. Intelligo pro-
37 cedere, quando mater † ſuccederet filio ex tacita
vulgari, ſecus, ſi ex pupillari; quia tunc, cum ex
perſona filii habuiſſet initium pro parte, debebi-
tur vxori ex perſona ipſius pupilli, ex qua initium
habuit, *Bart in d. l. licèt Imperator, n. 5. in fin. Menoc.*
d. præſum. 108. nu. 23. Iaſ. in d. l. licèt Imperator, in 8. not.
per l. ex ratione, § quod vulgo, ff. ad l. Falc. Bal. in l. non
iuſtã, C. ad Treb. Ang. & Cuma. in d. l. licèt Imperator.

38 Tertius erit caſus, quando † legatum fuiſſet re-
lictum ab inſtituto, nominatim expreſſo proprio
eius nomine; quia teſtator dixiſſet; Inſtituo Caium
hæredẽ, cui ſubſtituo Sempronium, & ipſum Caiũ
damno dare centum Mæuio; tunc enim legatum
relictum ab inſtituto, non cenſetur repetitum à
ſubſtituto vulgariter, *Menoch. lib. 4. præſum. par. 2.*
præſum. 108. num. 24. vbi teſtatur hanc eſſe magis re-
* ceptam * ſententiam, *Bar. Alexan. & Iaſon in d. l. li-*
cèt Imperator, ff. de legat. 1. ille, num. 4. verſ. primo ca-
ſu, aut fuerunt. iſte, ſub eodem numero 4. hic, num. 36.
* vbi teſtatur magis communem * opinionem, idem
Iaſon conſ. 95. num. 1. lib. 1. Hercul. in l. 1. §. id quod, col.
3. verſ. contrariam, ff. ad l. Falcid. vbi etiam ait hanc
* eſſe communem * opinionem, à qua in iudicando
non eſſet recedendum, *Alciat. in tract. de præſumpt.*
reg. 2. præſumpt. 35. num. 2. Franc. Mantica de coniect.
vlt. volũ. lib. 8. tit. 2. ſub nu. 15.

Adducti primò, authoritate † *l. ſi plures, ff. de le-*
gat. 3. l. Celſus, §. quod alicuius, ff. de legat. 2. l. 1. §. id 39
quod ex ſubſtitutione, in fin. ff. ad l. Falcid. l. 1. C. ſi quis
omiſſ. cauſa teſtam.

Secundò ratione, quia † quando legatum eſt re- 40
lictum ab inſtituto, proprio eius nomine expreſſo,
videtur grauata perſona, non autem hæreditas, *l.*
quoties, & l. nonnunquam, ff. ad Trebell. ideo onus
perſonale non debet tranſire ad alium.

Licèt alii tenuerint † contrariam ſententiã, inter 41
quos fuit *Paul. de Caſt. & Cuma. in d. l. licèt Imperator,*
ff de legat. 1. ille, n. 4. iſte, col. pen. verſ. & opinio iſta.

Mori primò † per *l. non iuſtam, C. ad Trebell.* vt
eam ponderat *Paul. de Caſtr. in d. l. licèt Imperator,* 42
num. 4. Sed reſpond. quod ibi † inſtitutus non fuit 43
nominatim grauatus.

Secundò, per *l. 1. §. id quod ex ſubſtitutione, ff. ad*
l. Falcid. vt † illum ponderat *Alciat. de præſum. reg.* 44
2. præſumpt 35. n 3. Sed reſpond. quod † illa verba, 45
non augebuntur, interpretanda ſunt, vt nullo mo-
do debeantur, *Angel Imol. Alexan. & Iaſ. in d. l. licèt*
Imperator, num. 30 & 37.

Tertiò, quia licèt † expreſſum fuerit proprium
nomen hæredis, attamen præſumitur id demon- 46
ſtrationis cauſa factũ, *l. ſi ſeruus legatus, §. qui Mar-*
garitam, ff de legat. 1. Iaſon in l. cum quam, n. 4. C. de
fideicom. Sed reſp. quod expreſſio proprii nominis
eſt † loco taxatiuę, *Bar in d. l. licèt Imperator, & in §.* 47
id quod ex ſubſtitutione, vbi etiã Hercul. col. pen. in fin.

Et noſtra, & communis * concluſio procederet,
etiam ſi † taxatiuè inſtituto impoſitum fuiſſet onus *
legatorum, *Menoch. d. præſum. 108 ſub num 24. Bart.* 48
& Hercul. in dict. §. id quod ex ſubſtitutione. Idemque
eſſet, quando † legatum fuiſſet relictum ab inſti- 49
tuto, nõ quidem nomine proprio expreſſo, ſed no-
mine appellatiuo, quod nominis proprii vicẽ ob-
tinet, puta, ſi ſolus inſtitutus fuerit, *Menoch d. præ-*
ſum. 108 num. 34. Paul. de Caſtr. in d. l. licèt Impera-
tor, num. 4. ff. de legat. 1.

Reſtringe caſum prædictum, quando † ex con-
iecturis appareret teſtatorem voluiſſe legatum re- 50
petere à ſubſtituto, licèt ab inſtituto nominatim
relictũ; quia tunc, iure optimo repetitum à ſubſti-
tuto cenſeretur, *Menoch. d. præſum. 108. num. 35. arg.*
l. quid ergo, ff. de legat. 1.

Prima itaq; erit † coniectura fauore alimentorũ,
Iaſ. & Alex. in d. l. licèt Imperator, ff. de leg. 1. ille, n. 38. 51
iſte, n 12. gloſſ & Bart. in l. 4. §. vlt. & in l. Mela, ff. de
alim. & cib. legat. Iaſ. conſ. 95. n. 2. lib. 1. Dec. conſ. 182.
col 3. & cõſ. 273. col. 1. Hercul. in l. 1. §. id quod ex ſubſti-
tutione, col. 3. verſ. hanc tamen, ff. ad l. Falcid. Menoc.
d. præſump. 108. num. 36.

Secunda erit coniectura, fauore † piæ cauſæ, vt 52
cenſeantur repetita à ſubſtituto legata, & ſi ab inſti-
tuto nominatim relicta; *Iaſ. & Alex. in d. l. licèt Im-*
perator, ille, n. 38 iſte, n. 12. Ruin. conſ 116. n. 4. & 5. &
conſ. 139. n 13. lib. 3. Dec. conſ. 182. col. 3. & conſ. 273. col.
1. Herc. in d. l. 1. §. id quod ex ſubſtitutione, col. 3. ff. ad l.
Falci. Menoch. d. præſum. 108. n. 37. Grat. conſ. 15. n. 24.
vol. 2. Fran. Mant. de coniect. vlt. volũt. lib. 8. tit. 2. n. 16.
Roma. in Auth. ſimiliter, n. 62. C. ad l. Falcid. Alex. in l.
ſi duob. §. 1. ff. de leg. 1. Dec. conſ. 128. n. 2. verſ. & ad hoc
etiã facit, Tiraq. de priuil. piæ cauſæ, 36. priui. per l. 4. §.
Lucius, ff. de alim. & cib. lega. Bar. in l. Mela, in prin. ff.
eod. Soc. de reg. & fall. reg. 410. priuil. 35. Iaſ. in l. ſi fun-
dum Stichum, col. 1. ff. de legat. 1.

ARGVMENTVM.

Quid sit pupillaris substitutio?

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris substitutio quid sit, num. 1. & seq.*

2 *Pupillaris est, substitutio directa, quo testator hæredem filio suo facit, casu, quo filius propter ætatem sibimet facere non poterit, num. 2. examinatur, num. 4. 5. & 6.*

3 *Diffinitio, vt dicatur bona, quæ habere debeat.*

7 *Pupillaris est quæ a patre, filio pupillo fit, vt ei intra pupillarem ætatem mortuo, succedi posset, nu. 7. refellitur, num 9. & 10.*

8 *Diffinitio omnis est periculosa.*

11 *Pupillaris est ordinatio hæredis à patre, in testamento filio impuberi in potestate constituto, facta sub ea conditione, si impubes decesserit, num. 11. refutatur, num. 12. & 13.*

14 *Pupillaris est illa, quæ a parente pupillo fit, aut velut facta subauditur, nō vt sibi, sed vt pupillo succedatur, si intra tempus pubertatis, aut tempus ab eo præfinitum pupillus decesserit.*

15 *Pupillaris est substitutio, quæ a parente fit pupillo, in sua potestate existenti, aut velut facta a lege subintelligitur, si intra aliquod tempus ante pubertatem decesserit.*

16 *Pupillaris est sequens substitutio directa, quæ liberis impuberibus in potestate testantis constitutis, nec eius morte in alterius potestate recasuris, intra pubertatem fit.*

17 *Pupillaris est substitutio directa ab eo, qui sibi testamentum condit, facta liberis impuberibus in sua potestate constitutis, sub ea cōditione expressa vel tacita, si in ætate impubere decesserint, n. 13.*

QVÆSTIO LVII.

1 QVID † sit pupillaris substitutio?
Respond. esse substitutionem di-
2 rectam, qua † testator hæredem
filio suo facit, casu, quo filius pro-
pter ætatem sibimet facere non
poterit, vt mecum sentit *Sfortz.*
Odd. in prælud. compend. part. 3. quæst. 1. Et videtur
3 † bona diffinitio, quia constat ex genere & diffe-
rentiis, & conuertitur cum suo diffinito, vt debet,
Bart. in l. 1. ff. de testam. & in l. 1. in prin. ff. de acquir.
possess. Gulielm. de Bened. in cap. Raynutius, par. 2. in
materia vulgaris subst. nu. 7. l. 1. §. dolum, ff. de dolo.
4 Nam illa verba, substitutio † directa, fuerunt po-
sita loco generis, cum omnis substitutio pupillaris
sit directa substitutio; *l. Scæuola, ff. ad Trebell.* Et il-
5 la † verba, filio suo, fuerunt posita ad differentiam
vulgaris, qua sibi hæredem testator facit, *l. vnica, in*
6 *princ. C. de caduc. tollend.* Et illa † verba, propter æ-
tatem, ad differentiam adiecta fuerunt exemplaris,
quæ fit filio impedito testamentum facere defectu
mentis vel corporis, *l. humanitatis, C. de impub. &*
aliis substitut.

Zasius in tract. subst. in materia pupillaris, cap. 2.
7 *in prin. num. 1.* diffinit, esse † quæ à patre, filio pu-
pillo fit, vt ei intra pupillarem mortuo, succedi pos-
set; subiiciens, eam esse diffinitionem Legalem,
8 non Logicam, cum † omnis diffinitio sit periculosa,
l. omnis, ff. de reg. iur. eam tamen sequitur *Crass. in*
§. substitutio, quæst. 19.

Sed reiicitur primò, quia per eam † sequeretur, 9
quod possit fieri pupillaris substitutio, etiam filio
emancipato, aut aliàs non existenti in potestate
substituentis, contra *l. 2. in princ. ff. de vulg. & pup.*
substit. & Instit. in princ. de pupill. substit. Secundò,
quia non † comprehendit pupillarem tacitam, seu 10
à lege præsumptam, & subauditam, de qua *in l. iam*
hoc iure, ff. de vulg. & pupill. subst.

Antonius Fumeus in tractat. substit. in materia pu-
pillaris, in princ. num. 33. diffinit, quod est ordina-
tio † hæredis, à patre in testamento filio impuberi 11
in potestate constituto, facta, sub ea conditione, Si
impubes decesserit, subiiciens inde, eam verius esse
descriptionem, quàm diffinitionem.

Sed refutatur primò, quia † continet tantum 12
illam, quæ fit specificis verbis & expressis, non et-
iam eam, quæ in breuiloqua & compendiosa con-
tinetur, secundum *Paulum Leon. in tractat. subst.*
in materia pupillaris, sub numero 4. Secundò, quia † 13
poterit etiam sub alia conditione fieri, quàm sub
illa Si impubes decesserit, videlicet si intra deci-
mum quartum annum, *l. si ita quis ff. de vulg. & pu-*
pillar. substit.

Lancell. Polit. in tract. subst. in materia pupillaris,
num. 1. diffinit, quod est † illa, quæ à parente pu- 14
pillo fit, aut velut facta subauditur, non vt sibi, sed
vt pupillo succedatur, si intra tempus pubertatis,
aut tempus ab eo præfinitum, pupillus decesserit,
subiiciens esse rectam definitionem, & conuerti-
bilem descriptionem.

Paulus Leon. in tract. subst. in materia pupillaris,
numero 7 diffinit, quod est † substitutio, quæ à pa- 15
rentibus fit, pupillo in sua potestate existenti, aut
velut facta a lege subintelligitur, si intra aliquod
tempus ante pubertatem decesserit, quem sequi-
tur *Alexan. Trentacinq. in tract. eiusdem tit. part. 2.*
cap. 1 num. 1.

Couarr. in capit. Raynutius, §. 1. nume. 1. extra de
testament. diffinit, quod est † sequens substitutio 16
directa, quæ liberis impuberibus in potestate te-
stantis constitutis, nec eius morte in alterius pote-
statem recasuris, intra pubertatem fit, per *l. 2. ff.*
de vulgar. & pupillar. substitut. & l. regiam, 5. titu. 5.
partita 6.

Petrus Gregorius part. 3. Syntagm. iuris vniuersi,
lib. 42. capit. 17. numer. 4. diffinit, quòd est † sub- 17
stitutio directa ab eo, qui sibi testamentum condit,
facta liberis impuberibus in sua potestate consti-
tutis, sub ea conditione expressa vel tacita, si in æta-
te impubere decesserint, per quam, & in impube-
ris, & patris bonis succedit substitutus.

ARGVMENTVM.

Vnde dicatur pupillaris?

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris dicitur, quia pupillis tantummodo fit, num. 1. vel dicitur, quia sit vsque ad tempus pubertatis, & non vltra, num. 2. vel quia per eam pupillo succeditur, num 5.*

3 *Pupillus dicitur is, qui exiit de patria potestate.*

4 *Testamentum, quod pater facit filio, fingitur ipse filius fecisse post mortem patris.*

6 *Etymon non debet desumi ab effectu.*

QVÆ-

QVÆSTIO LVIII.



1 Nde dicatur pupillaris substitutio? Respond. ideo dici, quia † pupillis tantummodo fit, *Sfor. Odd. in prælud. compend. par. 3. quæst. 2. in prin.* * vbi testatur communem * opinionem, *Craff. in §. substitutio, q. 19. in fine*, vbi etiam * testatur communem * opinionem, *Zas. in tract. substit. cap. 2. sub num. 1. Lancell. Polit. in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, num. 1. vers. secundo quæro*, vbi subiicit, etiam quemlibet iuris imprudentem hoc dicere, *Bald. in tract. eiusdem tit. in materia pu-* 2 *pillaris, num. 1.* vbi subdit, etiam dici † pupillarem, quia fit vsque ad tempus pubertatis, & non vltra, *Paul. Leon. in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, num. 18. Aret. de pup. subst. Instit. num. 2. Pract. Papiens. tit. de forma libell. quo agitur ex substitut. pupill. num. 1.*

3 Et si opponatur, pupillus † dicitur is, qui exiit de patria potestate, *l. pupillus, in prin. ff. de verb. sign. Ant. Fume. in tract. subst. in materia pupillaris, nu. 35.* Ergo videtur non posse dici pupillaris, eo quia tantummodo fit pupillis, cum ipsa solum fiat in potestate existentibus, *l. 2. ff. de vulg. & pup. subst.* Resp. 4 hoc testamentum † quod pater facit filio, fingitur ipse filius fecisse post mortem patris, quo tempore pupillus verè dici potest, *Aret. & Ripa in d. l. 2. ff. de vulg. & pupill. subst. ille, num. 6. in fin. iste, num. 26. in fin.*

Thobias Nonius (Præceptor Sforz. Oddi) 5 dicebat, ideò † pupillarem nuncupari, quia per eam pupillo succeditur, non testatori, *Instit. de pupillar. substit. circa princ.* Sed reiicitur, quia ab effectu de- 6 sumpta est, contra doctrinam *Bart. in l. 1. num. 1. ff. de appellat.* quam refert & sequitur *Marc. Anton. Peregr. in tractat. de iure fisci, in princ. sub n. 1.*

ARGVMENTVM.

Quo iure fuerit introducta pupillaris?

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris fuit introducta moribus seu consuetudine Lacedæmoniorum, num. 1. contra, vt dicatur introducta moribus Romanorum, num. 8. ratio, num 9. 10. & 11.*

2 *Lacedæmonii olim solis regebantur consuetudinib.*

3 *Lacedæmoniorum consuetudines, licet in scriptis redactæ, adhuc dicuntur ius consuetudinarium, num 3. contra, num. 5.*

4 *Vsus feudorum, licet in scriptis redacti, adhuc consuetudines appellantur.*

6 *Lacedæmoniorum cõsuetudines possunt dici de iure ciuili, num. 6. & non debent probari, sed præsumuntur iudicibus nota, sicut ius ciuile scriptũ, num. 7.*

10 *Romani ex populi consuetudine, etiam iura induxerunt.*

11 *Verbum*, moribus, *in dubio debet intelligi de moribus vrbis Romæ.*

QVÆSTIO LIX.



1 2 Vo iure fuit introducta substitutio pupillaris? Respond. moribus seu consuetudine † Lacedæmoniorum, (qui olim † solis regebantur consuetudinibus, §. ex non *scripto, circa fin. Instit. de iure natur. gent. & ciuili) l. 2 in princ. vbi gloss. in verb. moribus, & Bart. num. 1. ff. de vulgar. & pupillar. substit. Instit. in princ. de pupill. subst. versic. nam moribus, Sforz. Odd. in prælud. compend. part. 2. quæst. 3. in princ.* vbi testatur id omnes * admittere, *Ripa in d. l. 2. numer. 22.* vbi * ait ita communiter * receptum esse, *Guliel. de Bened. in capit. Raynutius, part. 2. in materia pupillaris,* * *num. 19. extra de testam. Bald. in tract. substit. in materia pupillaris, sub num. 1. Bart. de Hucio in tractatu eiusdem tit. in materia pupillaris, sub num. 1. Lancell. Polit. in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, num. 1. circa fin. Constant. Roger. in tract. eiusdem tit. rub. 2. num. 2. Iason in d. l. 2. n. 10. Aret. Inst. tit. de pupill. substit. n. 2 in fin. Fran. Mantica de coniect. vlt. volun. lib. 5. tit. 12. n. 12 Bolog. in rub. ff. de vulg. & pup. subst. n. 50. in fin. Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. 2. c. 1. n. 2. vers. & ista,* vbi testatur communem * opinionem. *

Et quamuis Lacedæmoniorum † consuetudo 3 fuerit in scriptis redacta, adhuc deberet dici ius cõsuetudinarium, quoniam scriptura non inducit, sed quod prius erat inductum, in scripturã deducitur, vt per eam probetur, *l. cum res, C. de probat. l. contrahitur, ff. de pignor. Bart. Ang. Imol. & Alexand. in d. l. 2 ff. de vulgar. & pupill. substit. Aret. Instit. tit. de pupill. substit. sub num. 3 Boer. consil. 8. numer. 17.* * vbi ait id omnes * testari, sicut † vsus feudorum, li- 4 cèt in scriptis redacti, adhuc consuetudines appellantur; *Gulielm. de Bened. in d. tit. de pupill. substit. sub num. 19. Iason in l. moribus, in princ. sub numer. 11. ff. de vulgar. & pupillar. subst. Alexand. Trentacinq. in d. cap. 1. num. 4. cum concord. in mea 1. cent. feud. q. 15. num. 33. fol. 135.* Licèt *Bart. de Hucio in tract. subst. in materia pupillaris. num. 1.* dixerit, non posse dici † consuetudinariũ, cum fuerit in scriptis redactũ, 5 non ad perpetuam rei memoriam, sed dispositiuè & animo legis condendæ. *Iason in d. l. 2. sub num. 10.* vbi testatur hanc opinionem in puncto iuris esse veriorem, *Salic. in d. l. si testamento, C. de impube. & aliis substit. vterque Soc. senior scilicet & iunior, in d. l. 2.* vbi etiam *Raph. Cuma. Alexand. Trentacinq. in d. cap. 1. num. 6 vers. ex prædictis.*

Veruntamen non negamus, cum dictæ ciuitatis consuetudo fuerit † in scriptis redacta, & à iure ci- 6 uili Romanorum approbata, quin etiam posset dici de iure ciuili, *argum. l. more, ff. de acquir. hered. l. more, ff. de iurisd. omn. iud. l. 1. vbi gloss. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. 1 ff. ad Vellean. G. de Bened. in cà. Raynutius, part. 2. rub. de pup. subst. sub nu. 19. extra de testam* vbi subiicit, licèt apud Lacedæmones dici poterat ius non scriptũ & consuetudinariũ, tamen, quoad Romanos originẽ habuit à scriptura, & dicitur ius ciuile † scriptum, quod non erit necesse, 7 nec allegare, nec probare iudici, cum de se notum sit, & ab omnibus sciatur, & intelligi debeat, & secundum illud, etiam non à partibus allegatum nec probatum, iudex habeat necesse iudicare, *Bald. in tract. subst. in materia pupillaris, n. 1. circa fin. Bar. de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, sub n. 1. Lancell. Polit. in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, n. 3. circa fin. Zas. in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, sub n. 6 Paul. Leon. in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, n. 31. in fin. Const. Roger. in tract. eiusdẽ tit. rub. de pupill. subst. num. 2.*

Non desunt tamen qui tenuerint pupillarem † 8 substitutionem fuisse introductam morib. Roma-

norum, inter quos fuit *Zasius in tract. subst. in materia pupillari, num 6.* huicque sententiæ nihil in contrarium referri posse, fatetur *Polit. in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris substit. num. 1. in fine, Paul. Leon. in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, n. 21. Socin. iunior in d. l. 2. num. 32. vers. & quid ita, Petr. Gregor. par. 3. Syntagm. iuris vniuersi, lib. 42. cap. 17. circa princip.*

9 Adducti præcipuè, quia † non est necessaria consequentia, Lacedæmones solis viuebant consuetudinibus; ergo iura dicentia moribus fuisse introductam pupillarem substitutionem, debere interpretari de moribus & consuetudinibus Lacedæmo-
10 niorum, cum etiam, & † Romani iura induxerint ex populi consuetudine tantum; *§. constat, & §. ex non scripto, Instit. de iure natur. gent. & ciuil. l. de quibus, ff. de legibus, l. more, ff. de iur. omn. iudic. l. patre furioso, 2. resp. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris, iuncta l. nam ciuium, ff. eod. l. more, ff. de feriis.* Et cum
11 illud † verbum (*moribus*) posset intelligi variis modis, in dubio debet intelligi per antonomasiam de moribus vrbis Romæ, *§. sed quoties, Instit. de iure natur. gent. & ciuili.*


ARGVMENTVM.

Quare fuit introducta pupillaris?

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris fuit introducta, quia cum pupillus in ea sit ætate, vt testamentum facere nequeat, nec liberos procreare, pater de cuius consilio, erga filios multum lex confidit, posset ei de hærede prouidere, num. 1. 2. 3. 4. & 5.*
2 *Pupillus non potest facere testamentum.*
3 *Pupillus non potest regulariter liberos procreare.*
4 *Lex multum de patre confidit, num. 4. cum amet filium plusquam seipsum, num. eod.*
6 *Pupillaris fuit introducta pupilli fauore.*
7 *Consuetudo vel statutum non valet, vt quis pro altero testari posset, n. 7. vel, quod voluntas testatoris conferatur in arbitrio alterius, num. 8.*
8 *Statutum, vt voluntas testatoris possit in alterius arbitrium conferre, non valet, n. 8. rationes, n. 9. 10. 11. 12. 13. 14. & 15. contra, & malè, num. 16. ratio, num. 17.*
10 *Speciale in vno, ius cōmune in contrarium statuit.*
11 *Captatoria dispositio repugnat bonis moribus.*
12 *Consuetudine contraria induci non potest, quòd reprobatur tanquam contra bonos mores.*
13 *Diffinitio ostendit essentiam & rei quidditatem.*
14 *Testamentum quid est.*
15 *Consuetudo contra substantiam actus, est irrationabilis & inualida.*
17 *Captatoria dispositio fauore piæ causæ valet.*

QVÆSTIO LX.



1 QVARE fuit introducta pupillaris
2 substitutio? Respond. cum † pupillus in ea sit ætate, vt testamentum sibi ipsi facere non possit, *l. qua ætate ff. de testamen.* vbi communiter * Doctores, vt testatur
* *Crass. in §. testamentum, q. 20. nu. 1. § præterea, Instit. quibus non sit permissum facere testamentum, Tiraqu. de priuil. piæ causæ 9. priuil. col. 3. vers. ex quo, fol. 41.*
3 nec regulariter † liberos procreare, *l. impuberes, C. de pœn. l. auxilium, § in delictis, ff. de minoribus,* rationabile visum fuit, vt pater (de cuius † consilio 4
erga filios iura multum confidunt. *l. fin. C. de cur. fur.* cum filium † diligat plusquam seipsum, *l. isti* 5
quidem, ff. de eo quod met. caus.) ei de hærede possit prouidere, hancque rationem approbauit *Paulus Leon. in tract. subst. in materia pupillaris, n 34. & 35. Zas. in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, num 6. in fin. Gul. de Bened. in cap. Raynutius, par. 2. in materia pupillaris, sub num. 2. Ias. in l. 2. num. 1. in fine, ff. de vulg. & pup. subst. Crass. in §. substitutio, q. 22. n. 2. in fin. Menoch. lib. 4. præsum. par. 2. præsum. 47. num. 5. Bart. in l. 2. n. 5. vers quod dicemus. ff. de vulg. & pupill. subst. Aret. Instit. de pup. subst. n. 4. Franc. Mantica de coniect. vlt. volu. lib. 5. tit. 12. num. 8. circa med. Hieron. Gabr. consil. 169. sub num. 39. vol. 1. Alexand. Trentacinq. in tract. subst. par. 2. cap. 3. num. 1.*

Infertur primo, substitutionem † pupillarē fuis- 6
se introductam pupilli fauore, *Lanc. Polit. in tract. subst. in materia pupillaris, num. 7. vers. 4 principaliter quare, per l. si pupillus, ff. de acquir. hæred. Aret. inst. in materia pupill. not. vlt. n. 1. in fin. Soc. iun. in d. l. 2. sub n. 2. per gloss. in l. ex tribus, C. de inoffic. testam. l. amicissimos, in prin. ff. de excus. tut. Fran. Mant. de coniect. lib. 5. tit. 12. sub n. 12. Afca. Clemēs de patr. potest. c. 4. n. 14. & effectu 15. n. 14. Cephal. consil. 114. n. 20. vol. 1. Alex. Trentacinq. in tract. substit. par. 2. cap. 3. sub n. 1.*

Infertur secundò, non † valere consuetudinem, 7
vel statutum introducens, quod quis alteri possit facere testamentum, cum rationes supra adductæ cessarent, *Ias. in l. 2. sub num. 1. ff. de vulgar. & pupill. subst. vbi etiam Aret. Lancell. Polit. in tract. subst. in materia pupillaris, num. 4.*

Neq; valere consuetudinem vel statutum, vt † 8
posset induci, procedere dispositionem captatoriā, scilicet substantiam totius testamenti conferre in voluntatem alterius, *Aret. & Ias. in d. l. 2. sub num. 1. ff. de vulg. & pupill. subst. G. de Bened. in c. Raynutius, par. 1. vers. condidit, el. 1. sub n. 6. extra de testā.* Tum
quia † dictæ rationes, quæ militant, vt pater possit 9
pro filio testari, sunt speciales, & speciale in vno † 10
ius commune contrarium statuit, *l. 1. ad municipa.*
Tum quia dispositio captatoria repugnat † bonis 11
moribus, *l. captatorias, l. ille autem, ff. de hæred. instit. Abb. in c. cum tibi, extra de testam. Paul. de Castr. in l. captatorias, C. de testam. milit.* Et quod † reprobatur
tanquam contra bonos mores, non poterit contra- 12
ria consuetudine induci, *Bar. in l. omnes populi, q. 3. in princ. ff. de iust. & iure.* Tum etiam, quia † diffini- 13
tio testamenti († quæ ostendit essentiā & rei quid 14
ditatem, *l. 1. §. dolum, ff. de dolo*) est, quod † quilibet 15
sua voluntate disponat de rebus propriis, *l. 1. ff. de testam.* & consuetudo contra substantiam actus est irrationabilis & inualida; *c. 2. de consuet. lib. 6.*

Licèt contrariam † sententiam teneant *Angel.* 16
Alexan. & Soc. quos refert & sequitur *Soc. iun. in d. l. 2. n. 7 & 8.* vbi eam dixit communem, * quia (in- *
quiunt) si † potest induci, vt valeat dispositio ca- 17
ptatoria fauore piæ causæ, *Tiraq. de priuil. piæ causæ, 64. priuil. per gloss. c. cum tibi, extra de testam.* ergo videtur, posse idem generaliter induci noua lege vel consuetudine, *Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. 2. c. 1. n. 3. vers. & cum superior,* vbi eam testatur esse cōmunem, * *Polit. in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, in 3 quæsito. Vasq. de success. progr. lib. 2. §. 13. nu.* *
14. & 16. Rum. consil. 21. lib. 2.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Quæ requirantur, vt habeat locum pupillaris?

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris, vt locum habeat, octo requiruntur, n. 1. declara, num. 2. & 15.*
3 *Pupillaris fit ei, qui est de liberis ipsius testatoris.*
4 *Pupillaris fit impuberi.*
5 *Pupillaris fit ei, qui est in potestate, num 5. ita quod morte testatoris efficitur sui iuris, & in alterius potestate non reincidat, num. 6. ratio, num. 7.*
7 *Pater potest testari pro filio, eius ætatis defectu, num. 7 secus, si filius esset in alterius potestate, vel alia ratione intestabilis, num. 8.*
9 *Pupillaris fit ei, qui non desierit esse in potestate ante mortem testatoris, num 9. puta, per emancipationem vel adoptionem, num. 10. secus in capto ab hostibus, num. 11.*
12 *Pater non aliter pupillariter substituere posset, nisi prius sibi testamentum faciat.*
13 *Pupillaris fit impuberi instituto, vel exhæredato.*
14 *Pupillaris, vt valeat, requiritur quod ipsius patris adeatur hæreditas.*

QVÆSTIO LXI.



VOT requirantur, vt habeat locum † substitutio pupillaris? Re-
1 spon. Octo, *Bart. in l. 2. ff. de vulgar. & pupill. subst. Gul. de Bened. in capit. Raynutius, part. 2. in materia pupillaris substitutionis, sub numero 20. Sforz. Odd. in prælud. compend. part. 3. quæst. 4. in princ.* vbi testatur hanc esse omnium *
* sententiam, *Syluest. Aldobr. in addit. ad gloss. in vers. liberis, Instit. in princip. de pupillar. substit.* vbi ait id omnes * sequi, *Bald. in tract. subst. in materia pupil-*
* *laris, num. 2.* vbi dicit ita omnes * Doctores tenere
* *Bartol. de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, sub num. 1. Zasius in tract. substitut. cap. 28. num. 7. Alexand. Trentacinq. in tract. eiusdem tit. part. 2. cap. 7. in princip.* Intellige, quo ad validitatem † ipsius pupillaris à principio, & quo ad eius
2 conseruationem & effectum, *Lancell. Polit. in tractat. substit. in materia pupillaris, num. 21. vers. debuit igitur, Crass. in §. substitutio, q. 21 in prin. Aret. Inst. rub. de pupill. subst. num. 2.*

Primò namque requiritur, quod ille † cui hæc
3 fit substitutio, sit de liberis testatoris, *l. 2. in text. ibi liberis, ff. de vulgar. & pupill. subst. vbi R pa numer. 16.* testatur id esse receptissimum, * *Crass. in §. sub-*
* *stitutio, quæst. 21. num. 1. in fin. Aret Instit. in tract. substit. in materia pupillaris, num. 1. gloss. in vers. liberis, Instit. in princ. de pupill. subst. Bal. in tract. subst. in materia pupillaris, sub nu. 2. Lancell. Polit in tract. subst. in materia pupillaris, sub n. 22 Paul. Leon. in tr. subst. in materia pupillaris, num. 62. Alexan. Trentacinq. in tract. eiusdem tit. cap 7 num 1. part. 2.*

4 Secundo requiritur, quod † sit impubes, *d. l. 1. in text. ibi, impuberibus, Instit. in princ. de pupill. substit. Crass. in §. substitutio, quæst. 22. numer. 1 Sforz. Odd. in d. quæst. 4 num. 3. gloss. in versic liberis Instit. in princ. de pupill subst. Paul. Leon. de substit. in materia pupillaris, num. 101. Constant. Roger. in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris substitutionis, §. 2. n. 15 versic. tertiũ, Mascar. vol. 3. de probat. concl 1347. sub numero 1. Mantica lib. 5. de coniect. vlt. volunt. tit. 9. sub num. 1. Alexand. Trentacinq. in tract. substit. par. 2. cap. 8. num. 1.*

Tertio requiritur, † quod sit in potestate, *d. l. 2.* 5
in text. ibi, quod sic erit, Instit. in princ. de pupill. subst. Crass. in §. substitutio, quæst. 23. in princ. vbi testatur id omnes * tenere, *Sforz. Odd. d. quæst. 4. num. 4.* *
Gul. de Bened. in dict. tract. pupill. subst. num. 31. gloss. in vers. liberis, Instit. de pupill. subst. in princip. Anton. Fume. in tract. substit. in materia pupillaris, num. 45. Constant. Roger. in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, §. 2. sub num. 2. Ascan. Clemens de patria potest. effect. 15. sub num. 5. Menoch cons. 775. num. 6. vol 8 Hieron. Gabr. consil. 98. num. 2. volum. 2. Thom. Doceus cons. 67. num. 6. Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. 2. cap. 9. num. 1.

Quarto requiritur, quod † morte testatoris effi- 6
ciatur sui iuris, & in alterius potestate non reincidat, *d. l. 2. vers. plane posthumis, Sforz. Odd. d. quæst. 4. num. 5.* vbi testatur id omnes * notare, *Crass. in* *
§. substitutio, quæst. 23. nu. 8. vbi testatur communem * opinionem, *Alexand. Iason & Ripa in d. l. 2.* *
ille, num 18. iste, num. 20. hic, nu. 27 Fernand. Vasq. de success. progress. §. 14 num. 92. Bartol. de Hucio in tract. subst. in materia pupillaris, num 1. vers. quæro secundo, Const. Roger. in tract. eiusdem tit. rub. de pupill. subst. §. 2. sub num. 20. Anton. Fum. in tract. eiusdem tit. in princ. num. 45. Alexand. Trentacinq. in d. part 2. capit. 11 numer. 1. vbi ait ita omnes * testari. *
Ratio est, † quia licèt pater posset testari pro filio, 7
defectu eius ætatis, *§. 1 Instit. de pupill subst.* tamen
si filius reperiretur † in alterius potestate, vel esset 8
alia ratione intestabilis quàm defectu ætatis, testamentum pro eo facere non posset, *Bart. & Soc. iun. in d. l. 2. ff. de vulg. & pup. subst ille, num. 12. iste, sub n. 59. idem Bart. in l. in pupillari, ff. eod. Gul. de Cun. in l. precibus, C. eod. Alex. in d. l. 2. num. 18. Iaf. in d. l. in pupillari, sub num. 9.*

Quinto requiritur, quod non † desierit esse in 9
potestate ante mortem testatoris, *l. cohæredi, §. cum filia, ff. de vulg. & pup. subst. Fernand. Vasq. de success. progress. §. 14. n. 105. Crass in § substitutio, q 23. nu. 10.*
vbi testatur communem * opinionem, *Soc. iunior,* *
Iason. Ripa in d. l. 2. ille, n. 95. iste, n. 21. hic, n. 27. Sfor. Odd. in d. q. 4 n. 6. vbi testatur id omnes * tenere, *
Zas. in tract. subst. in materia pupillaris, ver. quinto requiritur, sub n. 15. Paul. Leon. in tract. subst. in materia pupillaris n. 155. Const. Roger. in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, §. 2. n. 64. Alex Trentacin. in tract. subst. par. 2 c. 12. n 1. vbi testatur communem * opi- *
nionem. Intellige, per † emancipationem, vel ad- 10
optionem, vt quia auo materno in adoptionem datus esset. *Crass. in §. substitutio, q. 23. n. 11. Capra de subst. pupill. n. 43 l. cohæredi, §. cum filia, ff. de vulg. & pupill. subst. Bart. in d. l. 2. sub nu. 14. Zasius in tract. subst. in materia pupillaris, sub n. 15. ver. quinto requiritur.* vbi testatur communem * opinionem, *§. sed* *
hodiè, Instit. de adopt. Bart. de Hucio in tract. substit. in materia pupillaris, sub n. 7. Bald. in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, sub numer 11. Paul. Leon. in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, nu. 155. Guil. de Bened. in d. cap Raynutius, par. 2. tit. de pupillar. substitut. numer. 51. extra de testam, secus, si exiret de patria † potestate, sed spes esset, quod reincidat
per fictionem, vt in capto ab hostib. *l. lex Cornelia,* 11
ff. de vulg. & pup. subst. l. pater, ff. de capt. & postliminio. Polit. de subst. in materia pupillaris, sub num 38.

vbi distinguit plures casus, *Bart. de Hucio in tract. subst. cap. 2. sub num. 7. Bald. in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, num. 11, in fin. Crass. in quaest. 12. n.*
* *72.* vbi testatur communem * opinionem, *Alexã. Socin. Ias. Ripa & Alciat. in d. l. 2. Capra in tract. pupill. subst. numer. 47. Vasq. de success. progress. §. 14, num. 107.*

12 Sextò requiritur, quod sibi † pater faciat testamentum, *dict. l. 2 vers. prim. & vers. quisquis autem impubere, Sfor. Odd. in d. quaest. 4. num. 7. Crass. in § substitutio, quaest. 24. in prin. Bart. in d. l. 2. sub nu. 2. Aret. Instit. in tract. subst. in materia pupillaris, sub num. 2. l. 1. in fin. ff. de vulg. & pupill. subst. l. si in testamento, C. de impub. & aliis subst. Guliel. de Bened. in cap. Raynutius, part. 2. in materia pupillaris, num. 53. extra de testam. Petr. Gregor. part. 3. Syntagm. iuris, lib. 42. cap. 20. in prin. Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. 2. cap. 13. num. 1.*

Septimò requiritur, quod impubes sit institu-
13 tus, vel exhaeredatus, *d. l 2. vers. sed si eos, Crass. in §. substitutio, quaest. 25. num. 1. Sforz. Odd. d. quaest. 4. nu. 8. Bar. in d. l. 2. n 2. & 18.* vbi reddit rationem, nè alias testamentum esset nullum, *Paul. Leon. in tract. substit. in materia pupillaris, num. 105. gloss. in versic libera, Instit. in princ. de pupill substit. Baldus in tract. substit. in materia pupillaris, sub num. 2. Bartol. de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, num. 1. in fin. Zasius in tract. eiusdem tit. cap. 2. num. 17. Constant. Roger. in tract. eiusdem tit. rubr. de pup. substit. §. 2. sub num. 23. Aret. Instit. rubr. de pupill. substitut num. 11. Alexand. Trentacinq. de substitut. part. 2. cap. 14. numer. 11.* vbi testatur communem*
* opinionem.

14 Octauò requiritur, quod patris adeatur haereditas, *dict. l. 2. vers. adeo, vbi Bart. sub numer. 2.* cum
* quo omnes * transire testatur *Crass. in §. substitutio, quaest. 26. in princ. Soc. iunior in d. l. 2. num. 78. Sforz. Odd d. quaest. 4. num. 9. Siluest. Aldobr. in addit. ad gloss. in vers. liberis, Instit. in princ. de pupill. subst. l. quaesitum, ff. de acquir. hered. l. ita tamen, §. quis suspectam. ff. ad Trebell. Bald. in tract. subst. in materia pupillaris, num. 2. in fin. G. de Bened. in d. tract. pup. substit. num. 68. Bartol. de Hucio in tract. substitut. in materia pupillaris, num. 1. in fin Zasius de substitut. cap. 2. num. 7. Paul. Leon. in tract. subst. in materia*
15 *pupillaris, num. 61. & 195.* vbi subiicit, dictorum † requisitorum, quaedam respicere eum, qui facit substitutionem, quaedam eum, cui substitutio fit, & quaedam tertiam personam, *Constant. Roger. in tract. subst. tit. 2. in materia pupillaris, §. 2. num. 46. fol. 51. Aret Instit. tit. de pupill. subst. num. 13. Menoch. de praesumpt. lib. 4. par. 2. praesump. 63. num 5 & consil. 303. num. 34. vol. 4. Gul. de Perus. consil. 31. n. 13. vol. 1. consil. diuers. vlt. volunt. Alexand. Trentacinq. in dict. capit. 14. num. 18.*

ARGVMENTVM.

Quibus liberis pupillariter substitui posset?

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris fit liberis legitimis, & naturalibus, num. 1. vel legitimis tantum, num. 2. nisi hodie casu quo non transiret in potestatem arrogantis, numer. 3.*

4 *Pupillaris facta arrogato non trahitur ad omnia bona pupilli, sed ad ea tantum, quae ab arrogatore habuit.*

5 *Pupillaris non potest fieri naturalibus tantùm, n. 5. nisi fuissent legitimati, num. 9. maximè per subsequens matrimonium, num. 10.*

6 *Naturales non sunt in potestate parentum.*

7 L. Lucius, ff. de vulgar. & pupill. substit. *verus & germanus intellectus.*

8 *Sforz. Odd. quasi ex vitio naturali, alienas subripiens subtilitates, tacito authore, noniter fuisse ab eo ponderatas, saepius prorumpit.*

11 *Pupillaris potest fieri liberis primi gradus, & vlterioris, num. 11. & natis, & nascituris, num. 12. contra, num. 13. soluitur, num. 15 & 16.*

13 *Posthumus non est in potestate patris, num. 13. sed sufficiet spes honesta & probabilis patriae potestatis, vt ei posset pupillariter substitui, num. 16.*

14 *Pupillaris est merus fauor, & merum commodum filii.*

15 *Posthumus habetur pro nato, quando tractatur de eius fauore.*

QVAESTIO LXII.

CIRCA praedicta requisita contingit de pluribus dubitari, ideo circa primum quaeritur de quibus liberis loquatur? Respond. intelligi † de liberis legiti- 1
mis & naturalibus, quib. pupillariter substitui posset, *Bart. in l. 2. num. 3. ff. de vulgar. & pupillar. subst. l si testamento, C. eod. Instit. in princ. de pupill. subst. Crass. in §. substitutio, quaest. 21. num. 2. Gulie. de Bened. in cap. Raynutius, part. 2. versic. si absque liberis, col. 2. in materia pupillaris substitutionis, num. 21. extra de testam. Bald in tract. substit. in materia pupillaris, sub nume. 3 Bartol. de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, sub numer. 2. Zasius in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, sub num. 7. Paul. Leon. in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, num. 64. Petr. Gregor. part. 3. Syntagm. iur. libr. 4. in cap. 22. in princip. Alexand. Trentacinq. in tract. substit part. 2. cap 7. sub nume. 1.*

Item, † intelligitur de liberis legitimis tantùm, 2
l. si arrogator, §. fin. ff. de adopt. l. sed si plures, §. in arrogato, ff. de vulgar. & pupill. subst. Bart. in d. l. 2. sub num. 3. Guliel. de Bened. in d. tract de pupilla. substit. sub num 21. Bald in tract. subst. in materia pupillaris subst. sub num. 3 Bart. de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris. sub num. 2. Zasius in tract. eiusdem tit. cap. 2. sub nu. 7. Paul. Leon. in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, num. 71. & 72. Nisi hodie, eo casu quo † filius adoptiuus in potestatem 3
non transiret adoptantis seu arrogantis, *§. sed hodie, Instit. de adopt. gloss. in d. l. 2. vbi Bart. sub num. 3. l. cum in adoptiuis, C. de adopt. Ripa in d. l. 2. num. 16. Sforz. Odd. in prelud. compend. par. 3. tit. 4. num. 2.* vbi testatur id omnes * nemine discrepante *
concludere, *Crass. in § substitutio, quaest. 21. num. 5.* vbi testatur hanc opinionem esse communem * & *
indifferenter receptam, *Fernand. Vasq de success. progress. lib. 2. §. 14. num. 3 Bartol. de Hucio in tract. subst. in materia pupillaris, sub num. 2. Lancell. Polit. in tractat. eiusdem tit. in materia pupillaris, sub nume. 22. Zasius in tract. eiusdem tit. cap. 2. sub nu. 7. Paul. Leon. in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, n. 74. in fin. Ascan. Clem. de patria potest. eff. 15. num. 17.*

Verum

4 Veruntamen † quando fieret pupillaris arro-
gato, non traheretur vniuersaliter ad omnia bona
pupilli, sed ad ea tantum, quæ ab arrogatore habu-
it, *Soc. Iun. in d. l. 3. num. 35. in fin. ff. de vulgar. & pupil.
subst. per glo. l. sed si plures, § in arrogato, ff. eod. l. si arro-
gato, ff. de adopt. Paul. Leon. in tract. subst. in materia
pupillaris subst. sub num. 72. Petr. Gregor. d. c. 22. nũ. 5.
Alex. Trentacinq. in d. c. 7. sub num. 1.*

5 Non etiam † intelligitur de filiis naturalibus
tantum, quibus substitui pupillariter non posset, *l.
Lucius, in tex. ibi, cum in naturalis filii persona, du-
plex substitutio locum habere non posset, ff. de vulgar.
& pup. substit. Bar. in d. l. 2. n. 3. Guil. Bened. in d. tract.
de pup. subst sub num. 22. Bal. in l. 2. per illum tex. C de
her. inst. Aret. instit. tit. de pup. substit. sub n. 4. Crass. in
§ substitutio, quæst. 21. num. 2.* vbi ait ita indifferenter
* omnes transire, *Fernan. Vasq. de success. lib. 2. § 14.
num 3. in fin. Ant. Fume. de subst. in materia pupilla-
ris, num. 37. Bald. in tracta. eiusdem tit. in materia pu-
pillaris, sub num. 3. Bart. de Hucio in tract. eiusdem tit.
in materia pupillaris, sub num. 2 Lancel. Polit. in tract.
eiusdem tit. in materia pupillaris, sub numero 22. Zas.
in tract. eiusdem tit. cap. 2. nũ. 8 Ascan. Clem. in tract.
de patria potestat. eff. 15. sub numero 5. Petr. Gregor. d.
c. 22. n. 5. Alex. Trentacinq. in d. c. 7. circa fin.* Quia fi-
6 lii † naturales non sunt in potestate parentum, *In-
stit. in prin. in tex. ibi, ex iustis nuptiis, de patria potest.
& § fin. Inst de nupt. Const. Roger. de subst. in materia
pupillaris, § 2. num. 1. in fin. Tiraq. in l. si vnquam
in versic. susceperit liberos, numero 58. C. de reuoc. do-
nat. l. item in potestate, & l. nam & ciuium ff. de his
qui sunt sui, vel alien. iuris, Bald. in l Gallus, § quidã
rectè, col. 3. versic. item facit ad aliud, ff de liber. &
posthum. Licet Sfor. Odd. in d. quæst. 4. num. 2. in fin.*
cogitandum relinquat quo ad filios naturales tan-
tum, ponderando nouiter (secundum meum) *tex.
d. l. Lucius, in fin. prin. ibi ver. aliter, si eiusdem ætatis,*
&c. quasi illa verba referantur ad filium naturalem
tantum, simul; & ad legitimum, & naturalem, de
quibus Paulus iureconsultus supra facti speciem
7 posuerat. Cum secundum † germanum intelle-
ctũ, *dictus versic. aliter,* &c. non referatur ad filium
naturalem, sed ad legitimos, & naturales, in quib⁹
erat tota vis decisionis illius casus, vt glo. ibi fate-
tur *in vers. liberi,* illũq; tex. ita ponderauit, & resol-
uit Paulus Leon. *in tract. subst. in materia pupillaris,
8 sub num. 76. ante Sforz. Od.* † Licèt ipse dicere autu-
mauerit tacito authore nouiter fuisse ab eo põde-
ratũ, vt sæpius, quasi ex naturali vitio alienas subti-
9 litates subripiẽs, prorũpit, Nisi † legitimari fuissẽt
per principẽ, vel alium habentem potestatẽ, *Aret.
Instit. de pupill. substit sub nũ. 4. per Auth. item si quis,
C. de natur. liber. § nulla, § illud, Auth. quib. mod. nat.
effic. sui, Lancell. Polit. in tract. substit. in materia pu-
pillaris, sub num. 22. Zas. in tractat. eiusdem tit. cap. 2.
numero 8. Paul. Leon. in tract. eiusdem tit. in materia
pupillaris, numero 67. Asca. Clem. de patr. potest. eff. 15.
sub num. 5. Bal. in tract. subst. in materia pupillaris, sub
10 num.* 8. Et multo magis, si fuissent † legitimati per
subsequens matrimonium, *Paul. Leon in tract. sub-
stit. in materia pupillaris, n. 65. per § si quis igitur dota-
lia, Auth. quib. mod. nat. effic. sui.*

11 Item intelligitur de † liberis primi gradus, &
vlterioris, *Bart. in d. l. 2. numero 3. in fin. Const. Roger.
in tracta subst. in materia pupillaris, §. 2. sub numero
1. Sforz. Odd. in d. quæst. 4. sub numero 2. Bald. in tract.
subst. in materia pupillaris, sub num. 3. Lancell. Po-
lit. in tractat. eiusdem tit. in materia pupillaris, sub nu-
mero 22. Zas. in tract. eiusdem tit. cap. 2. sub n. 7. Paul.
Leon. in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, num.
63. Soc. Iun. in d. l. 2. nu. 24. Guil. de Bened. in d. tract.
pup. subst. num. 25. Ascan. Clemen. in tract. de patria
potest. effe. 15. numero 24. Alex. Trentacinq. in d. cap.
7. in fin.*

Item intelligitur de † natis, & nascituris, *Bart.* 12
*in d. l. 2. num. 3. in fin. Const. Roger. in d. § 2. sub num.
1. Sforz. Odd. in d. quæst. 4. sub num. 2. Soc. Iun. in d. l.
2. num. 23 vbi Ias. n. 4. § non solum, Instit. de pup. subst.
Guil. de Bened. in cap. Raynutius, versic. si absq; liberis
el 2. in materia pupillaris subst. num. 24. vers sed ius nõ
obstantibus, extra de testam.* vbi testatur communẽ
* opinionem *Ant. Fume. in tract. subst. in materia* *
*pupillaris, sub numero 41. Alex. Trentacinq. in d. cap.
7. in fin.*

Licèt *Bal. in d. tract. de subst. in materia pupillaris,
numero 3. in fin.* quoad nascituros posthumos cogi-
tãdum relinquat, cum † posthumus non sit in po- 13
testate patris, *l. fi. in fi. ff. de coll bono l. 1. § fi ff. de assig.
lib. l. 1. § fi. ff. de suis, & legit.* Sed resp. quod † pupil- 14
laris substitutio est merus fauor, & merum com-
modum filii, *Ias. in l. 2. n. 4. ff. de vul. & pup. subst.
Ant. Gomez. tom. 1. vlt. vol. c. 4. num. 6. circa med. fol.
36. Franc. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 5. tit. 6. numero
27. & eod. lib. tit. 12. num. 41. & lib. 7. tit. 1. num. 33 ca-
pit si pater, de testam. lib. 6. l. Papinianus, § sed neque
impuberis, ff. de inoff. testam.* Sed quando tractatur
de fauore, posthumus † habetur pro iam nato, *l.* 15
qui in vtero, ff. de stat. hom. Vel generalius resp. (cũ
præcedens responsio videatur se restringere ad
existentes in vtero tempore testamenti) illud per-
mittit a lege dispẽsatiue, vt sufficeret pro patria po-
testate, spes † honesta, & probabilis, quod posthu- 16
mus nascatur, qui saltem reperitur conceptus tem-
pore mortis, licèt non tẽpore testamenti, *Soc Iun.
in d. l. 2. num. 23. circa fin. ff. de vul. & pup. subst. Ascã.
Clem. in tract. de patria potest. effe. 15. n. 13.*

ARGVMENTVM.

Vtrum pupillaris facta extraneo, valeat iu-
re fideicommissi?

SVMMARIVM.

*1 Pupillaris facta extraneo, vtrum valeat iure fidei-
cõmissi; distinguitur, numero 1. & 2 contra, vt
indistinctè resoluatur in fideicommissariam, nũ.
3. rationes, num. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. & 11 alii, vt in-
distinctè nullo modo valeat, num. 12. 13. 14. 15.
16. & 17.*

*2 Pupillaris facta extraneo, ascripta in codicillis, re-
soluitur in fideicommissariam, num. 1. ascripta
verò in testamento, resoluitur in vulgarem, n. 2.*

*4 Testamentum secũdum tollit primum, absque alia
reuocatione.*

*5 Testamentum primum à secundo approbatum, va-
lebit iure fideicommissi.*

*6 Actus, vbi peccat in materia, vel causa efficienti, de-
bet valere eo modo, quo potest.*

7 Testamentum est actus fauorabilis.

*8 Testamentum pro validitate, requiritur expressa,
& directa filii institutio.*

*9 Institutio filii tacita pro validitate testamenti, ali-
quando fingitur à lege.*

10 Vulgaris substitutio est potentior iure accrescendi.

11 Ius accrescendi ex tacita voluntate testatoris ali-

H

quando præfertur vulgari substitutioni.

31 *Dispositio directa, quæ non potest valere iure directo, ex defectu formæ, vel solennitatis, non obliquatur.*

14 *Substitutio dubia, quæ iure directo non potest valere, nunquam conuertitur in fideicōmissariam, sed bene in aliam directam vulgarem.*

16 *Pupillus posset alienare bona sibi relicta, in præiudicium sibi substituti pupillariter.*

17 *Fideicommissaria substitutio semper continet onus de non alienando.*

QVÆSTIO LXIII.

Vtrum substitutio pupillaris facta extraneo valeat iure fideicōmissi? Respō. distinguendo, quod aut † fuerit inserta substitutio pupillaris directa in codicillis, & conuertitur in fideicōmissariā, *Craff. in § substitutio, q. 21. num. 4.* vbi testatur communem * opinionem, *Soarez. in add. ad Gomez. Tomo 1. vlt. vol. c. 4. num. 22.* vbi ait hanc * esse veriorem, & receptiorem * sententiam, *l. Scæuola, ff. ad Treb. l. illud. § tractari, ff. de iure codicil. l. cum quis decedens, § Seiam ff. de leg. 3. Bar. in l. verbis ciuilibus, num. 4. ff. de vulg. & pup. subst. Paul. Leo in tract. substit. in materia pupillaris, sub num. 159* Aut 2 fuerit † ascripta in testamento, & tunc resoluetur in vulgarem substitutionem tacitam habentem vim expressæ, *Bar. in l. 2. n. 9. ff. de vul. & pup. subst. & in l. 1. in fin. prin. ff. eo. Soarez. in add. ad Gomez. Tom. 1. vlt. vol. c. 4. n. 22 Craff. in d. q. 21. in fin.* vbi testatur * communem * opinionem.

3 Licèt alii tenuerint simpliciter † substitutionē pupillarem extraneo factam, resolui in fideicōmissariam, inter quos fuit *Gomez. Tom. 1. vlt. vol. c. 4. sub num. 6. gl. in ver. voluntatem, l. verbis ciuilibus, ff. de vul. & pup. subst. G. de Ben. in c. Raynutius, par. 2. ver. si absque liberis, el 2. in materia campend. subst. num. 36.* vbi testatur hanc esse magis communem * opin. * à qua in iudicando non putat recedendum, *Dyn. Rayne. Bar Bald. Ang. Imo. Paul. de Castr. & Mart. Silim. in d. l. verbis, Gul. & Salic. in l. precibus, C. de impub. & aliis subst. Ang. in l. centuria, ff. eod. Jason. de Butr. & Bal. in l. ex tribus, C. de inoff. test. Bal. in l. extraneū, C. de her. inst. & in l. sed & fine, C. ad Treb. Imo. in l. 2. ff. de vulg. & pup. subst. Ant. de Butr. Car. & Imol. in d. c. Raynutius, in materia pupillaris, Clau. in l. centurio, col. 6. ff. de vul. & pup. subst. Fern. Vasq. de succe. progr. § 14. num. 86. & § 11. n. 29. Bal. in tract. subst. in materia pupillaris, sub n. 4. Bar. de Hucio in tractat. eiusdē tit. in materia pupillaris, n. 7. Ias. in d. l.* * *verbis. sub n. 21.* vbi testatur hanc esse communem * sententiam.

4 Moti primò, quia † secundum testamentum tollit primum, absq; aliqua reuocatione, *Craff. in §* * *testamentum, q. 86. n. 1.* vbi testatur communem * opinionem, *§ posteriore, Inst. quib. mod. test. infir. Turza. reg. 33. Ludo. Zuut. in resp. pro vxore, num. 589. l. sancimus, C. de test. am. l. si benet abule. ff. de inust. rupt.* 5 *test. l. 1. in fi. ff. si tab. testa. nulla extab.* Tamen, si in † secundo testamento approbetur, & confirmetur primum, licèt talis approbatio non operetur confirmationem iure directo, valebit, vt inducatur fideicommissum, & hæres secundi testamenti teneatur restituere hæredi instituto in primo testamento, *l. si quis priore, ff. ad Trebell. l. posthumus, § si paganus, ff. de inust. rupt. test. am.*

Secundò, quia quādo † actus, seu dispositio peccat in materia, vel causa efficienti, præcipuè in actibus fauorabilibus, debet valere eo modo, quo pōt. *l. si vnus, § acceptilatio ff. de pact. l. an inutilis, ff. de accept. l. multum interest, ff. de ver. obl. l. si tam angusti, ff. de seru. rust. præd.* & † testamentū, seu vltima voluntas est actus fauorabilis, *l. in testamentis, vbi Dec. & Cagn. ff. de reg. iur. l. 1. ff. de leg. 1. l. fideicōmissa. § si sic. ff. de leg. 3. l. 1. & 2. C. com. de legat. glo. in l. Gallus, § quod si is, ff. de lib. & posth.* 6 7

Tertiò, quia licèt ᵽ † validitate testamenti requiratur expressa, & directa institutio filii, *l. inter cætera, ff. de lib. & posth. l. 1. & l. filio præterito. ff. de iniust. rupt. testam. l. si filius qui in potestate, & l. si à primo, ff. de lib. & posth.* tamen † ex causa propter tacitam mentem defuncti, aliquando lex fingit eius tacitam institutionem, *l. si mater, C. de inoff. test. l. si. C. de posth. hær. inst.* 8 9

Quartò, quia ius † substitutionis vulgaris potētius est, quā ius accrescendi, *l. 2. § si duo. ff. de b. poss. secundum tab. Auth. hoc amplius, C. de fideic. l. vnica, § in primo, & § pro secundo, C. de cadu. tol. Marc. Ant. Peregr. in tract. de fideic. art. 9. sub n. 13.* & nihilominùs ex tacita mente defuncti, aliquādo † impropriatur, vt ius accrescendi ei præferatur, *l. quidā testamento ff. de vul. & pup. subst.* 10 11

Et alii dixerint totū oppositum, vt † indistinctè nullo modo valeat, inter quos fuit *glo. in ver. per fideicommissum, § extraneo. Inst. de pupil. subst.* quam adducit *Bal. in tract. subst. in materia pupillaris, sub n. 4.* Sed tamen in meo libro videtur potius dicere contrarium, *Ioan. And. in c. si pater, de testam. in. l. br. 8. Imol. in d. cap. Raynutius. in materia con pendiosa; & in l. centurio ff. de vul. & pup. subst.* 12

Adducti primò, quia dispositio † directa quæ nō potest valere iure directo ex defectu formæ, vel solennitatis, non obliquatur, *l non codicillum, C. de test. l. 1. ff. de iure codicill. l. fi. C. eod.* 13

Secundò, quia substitutio † dubia, quæ iure directo non potest valere, nunquā conuertitur in fideicommissariam, sed potius in aliam directā vulgarem, *l. fin. vbi Bal. C. de hæred. inst. Peregr. de fideic. artic. 19. sub n. 3. Ias. in d. l. verbis, in fin.* vbi ait hoc omnes * sequi. 14

Tertiò, per † § fi. Instit. de pup. subst. l. verbis ciuilibus ff. de vul. & pup. subst. l. si seruus legatus, § si seruus alienus, ff. de legat. 1. 15

Quartò, quia † in pupillari substitutione non censetur per legem, vel testatorem appositū grauamen ipsi pupillo, de non alienando bona sibi relicta, sed libere possent alienari in præiudiciū substituti, *l. 1 § sed nonnullos. vbi Bal. ff. de tutel. & ratio. distr. l. qui filiū, in fi. ff. vbi pupillus educ deb. l. si à substituto, vbi Bal. ff. de leg. 1. l. quoties pupillus. ff. de acq. hæred. Bal. & Imo. in. l. sed si in conditione, § seruum communem. ff. de hære. instit. Ang. Imol. & Alex. in l. Marcellus, § res quæ, ff. ad Trebell. Pau. de Cast. & Ias. in Auth. res quæ, C. com. de lega. idem Iaso. in l. fi § sed quia, num. 2. C. eod. & in d. l. si à substituta, col. 2. not. 1. Franc. Aret. & Soc. in l. 1. ff. de vulgar. & pupillar. subst. Bart. in l. si arrogator, col. 2. oppos. 5. ff. de adopt. And. Gaill. lib. 2. obseruat. pract. obseruat. 137. sub num. 13.* at in † fideicommissaria substitutione semper inest onus, & grauamen de non alienando, & bona efficiuntur inalienabilia, & subiecta restitutioni, *l. Marcellus, § res quæ, ff. ad Trebellia. Auth. res quæ, C. com. de* 16 17

commi. de lega. ergo non poterit substitutio pupillaris directa iouttlis trahi ad fideicommissariam, vti omnino sibi contrariam.

ARGVMENTVM.

Vtrum pupillaris fieri posset puberi, statuto prohibente minorem vigintiquinq; annorum testari?

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris fieri non potest puberi, etiam statuto prohibente minorē vigintiquinque annis testari, n. 2. rationes, n. 2. 3. 4. & 6. cōtra n. 7. ratio, n. 8 & 9.*
2 *Pupillaris fuit introducta dupl ci respectu.*
5 *Furioso non potest substitui pupillariter, sed exemplariter.*
6 *Filius qui non potest testari minor vigintiquinque ānis ex d spositione statuti, æquiparatur prodigo, cui bonis est interd ctum, vel furioso.*
9 *Impuberes aliquando filios generarunt.*
10 *Pupillus nouem annorum suam impregnauit nutricem, n. 10. & 11.*
12 *Salomon decem annorum genuit Roboam.*
13 *Achaz Rex vndecim annorum genuit Ezechiam.*
14 *Legislatores cōsiderāt id, quod frequētius accidit.*

QVÆSTIO LXIIII.

CIrca secundum requisitum cōtingit dubitari, statuto † cauēte, qood minor vigintiquinq; annis nō possit testari, vtrū pater puberi filio possit pupillariter substituere? Resp. quod nō; *Bart. in l. 2. n. 5. ff. de vul pup subst.* quē cōmuniter
* * esse receptum *testatur Aot. Gomez. tom. 1. var. res. cap. 4. n. 5. per l. ex facto, ff. de vul. & pup. subst. Crass. in § substitutio, q. 22. n. 3* vbi testatur hanc esse veriorē,
* & communem * opinionem, *Capra de substit pup. n. 32. Vasq. de success. progress § 14. n. 40. Guil de Bene. in c. Raynutius, par 2. tit. de subst. pup. sub n 28. extra de test. Bal. in tract. subst. in materia pupillaris, num. 5. Lancel. Polit. in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, num. 24.* vbi subiicit, hanc quæstionem esse potius risu dignam, quam tractatu aliquo, *Bal. in l. de quibus, ff. de legib. Nico de Neap. & Raphaël Cum. in d. l. 2. 3mo. in d. c. Raynutius, Alex. in d. l. 2. num. 13.* vbi etiam *Iaso. sub n. 18 Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. 2. c. 8. numero 2. vers. Et enim superior.* vbi
* testator hanc esse communem * scribentium sen-
2 tentiam. Nam † pupillaris fuit introducta duplici consideratione; tum quia vti pupillus testari nō poterat, tum etiam quia in ea est ætate, vt filios generare non posset, *Bal. in tract. subst. in materia pupillaris, num. 5. circa med.* Et dixi supra in *quæstio. 60.* Et licèt in themate proposito interueniat vna ratio,
3 deficit † nihilominus alia, §. *affinitatis, Inst. de nup.*
4 quo fit vt magis æquiparetur † furioso, quam pupillo, *l. humanitatis, C. de impub. & aliis substitut.* nam furiosus testari non potest, § *præterea, Instit. quibus non est permiss. facere testa. l. furiosum, C. qui testa. facere poss. Crass. in § testamentum, quæst. 21. numero 5.* & nihilominus non potest ei †
5 substitui pupillariter, sed exēplariter, *Bened. Capr. de subst. exemplari, n. 41. Comar. in c. Raynutius § 6. n. 7. extra de test. Crass. in § substitutio, q. 44. num. 1.* Vel secūdum *Alex. in d. l. 2. sub nū. 24. ver. propterea ff. de*
6 *vul. & pup. subst.* talis filius † magis æquiparatur prodigo, cui bonis est interdictum, *Crass. in § testamentum, quæst. 22. Clar. in § eiusdem tit. quæst. 33. Soci. Iun. in d. l. 2. numero 40. ff. de vulgar. & pupillar. substitut.*

Licèt alii tenueriot contrariam seotentiam, vt
† pupillariter tali filio substitui posset, quam veri- 7
orem testatur *Sforz. Odd. in prælud compend. par. 3. quæst. 4. sub numero 3. Salic. Cuma. Aret. Iaso. & Rip. in d. l. 2. ff. de vul. & pup. subst. Bald. in l. de quibus, num. 21. ff. de legib.* Quia † nooaliter a statuto pro- 8
hibentur testari, nisi defectu cōsilii, ergo vt pupilli tractari debent, *arg. l. 1. ff. de min.*

Et respondent ad contrarium, quia etiam † im- 9
puberes aliquando filios generaruot, secundum *Greg. in suo Dialogo,* qoem refert *glo in summ. 20. q. 1.* facientem mentionem de † popillo nouē annorū 10
suam impregnantem nutricem, & ibi *Arch. Host. Ioā. And. in c. vlt. extra de eo qui cogno consan. vxoris sue, idem Host. in summ. tit. de pœn. § cui consi endum, versic. cui pueri, Io. Andr. & meus Abb. in c. 1. extra de delict. puer. idem Io. And. & Abba in c. puberes, colum. 2. extra de despons. impuber. Ang. consil. 253. circa fin. Petr. Ancha. in c. si pater. col. 7. versic. in matrimoniis, de testa. lib. 6. Dom. consil. 24. col. 3. Alex. & Iaso in l. in pupillari, col. vlt. ff. de vulg. & pup. subst. Barba. in proœ. Clē. § nulla, col. vlt. facuc. de illis, & cap. à nobis, extra de despo. impuber. Alex. Trentacinq. in tractat. subst. par. 2. in fin. versic. 7* Et † di- 11
uus Hieronymus ad Vitalem mentionem fecit de alio puero decem anoorum, qui suā impregnauit nutricem; cuios verba refert *Tiraq de ll. cōnub gl. 6. sub n. 37.* Item etiam † Solomon, & Achaz Reges, 12
cū fuissent decem, aut † vndecim annorū filios ge- 13
nuerunt; ille, Roboam; iste, Ezechiā; vt ex annorū computatiooe scriptum reliquit sanctus Hieronymus, in *d. epist. ad Vitalem,* eumq; refert *Io. Andr. in c. vlt. extra de eo qui cog. cō sang. vxor. sua vel spōsa.*

Sed replicatur, quod † legislator considerauit 14
id quod frequentius accidit, *l. nam ad ea, ff. de leg b. Ioannes Pyrrhus in tract. de donat. mutua inter vir. & vxor. num. 5.*

ARGVMENTVM.

Vtrum pupillaris facta puberi, valeat iure fideicommissi?

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris facta puberi, neque iure fideicommissi valebit, num 1. nisi testator sciuerit puberem esse, num. eod. 2. ratio, numero 4. & 5. Idem si fuisset facta impuberi, in potestate non existenti, nū. 6. contra, n. 7.*
2 *Pupillaris finit adueniente pubertate.*
4 *Pupillaris fit sub conditione, si filius decesserit in pupillari ætate.*
5 *Dispositio quæ fit sub conditione de præsenti impossibili, non vitiatur, sed conditio ipsa reiicitur.*

QVÆSTIO LXV.

SI substitutio † pupillaris fiat puberi, vtrū 1
saltem valeat iure fideicommissi? Resp. quòd non, *Bar. in l verbis ciuilibus, num. 7. ff. de vul & pup. subst.* vbi ait ita tenere
omnes * Doctores. *Sal. & Pau. de Cast. in ead. l. idē* *
volunt Gul. de Cun. in l. precibus, C. de impub. & aliis substitut. Raynut. in tractat. substitut. in materia pupillaris, qoem refert & sequitur *Bal. in tractat. substitut. in materia pupillaris, sub num. 6.* vbi dicit sic
omnes * Doctores tenere, *Dyn. in l. Scæuola, ff.* *
ad Treb. & in d. l. precibus, Pau. Leon. in tractat. subst.

2 *in materia pupillaris, sub num. 101.* Quia cum substitutio † pupillaris debeat finiri adueniente pubertate, ita quod vltra non duret, *l. in pupillari. ff. de vul. & pup. subst. § qua ratione, in fi. Inst. de pup. subst. Menoch. lib. 4. præsum. par. 2. præsum. 42. n. 9.* videtur à pubertate non posse incipere, *l. vsufructum cum moriar, ff. de vsufr. lega. l. si Titio, § fi. cum l. seq. ff. de legat. 1.*

3 Declara primò procedere, quãdo † testator credebat esse impuberẽ, secus si sciuisset puberẽ esse, & nihiluminus pupillariter substituisset; quia tunc traheretur ad fideicommissariam, *Barba. in add. ad Bar. in d. l. verbis, n. 7. in litera K.* Et erit tunc ratio,
4 quia † pupillaris substitutio fit sub conditione, Si filius decesserit in pupillari ætate; sed cum iste filius esset maior, ista conditio est impossibilis de præsẽ-
5 ti, & † dispositio quæ fit sub conditione de præsẽti impossibili, non vitiatur, sed conditio ipsa reiicitur, *l. si Mæuia mater, ff. de hered. inst. l. cum tale, § pen. ff. de cond. & demonstr. gl. & Bar. in l. fi. ff. de cond. inst. l. obtinuit, ff. de cond. & demonst. Ias. in d. l. verbis, sub n. 22. post Imo. Pau. Leo. in tract. subst. in materia pupillaris, sub n. 103. Alex. Trentacinq. de subst. par. 2. cap. 10. num. 9.*

6 Declara secundò, etiam † procedere, quãdo pupillaris fuisset facta impuberi in potestate non existenti, quia tunc neq; iure fideicõmissi valebit, *gl. in § extraneo, Inst. de pup. subst. Imo. in c. Raynutius, extra de test. & in l. cẽturio, ff. de vul. & pup. subst. Io. And. in c. si pater, de test. lib. 6. Cuma. in d. l. verbis ciuilibus, Mathesil. not. 148. Bal. consil. 272. vol. 2.*

7 Licèt contrariam sententiam, vt † valeat iure fideicommissi, tenuerit *gl. & Alex. in d. l. verbis ciuilibus, Bal. in l. extraneum, C. de hered. instit. & cõsil. 129. vol. 1. Alexan. Trentacinq. in tract. subst. par. 2. c. 10. n. 4. & 7. versic. ex prædictis*, vbi eam testatur ma-
* gis veram, & communem *.

ARGVMENTVM.

Vtrum etiã hodie, quo sublata est differẽtia emancipationis, & patriç potestatis, requiratur, quod filius, cui pupillariter substituitur, sit in potestate patris?

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris fit filio in potestate existenti, etiam hodie, quo tempore est sublata differentia emancipationis, & patriæ potestatis.*
2 *Differentia emancipationis, & patriæ potestatis, nõ est immutata in successione ex testamento.*
3 *Mater non habet filium in potestate.*
4 *Mater, nec olim poterat, nec hodie potest pupillariter substituere, n. 4. & 6.*
5 L. si mater, ff. de vul. & pup. subst. *declaratur, n. 5.*
7 *Mater habens ex forma statuti filios in potestate, nõ potest pupillariter substituere, num. 7. ratio, nũ. 8. 9. & 11. contra, & malè, n. 15. ratio, n. 16. 19. & 20. alii distinguunt, n. 21.*
8 *Lex extenditur ex identitate rationis.*
9 *Patri fuit concessum pupillariter substituere propter patriam potestatem, ingentissimum amorem, & rectum iudicium.*
10 *Matris amor superat paternum amorem, quia ante partum onerosa, in partu dolorosa, & post partũ laboriosa.*
11 *Mater erga filios non habet solidum consilium,*
12 *Pater est legitimus administrator bonorum aduẽtitiorum filii, etiam eo inuito, & non mater.*
13 *Tutor datus à patre omnino confirmatur, sed datus à matre non aliter, nisi præcedente inquisitione, numero 14.*
15 *Dictum non corrigitur, licèt fuerit correcta ratio.*
16 *Masculinum, etiam prolatum per verbum, siquis, comprehendit fœmininum, num. 16. etiam in pœnalibus, num. 17.*
18 *Statutum disponens, vt si quis de nocte cum armis proficiscatur, puniatur certa pœna, cõprehendit etiam fœminam.*
20 *Mater in exemplari, æquiparatur patri.*
22 *Francigenæ non possunt pupillariter substituere, quia non habent filios in potestate, n. 22. contra, vt habeant filios in potestate.*
24 *Galli recipiunt ius commune propter rationem, nõ autem propter authoritatem.*
25 *Hæreticus non potest pupillariter substituere, num. 25. quia eius delicto perdidit patriam potestatẽ, numero 26.*
27 *Schismaticus non habet filium in potestate, atq; ita non potest pupillariter substituere.*
28 *Filii Iudæorum per sacrum baptisma liberãtur à patria potestate.*

QVÆSTIO LXVI.



CIRCA tertium requisitum dubitari contingit, vtrum etiam hodie, quo tẽpore sublata † est differẽtia eman- 1
cipationis, & patriç potestatis, requiratur, quod filius, cui pupillariter substituitur, sit in potestate patris. Resp. quod sic, *Bar. in l. 2. n. 7. ff. de vul. & pupill. subst.* vbi testatur omnes *
* Doctores ita tenere *Crass. in § substitutio, q. 23. num. 1. Fernand. Vasq. de success. progress. § 14. numero 81. Bal. in tract. subst. in materia pupillaris, nũ. 7. Bar. de Hucbo in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, n. 4. Zas. in tract. eiusdem tit. cap. 2. num. 10. Paul. Leon. in tractat. eiusdem tit. in materia pupillaris, num. 147. Guil. de Bened. in cap. Raynutius, par. 2. si absq; liberis, col. 2. sub. de pupill. subst. num. 32. in fin. extra de testam. Lancell. Polit. in tract. subst. in materia pupillaris, nũ. 39. vers. nono quæritur.* Quia differentia † emanci- 2
pationis, & patriæ potestatis non est immutata in successione ex testamento, vt not. in *l. Gallus, § & quid si tantum, ff. de lib. & posth. Auth. ex causa, C. de lib. præter. l. si emancipati, C. de collatio.* vbi etiam nos publicè legendo, ad nausiam vsq; docuimus, *Sapia. in rubr. C. qui admit. n. 21. Crass. in § bonorum possessio, quæst. 5. n. 3.* vbi testatur communem * opinionem, *
Sfor. Od. in pral. comp. par. 3. q. 4. n. 4. ver. Ampliatur, vt verũ, Bald. in tract. subst. in mat. pupillaris, sub n. 7.
Vnde, quia † mater non habet filium in pote- 3
state, *§ fœminæ, Institut. de adopt. l. nulla, ff. de his & legit. § cæteri, Institut. de hered. qualit. & differ. l. illud, § ad testamenta, ff. de bonor. poss. contra tab. Ascan. Clemens in tract. de patria potest. effectu 14. numero 5. Sebast. Monticul. in tractat. eiusdem tit. in prin. Petr. Gregorius par. 3. Syntag. iuris, lib. 42. cap. 22. sub num. 20. Anall. consil. 68. num. 58. vol. 4.* Sicut olim 4
† pupillariter substituere non poterat, *Tiraq. de l. connub. l. 1. num. 84. per l. si mater, vbi Bart. numero 2. ff. de vul. & pup. subst.* Qua l. si mater, in tex. ibi, ergo *in pupillaribus tabulis*, intelligitur, non † de pupil- 5
lari substitutione, sed de vulgari, & appellantur tabulæ pupillares, quia substitutio fuit facta impu-
beri

veri; vel quia ibi fuerit facta pupillaris substitutio
de facto; vel quia ibi fuit facta vulgaris substitutio,
cum limitatione ætatis pupillaris; sicut solet fieri
substitutio pupillaris; vel quod illa lex sit mēdosa,
& debeat legi, *si pater*, & non, *si mater*, secundum
Polit. Leon. & Zas. in eorum tract. de subst. in materia
pupillaris illa, sub num. 27. iste, sub num. 12. h. c, num.
6 *108.* Ita † nec hodie, *Bart. in d. l. 2 sub n. 7.* cum quo
* transite communiter * Doctores, testatur ibidem
Soc. Iun. num. 41. in fin. Crass. in § substitutio, q. 23.
* *num. 9.* vbi ait hanc esse communem * opinionē,
Rip. Soc. & Ias. in d. l. 2. ille, num. 41 iste, n. 28. Corras.
in l. si testamento, num. 25. C. de impub. & aliis substit.
Vasq. de success. progress. § 14. num. 8. Gul. de Bened. in
cap. Raynutius par. 2. in materia pupillaris, num. 33.
extra de testamen. Ascan. Clemens de patr. potest. c.
4. num. 15. Bal. in tract. subst. in materia pupillaris, sub
num. 7. Ant. Fume. in tract. subst. in materia pupilla-
ris, num. 43. Paul. Leon. in tracta. eiusdem tit. in ma-
teria pupillaris, num. 105. & num. 111. vbi testatur hāc
esse veram conclusionem, *Zas. in tracta. eiusdem tit.*
c. 2. num. 12. Caualca. decis. 79. num. 45. par. 3. Sforz.
* *Od. consil. 46 num. 18* vbi sit ita omnes * tenere, *A-*
lex. Trentacinq. in tracta subst par. 2. c. 10. num. 1. vbi
ait ita omnes * indifferenter tenere.

7 Idem procederet, vbi ex † forma statuti mater
haberet filios in potestate, quia neque tunc posset
pupillariter substituere, *Bal. in l. precibus, col. 5. ver-*
sic. sed nunquid ipsa mater, C. de impub. & aliis subst.
Alb. in rub. ff. de vul. & pup. subst. col. 20. Claud. in
d. l. 2. vbi Soc. Iun. sub num. 42. testatur hanc opini-
onem esse securiorem, eamque in practica esse
magnæ authoritatis, fatetur *Alex. in d. l. 2 num. 16.*
in fin. hancque sententiam esse veriorem in pun-
cto iuris, fatetur *Crass. in § substitutio. quæst. 23 sub*
num. 4. Bald. in tracta subst. in materia pupillaris, sub
num. 7. Lancel. Pol. in tract. eiusdem tit. in materia
pupillaris sub num. 29. vbi respondet ad fundamēta
contraria, *Paul. Leon. in tract. eiusdem tit. in materia*
pupillaris, sub n. 115.

8 Quia, vt lex † concedens patri substitutionem
pupillarem, extendatur, oporteret considerare o-
mnino eandem rationem, *l. si vero, § de viro, ff. de*
9 *solu. matrim.* At patri non fuit concessa pupillaris †
substitutio solummodo, quia habet filios in pote-
state, sed etiam propter ingenitissimum amorē pa-
ternum, & stabile, rectumque eius iudicium, *Bal.*
in tract. subst. in materia pupillaris, sub n. 7.

10 Et licet † amor matris superet patris amorem,
cum ante partum fuerit sibi filius onerosus, in par-
tu dolorosus, & post partum laboriosus, *Corn. con.*
175. n. 12. vol. 3 Ioan. de Lign. in tract. de amicitia, § &
surgit, Ascan. Clemen. de patr. potest. c. 4. num. 16. ta-
11 men cessat in † matre solidum consilium, propter
sexus fragilitatem, *l. 1. § & cum lex. C. de rei vxor. act.*
vnde cessante vna ex duabus rationibus, durat ni-
hilominus dispositio, *§ affinitatis, Instit. de nupt. l.*
ventre, § in bonis ff. de priuil. cred.

12 Inde † pater (non mater) est legitimus admini-
strator bonorum aduentitiorum filiis, etiam eo in-
uito, *l. 1. C. de bon. mater. § 1. Instit. per quas person.*
nob. acquir. l. oportet, § non autem, C. de bonor. quæ li-
ber. Bal. in l. 1. & in l. si pupillorum, § si pater, ff. de reb.
eor. Bart. in l. pater, num 2 ff. de cast. pec. Bal. in l. 2. n.
13. C. de his qui accus. non poss. Paris. consil. 197. num.
21. & consil. 109 num. 7. vol. 4. Crauett. con. 54. num. 1.
Capic. decis. 56 num. 4. & decis. 73. num. 10. Boer. in
sing. in vers. decretum, num. 13. Trigon. sing. 22. num.
3. Tiraq. in præfat. l. si vnquam, num. 29. C. de reuoc.
donatio. Arius Pinell. in l. 1. par. 2. num. 151. de bonor.
mat. Ascan. Clem. in tract. de patria potest. eff. 15. num
1. & 2. vbi testatur hāc esse communem * & indu- *
bitatam opinionem. At etiam † tutor datus à pa- 13
tre omnino veniret confirmandus, *§ fi. Instit. de tu-*
tel. Sed † datus à matre non aliter, nisi præcedente 14
inquisitione, *l. 1. C. de confirm. tut. l. mater ff. de testa.*
tute. l. mulier, ff. de confirm. tuto. Itē licet † fuerit eat 15
recta ratio, nō corrigitur dictum *gloss. in l. si stolen,*
§ quoniam fœmina, ff. de inoff. testam. l. 3. ff. de cap. dim.
l. 2. C. de cond. ob causam.

Quamuis alii tenuerint cōtrariam sententiam,
vt tunc mater posset pupillariter substituere, *Sfor.*
Odd. in prælud. compen. par. 3. q. 4. num. 4. versic. li-
mitatur autem, vbi eam testatur esse communem *
Alex. in d. l. 2. num. 15. & 16. vbi etiam Soc. Sen. Gul.
Bened. in cap. Raynutius, in materia pupillaris, num.
33. extra de testam. Ferna. Vasq. de success. progress. lib.
2 § 14. n. 85. Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. 2. c.
10. n. 3 ver. ex supra d. Ēt.

Moti primò, quia *l. 2. ff. de vul. & pupill. sub* di-
cit moribus introductum est, vt quis liberis impu-
beribus testamentum facere posset: At masculinū
† etiam prolatum per verbum, *si quis*, cōprehen- 16
dit fœmininum, *Ant. Gab. lib. 6. concl. tit. de verb. si-*
gnif. concl. 6. num. 39. Ias. in l. si quis id quod, ff. de iur.
om. iud. Rebuff. in tract. nomin. 8. quæst. ver. quinto
quæro, Gul. de Bened. in tractat. subst. pupill. num. 34.
Etiam † in pœnalibus, *Bald. in l. quicunque, col. 5. C.* 17
de seru. fugit. vbi loquitur in † statuto disponente, 18
vt si quis de nocte cum armis proficiscatur, puniá-
tur certa pœna quod fœmina sub tali statuto com-
prehendatur. *Bar. in l. iura, ff. de reg. iur. Marsil. in l.*
vnica, num. 266. C. de rapt. virg. Marian. consil. 1 n.
91 & consil. 3 n. 19. vol. 1. Et licet deinde † lex præ- 19
dicta videatur restringere ad parentes, filios in eo-
rum potestate habentes, ex dispositione tamen di-
cti statuti, saltem ex passiua interpretatione debe-
ret comprehendi mater, filios in potestate habēs,
arg. eorum quæ *not. Bar. in l. 9 § lex Falci. ff. ad l. Fal.*

Secundò, quia † mater in substitutione exem- 20
plari æquiparatur patri, & nihilominus difficilius
conceditur exemplaris, *l. ex facto, ff. de vul. & pup.*
subst. vnde concessa potestate requisita matri, fa-
cilius deberet ea æquiparari patri in pupillari, *Soc.*
in d. l. 2.

Et alii distinctionis fœdere vtramque opinio-
nem concordauerint, vt prima procederet quādo
† mater non posset filio pupillariter substituere si- 21
ne patris præiudicio; puta quia pater viueret, qui
priuaretur vsufructu, & administratione bonorū
aduentitiorū filii, in ætate pupillari mortui; secun-
da verò locum haberet, quādo mater sine præiudi-
cio patris, possit filio substituere pupillariter, puta,
quia pater prædecessisset, *G. Bened. in c. Raynutius,*
par. 2. ver. si absq. liberis, el 2. in materia pupillaris, sub
n. 33 extra de testament. ex mente Alex. in d. l. 2. sub n.
16. ff. de vul. & pup. subst.

Infertur primò, ex nostra, & magis recepta † sē- 22
tentia, quod Francigenæ qui filios in potestate nō
habent, pupillariter substituere non possunt, *Iaso.*
in l. 2. num. 15. ff. de vul. & pup. subst. glo. in § 1. Instit.
de patria potestat. Bal. in cap. 1. an mari. succed. vxo. in

benefic. & in cap. si duo fratres, in si. de fratr. de nouo benefic. inuest. Roman. in l. pen C. qui testamen. facere poss. Dec. in l. qui se patris, num 4. C. vnde lib. Ascan. Clem. de patr. potest. c. 2. num. 4. Galiaul. in rubr. ff. de verbor. obligat. num. 187. R.p. in d. l. 2. n. 20. Segura in l. imperator, n. 97 ff. ad Trebell.

Si esset verum, quod Galli non haberent filios
23 in potestate, procederet illatio, tamen † patria potestas, quæ est apud Ciues Romanos, licèt nō eadē, qualis apud eos, viget apud Gallos, & alias nationes in libertos, *Arius Pinell. in rub. C. de bono. mater. part. 2. sub num 9. Aldobr in prin. de patr. potest. instit Castal. in l. 3. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Alex. de pact. num. 492. Chassa. in consil. Burgund. rub. 6. § 3. fol. 213. col. 1. num. 21. Petr Gregor. lib. 42 par. 3.*
24 *Syntag. iur. cap. 22 n. 23. fol 346* Vel † saltem apud Gallos moribus viget patria potestas, sicut apud Ciues Romanos, cum ius commune quod profitemur, apud eos receptum fuerit propter rationem, non propter authoritatem vel potestatem. *A ius Pine. in d. part 2. rub. C. de bon. mat. n. 12. Affl. in praelud. consil. Regni. quest. 1. & 2. Bal in c. fin. col. 4. n. 25. extra de Consue. Imo. Lup in prin. c. per vestras, num. 16. extra de don. inter vir. & vxo. Ascan Clem in tractat de patr potest c. 2. num. 5 Zas. in tractat. substitut. c. 2 sub n. 10 Gul de Ben. in c. Raynutius, par. 2. in materia pupillaris. sub n 45. extra de testam.*

25 Infertur secūndò, quod † pater hæreticus non
26 poterit pupillariter substituere, cū eius † delicto perdiderit patriam potestatem, *c 3. in fin de haeret. lib. 6 Jaso. in d. l. 2. sub num. 19. Ascan Clem. in tracta. de patr. potest. effe 13 n. 23. Lancel. Polit. in tract. subst. in materia pupillaris, num 27. Zas in tract. eiusdem tit. c. 2. sub num. 10.* Idem in † patribus Schismaticis, qui non habent filios in potestate, *Bal. in l. nā & cunctum, ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Jaso. in d. l. 2 sub num. 16.* vbi ait non reperiri alibi, *Lancel. Polit. in tract. subst. rubr. de pupillari. num. 27 Petr. Gre-*
27
28 *gor. d. c. 22. num. 34.* Idemq; in † filiis Iudeorum baptizatis, qui per Sacrum baptisma liberantur à patria potestate, *Iaso. in d. l. 2. sub n 19. glo. in c. Iudaeorum, 27. q. 1. Lancel. Polit. vbi supra, n. 27. Paul. Leon. in tract. subst. in mater. pupillaris, sub n. 112. Petr. Gregor. par. 3. Syntagm. iuris lib 42. c. 22. n. 25 Ascan Clemens in tract. de patria potest. eff. 77. n. 7. Surd. in tractat. de aliment. tit. 1. q 8 n. 5.*

ARGVMENTVM.

Quo tempore debeat esse in potestate ille, cui sit substitutio pupillaris?

SVMMARIVM.

1 *Pupillus sufficiet esse in potestate tempore mortis testatoris, vt et pupillariter substitui possit, num. 1. fundamenta, num 2. 3. & 4. contra, n. 5. fundamenta, num 6 7. 9. 13 14 15. 17. 18. 22. & 24. diluuntur, num. 8. 10. 11 12. 16 19. 21. 23. & 25. limita, n. 32. & 33.*

2 § Sed si extraneū, l 2. ff. de vulg. & pup. subst. *casus, num. 2. declaratur secundum aliquos, num. 26. & 27.*

3 *Conditionalibus in dispositionibus non requiritur habilitas tempore testamenti, sed tempore mortis, vel conditionis adimpletae, n. 3. Declara secundum aliquos, n 30.*

6 *Habilitas requiritur tribus temporibus, testamenti scilicet, mortis, & aditu haereditatis.*

10 *Regula* l. quæ ab initio, ff. de regul. iuris, *quando procedat, n. 10. 11. & 12.*

13 *Patria potestas in pupillari substitutione requiritur pro forma, n. 13. contra, n. 16.*

14 *Forma debet adesse tempore quo fit actus, n. 14. & eius amissione, vitiatur, n. 15.*

17 *Qualitas adiecta verbo, debet intelligi secundum tempus verbi.*

19 *Testamentum morte confirmatur.*

20 *Dictio quoque, est implicatiua.*

21 § Cū filiæ, l cohæredi ff. de vul. & pup. subst. *declaratur, n. 21. & 31.*

22 *Negatiua praeposita verbo possumus, efficit, vt actus sequens totaliter dicatur inutilis, n. 22. Declara, n. 23.*

24 *Quid ab initio facilius impeditur, quam post quā est introductum, tollitur.*

28 *Lex non debet esse de inde bitabili, num. 28. declara, num 29.*

QVÆSTIO LXVII.

QVo tempore debeat esse in potestate ille, cui sit substitutio pupillaris? Respon. sufficere † pupillū reperiri tē- 1
pore mortis testatoris, in eius potestate, *Bar. in l. 2 n. 8. ff. de vul. & pup.*
subst vbi Alex. n. 10. testatur communem * opinio- *
nem, *Ias. num. 14 Soc. n. 46.* vbi ait hanc opinionem
esse magis communem * & *Alciat. n. 17 Crass. in §* *
substitutione, q. 13. sub n. 5. vbi ait hāc opinionem esse
magis communem * & in praxi obtinēdam, *Aug.* *
& Bal. in d. l. 2. vbi etiā *Franc. Aret. Bar. in l. Lucius col. 6. ver. quidam contra, ff. de vul. & pup. subst. Emanual. a Costa in cap. si pater, par. 1. ver. habent, n 6. de testam. lib. 6. Bal. in tract. subst. in mater. pupillaris, n. 8. Bar. de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, sub n. 4. Ant. Fume. in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris. sub num. 44. Paul. Leon. in tract. eiusdem titul. in materia pupillaris, sub n. 144 Gul. de Bened. in c. Raynutius, in materia pupillaris substit. sub n. 32. extra de test.* vbi testatur hanc esse communem
* opinionem, & in Practica seruatam, *Sfor Odd. in* 2
praelud. compend. par. 3 q. 4 num. 4. ver. ampliatur secunda, vbi etiam ait hanc esse magis communem *
opinionem, *Alex. Trentacinq. in tract. subst. par 2. c. 9. num. 2. ver. ex supradictis,* vbi etiam cōmunem * *
opinionem esse testatur.

Moti per † *l. 2. §, ed si extraneum, ff. de vulg. &* 2
pup subst. vbi substitutio facta extraneo impuberi ab initio valuit, vt vulgaris; sed propter mutationē qualitatis contingentem tēpore mortis, assumpsit naturam pupillaris, *arg. l. 3 § fin. ff. de har. inst.*

Adducti etiam, quia in † dispositionibus condi- 3
tionalibus, nō requiritur habilitas tempore testamenti, sed sufficiet tempore mortis, vel conditionis adimpletæ, *l. 1. & l. penult. ff. de regul. Caton.* Ac
etiam † *arg. l. ex haerede § cum filia. ff. de vulg. & pup.* 4
subst. iuncta l. 2. ver. plana nepotibus, ff eod. vt inducit Alex. *in eod. § cum filia, in prima not. n. 2.*

Licèt alii contrariam sententiam, vt tempore † 5
scilicet testamenti, & sic tempore quo fit ipsa substitutio, requiratur patria potestas, in puncto iuris, veriorē iudicauerint, inter quos est *Soc. Iun. in d. l. 2. sub num. 47. & 52. Fran. de Rampo. Pau. de Cast & Cuma. in ead. l.* & ferè omnes * iuniores in hāc iuisse sententiam, testatur *Couarr. in c. Raynutius, §. 5. sub num. 4 ver. quibus, extra de testam. Lancel. Polit.* *
in tra-

in tractat. subst. in materia pupillaris sub num. 31. & 32. Zas. in tractat. eodem tit. in materia pupillaris, sub n. 14. Aret. institut. rubr. de pup. subst. in prin. n. 9. & 1. Rolsq. de successor. creat. lib. 9. § 41. n. 245.

6 Commoti primò, quia † requiritur habilitas tribus temporibus, scilicet testamenti, mortis, & aditæ hæreditatis, *l. si alienam, § in extraneis, ff. de hæred. instit. & § in extraneis. Instit. de hæred. qual. & differ.* At si ille, cui † fit substitutio, nō esset in potestate tempore facti testamenti, illa substitutio nō valeret, & per consequens non confirmaretur, licèt fuerit in potestate tēpore mortis, *l. quæ ab initio ff. de reg. iur.*

8 Sed Respon. fuisse † satisfactum d. § in extraneis, cum nostro in themate ab initio substitutio non esset prorsus inutilis, sed valeret vt vulgaris, licèt postea illa vulgaris facta transierit in pupillarem, superueniente patria potestate, *Socin. Iun. in d. l. 2. num. 44. per l. 1. § 1. ff. quib. mod. pign. vel hyp. soluat.*

9 Secundò per † *l. quæ ab initio, ff. de reg. iur. l. quod ab initio, ff. eod. cap. non firmatur, de regul. iur. lib. 6 § 1. Instit. de exhæred. libero. cap. 1. de despons. impub. lib. 6. cap. 1. § 1. de prob. b. seu alien.*

10 Sed Resp. quod regula † dictorum iurium non procedit in dispositionibus conditionalibus, *Bal.*
11 *in d. l. 2.* Vel resp. quod † procedit, quòd ab initio fuisset protsus inutilis, sed in nostro casu valeret, vt vulgaris ex mēte *Bart. in d. l. 2. n. 8. in fin.* Vel Resp.
12 quod procederet, quando † solus tractus tempo. is interuenitet; secus si cum tempote aliquod extrinsecum, quod patriam potestatem induceret, puta adoptio, *Alex. in d. l. 2. per l. post hum. in prin. ff. de iniust. rupt. test. gl. in d. l. quod ab initio.*

13 Tertio, quod patria potestas † in substitutione pupillari requiritur pro forma, *l. 2. in tex. ibi, si sint in potestate ff. de vul. & pup. subst.* & in expressu *Frā. de Rampomhus* quem refert *Soc. Iun. in ead. l. 2. num. 70. in fin. Lancel. Polit. in tract. subst. in materia pup. sub n. 33. Paul. Leon. in tractat. eiusdem tit. in materia*
14 *pupillaris, sub n. 144.* & forma debet † adesse tempore quo fit actus, *l. hæredes palam, in prin. ff. de test.*
15 alias eius † omisso vitiaret actum; *Tiraq. de retr. lign. § 1. glo. 21. num. 11. Anton. & Abb. in cap. P. sonis. extra de restit. spoliat. Felin. in cap. dilecta, col. 26. versic. amplia decimo, extra de rescr. Dec. in capit. prudentiam. 4. not. extra de off. deleg. decisio. 33. numero 11.*

16 Sed Resp. quod † patria potestas nō requiritur pro forma substitutionis pupillaris, sed pro habilitate personę, *Soc. in d. l. 2.* & hęc differūt inter se, secundum *Bal. in l. in tempus ff. de hæred. inst. 1.*

17 Quartò, quia † qualitas adiecta verbo, debet intelligi secundum tempus verbi, *l. in delictis, § in extraneis. ff. de noxal. Marius Augusto, consil. 136. numero 21. & Matth. Brun. consil. 22. num. 14. Surd. consil. 216. numero 2. & consil 276. n. 25. vol. 2. Aval.*
18 *consil. 6. n. 9. & consil. 96. numero 6. vol. 4.* Sed † qualitas ista patriæ potestatis, dum à iure requiritur, adijcitur verbo substituere, *l. 2. in prin. de pupillar. subst.* Ergo debet interuenire, & verificari tēpore factæ substitutionis.

Sed Respo. quod tempus substitutionis potest
19 dici tempus mortis, cum eo tempore † testamenta confirmentur, seu effectum capiant, *Specul. tit. de stat. reg. versic. 1. Bertach. in reper. in verb. testamentum,*

tum, in prin. n. 31. in fin. l. 3. ff. de libe. leg. Alex. Romæ. in tract. subst. in materia pupillaris, num. 44. in l. si alienam, § in extraneis. ff. de hæred. instit. a. Menoch. libr. 4. præsum. part. 8. præsum. 40. num. 12. per cap. 9. Pauli ad Hebræos. Paul. Leon. in tract. subst. in materia exemplaris, num. 117. Thesaur. decis. 209. n. 2. Menoch. consil. 770. n. 1. vol. 8. Cagno. in l. fin. sub nu. 41. & 246. C. de pact.

Quinto per *l. cohæredi, § cum filia, in tex. ibi, si quis ex his, mortis quoq. tempore non sit in familia, ff. de vul. & pup. subst.* ponderando illam implicatiuam quoq; per quam infertur, quod & tempore testamenti debet esse in familia, cuius † dictionis natu- 20
ra est, implicare, *Bar. in l. Labeo, ff. de pact. & in l. fin. col. 1. ff. de eo quod certo loco, Alex. in l. in ratione, § si. ff. ad l. Falcid.*

Sed Respon. quod † illa implicatiua quoque 21
respicit facti contingentiam, & non iuris necessitatem; imo inhærendo verbis, ille tex. retorquetur pro nostra sententia, dū dicitur, si quis ex his mortis quoq; tēpore nō sit in famili., & sic loquitur negatiuè, quasi vt pupillaris fiat irrita, requiritur quod etiam tempore mortis non sit in familia, *Soc. Iun. in d. l. 2. n. 54. versic. ad secundum.*

Sexto, per *l. 2. in tex. ibi, emancipatis non possumus, ff. de vulgar. & pup. subst.* nam † quando ne- 22
gatiua præponitur verbo, *possumus*, actus sequens totaliter dicitur inutilis, Canonistæ* *in c. 1. de reg. iur. lib. 6.* Legistæ* in *l. 1. ff. de verb. obligat. cum concord. in mea 1. cent. de casibus conscien. cas. 108. nu. 4. fol. 232.*

Sed Resp. quod † regula prædicta de negatiua, 23
non est indistinctè vera, sed secundum subiectam materiā, Doctores* *in § alie i, Inst. de inutil. stip. Soc. Iun. in d. l. 2. n. 54. vers. ad tertium.*

Septimò, quia † facilius quid ab initio impedi- 24
tur, ne introducatur, quam postquam introductū est, tollatur, *l. patre furioso ff. de his qui sunt sui vel alie. iur.* at si quis desinat esse in potestate viuo patre, expirat substitutio, *l. cohæredi, § cum filia ff. de vulg. & pup. subst.* ergo multo min° deberet posse induci ab initio. cui argumento nunquam vidisse bonam responsionem, testatur *Polit. de subst. in materia pupillaris n. 33. in fin.*

Sed Respon. verum esse, quod defectus patriæ
† potestatis impediret substitutionē pupillarem, 25
sicut etiam tolleret illam, quæ iā facta est, sed procederet durante, & perseuerante ipso defectu; verum tamen eo sublato, & remoto, substitutio ipsa valideretur, *Pau. Leō. in tract. subst. in mat. pupillaris, num. 146. in fin.* vbi ait hanc esse optimam solutionem.

Et tenentes hanc posteriorem sententiam, respōdent ad fundamenta prioris & primo ad *d. § ad si extraneum*, quod ibi fuerat facta adoptio ante
substitutionem post testamentum † paternum, 26
Franc. de Rampo Paul. de Cast. & Ias. in d. l. 2. Couar.
in d. § 5. sub num. 3. vbi subiicit extraneum † appel- 27
lari in illo tex. eum, qui alienus fuerat à sanguine testatoris, nō autem à patria potestate, *Io. Coras. in l. quamuis, col. 2. C. de impub. & aliis subst. Soc. Iun. in d. l. 2. n. 54. vers. solum, Lancel. Polit. in tract. subst. in materia pupillaris sub num. 33. Aret. inst. de pupilla. subst. num. 7.*

Et si dicatur (secundum istum intellectū) *d. § sed*
si extraneum, esset de casu † indubitabili, contra *l.* 28

quod Labeo ff de Carb. ed. l. ancillę, C. de furt. Replicant, quod imo satis poterat dubitari; quia cũ substitutio pendeat à paterno testamento, videbatur quod non posset fieri separata ab eo, cuius contrarium dec dītur per Vlpianum, & si antea idem fuerit per Pomponium decisum in *l. si quis enim, § 1. ff.*
29 *de vul. & pupil. subst.* ad diuersum † tamen effectũ, quod est tolerabile, *l. 2. § si quid autem, C. de veter. iure enucle.*

Ad secundum Respon. quod non requiritur pa-
30 tria † potestas in conditionalibus dispositionibus tempore testamenti, vt satisfiat regulę Catonianę, sed benè requiritur ꝓ habilitate testatoris, ad substituendum, *Bar. in l. 1. ff. de reg. Cato. Alex. in d. l. 2. vbi Soc. Iun. n. 47.*

31 Ad tertium Resp. quod ideo illud sufficit † tẽpore mortis, vt substitutio possit sortiri effectum; sed patria potestas requiritur, vt pater sit habilis ad substituendum, merito deberet eo tempore interuenire; quo substituit, *Soc. Iun. in d. l. 2. num. 46. circa med.*

Limita tamen principalem conclusionẽ, primò
32 procedere in expressa † pupillari, verbis specialib. facta; secus si fuisset tacita; puta, in reciproca facta filio impuberi, & extraneo impuberi, hæredibus institutis; quia tunc licet extraneus adoptetur, non dicetur ab initio facta pupillaris vllo modo propter inæqualitatem, *Soc. Iun. in d. l. 2. num. 55. vers. col. tenendo, ff. de vulgar. & pupillar. substitut. Crass. in § substitutio, quæstio. 23. num. 7.* vbi testatur com-
* munem * opinionem, *Bartol. in l. Lucius, colum. 5. ver. quidem, contra ff. de vul. & pup. substit.*

33 Secundò limita non procedere, quando † impubes extraneus fuisset exhæredatus; quia tunc licèt ex post facto fuisset adoptatus, non reconualesceret substitutio, sicut neq; exhæredatio per subsequentem adoptionem, *Soc. Iun. in d. l. 2. num. 55. in fin. Bal. Instit. de vulg. subst. & Alexan. d. l. 2. num. 11. circa fin. arg. l. cum quidam, ff. de lib. & posthum. l. non putauit, § si quis emancipatum, ff. de bonor. poss. contra tab.*

ARGVMENTVM.

Si filius naturalis tantum legitimatur post mortem patris, per Principem vel Comitem habentem potestatem, vtrum valeat pupillaris ei facta?

SVMMARIVM.

1. *Pupillaris, facta filio naturali, legitimato post mortem patris per Principem, vel Comitem, valet, n. 1. contra, n. 7. solutio n. 8. declara, n. 11.*
2. *Legitimatus per Principem, nihil differt à legitimo, & naturali.*
3. *Dictio* nihil, *debet vniuersaliter operari.*
4. *Legitimatus videtur restitutus primis natalibus.*
5. *Naturalis potest legitimari post mortem patris.*
6. *Legitimatio retrotrahitur ad tempus natiuitatis, num. 6. Contra, numero 7. solutio, numero 8. declara, num. 11.*
9. *Substitutio, facta filio ab hostibus capto, valet, post mortem patris ab hostibus reuertente.*
10. Paul. Leon. in tracta. substit. *reiicitur.*

QVÆSTIO LXVIII.



Si filius † naturalis tantũ, legitimatur 1
post mortem patris per Principem,
vel Comitem habentem potestatẽ,
vtrum valeat pupillaris substitutio ei
facta? Resp. quod sic, *Bar. in l. 2. n. 10. ff. de vulgar. & pupill. substit. vbi Soc. sub n. 58.* testatur cum Bart. transire communiter * Doctores, *Aug.* *
& Imo. in l. Lucius, ff. de vul. & pup. subst. idē Imol. in c. Raynutius, in materia pupillaris, & in materia breuiloqua, extra de testam. & in l. si alienum, § in extraneis, ff. de hered. inst. vbi etiam *Ang. Alexan. in d. l. 2. sub num. 37. Bal. in tract. substit. in materia pupillaris, sub num. 9. Bart. de Hutio in tractat. eiusdem tit. cap. 2. num. 5. Sforz. Odd. in prælud. compend. par. 3. quæst. 4. num. 4. versic. ampliatur tertio;* vbi testatur hãc esse magis communem * opinionem, *Ryp.* *
in d. l. 2. num. 27. vbi etiam testatur hanc esse magis communem * opinionem, *Lancel. Polit. in tractat.* *
substit. in materia pupillaris, sub num. 39. Crass. in § substitutio, quæst. 23. n. 6. vbi testatur communem *
opinionem, *Fernan. Vasquez de success. progress. lib. 2. § 14. num. 59. Gul. de Bened. in cap. Raynutius, par. 2. in materia pupillaris, sub num. 29. extra de testamen. Alexan. Trentacinq. in tractat. substit. par. 2. cap. 9. num. 3.* vbi testatur esse verissimam, & cõmmunẽ * *
opinionem, à qua in iudicando, & consulendo nõ esset recedendum, *Iaso. in l. Gallus, § & quid si tamẽ, num. 86. ff. de lib. & posth.*

Mouemur primò, quia † legitimatus per prin- 2
cipem nihil differt à legitimo, & naturali, *Peregr. de fideicom. art. 23. num. 26. § si igitur, in text. ibi, nisi l. a legitimis, Auth. quib. mod. nat. effic. sui, § & quoniã vero, in text. ibi, nihil dissimilis, Auth. quib. mod. nat. effi. sui, Tiraqu. in l. si vnquã, in ver. susceperit liberos, n. 82. C. de reuo. dona.* vbi ponderat dictionem il-
lam † vniuersalem *nihil*, quę debet vniuersaliter o- 3
perari, per *l. vlt. ff. de lib. & posth. l. si ita quis ducẽta, § verum, ff. de reb. dub. c. Deus omnipotens, 2. quæst. 1. glo. in ver. parum, § 1. Auth. de hered. & Falc.* Cum † le- 4
gitimatus videatur restitutus primis natalibus, *§ illud. Auth. quib. mo. natur. effic. sui, Bal. in tract. subst. in materia pupillaris, n. 9.* & posset talis † naturalis 5
legitimari, etiam post mortem patris, *Auth. item si quis, C. de natur. lib. Socin. Iun. in d. l. 2. n. 57. § si verò, Auth. quib. mo. nat. effic. sui.*

Secundò, quia † legitimatio, seu restitutio facta 6
natalibus retrotrahitur, ac si semper fuisset legitimus, *l. fi. ff. de nata. restit. Bar. in l. Gallus, § & quid si tantum, ff. de lib. & posth. & dixi in 2. cent. feud. art. 1. n. 280. fol. 28.* Et licèt dicatur non posse fingi, quod † 7
iste legitimatus fuerit in potestate; cũ tẽpore fictionis non reperiatur pater viuus, &c, per cõsequens deficiat extremũ habile à quo, quo casu nõ admittitur fictio retrotranslatiua, *l. bonorum, ff. rem ratã haberi, l. hanc scriptura, in prin. ff. ad l. Aquiliam, Bar. in l. Gallus, § si tamen, ff. de lib. & posth.* vt arguit *Imol. in cap. Raynutius, in materia pupillaris, col. 2. ver. & plus dicit, extra de testamen. Lancel. Polit. in tractat. substit. in materia pupillaris, sub num. 39. Paul. Leon. in tracta. eiusdem tit. in materia pupillaris, num. 82.*
Resp. quod istud de patria potestate venit in † cõ- 8
sequentiam legitimationis, & quando aliquid fingitur principaliter, in quo sunt extrema habilia, si aliquid veniat fictum in consequentiam, in eo non requiritur habilitas extremorũ, *l. pen. ff. de suis*

& legi,

& legi. Bar. in l. si is qui pro emptore. q. 5. prin. ff. de vsucap. & in l. fi. C. de sent. passis.

9 Tertiò, quia † filio, post mortem patris reuertente ab hostibus, valet institutio, & substitutio sibi facta, quia fingitur retro fuisse in potestate, & ciuitate, *l. illa § 1. ff. de hared. instit. l. lex Cornelia, ff. de vul. & pup. subst. l. pater. § fi. & l. seq. ff. de capt. & postlim. reue.* vnde ita deberet valere in proposito themate.

10 Quamuis † contrarium tenuerit *Paul. Leon. in tract. subst. in materia pupillaris, num. 80. Salic. & Coras. in l. in testamento, C. de impub. & aliis subst.*

Declara principalem cõclusionem procedere,
11 quando † pater ordinauerat legitimationem fieri, quasi tūc ipse pater videatur legitimasse, aliàs legitimatio non retrotraheretur in preiudicium venientium ab intestato, quibus ius fuisset quæsitum, *Soc. Iun. in d. l. 2. n. 38. ver. & propter, ff. de vul. & pup. subst. Lanc. Polit. in tract. subst. in materia pupillaris, sub n. 39. Paul. Leo. in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, n. 83. Gul. de Bened. in d. tract. de pup. subst. n. 24. Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. 2. c. 9. n. 3. vers. verum hæc.*

ARGVMENTVM.

Vtrum militi impuberi instituto, in alterius potestate recasuro, poterit pupillariter substitui?

SVMMARIVM.

1 Militi impuberi in alterius potestate recasuro, nõ potest pupillariter substitui, num. 1. ratio, n. 2. limitatur secundum aliquos, nisi etiam testator fuisset miles, n. 6.

3 Miles filiusfamilias põt testari de castrensi peculio.

4 Impubes potest esse miles.

5 Lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi, etiam si fuerit maior ratio in vno casu, quam in alio.

6 Pupillaris poterit fieri militi impuberi, in alterius potestate recasuro, à patre etiam milite, n. 6. contra, & receptius, n. 7. limita, n. 8.

8 Bar. strenue ab Authore defenditur.

QVÆSTIO LXIX.

1 CIRCA qoartum requisitū, dubitari contingit, vtrum † militi impuberi instituto, in alteri⁹ potestate recasuro, poterit pupillariter substitui? Resp. quod non, *Bar. in l. 2. n. 13. ff. de vul. & pup. subst. Bal. in tract. substit. in materia pupillaris. sub num. 11. Bar. de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, sub n. 6. Lãcel. Polit. in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, n. 57. Pau. Leo. in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, n. 154. Gul. de Bene. in c. Raynutius, par. 2. in materia pu-*
2 *pillaris, n. 50. extra de test.* Et ratio est, quia † fieret iniuria ei, in cuius potestatem recaderet, cum priuaretur potentia sobstituẽdi popillariter; illud namqoe militia priuilegium nū deberet in alterius iniuriam interpretari, *l. impuberi, ff. de admin. tutel. l. cum filius, ff. de milit. testa.* Licet miles impediatur testari defectu tantū ætatis, eū miles, etiā filiusfa-
3 milias possit † testari de castrensi peculio, *Crass. in § testamentum, q. 3. n. 4. Clar. in § eiusdem tit. q. 18. ver.*
4 *fiens tamen, l. fi. C. de inoff. testa.* & † impubes posset esse miles, *l. fi. C. de re mil. l. sed & milites, § iam autē, ff. de excu. tutor.*

Mouemur, quia *l. 2. ff. de vul. & pup. subst.* loquitur generaliter, quod filio, qoi est recasurus in al-
terius potestate, non põt substitui, ergò † genera- 5
liter debet intelligi, etiam si maior ratio fuisset in vno casu, quā in alio, *l. 1. ff. de aleat. l. 1. § generaliter, ff. de lega. præsta.*

Limitatur (secundum aliquos) prædicta cõclu-
sio, vt non procedat quotiescunq; † testator, etiam 6
fuisset miles; quia tūc pupillariter posset impuberi militi recasuro in alterius potestatem substituere, ita intelligentes, *Bar. in d. l. 2. sub n. 13. arg. l. cum filiusfamilias, ff. de testa. milit. l. impuberi, ff. de admi. tuto.* vt speciatim intelligunt *Angel. Imo. & Aret. in d. l. 2. Sforz. Odd. in prælud. compend. par. 3. quæst 4. n. 3. in fi.* vbi ait omnes * id admittere, *Imo. in c. Raynutius, extra de testa. Sali. in l. si testamento, C. de impub. & aliis subst. Bal. in tract. substit. in materia pupillaris, sub n. 11. Bar. de Hucio in tract. eius. tit. in materia pupillaris, num. 6. Pau. Leo. in tract. eiusdem tit. num. 152.*

Contrariam sententiam, vt † miles tunc non 7
posset substituere popillariter, sed bene directa militari substitutione in bonis propriis ipsi⁹ testātis, tenuerunt *Soc. Iun. in d. l. 2. num. 62. Emanuel à Costa in c. si pater par. 1. ver. si pater, num. 9. de testam. libr. 6. Crass. in § substitutio, q. 23. n. 9.* vbi testatur esse veriorem & ab ea non recederet iodicando, aut consulendo, *Soc. Sen. in d. l. 2. vbi Alex. sub n. 19. Lãc. Polit. in tract. subst. in materia pupillaris, num. 57. in fi. & 58. Zas. in tract. eiusdem tit. c. 2. sub n. 15. Gul. de Bened. in d. c. Raynutius, in materia pupillaris, sub n. 50. Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. c. 11. n. 3.*

Nisi † saluãdo Bar. (qui vere fuit locutus de pu- 8
pillari, limitando conclusionem suam, quam principaliter posuerat) dicas, quod loquitur de pupillari illa quæ solum effectū habet quo ad bona militis testantis, *Soc. Iun. in d. l. 2. sub n. 63. ff. de vulg. & pup. subst. per l. sed & si plures, § ad substitutos, in tex. ibi, nisi mihi proponas militem, ff. eod. l. miles ita, § exhæredato, in tex. ibi, verum hoc ius in his exercebitur, ff. de milit. testam.*

ARGVMENTVM.

Vtrum pupillaris, facta filio, exeunti de patria potestate per dignitatem, valeat?

SVMMARIVM.

1 Pupillaris, facta filio, exeunti de patria potestate per dignitatem valet.

2 Dignitas liberat filium à patria potestate, quatenus eidem vtile sit, & non aliàs.

3 Pupillaris est fauor pupilli.

4 Dignitates, quibus filius liberatur à patria potestate, quæ sint, n. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10.

5 Patritiatus dignitas liberat filium à patria potestate.

6 Episcopalis dignitas eximit filiū à patria potestate, n. 6. Et multo magis Cardinalatus, n. eod.

7 Ingressus religionis approbatæ liberat filium à patria potestate.

8 Sacerdotalis ordinis dignitas eximit filium à patria potestate, n. 8. contra, n. 9. declara, n. 10.

QVÆSTIO LXX.



IRCA quintum requisitum dubi-
tari contingit, vtrum si † filius exe- 1
at de patria potestate per dignitatem, valeat substitutio popillaris ei facta? Respon. quod sic, *Bartol. in l. 2.*

num.15 ff. de vulg. & pupill. substitut. Crass. in §. substitutio, quæstio. 23. sub numero 11. vbi testatur communem * opinionem, Alex. Ias. Rip. Soc. & Alcia. in d.l. 2. Ferna. Vasq. de success. progress. § 14. num. 108. Sforz. Odd. in prælud. compend. par. 3. q. 4. n. 6. versic. limitatur tamen primo, Gul. Bened. in c. Raynutius, par. 2 tit. de pupil. subst. num. 52. extra de testam. Paul. Leon. in tract. substit. in materia pupillaris, sub num. 156. Zas. in tract. eiusdem tit. c. 2. num. 16. vbi testatur communem * opinionem Lancel. Polit. in tracta. eiusdem tit. in materia pupillaris, num. 7. in fi. Bald. in tractat. eiusdem tit. in materia pupillaris, sub num. 12. Alex. Trentacinq. in tract. eiusdem tit. par. 2. c. 12. n. 5. vbi testatur communem * opinionem.

2 Quia † dignitas eatenus filium à patria potestate liberat, quatenus illi vtile est, non aliàs, Auth. const. quæ de dign. § illud quoq; glo. in l. si ex causa, § Papinianus, ff. de minor. Bar. in l. item in potestatem, in fin. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. Ascan. Clem. in tract. de patria potest. c. vlt. num. 52. Iaso. in l. patre furioso, num. 48. ff. de his qui sunt sui, vel al. ien. iur. & in

3 l. qui se patris, n. 18. C. vnde lib. sed † pupillaris substitutio est merum commodum, & fauor pupilli, l. Iulianus, vbi Bar. ff. de acquiren. hæred. Sfurz. Odd. consil. 56. n. 29. & consil. 91. num. 14. Andr. Gail. lib. 2. obseru. pract. obseruat. 137. sub num. 15. Cephal. consil. 380. num. 20. & consil. 349. n. 19. volum. 3; ergò quo ad ipsos commodum censetur esse sub patria potestate, vt valeat substitutio pupillaris ei facta.

4 Plures autem sunt † dignitates quibus patria potestas dissoluitur; primò enim ab ea liberat summa

5 † patriciatus dignitas, § sed ex constitutione, Inst. quib. mod. ius patriæ potest. solu. Asca. Clem. Amerin. in tract. de patr. potest. c. vlt. n. 48. in fi.

6 Secùdò episcopalis † dignitas, § illud, Auth. cõst. quæ de dignit. Auth. sed episcopalis dignitas, C. de episc. & cler. Auth. presbyteros, C. eod. glo. in l. 1 § fin. ff. ad Macedo. Barto. & Ias. in d. l. patre furioso, ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. Idem Iaso. in l. qui se patris, num. 18. C. vnde libe. Bal. in l. sacrosanctæ, C. de episc. & cler. Abb. in cap. cum voluntate, num. 8. extra de sent. excom. & in cap. constitutus, n. 2. extra de restitut. in integr. & in c. cum scimus, nũ. 5. extra de regula. Ascan. Clem. in d. c. fina. sub num. 49. vbi testatur communem * opinionem Viuius lib. 1. commun. opin. 120. op. vbi etiam testatur communem * opinionem. Et multò magis Cardinalatus, Mart. Laudens. in tract. de Cardinal. par. 2. quæst. 10. 80. Barbat. in tractat. eius. tit. in prin. n. 154. Alban. in tracta. eiusdem tit. quæst. 42. ver. 27.

7 Tertiò ingressus † religionis cuiuscumque approbatæ, Ascan. Clemen. in d. c. vlti. num. 67. vbi testatur communem * opinionem, cap. indecorum, extra de ætat. & quali. glo. & Bald. in l. si ex causa, § penult. ff. de minor. idem Bald. in l. sacrosanctæ, num. 1. & in l. Deo nobis, § hoc etiã n. 4. & in d. l. qui se patris, n. 17. & in l. 1. num. 22. ff. de vul. & pup. subst. Aret. in l. si potest. col. 4. ff. de acquir. hæred. Bald. in l. 2. C. de liber. exhiben. Abb. in cap. officii, num. 2. extra de electio. & in c. ex parte, num. 11. extra de rest. spolia. & in cap. constitutus, num. 2. extra de restit. in integr. & in c. cum scimus, num. 5. extra de regular. Petr. Antib. in tract. de muner. par. 3. sub num. 14. Guid. Pap. singu. 26. Boer. decis. 121. circa fin. Arius Pinel. in l. 1. par. 1. n. 46. C. de bon. mater. vbi fatetur hanc esse cõmunem * opinionem, & ab ea in practica non esse recedendum. Quicquid dixerit Matth. in tract. de success. ab intest. in prin. n. 7.

Quartò dignitas † Sacerdotalis ordinis eximit 8
filium à patria potestate, gl. in versic. liberati, c. cum voluntate extra de sentent. excom. & in cap. indecorum, extra de ætat. & qual. Bart. in l. patre furioso, in fine, C. de his qui sunt sui, vel alien. iur. Bal. in l. apud hostes, n. 6 ff. de suis & legit. Iaso. in l. qui se patris, num. 18. C. vnde lib. Guid. Pap. decis. 382. num. 2. Ias. in l. filio lices, C. de collat.

Contrariam † sententiam, & receptiorẽ tenuit 9
Asca. Clem. in d. c. vlt. sub n. 63. & 64. vbi tamen subiicit, esse sub † patria potestate, quo ad tempora- 10
lia, non autem spiritualia, per Dec. consil. 432. n. 9. idem scriptum reliquit Innoc. in d. cap. indecorum, Abb. in d. cap. cum voluntate, n. 8. Ias. in l. patre furioso, num. 50. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. vbi testatur esse com. * opinio. Barba. in tract. de Card. prost. q. 1. sub n. 53.

ARGVMENTVM.

Vtrum pupillaris, annullata per emãcipationem filii secutam, valeat iure fideicommissi?

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris, irritata per emancipationem filii secutam, non valet, etiam iure fideicommissi, num. 1. ratio, num. 2. nisi ex coniecturata mente testatoris, num. 3.*

2 *Quod semel valuit iure directo, non poterit obliquari.*

QVÆSTIO LXXI.

SI † pupillaris substitutio irritetur p[er] 1
emãcipationem filii secutã, vtrum saltẽ valeat iure fideicõmissi? Resp. quod nõ, Bar. in l. 2. n. 16. ff. de vul. & pup. subst. quẽ alios * sequi testatur Lancel. Polit. in tract. subst. in materia pupillaris, sub n. 37. ver. 6. quæritur, Bal. in tract. eiusdẽ tit. in materia pupillaris, n. 12. circa med. Bar. de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, n. 8. Gul. de Bene. in c. Raynutius par. 2. in materia pupillaris, sub num. 51. extra de testam. Ratio est, quia † semel valuit iure 2
directo, vnde non poterit obliquari, l. verbis ciuilibus, ff. de vul. & pup. subst. glo. in c. Raynutius, extra de test. Ias. in d. l. verbis ciuilibus, n. 20. & in l. centurio, n. 29. ff. de vul. & pup. subst.

Limita, quando † testator habuisset animum 3
etiam substituendi per fideicommissum; quia tunc ex coniecturata ipsius mente, iure fideicommissi subsisteret, Polit. in tract. subst. in materia pupillaris, num. 37. in fin. argum. l. cum proponebatur, ff. de leg. 2. l. tractabatur, ff. de milit. testamen. l. 3. C. de inoff. test. Ioan. Andr. in cap. si pater, de testa. lib. 6. Card. & Antõ. de Butr. in d. cap. Raynutius, Rum. consil. 98. num. 1. per sed tamen istis non obstantibus, vol. 2. Gabriel. in d. l. centurio, n. 63. Franc. Mantica de coniect. vlti. vol. lib. 7. tit. 3. num. 4. versic. sed contrariam, vbi testatur esse communem * opinionem, Surd. consil. 232. n. 25. & 26. vol. 2.

ARGVMENTVM.

Si pupillus exiret de patria potestate per ingressum religionis, vtrum pupillaris ei facta valeat?

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris non valet facta ei, qui exiit de patria potestate per ingressum religionis, n. 1. contra, n. 6. solutio, n. 8. 9. & 10 limita (secundū aliquos) quādo religio fuisset bonorum capax, n. 11. cōtra, & receptius, n. 12. ratio, n. 13.*

2 *Ingrediens religionem, post factam professionem efficitur intestabilis, n. 2. ratio, n. 3.*

4 *Filius liberatur à patria potestate per ingressum religionis.*

5 *Pupillaris extinguitur, si filius exiit viuo patre, ab eius potestate.*

7 *Ingressus religionem retinet iura suorum, & tanquā suus succedit.*

9 *Monasterium habetur loco filii.*

10 *Pupillaris expirat, pupillo suscipiente filium intra tempora pubertatis.*

13 *Ingressus religionem transit in alterius potestatem.*

QVÆSTIO LXXII.

1 SI † pupill9 exiret de patria potestate per ingressum religionis, vtrum substitutio pupillaris ei facta, valeret? Resp. quod non. *Bar. in l. in pupillari, sub n. 7. ff. de vul. & pup. subst.* vbi etiam *Iaso sub n. 9. Lancel. Polit. in tract. subst. in materia pupillaris, n. 37. ver. quinto quaeritur, Bal. in tract. subst. in materia pupillaris, sub n. 39. Gul. de Bene. in c. Raynutium, par. 2, ver. si absq. liberis, el 2. tit. de pup. subst. 1. n. 113. extra de testa, Zas. in tract. subst. in materia pupillaris, in fin. Pau. Leon. in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, num. 274. Bart. de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, sub num. 28. Const. Roger. in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, § 4. quaest 6. num. 21. Petr. Gregor. par. 3. Syntagm. iur. lib. 42 c. 23. num. 9.* vbi testatur cōmu-
* nem * opinionem, *Alex. Trentacinq in tract. subst.*
* *par. 2. c. 19. n. 3. ver. 6.* vbi etiam testatur cōmunem* opinionem.

2 Quia † ingrediēs religionem, post factā professionem, efficitur intestabilis, alia ratione, quā de-
3 fectu ætatis, ea ratione scilicet; quia † mutat statū, & amittit libertatem quo ad seculū, seq; & sua dedicat Deo, atq; ita non est dominus rerum, *Clar. in § testamentum. q. 28. ver. tertiū tempus. Auth. ingressi, C. de sacrosanct. eccl. cap. quia ingredientibus, 9. q. 3. Crass. in § testamentum, quaest. 34. num. 1.* vbi ait ita
* omnes * testari, *Fern. Va. qu. de contrener. Illustr. c. 102. n. 1. Fichar. in add. ad Villalob Com. opin. in litera M. n. 114.* ideo pupillaris substitutio corruit, vt probaui supra in *q. 61, n. 6.*

4 Item, quia per † ingressum religionis, liberatur quis à patria potestate, *Ascan. Clemēt. in tract. de patria potest. c. vlt num. 67.* & dixi s. *q. 70. n. 7.* & quando
5 † filius exiit viuo patre, ab eius potestate, extinguitur pupillaris substitutio, *l. 2. ff. de vul. & pup. subst.*

6 Et si dicatur, quod † ingrediens religionem, dicitur exemptus à patria potestate, quo ad sui commodum; sicut alias fuit dictum in exempto per dignitatem, ita quod omnia iura naturalia, & legitima videatur retinere; *Bar. in d. l. 2. num. 15. ff. de vul. & pup. substit. & in l. etiam in fin. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris;* &, per consequens posset dici subsistere substitutio pupillaris, quæ à iure prouenit le-
7 gitimo: Inde † ingressus retinet iura suorum, & tāquam suus succedit, *Ascan. Clem. in d. c. vltim. num.*
* *73.* vbi testatur communem * opinionē. *l. Deo nobis, § 1. C. de episc. & cler. Bar. in l. ex causa, § Papinianus, ff. de mino. Bal. in l. cum in adoptiuis, C. de adopt. & in l. apud hostes, in fin. C. de suis & legit. & in l. haeredes, & in l. in pupillari, ff. de vul. & pup. subst. Alex. in l. sub conditione, ff. de lib. & posth. Iaso. in l. patre furioso, n. 47. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & in l. qui se patris, n. 18. C. vnde liber. Pau. de Cast. consil. 293. col. fin. vol. 1. Dec. in Auth. ingressi, col. 2. ver. note 1. C. de sacrosanct. eccl. Angel. Aret. in § emancipati, col. 3 ver. tertio fallit, Instit. de haere. qua ab intest. defer. Tiraq. de retr. lign. § 1. glo. 8. sub num. 19.* Tamen responde-
as, liberatū à patria † potestate per ingressum reli- 8
gionis, nō esse similem liberato per dignitatē; quia ille transit in alterius potestatem, hic verò, secus, *Ias. in l. in pupillari, sub n. 9. ff. de vul. & pup. substitutio.* Item quia † monasterium habetur loco filii, *c.* 9
in praesentia, extra de probatio. Auth. si qua mulier, C. de sacrosanct. eccl. Alex. in l. in pupillari, n. 4. ff. de vul. & pup. subst. vbi testatur communem * opinionē, *
Alex. Trentacinq. in d. c. 19 n. 3. ver. 6. vbi etiā testatur communem*opinionem, *Rom. in l. si quis haeres, § fin. ff. de acquir. haered. Alex. & Ias. in l. 1. § per seruū, quis in fuga, ff. de acquir. poss. Bal. in l. 1. C. qui admitti.* vbi & nos latissimè publice legēdo, & sicut † pu- 10
pillo suscipiente filium intra tempora pubertatis, expirat pupillaris substitutio, *Bar. in d. l. in pupillari, sub n. 8 ff. de vul. & pup. substit. per l. ex facto, in prin. ff. eo.* ita infra pubertatem ingrediente monasterium.

Declara (secundum aliquos) principalē conclusionē procedere, quando filius † ingressus fuisset 11
religionem bonorum incapacem, secus si aliquam religionem bonorum capacem in cōmuni, vel particulari; quia tunc valet et substitutio pupillaris, & succederet monasterium, *Alex. & Imo. in d. l. in pupillari, ff. de vul. & pup. substit. per Clem. exiui, de verbor. signif.*

Contrarium tamen, † & receptius * videtur tene- 12
nere *Ias. in d. l. in pupillari, sub n. 9.* praecipuè, quia in- *
gressus † transit in alterius potestatem per *d. l. 2. ff.* 13
de vul. & pup. subst.

ARGVMENTVM.

Si filius, cui fuerit facta pupillaris, emancipetur, & iterum adoptetur, vtrum ipsa pupillaris extincta, reconualescat?

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris reconualescit, si filius, cui fuerit facta, emancipetur, & iterum adoptetur, num. 1. ratio, num. 2. alii tenuerunt procedere de aequitate praetoria, non de iure ciuili, num. 3. & alii distinguunt, num. 4.*

2 *Filius, vt pupillariter ei substituatur, sufficiet reperiri in potestate tempore mortis.*

QVÆSTIO LXXIII.

SI filius, cui † fuerit facta substitutio 1
pupillaris, emancipetur, & iterum adoptetur, vtrum ipsa pupillaris extincta, recōualescat? Resp. quod sic, *Sfor. Od. in praelud. compend. par. 3. q.*
4. num. 6. in fin. vbi testatur esse communem * opi- *
nionem, *Rip. in l. 2. num. 27. ff. de vul. & pupill. subst.* vbi etiam ait esse cōmunem * opinionē, *Crass. in §* *
substitutio, quaest. 23. num. 13. vbi etiam dicit hāc esse communem * opinionem, *Alciat. in d. l. 2 num. 22,* *
vbi fatetur parum dubiū habere, *Ferna. Va. q. de success. progress. § 14. num. 109. Alex. Trentacinq. de subst. par. 2. c. 12. num. 6.* vbi testatur cōmunem * opinio- *
nem. Quia sufficiet reperiri † in potestate tēpore 2

mortis, *Gul. de Bened. in c. Raynutius, par. 2. in materia pupillaris, sub n. 32. extra de testamen. Crass. in § substitutio, quaest. 23. sub n. 5.* vbi testatur communẽ*
opinionem, cum concord. *§ 9. 67. n. 5.*

Licèt *Bart. in l. si arrogator, num. 13. circa med. ff.*
3 *de adopt.* teneat reconualescere de æquitate prętoria,
* non autem de iure ciuili, quem communiter*
secutum esse à Doctoribus, testatur *Gul. de Bened. in capit. Raynutius, par. 2. ver. si absque liberis, el 2. sub num. 51. extra de testamen. Ias. in d. l. si arrogator, num. 36. & 37. Zas. in tracta. subst. in materia pupillaris, sub*
* *n. 15.* vbi testatur esse communem * opinionem.

Et *Lancel. Polit. in tract. subst. in materia pupilla-*
4 *ris, sub num. 37.* distinguat, aut † postquam pater iterum susceperit in potestatem, habuisset occasionem iterum substituendi, & non recõualesceret prima substitutio; aut non habuerit talem occasionem, & prima reuiuisceret, *argum. l. 3. C. de inoff. testam. l. tractabatur, ff. de mil. test.*

ARGVMENTVM.

Vtrum pater habeat necesse prius sibi testamentum facere, & postea pupillariter substituere?

SVMMARIVM.

1 *Pater habet necesse prius sibi testamentum facere, & postea pupillariter substituere, n. 1. declara, num. 3. & 22.*

2 *Testamentum pupillare, est pars, & sequela paterni testamenti.*

§ Prius, l. 2. ff de vul. & pup. subst. *conciliatur cum* § sed si quis ita, eiusdẽ l. 2. *n. 3. & 4. Ratio conciliationis, n. 5. contra, n. 6. rationes, n. 7. 10 & 11. diluuntur, n. 8. & 9.*

§ Prius, *loquitur in filio exhaeredato* & § sed si quis ita, l. 2. ff. de vul. & pup. subst. *loquitur in filio instituto, secundum aliquos n. 3. & 4.*

7 *Intellectus legis diuinatiuus reiicitur, n. 7.*

8 *Aduersatiua denotat diuersitatem in iure, & in facto.*

9 *Intellectus diuinatiuus, gratia contrarietatis cõcordandae, licitus est.*

10 *Exhaeredatio non vitiatur, praeposteratione institutionis.*

§ Prius, l. 2. ff. de vul & pup. subst. *germanus intellectus, n. 12. & 16.*

13 *Accessorium non potest stare sine principali.*

14 *Pupillaris, quae ab initio nõ valuit, non potest postea conualescere.*

15 *Substitutio, quo ad sui validitatem non potest stare in suspenso.*

17 *Testamenta patris, & filii pupilli facta ex internallo, dicuntur vnum, respectu vnius personae testãtis, n. 17. impropria, n. 18.*

18 *Statuto cauente, vt pro quolibet testamento notarius deberet habere decem, deberent solum decem pro testamento paterno, & alia decem pro pupillari substitutione, ex internallo facta.*

19 *Singulare aliquando ponitur pro plurali.*

20 § Sed si quis ita, l. 2. ff. de vul. & pup. subst. *verus, & genuinus intellectus.*

21 *Ordo scripturae non attenditur in his, quae fiunt vno contextu.*

22 *Miles potest pupillariter substituere, absque eo quod sibi testamentum faciat, n. 22. & tunc appellabitur testamentum pupilli, n. 24. non pupillaris substitutio, n. 23.*

24 *Pupillaris praesupponit institutionem praecessisse.*

25 *Ordo quando debeat attẽdi, magistralis distinctio.*

QVÆSTIO LXXIV.

CIRCA sextũ requisitum dubitari cõtingit, vtrũ pater habeat necesse prius sibi testamẽtum facere, † & postea 1
pupillariter substituere? Resp. quod sic, *Bar. in l. 2. sub n. 37. per illum text. in § prius, ff. de vul. & pup. subst. Gul. de Ben. in c. Raynutius, par. 2. in materia pupillaris, sub n. 53. extra de test. Bal. in tract. subst. in materia pupillaris, sub n. 13. Bar. de Hucio in tract. eiusdẽ tit. in materia pupillaris, sub n. 8. Ant. Fume. in tract. eiusdẽ tit. in materia pupillaris, n. 47.* Quia † testamentum pupillare est pars, & 2
sequela paterni testamẽti, *§ liberis, Instit. de pup. substit. l. penult. ff. quemadm. testa. aperiant. Ofasc. decis. 100 n. 27. Anto. Ciofius con. 45. sub n. 26. vol. 2.*

Declara primo (secũdum aliquos) procedere,
quando † filius fuisset exhęredatus, quia tunc per- 3
uersio ordinis vitiaret substitutionem, & ita loquitur *tex. in d. § prius*; secus si fuisset institutus, & ita † 4
loquitur tex. (secundum eos) in *§ sed si quis ita, d. l. 2.* hanc declarationem, & cõcordantiam *d. l. prius, & d. § sed si quis ita,* tenuit *glo. in ver. comprobat, d. § prius,* quã ibi sequitur, *Bar. sub n. 1. Ang. Alber. & Salic. gl. 1. d. § liberis, Instit. de pup. subst.* quam ibi dicit cõ-
munem * *Port. Iac. Cuia. in nota. ad Vlp. tit. 23. quẽadm. test. rump. Sforz. Od. in praelud. compen. par. 3. q.* *
4. num. 7 ver. limitatur primo: Ratio † diuersitatis 5
inter filium exhæredatum, & institutum est; quia quando pater instituit filium, & ei substituit, siue præcedat substitutio, siue sequatur, secundum ordinẽ scripturæ, semper sequitur substitutio, & pręcedit institutio secũdum ordinem intellectus; sed quando filius fuit exhæredatus, non potest præsumi secundũ ordinem intellectus institutionẽ præcessisse, & ideò omisso ordine substitutio vitiatur, *Bar. in d. § prius, sub n. 2.*

Contra † declarationem, & concordantiã præ- 6
dictam tenuit *Iason in d. § prius, n. 25.* eamque com-
muniter * damnari, testatur *Siluest. Alde. in add. ad* *
glo. 1 d. § liberis, Insti. de pup. subst. Alex. in d. § prius, n. 15. & 16. Rip. in d. l. 2. num. 28. Emanu. à Costa in c. si pater, ver. adiciens, n. 2. de testam. lib. 6. quẽ refert *Crass. in § substitutio, q. 24. sub n. 2.*

Moti primò, quia esset † diuinatiuus intellectus 7
ad *d. § prius, Pet. Gregor. par. 3. Syntagm. iuris vniuersi lib. 42. c. 20. num. 4. ver. sed & ad rem, contra l. si putator. ff. ad l. Aquil. canonizatam, in cap. si putator, de poenitent. dist. 1 l. si fideiussor, § nõ male, ff. mand. Ceph. consil. 393. n. 105. vol. 3 glo. in ver. haereditaria, circa prin. l. filium quem, C. fam. herc.*

Sed respondent primò, quod non est diuinatiuus, sed colligitur ex textu, quia *d. § sed si quis ita,* loquitur quãdo filius fuit institutus, & in *d. § prius,* ad-
est aduersatiua, quæ † regulariter debet denotare 8
diuersitatẽ in iure, & in facto. *gl. in l. sed & si lego, ff. de pet. hered. Bar. in l. hoc amplius, § de his autem, ff. de dam. infe.* ergò, vt ponatur diuersum ius, & factum, debemus dicere, quod fuerat filius exhæredatus:
Respondent etiã quod † gratia contrarietatis con- 9
cordandæ, licitum est diuinare. *Ias. in d. § prius, sub n. 23. Soc. Iun. in l. cum filiofamilias, ver. deuenio, num. 14. ff. de lega. 1.*

Secundò, quia nõ datur bona ratio diuersitatis
inter vnum casum, & alium, quia licèt in † casu ex- 10
hæreda-

hæredationis filii, non posset præsupponi eius in-
1 stitutio; benè tamen in personam alicuius extranei
esset præsupponenda, &; per consequens, secun-
dum ordinē intellectus semper præcessisse credē-
dum erit, sicut in casu institutionis filii, *Iaso. in d. §*
11 *prius, sub num. 25.* Item quia † institutio, quę sequi-
tur post exhæredationem, censetur præcessisse, nec
talis peruersio ordinis vitiat exhæredationē, *l. 3. §*
ante heredis. ff. de lib. & post h. l. 1. in prin. ff. de her. inst.
Verior itaque intellectus erit (quē adhuc scho-
12 laris in circulis sustinuimus) ꝙ † *d. § prius*, loqui-
tur quando pater prius fecerat substitutionem pu-
pillarem & postea ex interuallo factū fuerit ipsius
patris testamentum, vnde substitutio pupillaris nō
valuit, quia est accessoria, *l. ex pupillari, l. patris & fi-*
13 *lii, ff. de vulg. & pupill. substit.* & † accessorium non
potest de per se stare sine principali, *l. quod per ma-*
nus, ff. de iure codicill. l. cū principale ff. de reg. iur. Spe-
cul. tit. de arbitr. § sequitur, ver. sed numquid processus,
Honded. consil. 91. num 15. Decia. consil. 45. num. 3.
lib. 2. & licèt pater postea faciat testamentum, ta-
14 men † substitutio pupillaris quæ ab initio non va-
luit, non potuit postea conualescere, *l. quæ ab ini-*
tio, ff. de reg. iur. quam refert *R. buff. in tract. de pri-*
15 *uil. scholar. 63. priuil. in fin.* Item substitutio, quo ad
sui validitatem non potest stare in pendenti, *gloss.*
in l. vsufructus. ff. de stipul. seruo. l. fin. C. de senten. pass.
l. fin ff. commu prad.
16 Et nostrum, ac † receptiorem * intellectū ante
* nos amplexi fuerunt Vltramontani, quos omnes*
* sequi testatur *Ias. in d. § prius, n. 25 ver teneas*, ac et-
iam verū esse fatetur *Bar. in d. § prius, sub n. 1. Crass.*
in § substitutio, quæst. 24 sub num 2. vbi testatur esse
* magis communiter * receptū, *Corn. in l. ambigui-*
tates, n. 2. C. de testa. Anto. Fume. in tract. subst. in ma-
teria pupillaris, n. 47. Pau Leon. in tracta. eiusdem tit.
in materia pupillaris, subst. sub n. 158. Petr. Gregor. d.
cap. 20 num. 5. & ita alludit textus in *d. § prius, ver.*
deinde. Et si dicatur, quod contradicit idem textus
ibi scripturæ, in numero singulari, quasi in eadem
scriptura fuerit facta pupillaris substitutio, & ipsi-
us patris testamentum. Respon. primò, quod li-
17 cèt ista † testamenta fuissent facta ex interuallo;
tamen dicuntur vnum testamentum; & vna scri-
ptura respectu vnius personæ testantis, *l. patris, &*
filii, ff. de vul. & pup. subst. Ias. in d. § prius. sub n. 25. &
Alex. sub n. 19. § igitur, Instit. de pup. substit. Intelli-
18 ge impropriè esse vnum testamentum, ita vt ca-
uente statuto, vt pro quolibet testamēto, notarius
debeat habere decem, deberēt solui decem pro te-
stamento paterno, & alia decē pro pupillari substi-
tutione ex interuallo facta, *Gu. de Beno. in d. c. Ray-*
nutius, par. 2. in materia pupillaris, sub n. 56. extra de
testam. Ang. Alex. & Ima. in d. l. patris & filii. vbi pō-
derant verba illius tex. *habetur pro vno*; quia aliud
est, esse tale, & haberi ꝓ tali, *gl. in l. mercis, ff. de ver.*
sign. l. 2. C. de interd. mat. Bar. in l. si maritus, la 2. § le-
gis, ff. ad l. Iul. de adult. Rimin. Iun con. 222. num. 16a.
vol. 2. Cephal. consil. 451 num. 36. vol. 4. cum concord.
in meo consil. 13. n. 87. lib. 1. fol. 336. Secundò Respon.
19 quod non erit absurdum, vt † singulare ponatur
pro plurali, *l. in vsu, § 1. ff. de verb. & rer. sign. l. cū in-*
ter veteres, vbi Bal. C. de fidei. lib.
20 At *dictus* † *§ sed siquis ita*, loquitur, quando in
eadem scriptura fieret primò substitutio pupilla-
ris, & deinde incontinenti testamētum patris, vn-
dè tunc valebit substitutio, non obstante peruersi-
one ordinis, *Ias. in d. § prius, sub n. 25. Ant. Fumeus*
in tractat subst. in materia pupillaris, sub n. 47. Paul.
Leon. in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, sub n.
158. Quia † in his, quæ fiunt vno contextu, non at 21
tēditur ordo scripturæ, seu verborum, sed intelle-
ctus *d. § sed siquis ita, in tex. ibi, vt non ordo scriptura,*
Ias. in d. § prius, sub n. 25.
Declara secundo, vt non † procedat in milite, 22
qui non haberet necesse neq; prius, neque postea
sibi facere testamentum, *Bar in l. 2 sub num. 17 ff de*
vul. & pup. subst. per tex d. l. 2. ver quisquis, & l. miles
ita, ff. de testam. milit. Soc. Iun. in d. l. 2. num 65. in fin.
Bal. in tract. subst. in materia pupillaris, sub num. 13.
Bart. de Hucio in tract eiusdem tit. in materia pup illa-
ris, sub n. 8 Zas. in tract. eiusdem tit. in materia pup illa-
ris, num. 36. ver. sexto requiritur, Lancel. Pol[illegible] in tra-
cta. eiusdem tit. in materia pupillaris, num. 39. versic.
quinta quaritur Paul. Leon. in tracta. eiusdem tit. in
materia pupillaris sub n. 157. Bolognet. in rub. ff. d. vul.
& pup subst. num. 3. Alexan. Trentacinq in tracta.
substit. par. 2. c. 13. sub num. 1. Et tunc non appellatu-
tur † substitutio pupillaris, quæ presupponit insti- 23
tutionem præcessisse, *l. 1. § substituere, ff de vulg. &*
pup. subst. sed diceretur † testamentum pupilli, *Lā-* 24
cel. Polit. & Pau. Leo. in eorum tract. subst. in materia
pupillaris: illo, num. 39. versic. quarto requiritur, isto,
sub num. 157.
Si etiam (lector) scire velis, quando † ordo de- 25
beat attendi, distinguas; aut est ordo ipsius rei, aut
est ordo temporū, aut est ordo scripturæ, seu locu-
tionis; primo casu, subdistingue, aut est ordo ne-
cessitatis, aut voluntatis; aut dubitatur, si est ordo
necessitatis, eius omissio vitiat, *l. prolatam, C. de sent.*
l. vt debitū, C. de her. act. si est ordo voluntatis, eius
omissio non vitiat, *l. præposteri C. de testamen. § ante*
heredis, Institu. de legat. si dubitatur; vtrum fuisset
ordo voluntatis, vel necessitatis; & tunc, aut omis-
sio talis ordinis est magni præiudicii, & videtur or-
do necessarius, vt eius omissio vitiaret, *l. cum his, §*
prætor, ff. de transactio. aut est modici præiudicii, &
videtur ordo voluntarius, & omissus non vitiaret,
l. 1. in fin. ff. de ventre inspic. secundo casu, distingue,
aut quærimus, de honoribus, aut aliis iuribus; si de
honoribus subdistingue, aut de ordinandis, aut de
iam ordinatis: si de ordinandis, non inspicitur or-
do in temporibus, vt præferatur antiquior, sed di-
gnior, *l. honores, in prin. ff. de decurion. § ordinationes,*
Auth de Monach. l. ad subeunda, C. de decur. libr. 10.
verumtamen in ipsius ordinandi persona, inspici-
tur ordo, vt gradatim ascendat, *l. vt gradatim ff. de*
muner. & honor. l. honor § gerendum, ff. eodem nisi
specialiter fuisset prouisum, *l. primicerius, C. de offic.*
præfe. vrb. l. petitionem, C. de aduocat. diuers. iu[illegible]. si
de iam ordinatis, & tūc ordo temporis inspicitur,
l. 1. ff. de alb. scrib. l. 1. C. de consul. libr. 12. aut quæri-
mus de aliis iuribus realibus, vel personalibus, &
dic vt per *Dyn. in l. priuilegia, ff. de priuil. cred. cap qui*
prior, de reg. iur. lib. 6. l. cum vnus, ff. de bo. author. iu-
dic. possid. l. si finita, § si plures, ff de damn. infect. vbi
Bartol. tertio casu distingue, aut mens disponentis
est certa, & non curamus de ordine, *l. nec enim. ff. de*
solut. l. cum pater, § fidei tuo, ff. de legat. 2. l. quidam, ff.
de peculio lega. aut est dubium, & inspicitur ordo, *l.*
generaliter, § quid ergo. ff de fideicom. liber. l. quoties,
in prin. ff. de vsufr. l. constit. C. circa fin.

I

ARGVMENTVM.

Vtrum pupillaris, facta in testamento imperfecto, in quo fuerint liberi testatoris substituti, valeat?

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris facta in testamento imperfecto, in quo fuerint substituti liberi testatoris, valet, num. 1. limita, vt procedat, quando liberi fuerint substituti in primo gradu, secus in vlteriori, numero 8. contra, & male, num. 9. rationes, numero 10. 12. & 15. annihilantur, numero 11. 13. & 18. Item limita, vt procedat, quando fuissent substituti liberi testatoris; secus si extranei, num. 19. rationes, num. 20. 24. 27. & 29 contra, & perperam, num. 23. 25. 26. 30. 31. 32. 33. 34. & 35. Declara, numero 38.*

2 *Pupillo succeditur per pupillarem, & non testatori.*

3 § Ex imperfecto, l. hac consultissima, C. de testament. *loquitur de testamento inter liberos.*

4 *Pupillaris dicitur impropriè testamentum filii.*

5 *Pupillaris, quæ potest impugnari, si iudicatur testamentum pupilli, vt valeat, debet credi testamentum patris, & e conuerso.*

6 *Frater non dicitur suus, quoad effectum transmissionis n. 6. declara, n. 7.*

10 *Liberorum appellatio, ad omnes liberos porrigitur.*

11 *Lex generalis restringitur, & declaratur per alias.*

§ Ex imperfecto, l. hac consultissima, C. de testa. *procedit, etiam in filiis naturalibus tantum, n. 12. contra, & verius, n. 13.*

14 *Lex faciens mentionem de liberis, intelligitur de legitimis, & naturalibus. n. 14.*

§ Ex imperfecto, l. hac consultissima, C. de testa. *habet locum, etiam in matre testante inter liberos naturales, vel spurios, n. 15.*

16 *Naturales, vel spurii quo ad matrem iudicantur legitimi, n. 16. nisi esset illustris n. 17.*

20 *Tutoris datio est merus fauor pupilli.*

21 *Pater, in testamento imperfecto inter liberos, non potest dare filiis tutorem extraneum, n. 21. Declara, n. 22.*

23 *Priuilegium non debet interpretari cum iactura aliena.*

24 *Testamentum imperfectum, in quo fuerit institutus extraneus, non valet.*

25 *Pater substituens pupillo suo, poterit exhæredare matrem pupilli, quam ipse pupillus factus maior eam exhæredare nequiret.*

26 *Pater potest substituere filio suo illos, quos ipse pupillus non posset instituere.*

27 *Relictum extraneo in testamento imperfecto habetur pro nullo.*

29 *Testati causam, fouet causa intestati.*

§ Ex imperfecto, l. hac consultissima, C. de testa. *vera ratio. n. 30.*

32 *Relictum extraneo, si tentat in fauorem coniunctæ personæ, eius fauore relictum censetur.*

33 *Quod principaliter fit, attendendum est.*

34 *Pupillaris est pars, & sequela paterni testamenti.*

35 *Dispositio priuilegiata facta de vna persona, extenditur ad aliam, quæ illi præbet ministerium.*

36. *Priuilegium clericorum, & scholarium extenditur ad eorum famulos, n. 36. & 37.*

QVÆSTIO LXXV.

VTRVM substitutio † pupillaris facta in testaméto imperfecto, in quo fuerint substituti liberi testatoris, valeat? 1
Resp. quod sic, *Barto in l. 2. nũ. 18. ff. de vulg. & pup. subst.* cum quo Doctores * transire testatur *Socin. Iun. in ead. l. 2. n. 26. arg. l. hac consultissima, § ex imperfecto, C. de test. Imol. in c. Raynutius, in materia pupillaris, extra de test. Cuma. in d. l. 2. Paul de Castr. cons. 353. Alex. in d. l. 2. n. 21. versic. sexto requiritur, Crass. in § testamentum, q. 14. in fi.* vbi testatur communem * opinionem, *Iaso. Socin. & Rip. in d. l. 2. requisita sexto, Fern. Vasq. de succes. progress. § 14. num. 115. Alc. in d. l. 2. num. 4. Corras. in l. si testamento, num. 19. C. de impub. & aliis subst. Crass. in § substitutio, quæst. 24. num. 3.* vbi testatur hanc esse cõmunem * opinionem, *Capra in tract. substit. pupill. num. 50 Emanuel a Costa, in c. si pater, vers. in suo testamento, num. 6. de test. lib 6. Sfor. Odd. in prælud. compend. par. 3. q 4. n. 7. in fi. Curt. Iun. in d. § ex imperfecto, n. 6.* vbi dicit communem * opinionẽ, *Clar. in § testamentum, q. 10. versic. hinc infertur;* vbi etiam ait hãc esse communem * opinionem, *Paul. Leon. in tract. subst. in materia pupillaris, n. 160. Zas. in tract. eiusdem tit c. 2. sub n. 16. versic. quid autem si pater, Bar. de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, sub n. 9. Bal. in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, sub n. 14. Guil. de Bened. in c. Raynutius, par. 2 in materia pupillaris, sub num. 57. extra de testamẽ. Alex. Trentacinq. in tractat. subst. par. 2 cap. 13. n. 2. vers. primus,* vbi testatur communem * opinionẽ, à qua in iudicando, & consulendo non esset recedendum.

Nec offendet lectorem, quod in nostro casu non videtur tractari de hæreditate patris, sed de hæreditate fraterna, cum per pupillarẽ † succedatur pupillo, & nõ testatori, *l. paterfamilias, ff. de vul. & pup. subst. Inst. in prin. de pupill. subst. i. circa fi. &*, 2
per consequens, non videtur habere locum † *§ ex imperfecto* qui loquitur de testaméto inter liberos, *Crass. in § testamẽtum, q. 11. n. 1. Vasq. de success. creato. § 11. n. 45. Clar. in § testamentum, q. 8. Ias. in Auth. nouissima, n. 16 C. de inoff. test.* 3

Quia resp. quod † pupillaris impropriè dicitur testamentum filii, *§. igitur, in textu ibi, tanquam si ipse filius, Inst. de pup. subst.* ponderando illam dictionem, *tanquam*, quæ est nota improprietatis, *l. pecuniã, ff. si cer. pet. gl. in c. solita, extra de maior. & obed. Bar. in l. 1. circa fi. ff. de off. eius cui mãd. est iur. cũ concord sup. q. 2. n. 31.* Inde, si † pupillaris substitutio posset impugnari, si iudicaretur testamentum pupilli, vt valeat, deberet credi testamentum patris, & vbi impugnari posset, si crederetur testamẽtum patris, deberet iudicari testamentum pupilli, *Alex. in d. l. 2 sub n. 21. ver. confirmatur, ff. de vulgar. & pup. subst. per l. Papinianum, § sed nec impuberis, ff. de in off. test. Soc. in ead. l. 2. sub n. 66.* Item, licèt † frater à fratre institutus heres non dicatur suus, quo ad effectum transmissionis, *l. quoniam sororem, C. de iure delib. l. fratris, C. eo. l. vnica, § in nouissimo, C. de cad. tollen.* tamẽ si testator filio suo impuberi pupillariter substituisset alium filiũ suũ, ipsiusq; impuberis fratrẽ, talis substitutus censeretur suus, nedum patri; sed etiam impuberi, hæreditatemq; pupilli non aditã, ex potentia suitatis ad quoscunq; transmitteret, *Bart. in l. sed si plures, § quos possum, ff. de vulg. & pup. subst.* 4 5 6 7

subst. Alex in d l. 2. n. 21. in fi. ff. eo. l. Iulianus, (aliàs in-
cipit, *si pupillus*) *ff. de acqu. hered. Alex. Trentacinq. in
tract. subst. par. 1. c. 17. sub n. 3.* vbi testatur communẽ
* * opinionem, *Vasq. de success. creat. lib. 2. § 19. n. 26.*
Limitatur primò principalis conclusio (secuo-
8 dum aliqoos) vt procedat, quando † liberi substi-
toti fuerint in primo gradu successionis ab intesta-
to ipsi pupillo, *Aret. in d. l. 2 ff. de vul. & pup. subst. per
l. fi. C. fam. hercisc. Soc. Iun. in d. l. 2. n. 67.*
9 Etsi contra † hanc limitationem tenoerit *Soc.
Sen. in d. l. 2. ff. de vul. & pup. subst.*
Quia *d. § ex imperfecto*, loquitur generaliter de
10 liberis & liberorum † appellatio ad omnes poste-
ros porrigitur, *l. liberorum. ff. de verb. & rer. signi.* vbi
* Doctores magis communiter * notarunt.
Sed tenentes limitatiooem; Resp. quòd noo est
11 inconoeniens, vt † per alias leges, & rationes re-
stringatur, & declaretur, *l. nõ est nouum, ff. de legibus,
iuncta l. cum ratio. ff. de bon. damn.*
12 Item, qoia *d. § ex imperfecto*, procedit etiam in †
filiis naturalibus tantum, *Bart. in d. l. fin. C. famil.
hercisc.*
13 Sed Resp. contrarium esse † receptius * *Crass.*
* *in § testamentum, quest. 15. n. 2.* quia (inquit) vbi lex
14 † facit meotionem de liberis, seu de filiis, semper
intelligitur de legitimis, & naturalibus, non autẽ
de naturalibus tantum, quos lex ipsa reprobauit,
Clar. in § eiusdem tit. quest. 11. ver. sed quia, vbi testa-
* tur communem * opinionem, *Dec. cons. 610. n. 2. &
3. Boer decis. 240. n. 13. Rimin. in d § ex imperfecto, n.
5. Picus in repet. § Titia, num. 53. circa fi. Rube. cons. 7.
sub n. 7. Curt. Iun. in d § ex imperfecto, n 16. Gulielm.
de Bened. in capit. Raynutius, versic testamentum,
num. 83. extra de testament. Angel. in l. filio præterito,
ff. de iniust. testament. Fern. Vasq. de success. creat. § 21.
numero 53.*
15 Item, quia † *d. § ex imperfecto*, procedit, etiam in
matre testante inter liberos naturales, vel spurios,
16 qui † quo ad ipsam repudiantur legitimi; *Clar. in
§ testamentum, q. 11. vers. & hac quidem*, vbi testa-
* tur commonem * opinionem *Natt. in d. § ex im-
perfecto, n. 74. & 78. Alex. in l. ex facto, § si quis rogatus,
el 1. sub n. 45. versic. vnde quia, ff. ad Trebell. Boer. de
17 cis. 240. n. 14* nisi (ioquit) mater esset † illustris, quia
tunc filii naturales, aut spurii non reputantur le-
gitimi, *Guil. de Bened in cap. Raynutius, in versic. te-
stamentum, el 1. numero 84. extra de testamen. Crass.
in § testamentum, q. 15. sub num. 2.* vbi testatur com-
* munem * opinionem.
18 Sed Resp. quia quo ad matrem, † non fit exten-
sio iuris tam concessi, sicut in *l. 1 § nunciatio. ff. de
non oper. nunt. Soc. Iun. in d. l. 2. n. 67. circa fi. ff. de vul.
& pupilla. subst.*
Limitatur secundò, vt procedat, quando fuerint
† substituti liberi testatoris; secus si extraneus sub-
19 stituatur; quia tonc, si testameotum fuerit imper-
fectum, noo valebit popillaris substitutio. *Bartol.
in l. 2. sub num. 18. ff. de vulgar. & pupillar. subst. Crass.
in § substitutio, quæstio. 24 in fin.* vbi testatur hãc esse
* communem * opinionem, *Clar. in § testamentum,
questio. 10. versic. hinc infertur*, vbi testatur commu-
* nem * opinionem, *Raphael Cum. & Alex. in d. l. 2.
Imol. in cap. Raynutius, in materia pupillaris substi-
tutionis, extra de testamen. Ias. in d. l. 2. num. 24.* vbi
* testatur communem * opinionem, & resoluit cõ-
traria, *Zas. in tractat. substitut. in materia pupillaris,
sub num. 16.* vbi testatur hanc esse veritatem, *Bart.
de Hucio in tract. eiusdem titul. in materia pupillaris,
sub num. 9. Bal. in tract. eiusdem tit. in materia pupil-
laris, sub n. 14. Gulielm. Bened. in d. cap. Raynutius,
in materia pupillaris, sub num. 57. Alexan. Trenta-
cinq. in d. cap. 13. num. 3. vers. & cum superior, & ver-
sicul.* ego, vbi testatur communem * opinionem, *
Vasq. de success. progress. lib. 2. § 14. n. 118.
Mouemur primò, quia † datio tutoris, est me- 20
rus fauor pupilli, sicut datio pupillaris substitutio-
nis, *Bar. in l. 1 § si ff. de vul. & pup. subst.* & sicut † pa- 21
ter in testamento imperfecto ioter liberos, non
potest dare filiis tutorem extraneum, *Clar. in § te-
stamentum. quest. 10. vers. secundo infertur*, vbi intel-
ligit ad effectum, vt † de per se noo valeat ipsa tu- 22
toris datio, licèt talis totor posset à iudice in turo-
rem confirmari, *Curt. Iun. in d. § ex imperfecto, n. 26.
in fi. vbi Soli. col. 1. vers. oppono, cum glo. & Corn. n. 15.
Alex. consil. 140. n. 2. lib. 1.* vbi testatur hanc esse ma-
gis com. * opin. ita videtur non posse pupillariter *
substituere extraneum.
Sed respondent contrarii, qoia oon videtur † 23
bona argumentatio de datiooe tutoris, ad pupilla-
rem substitutionem; quia priuilegium, quod testa-
mentum imperfectum valeat, non deberet inter-
pretari cũ ioiuria tutoris, *l. impuberi. ff. de adm. tuto.*
at pupillaris substitutio noo facit damnũ, nec pu-
pillo, nec extraneo substituto, *gloss. in l. ex tribus, C.
de inoff. test. l. Iulianus, ff. de acqui. hared.*
Secundò, qoia si ipse † pupillus maior effectus 24
vocaret io testamento imperfecto extraneum, nõ
valeret eius dispositio, *d § ex imperfecto*, ergo nec
pater eius poterit extraneum pupillariter substi-
tuere in testamento imperfecto.
Sed respondeot contrarii, non esse bonam ar-
gomentationem; quia confuoditur per *l. Papinia-
nus § sed nec impuberis, ff. de inoff. testam* vbi pater
substituens † pupillo filio suo, poterit exhæredare 25
matrem pupilli, & tamen ipse pupillus factus ma-
ior, & testamentum faceret, non posset eam exhæ-
redare. Itẽ, quia † pater posset substituere filio illos, 26
quos ipse pupillus non posset instituere, *l. sed si plu-
res, § quos possum, ff. de vul & pup. subst.*
Tertiò, per *d. § ex imperfecto*, quatenus † dispo- 27
nitur in testameoto imperfecto, extraneo relictũ,
haberi pro nullo, vt pooderat *Bart. in d. l. 2. sub n. 18.
ff. de vul. & pup. subst.*
Sed respondent contrarii, procedere, quando
ex tali † relicto, nullum commodum filio redũda- 28
ret; sed pupillaris substitutio est commodum filii;
ergo non videtur obstare.
Quartò, quia substituto extraneo, cessat ratio
d. § ex imperfecto. quæ est, quod † causa intestati, 29
fouet causam testati, *Ias. in d. l. 2. sub n. 24.*
Sed respondent cõtrarii, non esse illam rationẽ
d. § ex imperfecto, sed fuisse eius † dispositionem in 30
troductam fauore liberorum, quibus etiam iure
natorali debetur pareotum hæreditas, *Natt. in d. §
ex imperfecto, n. 30. Clar. in § testamentum, q. 8.* vbi te-
statur ita Doctores communiter * affirmare. *
Licèt contra prædictam limitationem, vt etiam
valeat † substitutio pupillaris in personam extra- 31
nei facta in testamento imperfecto, tenuerit *Aret.
in d. l. 2. ff. de vulga. & pup. subst. Lancel. Polit. in tract.
subst. in materia pupillaris, sub n. 43.*
Moti primò, quia quando † aliquid disponitur 32

faoote alicuius perſonę coniuoctæ, cui qoid relin-
quitor, procedit, etiam quando relinquitur extra-
neo ſi tendat in fauoreio coniunctæ perſonæ, *l.3.§
liberis, ff de leg. præſta.* & ſi dicatur, quod illud eſt;
quia totum emolumentum erat coniunctæ perſo-
næ, cui reſtitutio legati facieoda erat; ſed nō eſt ſic
in pupillari ſubſtitotione extraneo facta; quæ licèt
ſit fauor pupilli, tameo totum commodum extra-
neus eſſet habiturus. Reſpondent, quod nō debet
33 † attendi, cui commodum acquiratur, ſed quē te-
ſtator priocipaliter voluerit honorare, vt in ſubſti-
tutione popillari poſſet conſiderari; quæ principa-
liter reſpicit fauorem popilli, illaq., ideo attenden-
da, *l. qua exceptionem, ff. de cond. indeb.*
34 Secundò, quia † pupillaris ſubſtitutio eſt pars
& ſequela paterni teſtamenti, *§ liberis. Inſtit. de pu-
pill. ſubſt. Oſaſc deciſ. 100. n 27.* vnde ſi teſtamentum
patris valet, licèt imperfectum, quia iutet liberus,
ergò debet valere pupillaris ſubſtitutio.
35 Tertiò, quia † diſpoſitio priuilegiata facta de
vna perſona, extenditur ad aliā, quæ illi prębet mi-
niſterium *l. non alias § 1. ff. de iudic. capit licèt de pri-
uil. lib 6. Dec. in reg. in omnibus cauſis. ff. de regu. iur.
c. 1. de priuil. lib. 6. Oldra conſ.* 11. Sicut priuilegium
36 † clericorum extenditur ad eorum famulos, *l. 1. &
2. C. de epiſc. & cler Rebuff. de priuil ſchol. 166 priuil.*
37 *n. 1. in fin.* & priuilegium † ſcholarium extenditur
etiam ad eos, qui ſunt in eorum miniſterio, *Bal. in
Auth. habita, C. ne fil. pro patre, Rebuf. in tract. de pri-
uil. ſcholar. 79 priuil. n. 2. & priuil. 166. n 1. Fel. Ethus in
proœm. 6. decret. in ver. ſcholaribus, Felin in c. 2. extra
de foro compet. Rauen. in Clem. vnica, de vſu. Iaco. Re-
buff. in l. vnica, § fin. C. de collegia. lib 11. Horat. Lu-
cius in tract. de priuil. ſchol. rub. de his qui gaud. priuil.
ſchol. num. 2. Bologn. in d. Auth. habita, n. 19. Affli. in
rub. de iure prothomiſ. num. 3. Bar. in tract. de repraſal.
6. q. 7. quaſtio. princip n. 8.*
Verumtamen, tenentes poſteriorem ſenteotli-
am, reſtringunt, tunc ſcilicet ſubſtitutionem pu-
38 pillarem factam in teſtamēto † imperfecto in per-
ſonam extranei valere, quando redundaret in da-
mnum liberorum, quibus extraneo relicta accre-
ſceret; pota, quia perſona extranea ſimul cum libe-
ris ſubſtituta eſſet *Soc Sen. in d l. 2 ff. de vul. & pup.
ſubſt. vbi Soc. Iun. n. 69. ver. poteſt tamē*, aliquas pro-
ponit difficultates.

ARGVMENTVM.

Vtrum conſeruetur pupillaris, ſi teſtamen-
tum patris reſcindatur per bonorum
poſſeſſionem contra tabulas?

SVMMARIVM.

*1. Pupillaris conſeruatur, reſciſſo teſtamento patris per
bonorum poſſeſſionem contra tabulas, n. 1. ratio,
n. 2. declara, n. 9.*

*2 Bonorum poſſeſſione contra tabulas petita, conſeruā-
tur ea, quæ liberis vtilia ſunt, num. 2. declara,
num. 3. & 4.*

*5 Bonorum poſſeſſio contra tabulas datur liberis, in
poteſtate præteritis, numero 5. & emancipatis,
num. 6.*

*7 Teſtamentum, in quo filius eſt præteritus, quomodo
poteſt dici ruptum per contra tabulas, cum illud
ſit ipſo iure nullum? n. 7. & 8.*

*10 Bonorum poſſeſſio contra tabulas naſcitur, etiam
ante aditam hæreditatem.*

*11 Querela inofficioſi teſtamenti, naſcitur demum ad-
ita hæreditate.*

QVÆSTIO LXXVI.

CIRCA ſeptimum requiſitū dubitari cō-
tingit, ſi teſtamentum patris reſcinda-
tur per bonorum poſſeſſionem contra
tabulas, vtrum conſeruetur ſubſtitutio
pupillaris? Reſp quod † ſic, *Craſſ. in § ſubſtitutio, q.* 1
26. n. 4. vbi teſtatur communem * opinionem, *Bar.*
*in l. 2 ſub n. 18 ff. de vul. & pup. ſubſt. Emanuel à Coſta
in l. Gallus, § & quid ſi tantum. par. 3 n. 142 ff. de lib.
& poſth. & in cap. ſi pater. par. 3. ver conſendum, n. 8.
de teſta. lib. 6. Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. § 14. n. 136 Bal.
in tract ſubſt. in materia pupillaris, ſub n. 15. per l. patris
& filii, & l. ex duobus, § fin. cum l ſeq ff. de vul. & pup.
ſubſt. Paul. Leo in tract. ſubſtit. in materia pupillaris,
n. 174. & 294. Ant. Fume. in tract. eiuſdem tit. in ma-
teria pupillaris, n. 57. Alex. Trentacinq. in tract. eiuſ-
dem tit. part. 2. c. 14 num. 2.* vbi teſtatur communem
* opinionem, *Vigl. & Aret. in § liberis, Inſtit. de pu
pill. ſubſt. gloſſ. Faber. Bellon. & Ozzerius in § quara-
tione, Inſt. eod.*
Ratio eſt, quia † per bonorum poſſeſſionē con- 2
tra tabolas conſeruantur ea, quæ liberis vtilia ſunt;
ergò & pupillaris ſubſtitutio, quæ ad vtilitatē, fa-
uorem, & commodum liberorum introducta eſt,
quam eſſe communiter * receptam, teſtatur *Craſſ.
in d. quaſt. 26. n. 4. in fin. Emanuel à Coſta in d. § &
quid ſi tantum, n. 143. Vaſq. d. § 14 num. 136. Bar. in
d. l. ex duobus, § fin. ff. de vulg. & pup. ſubſt. Ant. Fume.
in tract. ſubſt. in materia pupillaris, ſub n. 57.* & ſi di-
catur, conſeruantur ea, quæ ſunt liberis vtilia, non
† in tentantibus contra tabulas, *l. filium, § in omni-* 3
bus. ff de legat. præſtan. ergò ſecus, ſi contra tabulas
intentaret? Reſpon. contrarium intelligi, de illis
commodis, de quibos filius poterat diſponere per
ſe, vel cum authoritate tutoris, vel curatoris; quæ
amittit petendo bonorum poſſeſſionem con-
tra tabulas; at circa teſtamentum † pupillare, exi 4
ſtens popillus in ætate pupillari, non poteſt diſpo-
nere, etiam cum authoritate tutoris; vnde videtur
contra tabulas peteodo, non poſſe teſtamentum
pupillare irritari, *Bar. in d. l. ex duobus, § fi. ff. de vulg.
& pup. ſubſtitu.*
Et iſta bonorum poſſeſſio † contra tabulas da- 5
tur liberis io poteſtate præteritis, *Craſſ. in § bono-
rum poſſeſſio, quaſt. 20. n. 1.* vbi teſtatur communem
* opinionem, *§ non ſolum Inſtit de bonor. poſſ. Alex.
& Iaſ. in l. poſthumo, C. eo.* Item, etiā † emancipatis, 6
quibus præteritis, cū cauſæ expreſſione, aliud re-
medium minimè competeret, *&q. 21 n. 1 glo. in ver.
noluit, § exhæredatos. Auth de hæred. & Falc. Pau. de
Caſtr. in Auth. ex cauſa, n 7. C. de lib. præter. vbi Iaſ. n.
8. Corn. n. 21. Curt. Iun. n. 44. Mynſinge. in § emācipa-
tos, n. 4. Inſtit de exhæred. liber.*
Et ſi dices ſubtiliter, quomodo poteſt † rumpi 7
teſtameotum per contra tabulas, io quo filius eſt
præteritus, com illud ipſo iure dicatur nullum,
Clar. in § teſtamentum, quaſt. 42. vbi teſtatur cōmu-
nem * opinionem, *l. inter cætera, ff. de l ber & poſth.
Inſtit. in prin. de exhæredat. liberor.* Reſpon. ſatis
poſſe dici rumpi, ſeu reſcindi, quatenus † de facto 8
proceſſerit, *Craſſ. in § bonorum poſſeſſio, quaſt. 20. in
fin.* vbi teſtatur hanc eſſe communem * Doctorum
ſententiam, *Ant. Gomez. tom. 1. var. reſol. cap. 10. n.
5. Paul. de Caſtr. in l. ſi filius præteritus, ff. de liber. &
poſthum.*

poſth. Emanuel à Coſta in l. Gallus, § & quid ſi tantum, n. 141. ff. eod.

Intellige principalem concluſionem ꝓcedere,
9 quando poſt † aditam hæreditatem intentaretur
bonorum poſſeſſio contra tabulas; ſecus ſi antè ad-
itam hæreditatem: quia tunc tolleretur etiam pu-
pillaris ſubſtitutio, *Bal. in tract. ſubſt. in materia pu-
pillaris, ſub n. 15. per gloſſ. l. 1. C. de bon. poſſ. contra ta-*
10 *bul. & l. vt liberis, C. de collat.* Quia † contra tabulas
naſcitur, etiam ante aditam hæreditatem, *l. illud, in
fin. ff. de bono. poſſ. contra tab.* Querela vero demum
11 adita † hæreditate, *l. ſi quis filium, C. de inoff. teſt. glo.
in § fin. l. ex duobus. ff. de vul. & pup. ſubſt. & dixi in 2.
cent. feud. art. 36. n. 171.*

ARGVMENTVM.

Vtrum pupillaris remaneat valida, rupto teſtamento paterno per querelam in totum?

SVMMARIVM.

1 Pupillaris non remanet valida, rupto teſtamento paterno per querelam in totum, ſecus ſi pro parte rumperetur; quia conſeruaretur in totum, n. 1. idem ſi rumperetur per bonorum poſſeſſionem contra tabulas, num. 3. Ratio differentia, num. 2. & 3.

2 Querela inoffſicioſi teſtamenti eſt remedium iuris ciuilis, quod operatur effectum ipſo iure.

3 Bonorum poſſeſſio cõtra tabulas eſt de iure pretorio, & non euertit teſtamentum, quod eſt de iure ciuili, ipſo iure.

4 Prætor non poteſt facere, nec deſinere hæredem.

5 Querela inofficioſi teſtamenti, quibus competat, remiſſiuè.

QVÆSTIO LXXVII.

1 VTRVM † pupillaris ſubſtitutio remaneat valida, rupto teſtamento paterno per querelam in totum? Reſp. quod nõ; ſecus ſi pro parte rumperetur, quia tũc tabulæ pupillares remanebunt, *Bar. in l. 2. n. 18. in fi. ff. de vul. & pup. ſubſt. & in l. Papinianus, § ſed nec impuberis, in prin. per illum tex. ff. de inof. teſtam. glo. in d. l. 2. in ver. ruptum, Paul. Leon. in tract. ſubſt. in materia pupillaris, n. 173. Bal. in tract. eiuſdem tit. in materia pupillaris, ſub n. 15. Ant. Fumeus in tract. eiuſdem tit. in materia pupillaris, num. 57. Alex. Trentacinq. in tract. eiuſdem tit. part. 2. c. 14. num. 5.* vbi teſtatur
* communem * opinionem, *Faber, Bellous, & Ozeriis in § qua ratione, Inſtit. de pupillari, Aret. in § liberis, Inſtit. eod.*

2 Ratio eſt, quia † querela inofficioſi teſtamenti eſt remediũ iuris ciuilis, quod operatur effectum ipſo iure, tollendi vtrumq; teſtamẽtum, patris ſcilicet, & filii, quod eſt de iure ciuili (de quo in proxima quæſt.) *Pau. Leon. in d. tract. de ſubſt. in materia pupillaris, n. 177. § fin. Inſtit. de legit. agnat. tute.* At re-
3 medium † bonorum poſſeſſionis contra tabulas, eſt de iure prætorio; ideo ipſo iure non poterat euertere teſtamentum, quod eſt de iure ciuili; eum
4 .n. † prętor non poteſt facere hæredem, multo minus deſinere, *§ quos autem, Inſt. de bon. poſſ. l. ſi fine, § ſed quod Papinianus, ff. de minoribus.* hanc differentiam inter querelam & bonorum poſſeſſionem contra tabulas, ponit *gloſſ. in ver. etiam ſi, § fin. l. ex duobus, ff de vul. & pup. ſubſtit.* eamque approbauit *Pau. Leon. in tract. ſubſt. in materia pupillaris, n. 175. Alex. in d. § ſi. ſub n. 10.*

Quibus autem † competat querela, delego le- 5
ctorem ad *Bar. in l. 1. ff. de inoff. teſta. Ang. Aret. Inſt. in prin. eod. tit. Clar. in § teſtamentum, quæſt. 48. Gul. de Bene. in c. Raynutius, in ver. in eodem teſtamento relinquens, el 1. ſub n. 251. extra de teſta. Craſſ. in § teſtamentum, q. 46.*

ARGVMENTVM.

Vtrum pupillaris fieri poſſit filio exhæredato impuberi?

SVMMARIVM.

1 Pupillaris poteſt fieri filio exhæredato impuberi doli capaci, n. 4. ſiue exhæredatio fuerit facta mala mente, ſiue bona, n. 14. rationes, n. 15. 16. & 13. contra, n. 21.

2 Pupillus minimè doli capax, exhæredari non poteſt.

3 Pupillus doli capax ex ingratitudine, poteſt redigi in ſeruitutem.

4 Pupillus dicitur doli capax, quando fuiſſet pubertati proximus.

5 Pupillus pubertati proximus obligatur ex delicto, n. 5. quod committitur in faciendo, non autem in omittendo, n. 6.

7 Pupillus pubertati proximus (ſecundum aliquos) dicitur ſi habuerit decem annos cum dimidio, ſi fuerit maſculus; ſi fœmina, ſi habuerit nouẽ annos cum dimidio, n. 7. aliter, n. 8. aliter, n. 9. aliter, n. 10. & aliter, n. 11. Author iudicis arbitrio remittit, n. 12.

13 Exhæredationis cauſa, remiſſiuè.

15 Teſtamenti magnus eſt fauor.

16 Patria poteſtatis maxima virtus.

17 Lex confidit multum de patre.

18 Iudex poteſt incarcerare, & punire filiũ, ad ſolum patris mandatum, n. 18. niſi pater eſſet perſona indiſcreta, n. 19.

20 Pater valde mẽdicus, poteſt pupillariter ſubſtituere filio valde diuiti.

22 Exhæredatio, vtrum in dubio præſumatur mala, vel bona mente facta, remiſſiuè.

QVÆSTIO LXXVIII.

VTRVM etiã hodiè poſſet fieri pupillaris ſubſtitutio filio exhęredato impuberi? Reſp. quod † ſic, ſi im- 1
pubes ipſe fuiſſet doli capax, *Bar. in l. 2. n. 19. ff de vul. & pup. ſubſt. gloſſ. in ver. ad ſubſtitutionem, § non ſolum, Inſt. de pup. ſubſt. Gul. Bene. in c. Raynutius, par. 2. in materia pupillaris, ſub n. 60. extra de teſt. Bal. in tract. de ſubſt. in materia pupillaris, ſub n. 15. Bar. de Hucio in tract. eiuſdẽ tit. in materia pupillaris, ſub n. 10. Ant. Fum. in tract. eiuſdẽ tit. in materia pupillaris, n. 46. Zaſ. in tracta. eiuſdem tit. c. 2. ſub n. 17. Lancel. Polit. in tracta. eiuſdem tit. in materia pupillaris, n. 40. Paul. Leon. in tracta. eiuſdem tit. in materia pupillaris, num. 167. 168. & 169. Craſſ. in § ſubſtitutio, quæſt. 25. n. 2.* vbi teſtatur commu-
nem * opinionem, *Soc. & Rip. in d. l. 2. ille, num. 71. iſte, num. 30. Anton. Gomez. var. reſol. tom. 1. c. 4. n. 3. Fern. Vaſqu. de ſucceſſ. progreſſ. § 4. libr. 2. numero 130. Sforz. Odd. in prælud. compend. par. 3. quæſt. 4. n. 8. ver. limitatur primo,* vbi teſtatur hanc eſſe cõmu- *
nem * diſtinctionem *Alexan. Trentacinq. in tract. ſubſtit. par. 2. c. 14. num. 8. in fin.* Aliàs ſi † doli ca- * 2
pax non fuiſſet, exhæredari non poſſet, *l. ſi quis, § ſi. C. de inof. teſta. gloſſ. in § item finitur, Inſt. quib. mod. tut. finit. & in d. § non ſolum, Inſt. de pup. ſubſtit. Alex.*

Trentacinq. in d. c. 14. n. 6. verf. primus, vbi teſtatur
* communem * opinionem. Inde etiam † pupillus
3 doli capax ex ingratitudine poterit redigi in ſerui-
tutem, § item finitur, vbi gloſſ. in verſ. redigatur, Inſti-
* tut. quib. mod. tut. finit. quem ibi communiter * ap-
probari teſtatur Siluest. Aldo. in Addit.
4 Dicitur autem † doli capax, quando fuiſſet pu-
bertati proximus, glo. in d. § non ſolum, Inſtit. de pu-
pill. ſubſtit. Paul. Leon. in tract. ſubſt. in materia pupil-
laris, n. 170. Craſſ. in d. quaeſt. 25. ſub n. 2. Sforz. Odd. d.
quaeſt. 4. ſub num. 8. limit. 1. in fin. l. apud Celſum, § de-
inde. ff. de dolo, glo. in l. qui iuraſſe. ff. de iureiurand.
Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 1. caſu 57. num. 41.
5 & tunc † pupillus, etiam obligaretur ex delicto, l.
pupillum, vbi Dec. num. 2. ff. de reg. iur. l. excipiuntur,
ff. ad Senatusconſultum Sillan. glo. in l. impuberem, ff.
de furt. glo. & Barto. in l. ſi quis in tantam, C. vnde vi.
6 Intelligo de delicto, quod † committitur in facié-
do, non autem in non faciendo, ſeu in omittendo,
Bar. in l. 1. § impubes, ff. ad Sillan. Tiraq. poen. cauſa 44.
ſub n. 44. Cyn. & Salyc. in l. 1. C. de fal. mo. Bal. Ang. &
Roma. in l. is cui bonis, ff. de verbo. obligat. Ioan. Ana.
in cap. 1. colum. penul. extra de delict. puer. Marſil.
in l. infans. col. 2. verſ. item ſciat quod, ff. ad l. Corne.
de ſicar.
7 Et dicitur (ſecundum aliquos) pubertati † pro-
ximus maſculus, ſi habuerit decem annos cum di-
midio, foemina verò, ſi habuerit nouem annos cũ
dimidio, glo. in ver. proximus, § pupillus, Inſtit. de in-
util. ſtipul. glo. fin. l. 1. ff. de nouat. vbi Bart. Aret. in d.
* § pupillus, vbi teſtatur communem * opinionem,
Bal. in l. ſi quis in tantã, col. 2. C. vnde vi, glo. fi. § in ſum-
ma, Inſtit. de obli. quae ex quaſi delicto. quam ibi Add.
* teſtatur frequentiori * calculo receptam, Bar. &
Cagn. in d. l. pupillum, Bal. & Ang. in l. properandũ, §
* & ſiquidem, vbi Iaſon n. 2. teſtatur communem * o-
pinionem, C. de iudic. Abb. in cap. continebatur, in fi.
extra de deſp. impub. Soc. Sin. in l. 1. § adipiſcimur, ff.
de acquir. hered. Calcan. conſil. 121. numero 16. Franc.
Marc. deciſ. 122. num. 10. par. 2. Natt. conſil. 434. in fi.
lib. 2. per § vlt. Inſtitut. quibus ex cauſ. manum. non
licet, Lau. Kirchouius cent. 4. com. op. in litera P. con-
* clu. 100. n. 35. vbi teſtatur communẽ * opinionẽ A-
nall. conſil. 57. n. 25. vol. 1. Strach. in tractat. de adiecto,
* par. 3. n. 17. vbi teſtatur hanc eſſe crebriorem * ſen-
tentiam, Cagn. in l. pupillum, in prin. ff. de reg. iur.
Rimi. in § fin. num. 16. Inſtit. quib. alien. licet, vel non,
8 Vel dicitur, qui † per ſex mẽſes, vel minus à puber-
tate diſtat, glo. in ver. proxima, cap. continebatur, ex.
de deſp. impub. vbi etiam Innoc. Iaſo. in Auth. ſacra-
menta puberum, n. 15. C. ſi aduerſ. vend. quem refert
Zaſ. in tract. de Iuda. quaeſt. 2. n. 1. & 2. Bal. & Ign. in l.
excipiuntur ff. ad Sillan. quem refert Placha lib. 1. de-
lict. c. 34. num. 4. Ioan. Oldendorp. in tract. de vſuc. tit.
de etate homin. n. 2. per l. non tantum, ff. de excuſ. tut.
9 Vel dicitur, qui per † tres dies à pubertate diſtat,
Hoſt. in cap. cõtinebatur, extra de deſpo. impũ. per l. 3. §
penul. ff. de liber. exhib. cap. ad noſtram, extra de
10 regular. Vel dicitur, qui † in vndecimo anno eſt, E-
gun. Baro in § pupillus, Inſtitut. de inut. ſtipulat. Vel
11 dicitur, qui † annum ſeptimũ iam expleuerit, Me-
noch. de arb. iud. lib. 2. cent. 1. caſu 57. nũ. 40. per cap. 1.
12 in ver. grandiuſculus, extra de delict. puer. Vel † re-
* cepti° * iudicis arbitrio remittitur, Salic. in l. impu-
nitas, C. de poen. arg. l. 1. ff. de iur. delibe. Ioan. Anan. in
cap. 1. extra de delict. puer. Ant. de Butr. in cap. atteſta-
tionis, extra de deſpon. impub. cap. de illis, extra eod. Io.
Fab. in d. § pupillus, Inſtit. de inut. ſtipul. Dec. in d. l.
pupillum, ſub n. 2. ff. de regul. iur. Vigl. in § teſtes autem,
n. 11. Inſt. de teſtam. Coraſ. lib. 6. miſcel. iuris, cap. 23. n.
4. Menoch. d. caſu 17. n. 44. vbi teſtatur hãc eſſe ma-
gis receptam * opinionem, diſcedens ab alia pro- *
xima, quam tenuerat Papiae docens anno 1557. Co-
uarr. in Clem. ſi furioſus, par. 3. in prin. n. 5. de homicid,
& in epit. de ſponſalib. par. 2. c. 5. n. 5. Petr. in tract. re-
gul. regula 259. limit. 3.
Cauſas verò † exhaeredationis ponit imperator 13
in § cau. as, Auth. vt cum de appell. cogno. Craſſ. in § te-
ſtamentum quaeſtio. 42. Clar. in § eiuſdem tital. quaeſt.
41. & nos ad nauſiam vſque examinauimus in tra-
ctat. de Caſibus Conſcientiae, centur. 1. caſu 74. fol. 152.
Et procedet concluſio principalis, ſiue † filius 14
fuiſſet exhaeredatus mala mente, ſiue bona, Bar. in
l. 2. n. 22. ff. de vulg. & pup. ſubst. vbi Alex. n. 24. Iaſo.
num. 25. vbi ait cum Bart. omnes * tranſire, & Zaſ. *
n. 42. Ferna. Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. lib. 2. rub. de pup.
ſubſt. n. 131. Craſſ. in § ſubſtituto, quaeſt. 26. ſub num. 3.
vbi teſtatur communem * opinionem, Emanuel a *
Coſta in c. ſi pater, ver. eidem filio, n. 7. de teſtam. lib. 6.
Guil. de Bened. in cap. Raynutius, par. 2. in materia pu-
pillaris, ſub n. 60. & 64. vbi teſtatur communem * *
opinionem, extra de teſtam. Paul. Leon. in tractat.
ſubſt. in materia pupillaris, num. 187. Alex. Trentac.
in tractat. eiuſdem tit. par. 2. c. 14. num. 9. vbi teſtatur
eſſe communem * & receptam omnium ſcriben- *
tium ſententiam. Tum † quia magnus eſt fauor te- 15
ſtamenti, ne pupillus decederet inteſtatus, l. vel ne-
gare, ff. quemad. teſtam. aper. Craſſ. in § teſtamentum,
in prin. glo. 1. l. 1. ff. ſi quis omiſſ. cauſa teſtam. Tum † 16
virtute patriae poteſtatis, Imol. & Alex. in d. l. mori-
bus. ff. de vul. & pup. ſubſt. Guliel. Bened. in d. tract.
ſubſtit. pupill. ſub n. 62. Tum quia † lex tantum con- 17
fidit de patre, vt nõ credat, quod filio faciat aliquid,
niſi pro bono, arg. l. fin. C. de curat. furio. l. iſti quidẽ,
ff. de eo quod metus cauſa. Inde ad ſolum † patris mã- 18
datum debet iudex filium incarcerare, & impone-
re illam poenam, quam pater voluerit, Aſcan. Clẽ.
in tract. de patria poteſt. effect. primo, ſub num. 18. l. ſi fi-
lius tuus, C. de patria poteſt. Butr. in c. cum contingat,
extra de foro competent. Alex. in l. 2. n. 24. vbi Bar. n.
22. ff. de vul. & pup. ſubſt. Lanfrãc. deciſ. 209. niſi (in-
quit) pater eſſet † perſona inhoneſta, & indiſcreta, 19
qua tunc iudex non deberet ad iuſſum patris filios
in carcere detinere, argum. l. ſi cum dotem, § nec non,
ff. ſolut. matr. Et licèt pater † fuiſſet egenus, & men 20
dicus, poſſet filio valde diuiti ſubſtituere pupillari-
ter, Bald. in l. 1. C. de iure Fiſci, lib. 10 Guil. de Bened. in
cap. Raynutius, par. 2. in materia pupillaris, numero
63. extra de teſtament. Iaſo. in l. 2. numero 26. ver.
& ad hoc confirmandum, ff. de vulgar. & pupillar.
ſubſt. vbi Ang. Imol. Alexan. & Rip. Polit. in tract.
ſubſtit. in materia pupillaris, in § requiſito, Bal. in l. hu-
manitatis, n. 32. verſi. 7. differẽtia, C. de impub. & aliis
ſubſt. Ange. & Paul. de Caſtro, in l. cum quidam, C. de
legat. Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. lib. 2. § 14. num. 134. &
§ 17. num. 90. Alex. Trentacinq. in tract. ſubſt. par. 2. c.
14. num. 10. verſic. & ideo. vbi teſtatur communem
* opinionem. *
Quamuis alii demum admittãt, poſſe † filio ex- 21
haeredato pupillariter ſubſtitui, ſi bona mẽte fuiſſet
exhaeredatus, iuxta l. multi. ff. de liber. & poſth. l. ſi pa-
tronus teſtamento, § ſi quis cum mala mente, & l. Pau-
lus, in.

bus, in prin. ff. de bon. libert. ſecus ſi mala mente, quos refert, & reprobat *Lancell. Polit. in tract. ſubſtit. in materia pupillaris, n. 46. in fin. per l. cum quidam, C. de legat. l. ab exhæredato. ff. de legat. 1. l. in ratione, § fin. ff. ad l. Falcid.*

28 Vtrum autem in dubio † exhęredatio pręſumatur mala, vel bona mente facta, te confero ad *Menoch. de praſum. lib. 4. part. 2. praſ. 28. Alciat. in tract. eiuſdem tit. regula 1. praſum. 2. Vaſq. de ſucceſſ. progr. par. 2 lib. 2 tit. de pupill. ſubſtitu. § 14. Rip. in l. 2. ff. de vulgar. & pup. ſubſtitut.* & ad noſtram ſecundam centuriam fend. *art. 1. n. 53. & ſeq.*

ARGVMENTVM.

Si emãcipatus filius inſtitutus fuerit, & nepos ex eo in poteſtate retentus, præteritus, vtrum eidem nepoti præterito ſubſtitui poſſet pupillariter?

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris fieri poteſt nepoti, in poteſtate retento, præterito, filio emancipato inſtituto, n. 1. rationes, n. 3. 4. 5. 6. & 7 limita, n. 8.*
2 *Pupillaris quãdo fieri poteſt pupillo, neq; exhæredato, neq; inſtituto.*
3 *Emancipatus ſuccedit ad ſimilitudinem ſuorum.*
4 *Querela, vel cõtra tabulas datur filio; quia ei fit iniuria, ſi exhæredatur, vel præteritur, & non relinquitur ſua legitima, n. 4.*
5 *Nepos nihil habere debet, quando cum filius emancipatus præcederet in gradu.*
6 *Beneficium datum cõtemplatione alterius, ſi vnum tollitur, tollitur & aliud.*
7 *Inteſtatus decedens, videtur relinquere venientibus ab inteſtato.*

QVÆSTIO LXXIX.

1 SI † emancipatus filius inſtitutus fuerit, & nepos ex eo in poteſtate retentus præteritus, vtrum eidem nepoti præterito ſubſtitui poſſet pupillariter? Reſp. quod ſic, *Bar. in l. 2. n. 20. ff. de vul. & pup. ſubſtit. & in l. Gallus, § & quid ſi tantũ, n. 16. ff. de lib. & poſth.* vbi dicit eſſe caſum ſingularẽ,
2 quo † poſſet pupillo pupillariter ſubſtitui, nõ inſtituto, nec exhæredato, *Gul. de Bene. in c. Raynutius, par. 2 in materia pupillaris, n. 66. extra de teſt. Craſſ. in*
* *§ ſubſtitutio, q. 26. in fin.* vbi teſtatur communẽ * opinionem, *Eman. à Coſta in cap. ſi pater, par. 1. verſ. eodem filio, n. 1. de teſtam. lib. 6. Soc. Iun. in d. l. 2. n. 73.*
* *& 74.* vbi teſtatur communem * opinionem, *Pau. Leo. in tract. ſubſt. in materia pupillaris, ſub n. 172. Lãcel. Polit. in tract. eiuſdem tit. in materia pupillaris, n. 40. ver. ſecundo dubitatur, Bal. in tract. eiuſdem tit. in materia pupillaris ſubſtitutionis, n. 16. Bart. de Hucio in tract. eiuſdem tit. in materia pupillaris, ſub num. 10. Alexan. Trentacinqu. in tract. eiuſdem tit. par. 2. c. 14.*
* *n. 17.* vbi teſtatur communem * opinionem. Nam ille nepos non erat neceſſe (in themate propoſito) inſtitui, vel exhæredari, & ideo teſtamentum non
3 rumpitur; tum quia † emãcipatus ſuccedit ad ſimilitudinem ſuorum, *l. meminimus, § 1. C. de legit. hær.* vnde ſi emancipatus non perdit ius ſui hęredis, ne-
4 pos non admittitur. Tum, quia ratio, quare † detur querela, vel contra tabulas, vel ius dicendi nullum eſt; quia filio fit iniuria, ſi exhæredatur; vel pręteritur, & ſibi non relinquitur legitima ſua, *l. Papi-*
5 *nianus, § quarta, ff. de inof. teſtam.* ſed ille † nepos ab inteſtato nihil debet habere; quia filius emancipatus eum præcedit in gradu, *Ia. in d. § & quid ſi tantum, ſub num. 56. & 57. Alexan. ſub num. 15. Socin. in l. 2 ſub num. 73. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtitu.* ergò per pręteritionem ſibi nulla fit iniuria, &, per conſequens, non poteſt dicere nullum, *l. ſi poſthumus, § quod vulgo, ff. de liber. & poſthum. l. poſthumus, § ſi quis ex his, ff. de inoffic. teſtament. l. 1. § ſi filium, l. illud, § 1. ff. de bono poſſeſſio. contra tabu.* Quando enim † 6
vnum beneficium datur contemplatione alterius, ſi vnum tollitur, tollitur & aliud, *l. filio, § matri, ff. de adimen. legat.* Tum etiam, quia ille, qui † dece- 7
dit inteſtatus, videtur relinquere venientibus ab inteſtato, *l. conficiuntur, in princip. ff. de iure codicill. Menoch. lib. 4 praſum. part. 2. praſum. 76. num. 5.* ſi igitur teſtator relinquit expreſsè illud, quod videtur tacitè relinquere decedens inteſtatus, non videtur in quo ſit culpandus.

Limita principalem conclusionem non proce-
dere, quando † filius emancipatus viuo patre dece- 8
deret; quia tunc nepos ille pręteritus rumperet teſtamentum, &, per conſequens, ſubſtitutio pupillaris non ſubſiſteret, *Soc. Iun. in l. 2. n 74. in fi. ff. de vul. & pup. ſubſtit.*

ARGVMENTVM.

Vtrum pupillaris conſeruetur per *Authent. ex cauſa, C. de liberis præteritis?*

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris conſeruatur per* Authent. ex cauſa, C. de liber. præterit. *num. 1. rationes, num. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. diſſoluuntur, (ſecundum aliquos,) nũ. 28. 29. 30. 31. & 32. contra, & malè, num. 9. rationes, num 10. 15. 17. 20. 26. annihilantur, num. 13 14. 16 18. 22. 23. 24. & 27. amplia, num. 33. & 34.*
2 *Teſtamento annullato ex cauſa præteritionis, vel exhæredationis quo ad inſtitutionem, cætera firma remanent, num. 2. Ideo remanent validæ tutorum dationes, num. 4. & alia capitula, num. 6.*
3 *Pupillare teſtamentum confirmatur per edictum, ſi quis omiſſa cauſſa teſtam.*
5 *Pupillare teſtamentum fuit introductum ad commodum, & fauorem pupillorum.*
7 *Capitulorum appellatione in teſtamento patris, venit pupillaris.*
8 *Pupillaris ſaluatur, quando teſtamentum ſaluatur per fictionem.*
10 Auth. ex cauſa, C. de liber. præter. *confirmat ea, quæ ſine inſtitutione hæredis valere poſſunt, n. 10. contra, n. 13.*
11 *Fideicommiſſa poſſunt ab inteſtato relinqui.*
12 *Pupillaris non valet, filio minimè inſtituto vel exhæredato.*
14 *Tutelæ in codicillis non poſſunt dari, niſi fuerint teſtamento confirmatæ.*
15 *Paria ſunt aliquid non eſſe, & eſſe, & minus legitimè.*
19 *Teſtator non poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.*
21 *Pupillari ſuccedìtur pupillo, & patri, directò.*
23 *Fideicommiſſis, & in legatis poteſt dari licentia capiendi propria authoritate.*
24 *Tutor propria authoritate adminiſtrare poteſt, n. 24. declara, n. 25.*

posset, cum talis institutio dicatur secunda institutio in hęreditate patris, *l.in ratione, § q vulgo. ff. ad l. Falc.* &c. per consequens institutio non vitiaretur ex præteritione filii, contra dispositionem *d. Auth. ex causa, Clar. in § testamentum, q. 53. vers. secus ergo.*

18 Sed Resp. quod conseruabitur pupillaris † substitutio dumtaxat, quo ad illam partem, in qua filius institutus, fuerat substitutus pupillariter alteri filio præterito, *Imo. in d. § fi. l. 1. ff. de vul. & pup.*

Quæ responsio non satisfacit *Alex. in d. § fi. l. 1. ff. de vul. & pup. subst. col. penul.* quia per eam, vel testator in totū haberet hæredem ex testamento, cū saltem reliqua pars accresceret instituto, *arg. l. 1 § ex fundo. ff. de her. inst.* Vel decederet pro parte † te-19 status, & pro parte intestatus, cōtra *l. ius nostrum. ff. de reg. iuris.*

20 Quartò per *d. † § si vero, in text. ibi, ea omnia inbemus ad impleri, & dari illis, &c.* quasi imperator videatur confirmare ea, quæ veniunt per obliquum, scilicet per manum hæredis, vt sunt legata & fideicommissa, *l. non dubium, C. de legat. l. 1 § 1. quor. legat. l. facta, in princip. & l. restituta, ff. ad Trebellia.* non etiam substitutionem pupillarem, per quam

21 † directò succeditur pupillo, & patri, *Instit. de pupil. subst. in prin. in tex. ibi, ipso filio sit hæres substitutus, l. pater familias. ff. de vulgar. & pupill. substitut. l. sed si plures, § ad subst. tutes. ff. eod. tit.*

22 Sed respon. com. † illa verba *adimpleri, & dari,* sint impersonaliter prolata, videntur apta comprehendere tamen ea, quæ capiuntur per manum hæredis quam ea, quæ propria capiuntur authoritate *Alex. in l. 1. § fin col. ult. ff. de vulgar. & pupill.*

23 *subst.* Præcipuè etiā, quia in obliquis, puta † legatis, & fideicommissis, dari posset licentia capiendi propria authoritate, *glo. l. Titia cum testamento, § 1. ff. de legat. 1. Crot. in l. nemo, n. 62. ff. de legat. 1. vbi etiā Annibal. n. 54. & Rip. n. 61. Fern. Vasq. de success. crea. § 9. n. 16. Craff. in § testamentum, q. 67.* vbi testatur

* hanc esse veram, & communem * sententiam. Idē

24 quia per *d. § si vero* confirmantur tutelæ, & tamē † tutor propria authoritate administrare potest, *d. l. exa. in l. 1. § fi. col. pen. vers. & tamen nemo. ff. de vul. &*

25 *pup. subst.* Intelligo, si † fuerit datæ potestas à testatore, aliàs sec*, *Canal de tutor. § cur subn. 25. & alex. in consi. 17. n 27. li. 1. fol. 188.*

26 Quintò, quia si † institutio non valet paterni testamēti, ergo nec substitutio pupillaris, sine qua esse non posset, *d. § fi. l. 1. ff. de vul. & pup. subst.*

27 Sed resp. quod in † pœnam testatoris inducitur inualiditas testamenti paterni filium præterentis, non autem in pœnam pupilli, cuius fauore fuit introducta popillaris substitutio, (vt millies repetitū hac in eadē centuria inuenies) *per gl. in l. ex tribus, C. de inoff. test. Pau. Leo. in tract. subst. in materia pupillaris, sub n. 81.*

Et tenentes posteriorem sententiam, respondent ad fundamenta prioris, ad primū, quia illud verbum, *cetera*, non est in Corpore vnde sumitur,

28 sed fuit additū in *d. Auth. ex causa*, ab Irnerio, qui non habebat potestatem legis condendæ, *Cagnol. in Auth. ex causa, n. 9. C. de liber. preter. Polo. de subst. in materia pupillaris, sub n. 41. & dixit in cons. 17. n. 59. li. b. 1. fol. 196.*

Ad secundum Respon. illud procedere propter fraudē quā facit institutus, quæ nulli debet obesse,

29 cum sit † contra naturam, ex alicuius culpa aliumdamnum sentire, *l. non debet, ff. de reg. iur. l. fi. § fin autem, C. de acquir. poss. l. transactione matris, C. de transactio. l. seruum, & l. filium, de past. l. 1. de alien. ind. mut. causa facta. l. si filia. ff. de diuort. l. 7. § de eo opere, ff. de aqua plu. arce.*

Ad tertium Resp. diuersam rationem esse in tutore, qui † omnino destructo testamento, venitet 30 confirmandus, *l. iure nostro. § fi. ff. de test. tut.*

Ad quartum Resp. quia † substitutio pupillaris 31 non est capitulum testamenti, sed est secūdum testamentum, & caput secundum institutionis, *Bal. in Auth. ex causa, n. 4. C. de liber. preter.* tanto magis, quia *d. l. patris & filii, ff. de vulgar. & pup. substi.* verbum nullū de capitulis loquitur, vt aduertit *Ias. in d. l. 1. § fi. sub n. 9. ff. de vul. & pup. subst.*

Ad quintum Resp. procedere † argumentum, 32 quando testamentum fingeretur validum simpliciter, vel in totum; secus si quo ad aliquid, vt in *d. § si vero;* ita resoluit *Ias. in d. § fin. sub n. 9. Lanc. Polit. in tract. subst. in materia pupillaris, sub n. 41.*

Et procederet principalis conclusio non solum quando † substitutio pupillaris fuisset facta filio in- 33 stituto, altero filio præterito, sed etiam, si fuisset facta eidem met filio præterito, *Clar. in § testamentum, quæst. 53. versi. quæ quidem.* vbi testatur hanc esse communem * opinionem, *Claud. in l. 1. § fi. n. 5. ff. de vulg. & pup. subst.* vbi etiam dicit hanc esse communem * opinionem, *Gu. de Bene. in c. R. ynutius par. 2. ver. si absque l beris el 2 in materia pupillaris, num. 66 extra de testament Craff. in § substitutio, quæst. 26. num 6. versi. secundus casus*, vbi dicit hanc esse veram, & receptam * sententiā *Emanuel a Costa in cap. si pater, in ver. consendum, num. 21. de testamen. lib 6 Rip. in l. 2. n. 33 ff. de vul. & pup. subst. Ant. Gomez. vol. 1. var. resolu. c. 4. num. 4. vbi Searez in add n. 12.* testatur hanc esse magis communem * opinionem, *Bar. consil. 52. Alexand. Trentacing. in tractat. subst. par. 2. c. 24. num. 15. versi* & tum hæc, vbi testatur commonem opinionē, * *Vasq. de success. progress. lib. 2. § 14. n. 137.* vbi etiam testatur communem * opinionem; Quicquid dicerit *Mēdoz. in add. ad Roman. consi. 316. n. 10. in litera F.* Idemque subsisteret, si fuisset † facta alteri filio exhæredato, 34 *Craff. in d. § substitutio, quæst. 26. num 6. in fin.* vbi testatur communem * opinionem, *Rip. in d. l. 2. num. 34. Emanuel a Costa in d. cap. si pater, ver. cōsendum, n. 21. de testam lib. 6. Alex. Trentacing. in tract. subst. par. 2. c. 24. num. 16.* vbi testatur communem * opinionem.

Si autem sumpta hac occasione (amice lector) noscere velis aliqua circa materiam *d. Auth. ex causa, C. de liber. præter.* scias, quod dispositio *d. Authentica ex causa*, proculdubio procedit in † præteritione 35 facta de filio per matrem, aut alios ascendētes per lineam maternam, *Paris. con. 69. n. 12. lib. 2.* vbi testatur communem * opinionem, *Imo. in l. filio præterito, n. 30. ff. de iniust. rup. test. Clar. in § testamentum, q. 51. ver. & quia.*

Item procedit in † præteritione filii facta à pa- 36 tre, vel aliis ascendentibus per lineam paternam, *Clar. in d. quæst. 51. versic. sed quid*, vbi testatur communem * opinionem, *Imo. in d. l. filio præterito, n. 12. ff. de iniust. rupt. testam. Lancel Polit. in tract. subst. in materia pupillaris, sub n. 40.* vbi testatur communem * opinionē, siue † filius fuisset in potestate pa- 37 tris cōstitut*, *Bar. in d. Auth. ex causa, n. 11. vbi Alan.*

num.15. testatur communem * opinionem, & *Ias.*
n.1.Corn.consil.188.col.2. in litera D.libr.2.Clar. in d.
38 *quæst.51.ver. sed quid.* sioe † emancipatus, *Bar. in d.*
*Auth.ex causa,n 8.*vbi add. testatur communẽ * o-
piniooem, & ibi *Ias.num.7. Clar. in d.quæst. 51. vers.*
idem in filio, vbi ait iopractica temerarium esset cõ-
trarium refricare in dubium.
39 Item procedit in † præteritione filii iam nati, à
patre scienter facta, *Bart. in d. Auth.ex causa, nume-*
* *ro 4. vbi Curt.Iun num.6.* testatur communem * o-
pinionem, *Clar.d.q.51.ver. item quæro.*
40 Idemque in † præteritione posthumi, *Bar. in d.*
Auth.ex causa,n.6. Imo. in cap. cum esses, n. 26. extra
* *de testamen.* vbi testatur communem * opiniooẽ,
Alex. in d. Auth.ex causa,n.17. Corn.consil.158.col.4.
in litera R.lib.2. & consil.254. in litera G.eod.lib. Iaso.
& Curt.Iun. in d. Auth.ex causa, ille, num. 2. iste, n.
12. Bertrand consi.150.n.1.lib.6. Paris.consil.60. num.
10.lib.2 & consi.64.num 6.eod.vol. Clar.d.quæst.51.
* *versi. quod autem,* vbi testatur hoc ferè omnes * fa-
teri, *Crass. in § legatum, q.67 n.3.* vbi testatur com-
* munem * opinionem: Nisi posthumus † fuerit i-
41 gnoranter à patre præteritus, quia tunc oõ proce-
deret dispositio *d. Auth.ex causa, Clar. in § testamẽ-*
tum, q.51.ver. sed quin, vbi testatur hanc opinionem
esse veriorem, æquiorem, & magis cõmunem, *Bar.*
Ias. & Curt.Iun. in d. Auth.ex causa. ille, n.4. iste, n.3.
hic, n.17. Bertrand.consil.150.num. 2. lib.5. Aret.con-
sil.163. Tiraq. in l. si vnquam, in ver. donatione largi-
tus num.263. C. de reuoc.donat. Gulsel.de Bened. in c.
Raynutius, particula 2. in ver. in eodem testamento
relinquens, el 1. num. 232. extra de testam. Capra re-
gula 6e.num. 19. & 20. Soc. Iun. in l. 1. num.273. ff. de
leg.1. Crass. in § legatum quæst.67. n.3. in fin. vbi et-
* iam testatur hãc esse magis communem * opinio-
nem: Quicquid dixerit *Paris.con.60.n.13. & consil.*
6. n 14 & con.63.n.8.lib.2.
42 Item (secundum aliquos) procederet in † præ-
teritione fratris, turpi persona instituta, *Clar. in §*
testamentum, q 51 ver. sed quæro.
Licèt contrariam senteotiam, vt tunc locum
43 non † habeat dispositio *d. Authent.ex causa,* tenue-
rint *Iaso. & Salic. in l fratres, C. de inoff.test. ille, num.*
* *3. iste, n. 9* vbi testatur communem * opinionem,
Cagn. in d. Auth.ex causa, sub n. 87. vbi testatur eam
esse veriorem, *Dec. in l.1. colu. fin. ff. de contra tabul.*
Angel. in § si. Auth. vt cum de appell. cognoscat. Ful-
gos.consil.71.col.pen. Aret.consi.37. in 3 dub. Alex.con.
57.col.1.vol.3.
44 Item procederet, siue † exhæredatio facta fue-
rit sine causa, siue cum causa, sed per hæredem non
probata, *Bar. Alex. & Iaso. in d. Auth.ex causa, ille, n.*
9. iste, n.18. hic, num 8. ver. sequitur in tex. Corn.con-
sil.158.col.5. in litera T. lib.2. & consi. 225. in litera E.
* *lib.3.* vbi testatur communem * opinionem, *Imol.*
in l. filio præterito, n.32. ff. de inoff.test. vbi etiam dicit
* communem * opinionem, *Clar. in § testamentum,*
q. 52. ver. sed numquid, vbi etiam testatur hanc esse
* communem * opinionem: Quicquid dixerit *Sign.*
cons.171.n.8. in fin.
45 Item, procederet † dispositio *dicta Auth. ex cau-*
sa, in institutione rei certæ, quatenus dicta institu-
tio saperet vim legati, *Clar. in § testamentum q.53.*
* vbi testatur communem * opioionem, *Barto. in d.*
Auth.ex causa, n.13. vbi Alex. n. 8. dicit cõmunem
* *opinionem, *Rub.consi.164 n 6.*

Item, procederet † dispositio *d. Auth. ex causa,* 46
in legatis, & fideicommissis vniuersalibus, vt ea et-
iam, præter institutionem conseruentur, *Bart. in d.*
Auth.ex causa, n.18. per gl. in ver. compelli debet, l ita
tamen § quoties, ff. ad Trebell. Soc.consil 93. n.3. lib.4.
vbi testator communem * opinionem, *Alex. Iaso.* *
& Curt. Iun. in d. Auth.ex causa. ille n. 8. iste, n. 6. &
to. hic, num.54. versi. tertiam conclusionem, Imo. in l.
filio præterito, sub num. 36. ver. an autem comprehen-
dat ff. de inoff. rupt. testam. Claud. in d. l. ita tamen, n.
3. Dec.consi.86. num. 3. Gulielm. de Bened. in c. Ray-
nutius, in ver. in eodem testamento relinquens, el 1. n.
237. extra de testamen. Paris.consil. 60. num. 2. & con-
sil.64. num 8. vol 2. Clar. in d. quæstio. 51. versic. nunc
vidẽdum, vbi etiam testatur hanc esse communem
*opinionem. *
Item, procederet † dispositio *d. Auth. ex causa,* 47
etiam in legatis relictis in codicillis; qoia etiam cõ-
seruarentur, quamuis institutio in testamento fa-
cta corrueret, *Clar in d.q.53. ver. sed pene,* vbi testa-
tur communem * opinionem, *gl. in ver. literas, l.1.* *
C. de codicill. quam dicit communiter * approba- *
tam, *Curt.Iun. in d Authen.ex causa, sub n 62.*
Non autem per † *dictam Auth.ex causa,* conser- 48
uarentur legata ipsi filio præterito, vel exhæreda-
to relicta, *Clar. in § testamentum, quæstio. 53. versic.*
præterea, vbi testatur communem * opinionem, *
Bar. in d. Auth.ex causa, n.19. Roman. con.516.n.10.
vbi testatur communem * opinionem, *Gozz. in d.* *
con.49.n.9. Corn.con.62.col.2. in litera P. lib. 2. Iason
in d. Auth.ex causa, num. 34. Rip. in l.2. num 33. ff. de
vulga. & pupill.subst. Ioan. Nicol. Arelaten. consil. 8.
(adiecto post tit. de secund. nupt.) *num. 3. Alexand.*
Trentacinqu. in tractat. substitu. par. 2. c. 67. n. 15. vbi
testatur communem * opinionem, *Bertrand.con.* *
201. col.2. versi. sed superest, vol. 1. Neque † conserua- 49
rentur legata turpibus personis relicta, *Clar. in d.q.*
53. ver. item quid, vbi testatur commonẽ * opinio- *
nem, *Rube. super l. Titia, § imperator, n.92. ff. de lega.*
2. vbi etiam dicit communem * opinionem. *

ARGVMENTVM.

Vtrum pupillaris, facta filio præterito, approbanti testamentum paternum, valeat?

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris facta filio præterito, approbãti paternum testamentum, valet, n.1. declara, n.2.*

QVÆSTIO LXXXI.

SI filius præteritus testamentum pater-
num approbauerit, vtrum † substitutio 1
pupillaris ei facta, valeat? Resp. quod sic,
Bar. in l. 2. n. 21. ff. de vul. & pup. subst. per l.
filio præterito, ff. de inoff. testam. Crass. in § substitutio,
quæst. 26. num. 5. vbi testatur communem * opinio- *
nem, *Vasq. de success. progress. § 14. numero 137. Sfor.*
Odd. in prælud. compend. par. 3. quæst. 4. n.3 ver. limi-
tatur tertio, vbi testatur communem * opinionẽ, *
Rip. in d. l. 2. n. 35. vbi etiam dicit communem * opi- *
nionem, *Bar. de Hucio in tract. subst. in materia pu-*
pillaris, n. 10. in fin. Bal. in tract. eiusdem tit. in materia
pupillaris, n. 37. in fin.
Declara procedere conclusiooem, quãdo † pu- 2
pillus tutore authore approbaoerit testamentum;
aliàs secus esset, *l. si ad pupillum, ff. de auth. tut. Bart.*
in d. l. 2. sub n. 21. l. 1. § tutori, ff. de success. edict. Rom.
con. 149. in prin.

AR-

ARGVMENTVM.

Vtrum pater turpis persona posset pupillariter substituere?

SVMMARIVM.

1 *Pater, etiam turpis persona potest pupillariter substituere, num. 1. rationes, num. 2. 3. 5. & 7. eliduntur secundum aliquos, num. 4. 6. & 8. contra, num. 9. rationes, num. 10 11. 13. 15. & 16. diluuntur verò, nu. 12 14. & 17 Alii distinguunt, n. 18. contra, n. 19. & alii aliter, n. 20.*

2 *Lex simpliciter loquens, simpliciter debet intelligi, n. 2 & 3 declara, n. 4.*

§ Sed nec impuberis, l. Papinianus, ff. de inof. testam. *declaratur, n. 5. & 6.*

15 *Pater turpis, non potest remittere iniuriam filio illatam.*

19 *Pater cui bonis fuisset interdictum, non poterit testamentum facere, n. 19.*

QVÆSTIO LXXXII.

1 VTRVM, † pater turpis persona posset
pupillariter substituere? Resp. quod sic,
Ang. in l. 2. § fin. ff. de vul. & pup substit. v-
bi etiam *Soc. n. 27. Rip. n. 36. Alex. n. 24. &*
* *Ias. n. 16.* vbi testatur esse cõmunem * opinionem,
Crass. in § substitutio, quæstio. 23. sub n 2. vbi etiam
testatur communem * opinionem, *Emanuel Suarez in addi. ad Gom. Tom. 1. var. resol. c. 4. n. 16. Vasq.
de success. progress. § 14. num. 154. Soc. Inn. in d. l. 2. n.*
* *71. & 72.* vbi hanc testatur esse communem * opinionem, licèt contrariam æquiorem, *Ang. in l. 3. §
fin. ff. de vulg & pup substit. Gul. de Bened. in c. Raynutius, par. 2. in materia pupillaris, sub num. 64. extra
de testam. Alex. Trentacinqu. in tract. substit. par. 2. c.*
* *14. num. 10. ver. & ideo*, vbi testatur communem *
opinionem.

2 Mouemur primò, quia † lex simpliciter concedit patri, vt impuberi in potestate substituat, *l. 2. ff.
de vulgar. & pup. substitut. Instit. in prin. de pupil. sub-*
3 *stit.* ergò † simpliciter debet intelligi *l. de pretio, ff.
de Publ. in rem actione.*

Respondent contrarii, quia licèt lex generaliter
4 de patre loquatur, intelligi tamẽ debet si sit † persona habilis, *l. vt gradatim, § sed & si lege, ff de mun.
& honor. Bar. in l. 1. § nunciatio, ff de noui oper. nunt.
gloss. l. 1. C. de sacrosanct. eccles* & secundum ea quæ
proponuntur, pater dicitur inhabilis, de quo lex
non credit optimum consilium pro filio accipere, ergo, &c.

Secundo, authoritate *l. Papinianus. § sed nec im-*
5 *puberis, ff. de inof. testament* vbi fuit † substituta turpis persona, & sic sumus in casu certo, quo pater
malum consilium pro filio cepit, & tamẽ substitutio valet. ergo fortius deberet valere in dubio, *arg.
l. fin. vbi gl. fi. ff. de eo quod met. caus.*

Respondent contrarii, quod in *d. § sed nec impu-*
6 *beris*, pater † non erat turpis persona, sed honesta,
& de eo confidens lex dedit potestatem substituẽdi; sed quando pater est turpis persona, lex de eo nõ
confidens hanc potestatem non cõcedit ab initio.
7 Tertiò, quia licèt patri † videatur prohibita administratio in vita, ne propter eius turpitudinem,
cuncta dilapidet; tamen in morte non deberet ꝓhiberi; quia cessaret illa ratio dilapidandi, cum minimè dilapidare posset, *Aret. in d. l. 2. ff. de vulgar.
& pup. subst.* quem refert ibidem *Ias. & Soc. Inn. illa,
sub n. 26. iste, n. 76. ver. tertio contra.*

Sed resp. satis posse dici † bona filii dilapidare, 8
si dilapidatori reliquerit, ita quod pupillo, & familiæ sit dedecori talem habere successorem, *l. fratres,
C. de inof. testam.*

Contrariam sententiam, vt † pater turpis per- 9
sona nõ posset pupillariter substituere, tenuit *Bar.
in l. 2 num. 23 ff. de vulg. & pup. subst. Ascan. Clemens
in tract. de patr. potest eff. 15. n. 22. Bart. in l. sed si vnius, § filiofamilias, ff. de iniur & in l. ex facto, col 12.
ver. vltimo quæro, pone quod filio furioso, ff. de vulga.
& pupill subst. & in l. cum oportet, § non autem. C. de
bon. quæ liberis, Aret. in d. l. 2.* vbi dicit in puncto iuris hanc esse veriorem, licèt cõtrariam communiorem* *Bald in tracta. substitut. in materia pupillaris,* *
n. 18. in fi. Bar. de Uncio in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, n. 11 in fin.

Mouentur primò, quia si † tali patri non cõmit- 10
titur à lege administratio bonorũ filii in vita eius,
*l. fin. C. de sent. pass. l. cum dotem, § ec autem tempore,
ff. sol. matrim* ergò multo minus deberet confidere, vt † possit pupillariter filio substituere, in quo 11
vertitur maius periculum; posset nanque vitiosam
personam vocare, quæ vitæ pupilli insidiaretur,
arg. § fin autem, Instit. de pup. subst.

Sed respondetur, quia † in substitutione pupil- 12
lari facienda non est maius periculũ, quia, cum lex
concesserit facultatem testãdi pro se, nihil sinistre
suspicatur in actu testãdi, licèt aliud sit in vita, propter quod ei abstulerit administrationem bonorũ
filii, *Soc. Iun. in d. l 2 num. 77 ver. & ad primum, ff. de
vul. & pup. subst.*

Secundò, quia leges aliquando recedunt à † pa- 13
terna prouisione circa personam filii, & bona eius,
vbi contra illam aliqua ratio allegari posset, *l. 1 ff. vbi pupillus educ. deb. l. in cõfirmando, ff. de confir. tutò.*
ita sic, vbi turpitudo paterna suadet, quod nõ recte filio prospiciat.

Sed resp. quod illa † iura præsupponũt, patrem 14
ignorasse, quod in nostro themate non cadit, *Soc.
Iun. in d. l. 2. num. 75. ver. hoc autem, in fin. ff. de vulg.
& pup. subst.*

Tertiò, per *d. l. sed si vnius, § filiofamilias, ver. interdum, ff. de iniuriis*, vbi propter † turpitudinem 15
patris, non statur eius voluntati in remittenda actione iniuriæ filio illatæ, *Aret in d. l. 2. ff de vulga.
& pup. substit.* Vnde si hoc est, vbi † non agitur de 16
bonorum dispositione, sed tantum de remissione
actionis inductæ ad vindictam, *l. cum emancipati,
in prin. vbi gloss. ff. de colla. bonor.* fortius debet idem
dici in hoc themate, vbi agitur de amissione patrimonii.

Sed respon aliud esse in † actione iniuriarum, 17
quia lex præsumit patrem vilem nõ existimaturum
iniuriam, *Ias. in d. l. 2. num 26. ver. & ad tex ff. de vul.
& pup. subst. vbi etiam Soc. Iun. num. 76. vers. ad hoc
respondetur.*

Alii fœdere † distinctionis vtramq; sententiam 18
concordare fuerint conati, vt prima procederet,
quando patri causa turpitudinis, seu prodigalitatis
fuerit ablata facultas testandi, per *l. is cui, ff. de testament. vbi Aret Alex. & Iaso Segur. in l. imperator,
num. 110. ff. ad Trebell. Clar. in § testamentum, quæst.
33. Ferna. Vasqu. de controuer. illustr. c. 37. numero 8.
& 9. Crass. in § testamentum, quæst. 22. Capra tenel.*

tio.n.12.Bar.in l.is cui bonis ff. de verbor. obligat. § item prodigus, Instit. quib.non est permiss. facere testamentum. secunda verò locum haberet, quando pater, licet turpis, per se testari possit, *Ioan. de Imol.in d.l.2.ff.de vulg.& pupill.subst. & in cap. Raynutius, extra de testam. Alex in d.l.2.sub num.24. vbi etiam Rip.num.36. SforZ. Odd.in prælud.compend part.3. quæst.4 num.8.in fin. Lancel.Polit. in tractat.substit. in materia pupillaris sub n.46. Paul.Leon.in tracta. eiusdem tit.in materia pupillaris, n.189 & 190.*

Quorum distinctio, & si vera in se, tamen inspe-
19 cto nostro themate magis † communiter * reiici-
* tur; quia si patri fuisset interdictum testari, alio ex capite non valeret substitutio pupillaris, scilicet, cum sibi testamentum facere non posset, nec filio potuisset, vt dixi ś *quæst.61.requisito 6. n.12. & est tex.in d.l.2.ver.sed si eos, ff.de vulg.& pup.substit.vbi etiam Ias.n 26. circa fin.* & tamen proposita facti species non fuit in patre, cui bonis fuisset interdictum, sed in eo, qui turpis persona fuisset, *Soc. Iun. in d.l.2.n.77.post.Claud.Seisell.col.8.*

Et alii, Bart. opinionem in eo tantum casu sal-
20 uant; quando † pater suspectus amiserat patriam potestatem per deportationem, & indè à principe fuerit restitutus ad eãdem patriam potestatẽ; quia tunc substituere pupillariter non posset, *Bal.in l. humanitatis, C.de impub.& al.is subst. Alex.in d.l 2. sub num.24.Gul.de Bened.in c. Raynutius, par.2.in materia pupillaris, sub num.64. extra de testam. arg. cap quemadmodum, extra de iure iuran l.patre furioso.ff.de his qui sunt sui vel alie iuris.*

ARGVMENTVM.

Vtrum pupillaris cõfirmetur, aditione facta ex tacita vulgari?

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris, vtrum confirmetur aditione facta ex tacita vulgari, distinguitur, n.1.2.3.4.5.6.& 7.*

4 *Bar.legitur mendosius, n.4.*

5 *Existentia sui hæredis, tollitur per aditionem cohæredis, num.5. & per dationem vulgaris substituti num 8.*

9 *Pupillaris conseruatur, etiam non adita hæreditate testatoris militis.*

QVÆSTIO LXXXIII.



IRCA octauum requisitum dubitari contingit, vtrum aditione facta ex tacita vulgari cõfirmentur tabulæ pu-
1 pillares? Resp. † distinguẽdo, cũ *Bart. in l.2 n.25.ff.de vul. & pup. substit.* aut pupillus solus fuerit hæres institutus, qui beneficio prætoris se abstinuerit, & tunc existẽtia sui hæredis confirmat tabulas pupillares, *l.pater, in prin.ff. de priui.cred.l filius.qui se paterna hæreditate, ff.de acqui.hær.Gul.de Bene in c. Raynutius.par.2.in materia pupillaris, sub n.69. extra de testam. Crass.in § substitutio q.27.n 2.& 3.* vbi ait cum Bartol. distinctione
* transire communiter * Doctores, *Ferna. Vasq. de success progress § 14.n.138.& 140. Capra de pup. subst. n 60. Calamb.in l.1.n.56.ff.de vul.& pup subst. SforZ. Od.in prælud.comp.par 3.q.4 n.9.in fin. Zas.in tract. subst.in materia pupillaris, sub num 17.ver. quod ergò, Bald.in tract. eiusdem tit.in materia pupillaris, sub n. 19.& 20. Bar.de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, sub n.12.* &, per consequens nõ est ne-
2 cesse, † quod confirmẽtur tabulæ pupillares per aditionem ex tacita vulgari, *Bart.in d.l.2.sub n. 25. Gul.de Bened.in tract.de pup.substit.sub n. 69. Bal.in tracta. subst.in materia pupillaris, sub num. 20.* Aut † pupil- 3
lus habeat cohæredem, qui non repudiat, & tunc per aditionem ex tacita vulgari confirmãtur tabulę pupillares, *Bar.in d.l 2.n.25.in fi.* qui tamen † mẽ- 4
dosus est, dum legitur, *qui non repudiat*; sed legi deberet, *qui repudiat*; quiasi cohæres non repudiaret, eius aditione pupillaris confirmaretur, &, per consequens, non esset tunc opus, vt confirmaretur aditione ex tacita vulgari, *Socin Iun. in d.l.2.num.79. Paul.Leon in tractat. substit. in materia pupillaris, sub num.* 198 & erit ratio, quia † existentia sui hæ- 5
redis tolleretur per aditionem talis cohæredis, *l. apud Iulianum, § idem Iulianus, ff.ad Trebell. Bart. in l.si filius qui patri, sub n.4.ff de vulg. & pup.substit.* secus † si fuerit datus cohæres frater impuberis, 6
d.l.si filius qui patri, vbi Barto.num.4. l. liber homo, § 1 ff. de stipul. seruo. l. sed si plures, § quos possum, ff de vulg.& pup subst. Crass.in § sustas, quæst.4. num.6. Vasqu. de success.progress.§ 15.num.29. Et est ratio differentiæ, quia testator † prouidendo de cohæ- 7
rede extraneo, videtur discedere à legis dispositione; secus, si fratrem impuberis instituisset cohæredem, *Cyn.in l precibus, C.de impu.& aliis subst. Dyn. in materia substitut.* quos refert, & sequitur *Bart.in d.l.si filius qui patri, ff.de vulgar.& pup.* sicut etiam existẽtia sui hæredis tolleretur † per dationẽ vulga- 8
ris substituti, *l.si filius hæres, vbi Bar.ff.de lib.& posth.*

Verum non esset necesse hæreditatẽ testatoris adiri, vt † pupillaris substitutio conseruetur, quã- 9
do testator ipse miles fuerit, vt docuit *Bar. in d.l.2. n.24.ff.de vul.& pup.substit. per l.miles ita, § fin.ff.de mil.. estam. Gul.de Bened in c.Raynutius.par.2.in materia pupillaris, sub n.68.extra de testam. Sfor.Od. in prælud.compend.par.3.quæst 4.n 9.ver. limitatur primo, Pau.Leon in tracta.substitu in materia pupillaris, n.196.Bart.de Hucio in tract.eiusdem tit.in materia pupillaris, sub n.12.*

ARGVMENTVM.

Quotuplex sit pupillaris substitutio?

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris est triplex, expressa scilicet, tacita, & partim expressa, & partim tacita.*

2 *Pupillaris expressa exemplum.*

3 *Pupillaris tacita, quæ sit.*

4 *Pupillaris partim expressa, & partim tacita quo ad verba, exemplum.*

5 *Pupillaris partim expressa, & partim tacita, quo ad casus, reperiri non potest.*

QVÆSTIO LXXXIV.



VOTVPLEX sit † substitutio pupil- 1
laris? Respon. triplex, alia expressa, alia tacita, alia partim expressa, & partim tacita quo ad verba, non autem quo ad casus; expressa est quæ † fit 2
verbis expressis, omnino conuenientibus pupillari substitutionĩ, vt, *Titius filius hæres mihi esto, & si hæres erit, & in pupillari ætate decesserit, Seius hæres sit:* tacita est illa, quæ sub vulgari expressa continetur, seu quæ fit verbis tacitis, & à iure subintellectis, 3
partim † tacita, & partim expressa quo ad verba, est 4
illa, quæ continetur sub reciproca, seu compendiosa, vt, *Quisquis mihi hæres erit, sit hæres filio meo impuberi.* cæterum quo ad casus, non potest reperiri

pupil-

pupillaris partim expreſſa, & partim tacita, cum ſolum in vnum caſum confetatur, ſcilicet, ſi intra pupillarem ætatem deceſſerit, ideoq; alium caſum comprehendere non poteſt, quia nullus alius caſus eſt aptus comprehendi, *Bart. in l. 2. numer. 26. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit.* cum quo tranſire indiſtincte Doctores* nihil addito, teſtatur ibi *Socin. iunior numero 80. Craſſ. in § ſubſt tutio, quaſt. 27.* vbi teſtatur communem* opinionem, *Ripa in l. 1. numer. 77. ff. de vulgar. & pupill. ſubſt per gloſſ. & Bart. in l. Lucius, ff. eodem. Vaſqu. de ſucceſſ progreſſ. §. 13. num. 28 Sfor. Odd. in prælud. compend. par. 3. quaſt. 5. ſub num. 1. Gulielm. de Bened. in capit. Raynutius, part. 2 in verſic. ſi abſque liberis, el. 2. ſub numero 71. extra de teſtam. Conſtant. Roger. in tract. ſubſtit. tit 2. §. 3. numer. 1. 2 & 3. Paul. Leon. in tract eiuſdem tit. in materia pupillaris, ſub num. 12 per l. 3. § fin. ff. de vulgar & pupill. ſubſt l. hæreditatem, & l. quamuis, Cod. de impub. & aliis ſubſtit. Zaſius in tract. eiuſdem tit, cap. 2. ſub num. 1. Bart. de Hucio in tract. eiuſdem titu in materia pupillaris, ſub num. 13. Bald. de Vbald. in tract eiuſdem tit. in materia pupillaris, ſub numero 21. Anton. Fume. in tract. eiuſdem tit. in materia pupillaris, num 48 49 & 52 Franc. Mantica de conject. vltim. volunt. libr. 5. tit. 13. numer. 1. 2. & 10. Petr. Gregor. part. 3. Syntagm. iuris vniuerſi, lib. 42. capit. 17. num 4. 5. & 6. Cephal. conſil. 524. numero 61. volum 4.*

ARGVMENTVM.

Vtrum pupillaris contenta ſub expreſſa vulgari, à iure præſumatur vel fingatur?

SVMMARIVM.

1. *Pupillaris tacita, contenta ſub expreſſa vulgari (ſecundum aliquos) dicitur præſumpta præſumptione iuris, & de iure, num. 1. contra, num. 2. alii tennerunt, quod dicitur fingi à lege, non autem præſumi, num. 3. rationes, numer. 4. 5. 9. & 12. annihilantur, num. 6 7. 10. 11. 13. & 14. & alii, quod eſt præſumpta, licèt magis in ea operetur legis diſpoſitio, quam voluntas teſtatoris, numer. 15. contra, num. 16. & 17. Author vero neruoſe ſuſtinet, dici præſumptam iuris præſumptione tantum, numer. 18. rationes, num. 19. & 20. contra, num. 24. reſoluitur, num. 25. infertur, num. 26. & 27.*
2. *Præſumptio iuris & de iure, non admittit probationem in contrarium.*
5. *Verbum,* intelligitur, *& verbum,* videtur, *fictionem ſignificat, n. 5. declara, n. 6 7. & 8.*
9. *Fictio quæ dicatur.*
10. *Lex aliquando præſumit minus ſcriptum, quàm ab ipſo teſtatore fuerit dictum.*
12. *Pupillaris tacita, dicitur per extenſionem contineri ſub expreſſa vulgari, numer. 12. contra, numer. 13.*
14. *Verbum,* porrigo, *non ſignificat extenſionem, ſed comprehenſionem.*
17. *Præſumptio cum fictione ſimul eſſe non poteſt.*
20. *Fictio non admittit probationem in contrarium.*
21. *Fictio aduerſatur veritati.*
22. *Præſumptio iuris admittit probationem in contrarium.*
23. *Pupillaris tacita admittit probationem in contrarium.*
25. *Fictio quando eſt fundata ſuper dubio & incerto, admittit probationem in contrarium, num. 24. contra, vt tunc potius dicatur præſumptio quam fictio, num 25.*
26. *Vulgaris expreſſa, vt contineat tacitam pupillarẽ, qua ratione fundatur? num. 26. & 27.*

QVÆSTIO LXXXV.



VTRVM ſubſtitutio † pupillaris tacita, quæ continetur ſub expreſſa vulgari, à iure præſumatur vel fingatur? Reſpon. plures reperio opiniones, quarum prima eſt, eam eſſe præſumptam præſumptione iuris, & de iure, *Ioan. Andr. in addit. Specul. tit. de præſum § ſpecies, n. 5. in verbo, in prædictis concordantiis, verſ nonnunquam præſumit.* 1

Quæ opinio videtur falſa, cum aduerſus iſtam præſumptam ſubſtitutionem admittatur probatio in contrarium, & nihilominus eſt contra naturam † præſumptionis iuris, & de iure, vt dixi *in tractatu de caſibus conſcient. cent. 1. ca, n 4. num. 11. fol. 12.* 2

Secunda fuit opinio, tacitam † pupillarem fingi à lege, non autem præſumi, *Corn. in l. quamuis, C. de impub. & aliis ſubſt. vbi etiam Curt. iunior num. 6. Dec. in l. precibus, col. 7. verſ. tota difficultas, vbi Rumin. iunior numer. 70. & 164. Cod. eod. Vaco. Rom. lib. 4. declar. iur. cap. 63. Bald. in l vlt. num 5. C. de inſtit & ſubſtit.* vbi hanc tacitam pupillarem ſubſtitutionem interpretatiuam, id eſt fictam, appellat. 3

Mouentur † primò per *l. iam hoc iure, in text. ibi, in vtrumque caſum ſubſtituiſſe intelligitur, & in text. ibi, quod ſubſtituiſſe videtur, ff. de vulgar. & pupill. ſubſtitut.* Quaſi † verbum, *intelligitur*, & verbum *videtur*, fictionem ſignificet. De verbo, *intelligitur*, ſcripſit *Iaſon in l ſi is qui pro emptore, nume. 93. ff. de vſucap. pro empt. Bald. in l. quoniam, & in l furti, ff. de his qui not. infam. l. oſſa, §. vlt ff. de relig. & ſump. fun. l. filio quem pater, ff. de lib. & poſthum. Socin. in l. cum auus, num. 68. ff. de condit. & demonſtrat. Zuccard. in rubr. C. de pact. nume. 52.* De verbo, *videtur*, docuit *Bart. in d. l. ſi is, qui pro emptore, num. 5. ff. de vſucap. l. vnica, in prin. C. de rei vxoria actio. l. ſi tibi, §. cum ſeruus, ff. de legat. 1 Iaſon in dict. l ſi is qui pro emptore, num 93. Socin. in l. cum auus, nu. 68. ff. de condit. & demonſtr.* 4 5

Sed reſpond. primò, illud † verbum *intelligitur*, & verbum *videtur*, tacitam diſpoſitionem ſubauditam ſignificare, non autem fictam; quia lex ita ſubaudit ex coniecturata teſtatoris voluntate, ac ſi expreſſè ita diſpoſuiſſet, ita *Aretin. in dict. l. iam hoc iure, num. 2.* 6

Secundò reſpond. quia illud † verbum *intelligitur*, ex ſubiecta materia præſumptionem ſignificat, *cap. ex ſtudiis, extra de præſumption. Alber. in Dictionario, in verſ. videtur, Berous in cap. Raynutius, numer. 447. in fin. extra de teſtament l. ſi paterfamilias Titium, ff. de hæredib. inſtit. iuncta l. cum proponas. C. eodem, l. ſi quis locuples, in fin. ff. de manum. teſtamen. l. hæres quandocunque, ff. de acquir. hæred. l. generaliter, § cum autem, C. de inſt. & ſubſt l. cum auus ff. de cond. & demonſt.* ſicut etiam & † illud verbũ, *videtur*, præſumptionem ſignificat, *Menoch. lib. 1. de præſumption. quaſt. 10. numer. 3 per l. 2. ff de pact. l. ſi chirographum, & l. qui teſtamentum, in fin ff. de probation. l. quidam teſtamento, in fine, ff. de vulgar. &* 7 8

*pupill. subſtit. l. quod ſi nolit, §. qui mancipia, in fine, ff.
de adel. edict. l. Aurelius, §. Titius, ff. de liber. legat. l. qui
filiabus, in princ. ff. de legat. 1. l. Plautius, ff. de auro &
argent. legat. l. ſi quis locuples, in fin. ff. de manumiſſ. te-
ſtament. l. quoties, C. famil. hercis. cund. Iaſon & Bolog.
in l. ſciendum, ff. de verb. obligat. ille, num. 7. iſte, nu-
mer. 69.*

9 Mouentur ſecundò, quia † fictio illa dicitur, quę
inducit aliquid vt factum, cum factum non ſit, *gloſſ.
in l. vnica, §. accedit, C de rei vxor. actio. Iaſon in l. ſi is
qui pro emptore, num. 169. ff. de vſucap. pro empt.* at in
vulgari expreſſa, nihil eſt à teſtatore de pupillari a-
ctum, nec cogitatum. *Bartol. in d. l. iam hoc iure, ff. de
vulg. & pupill. ſubſt.* ergo potius hæc pupillaris de-
ber dici ficta, quàm præſumpta.

Sed reſpon. primò, quia licèt apertis verbis à te-
ſtatore nihil dictum fuerit de tacita pupillari, atta-
men cum eius mens talis extiterit, & verè ſic cogi-
10 tauerit, præſumit lex † minus ſcriptum, quàm à te-
ſtatore ipſo dictum, *l. cum auus, ff. de condit. & de-
11 monſtr.* Item, quando lex aliquid † ſubintelligit in
diſpoſitione hominis, id facit, quia præſumit ho-
minem ſic voluiſſe, *Bart. in l. ex facto, §. ſi quis roga-
tus, ol. 1. oppoſ. 2. ff. ad Trebell. vbi Angel. & Imol. Soc.
ſenior conſ. 182 col. 1. lib. 2. Dec. in l. generaliter, §. cum
autem, col. vlt. C. de inſtit. & ſubſtit.*

12 Mouentur tertiò, quia tacita † pupillaris, dicitur
per extenſionem contineri in expreſſa vulgari, *l.
quamuis, in text. ibi, porrige, C. de impub. & aliis ſubſt.
vbi Iaſon num. 7 & Dec. num. 4.* ergo eſt fictio, cum
præſupponat re vera non fuiſſe ſic diſpoſitum à te-
ſtatore, ſed legem ſic extendere.

13 Sed reſpon. primò, quod imò † pupillaris tacita
contineatur in expreſſa vulgari, non autem vulgarē
ad pupillarem extendi, *Menoch. de præſum. part. 2.
lib. 4 præſum 35. num. 15.*

14 Secundo reſpon. quod verbum, *Porrigo*, † non
ſignificat extenſionem, ſed potius comprehenſio-
nem, *Curt. iunior in d. l. quamuis, num. 10. C. de im-
pub. & aliis ſubſtit. Menoch. præſum. 35. nu. 12. in fine,
* lib. 4.* vbi teſtatur communem * opinionem, *Ripa
in l. 1. num. 160. ff. de vulgar. & pupill. ſubſt.*

15 Tertia fuit opinio, quod tacita † pupillaris eſt
præſumpta, licèt magis in ea operetur legis diſpoſi-
tio, quàm voluntas teſtatoris, *Bart. Paul. de Caſtr.
& Iaſon in d. l. iam hoc iure, ff. de vulgar. & pupillar.
ſubſt. Ioan. Baptiſta a S. Seuerino, in l. precibus, num.
13. C. de impub. & aliis ſubſt. Iaſon in l. 1. num. 134. ff.
de vulgar. & pupillar. ſubſt. Ioan. Bolognett. in l. cen-
turio, nu. 90. ff. eod. Vigl. Inſtit. de pupill. ſubſt. in princ.
num. 17. Duaren. in tit. de vulg. & pupill. ſubſtit.*

Sed reſpon. primò, etiam de hac tacita pupillari
16 teſtatorem † cogitaſſe, ex quo iura affirmāt, volun-
tatis eſſe quæſtionem, *l. iam hoc iure, ff de vulgar. &
pupill. ſubſt. l. vlt. C de inſtit. & ſubſt.* &, per conſe-
quens, operari magis voluntatem teſtatoris, quàm
legis diſpoſitionem.

Secundo reſpond. horum ſententiam fingere à
teſtatore diſpoſitum, cum verè non fuerit, & ſic ſi-
mul hanc tacitam pupillarem eſſe præſumptam &
17 fictam, cum † præſumptio cum fictione, ſimul eſſe
non poſſit, *l. filio præterito, ff. de liber. & poſthum.
Iaſon in l. ſi is qui pro emptore, num. 166. ff. de vſucap.*

Quarta fuit opinio, aſſerentium dictam ſubſti-
18 tutionem † eſſe præſumptam, præſumptione iuris
tantum, *Bart. in l. 3. num. 5. ff. de legat. 1. Aret. in l.
iam hoc iure, num. 2. ff. de vulgar. & pupillar. ſubſt.
Socin. ſenior in l. 1. num. 38. ff. eod. vbi etiam Ruin. n.
7. Lancellot. Polit. in tract. ſubſt. in materia vulgaris,
particula 1. circa finem Zaſius in tract. eiuſdem tit. in
materia vulgaris, num. 2. & 23. Ripa in d. l. 1. nume.
81. 84. & 164. & in l. centurio, num. 34. verſic. iſta
reſponſio, vbi etiam Ioan. Bolognett. nu 90 ff. de vulg.
& pupill. ſubſtit. Cagnol. & Coraſ. in l. precibus, C. de
impub. & aliis ſubſtit. ille, num. 131. iſte, n. 40. Beroius
in cap. Raynutius, num. 447. extra de teſtam. Bellon.
lib. 4. ſupputat. iuris, capit. 17. nu. 10. Menoch. libr.
2. præſum. par. 2. quæſt. 35. ſub num. 21.* Quibus ad-
ſtipulor.

Mouentur primò, † per *l. iam hoc iure, ff. de vul.* 19
*& pup. ſubſt. l. vlt. C de inſt. & ſubſt. l. quamuis, C. de
impub. & aliis ſubſtit.* in quibus iurib. dicitur, hanc
quæſtionem pendere à teſtatoris voluntate; quaſi
teſtator præſumatur fuiſſe huius voluntatis, vt non
ſolum ſibi, ſed & filio impuberi, cui vulgariter ſub-
ſtituerat, iuxta legis permiſſionem prouideret;
ideoque lex præſumit teſtatorē ipſum voluiſſe pu-
pillariter ſubſtituere.

Secundò, quia † fictio huius eſt naturæ, vt non 20
admittat probationem in contrarium, *gloſſ. vlt. l. ſi
duo, ff. de acquir. hæred. Bald. in Authen. ſed iam ne-
ceſſe, num. 2. C. de donat. ante nupt. Felin. in cap. quan-
to, in fin. extra de præſumpt.* veritati † namque fictio 21
aduerſatur, *Iaſon in l. ſi is qui pro emptore, num 168. ff.
de vſucap. pro empt.* præſumptio † verò iuris admit- 22
tit probationem in contrarium, *l. Diuus, ff. de in in-
tegr. reſtit. Felin. in cap. quanto, num. 3. extra de præ-
ſum.* Sed contra hanc tacitam † pupillarem admit- 23
titur probatio in contrarium, ſcilicet quod teſtator
noluerit eā contineri ſub vulgari expreſſa, *Corraſ.
in l. quamuis, num. 18 per illum text. C. de impub. &
aliis ſubſt.* ideo tacita pupillaris non fingitur, ſed à
lege præſumitur.

Et ſi dicatur admitti probationem contra † fi- 24
ctionem, quando eſt fundata ſuper dubio & incer-
to, vt docuit *Bart. in l. cum acutiſſimi, num. 13. C. de
fideicommiſſ. Bald. in l. ordo, C. de rei vend.* Reſpon.
illam non dicit † fictionem, quæ fundata eſt ſuper 25
dubio, ſed propriè eſt præſumptio, *Menoch. de præ-
ſum lib. 4. par. 2. præſum. 35. num. 7.*

Ex quorum ſententia infertur, diſpoſitionem † l. 26
vt expreſſa vulgaris contineat tacitam pupillarem,
fuiſſe fundatam in ea ratione; quia teſtator cogita-
uit de ipſa pupillari ſubſtitutione, & prouidere at-
que conſulere voluit filio, ſed tamen non expreſſit,
Menoch. d. præſum. 35. num. 22. in fin.

Licèt alii dixerint, fuiſſe fundatam in ea † ratio- 27
ne, quia teſtator non cogitauit de pupillari ſubſti-
tutione, ſeu quod filius potuiſſet mori in pupillari
ætate, ſed lex ſtatuit, quod illa habeatur pro facta,
*Bar. in d. l. iam hoc iure, n. 1. vbi Alexan. & Iaſon, Soc.
ſenior in l. 1. num. 39. verſ. nono limita, ff. de vulgar.
& pupill. ſubſt. vbi Ruin. nu. 7. Alciat. lib 3. de verb.
ſignific num. 14. Alexand. Iaſon, & Dec. in l. quam-
uis, C. de impub. & aliis ſubſtit.*

ARGVMENTVM.

Quibus verbis fiat pupillaris?

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris quibus verbis fiat, num 1. 20. 21. 28. 36.
37. & 43.*

2 Pa-

2 Pupillaris verba quæ referuntur ad eum, qui substituitur, semper sunt affirmatiua, num. 2. exemplum, nume. 3. illa verò quæ referuntur ad eum, cui substituitur, semper sunt priuatiua, num. 4. exemplum, num. 5.

6 Pupillaris forma, quãdo fœminis fiat, subnectitur.

7 Verba, Si hæres erit, non sunt de substantia pupillaris, num. 7. ratio, num. 8. conueniunt tamen filio instituto, num. 9.

10 Verba, Si hæres erit, operantur, vt pupillaris dicatur formalis expressa, in qua vulgaris omnino tacita continetur, num. 10. si verò dicta verba adiecta non fuerint, non dicetur pupillaris expressa, sed compendiosa, restricta ad certam ætatem, sub qua non contineretur vulgaris omnino tacita, sed expressa verbis generalibus, num. 11. rationes, num. 12. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. & 24. huius sententiæ effectus, numer. 25. 26. & 27. contra, vt dicatur pupillaris formalis expressa, num. 28. Rationes, num. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. & 38. extendunt, numer. 39. restringunt, num. 40. alii aliter, num. 41. & alii distinguunt, num. 42. & 43.

12 Compendiosa dicitur substitutio, quæ continet plures substitutiones, & habet tractum temporis in futurum.

15 Substitutio concepta his verbis, Si filius meus decesserit in pupillari ætate, habet eundem effectum, quem habet compendiosa respectu vulgaris.

16 Vulgaris continet casum impotentiæ, siue ille casus eueniat viuo, siue mortuo testatore.

17 Argumentum de vulgari & pupillari validum est in materia, quod vna expressa contineat alteram.

18 Forma substitutionis, Filium instituo, & Caium substituo, comprehendit vulgarem, numer. 18. quæ vulgaris, si fiat impuberi, continet pupillarem expressam, num. 19. & si fieret furioso, continet exemplarem, num 20.

21 Forma, Si hæres erit, & in pupillari ætate decesserit, continet duo copulatiue; vnum, Si hæres erit; alterum, Si in pupillari ætate decesserit.

22 Verba, Instituo filium meum, & si decesserit in pupillari ætate, substituo Caium, continent vnam tantum conditionem ex voluntate testatoris.

23 Substitutio omnis directa, dicitur conditionalis institutio.

24 Substitutus admittitur siue conditio casualis impletur in vita testatoris, siue eo mortuo.

30 Pupillaris dicitur illa, quæ fit restrictiuè vsque ad certum tempus.

31 Dictio, si, conditionem significat.

32 Conditio inducit formam & sollennitatem.

33 L. precibus, C. de impub. & aliis substitut. declaratur.

34 L. penul. C de impub. & aliis subst. enucleatur. §. qui filio, l. si ita scriptum, ff. de bon. possess. secundum tab. declaratur, n 35.

36 L. penul. ff. de priuil. cred. exponitur.

37 Substitutio taliis præsumitur & interpretatur, vti verba & persona, cui fit; demonstrant.

38 Dispositio ea facta præsumitur, cui qualitas adiecta naturaliter & essentialiter conuenit.

44 Pupillaris etiam coniecturis inducitur.

45 Pupillaris verbis singularibus dicitur facta, quando testator dixerit: Instituo Caium filium meũ impuberem, & si hæres erit, & in pupillari ætate decesserit, ei pupillariter substituo Sempronium.

46 Pupillaris dicitur facta verbis claris, quando testator dixisset: Et si filius meus intra pubertatem decesserit, Sempronius ei hæres erit, nu. 46. contra, & malè, n. 48. declara, vt procedat, etiam si dicta verba fuerint prolata in substitutione habente formam compendiosa, nu. 49. siue testator fuerit vsus verbo substituo, siue verbo succedat, num. 50. nisi dicta verba possent etiam referri ad personam testatoris, numer. 51.

47 Dictio, ei, relata ad pupillum, excludit vulgarem.

52 Verba quæ possunt referri ad hæredem, & ad testatorem in dubio erunt referenda ad testatorem.

53 Pupillaris substitutio expressa verbis generalibus, dicitur, quando testator ita substituerit, Caium filium meum hæredem instituo, & Sempronium substituo, si Caius filius erit impubes, num. 53. contra, num. 57.

54 Substitutio ex qualitate & conditione personæ comprehenditur.

55 Reciproca facta duobus impuberibus his verbis; Instituo Caium, & Sempronium filios meos, eosque inuicem substituo, continet vulgarem & pupillarem verbis generalibus expressis.

56 Exemplaris facta dicitur à patre his verbis, Instituente filio suo furioso, Caium filium meum instituo, & Sempronium substituo.

58 Pupillaris expressa verbis generalibus non dicitur, si testator dixisset; Caio filio meo impuberi substituo Sempronium, num. 58. contra, numer. 60.

59 Dictio, impuberi, in dubio stat demonstratiuè.

61 Pupillaris expressa dicetur, si testator instituerit filiam in re certa, & filium pupillum in omnibus reliquis bonis, indeque filio, ita substituerit, Filio meo filia mea hæres sit.

62 Pupillaris expressa verbis generalibus dicitur, si testator dixisset; Si filius meus decesserit in pupillari ætate, bona mea Titio restituantur, n. 62. contra, vt dicatur fideicommissaria, num. 63. declara, numer. 64.

65 Substitutio directa potest fieri verbis omnino obliquis, num. 65. exemplum, num. 66. ratio, num. 67.

68 Pupillaris dicetur, si testator ita substituisset, Et si filius meus in pupillari ætate decesserit, Sempronius sit mihi hæres, num. 68. rationes, num. 69. 70. & 71. contra, numer. 73. & 74. amplia, num. 75 76. 77. 78. & 79.

69 Hæres hæredis, testatoris est hæres.

72 Præsumptiones duæ vel plures vni aduersantur.

75 Dictio, meus, bona mea, mihi, detrahitur ex formula pupillaris, num. 75 76 & 77.

79 Pupillaris dicitur, Si testator filio exhæredato substituisset, & si filius meus in pupillari ætate decesserit, Sempronius mihi hæres erit, numer. 79. contra, n. 80. rationes, n. 81 82. & 83.

81 Vulgaris non potest fieri exhæredato.

83 Filius non potest grauari, qui honoratus non est.

84 Pupillaris dicitur, quando testator disposuerit, Et si filius meus in pupillari ætate sine liberis decesserit, substituo Sempronium.

85 *Impubes potest habere filios, malitia ætatem supplente.*

86 *Pupillaris, & vulgaris expressa dicitur, si testator dixerit*, Si filius meus in pupillari ętate decesserit, Sempronius mihi & illi hæres sit.

87 *Pupillaris euidens dicetur, si testator dixisset*; Et si filius meus decesserit in pupillari ætate, in eius hæreditate pleno iure substituo Sempr.

88 *Pupillaris dicetur, si testator dixisset*, Si filius meus in pupillari ætate decesserit, Titius sit mihi hæres in fundo Semproniano, *n. 88. contra, n. 89. ratio, num. 90. 91. & 92.*

90 *Verbi vnius, vel nominis detractio, permissa est in institutione vel substitutione, numero 90. non autem duorum verborum vel nominum, num. 91.*

92 *Verborum duorum suppletio vel detractio, non permittitur in hæredis institutione.*

93 *Pupillaris dicitur, quando testator disposuerit*, Et si filius meus in pupillari ætate decesserit, volo bona mea á commissariis meis vendi, & inter pauperes distribui.

QVÆSTIO LXXXVI.



1 QVIBVS verbis † fiat substitutio
2 pupillaris? Respon. Verba † quæ
referuntur ad eum, qui substituitur, semper sunt affirmatiua, sci-
3 licet, † *hæres esto*: illa vero, quæ
referuntur ad eum, cui substitui-
4. 5. tur, semper † sunt priuatiua, scilicet; † *Si decesserit
intra pupillarem ætatem, Bart. in l. 2. nu. 27. ff. de vulg.
& pupill. substit. Sforz. Odd. in prælud. compend. parti
6 3. q. 6. nu. 1.* vbi subiicit; si † fœminis fiat, solet formari, *Filia hæres esto, & si decesserit antequam nubilis
sit, substituo Titium, Ripa in d. l. 2. numer. 38. Gulielm.
de Bened. in c. Raynutius, par. 2. rubr. de pupill. substit.
num. 13. extra de testam. Bald. in tract. subst. in materia
pupillaris, num. 22. Bart. de Hucio in tract. eiusdem tit.
in materia pupillaris, sub num. 14. Zasius in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, sub num. 2.*

Nec me mouet, quod in pupillari substitutione
dicitur, *Si hæres erit, & in pupillari ætate decesserit*,
quasi illa verba, *Si hæres erit*, sint affirmatiua, siue
positiua, *l. 1. in prin. ff. de vul. & pup. subst.* Quia resp.
7 illa verba, † *Si hæres erit*, non esse de substantia pupillaris substitutionis, cum filio exhæredato fieri
8 † posset, & quandoque præterito, *l. qui liberis, §. hæc
verba, l. cohæredi, §. fin. l. qui duos, l. paterfamilias, l. penult. l. sed & si quis, ff. de vulg. & pupill. subst. l. si in testamento, C. eod. Bart. in d. l. 2, sub nu. 27. §. non solum,
Instit. de pupill. subst. Sforz. Odd. in d. quæst. 6. versic.
limitatur tamen*, vbi testatur hanc esse magis com-
* munem * opinionem, *Ripa in d. l. 2. num. 38. vers.
ex istis apparet, Dec. in l. precibus, num. 15. C. eodem.
Alexand. cons. 47. col. fin. vol. 2. Bar. cons. 236. Angel.
cons. 41. in prin. Cuma. cons. 16. Paul. de Castr. consil.
13. col. 2. Bald. in tract. subst. in materia pupillaris, sub
n. 22. Bar. de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, sub n. 14. Lancel. Polit. in tract. eiusdem tit. in
materia pupillaris, numer. 10. vers. quinto & sexto quæro, Zas. in tract. eiusdem tit. c. 2. nume. 2. circa fin. Alex.
Trentacinq. in tract. eiusdem tit. part. 2. ca. 4. nu. 2.* vbi
* testatur communem * opinionem. Benè tamen il-
9 la † verba conuenirent filio instituto, *Soc. iunior in
d. l. 2. n. 81. l. 1. l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupill. subst.
Instit. in prin. de pupill. subst.*

Et si adiecta fuerint illa verba, *Si hæres erit*, † o- 10
perarentur, quod tunc diceretur pupillaris formalis expressa, in qua vulgaris omninò tacita continetur; secus, si adiecta illa verba non fuerint, sed
solum dicatur, *Instituo filium meum impuberem, & si
intra pupillarem ætatem decesserit, substituo Sempro-
nium*; quia tunc, non diceretur pupillaris † expres- 11
sa, sed compendiosa restricta, ad certam ætatem,
sub qua non contineretur omnino vulgaris tacita,
sed expressa verbis generalibus, *Bald. in l. precibus,
col. 11. vers. vnũ etiam aduerte, n. 42. C. de impub. &
aliis subst. vbi etiam Paul. de Castr. sub n. 10. vers. sed
adducit, Imol. in c. Raynutius, in materia pupillaris,
extra de testam. Bal. in l. penul. C. de impub. & aliis substit. Corn. cons. 297. col. 3. vol. 1. Sforz. Odd. in prælud.
compend. par. 3. quæst. 6. vers. sed aduerte*, vbi testatur
hanc esse magis communem * opinionem, *Socin. *
iun. in d. l. 2. n. 82. vers. cum ista.* vbi dicit cum hac opinione plures legendo & consulendo transire,
*Gul. de Bened. in c. Raynutius, in materia pupillaris,
sub n. 15. Bal. cons. 122. lib. 1. & cons. 319. lib. 5. Alexan.
& Corn. in d. l. precibus, ille, n. 7. iste, n. 8. & 9. Soc. senior
& Iason in l. 1. ff. de vulg. & pupil. subst. ille col. 61. vers.
sed hanc opinionem, iste, col. vlt. Galiaula in l. centurio,
ff. eod. Zabarella in d. c. Raynutius, quæst. 39. vbi etiam
Imol. num. 185. Curt. iun. & Cagnol. in d. l. precibus, ille, num. 36. iste, num. 129.*

Mouemur primo, quia illa † substitutio, quæ cō- 12
tinet plures substitutiones, & habet tractum tēporis in futurū, dicitur compēdiosa, *Bar. in l. cēturio, n.
32. vers. secundo oppono, ff. de vul. & pup. subst. Cephal.
cons. 524. n. 24. & 49. vol. 4. & cons. 420. n. 24. & cons.
419. n. 9. vol. 3. Paris. cōs. 59. n. 1. vol. 2. Marcab. ab Ang.
cons. 1. n. 1.* at hæc substitutio habet tractū temporis
in futurū, nempe tempus ante aditā hæreditatem,
& post aditam, vsque ad pubertatem, continetque
plures substitutiones, vulgarem scilicet, & pupillarem, ergo est compendiosa.

Sed diluitur (secundum aliquos) hoc medium;
quod imò † hoc tempus est vnum, totum respiciēs 13
solam ætatem pupillarem, alioquin dicēdum esset,
quod omnis pupillaris foret compendiosa, cum omnis compendiosa habeat tractum temporis in futurum, *Dec. in d. l. precibus, n. 15. vers. nec obstat quod
habeat, C. de impub. & aliis subst.*

Replicamus nihil referre, quod hæc substitutio
non comprehendat plura tempora, hoc est, pupillare, & non pupillare; cum satis esse videatur, quod
habeat tempus successiuum; sicuti † quando sub- 14
stitutio fit maiori, quæ non comprehendit plura
tempora, & tamen dicitur compendiosa, *Socin. sen.
in l. 1. col. 63. n. 36. vers. nec obstat, ff. de vul. & pup. subst.*

Secundò, quia hæc † substitutio his verbis con- 15
cepta, *Si filius meus decesserit in pupillari ætate*, habet
eundem effectum, quem habet compendiosa, respectu vulgaris, cum hæc eadem contineat vulgarē
expressam verbis generalibus, *Bald. in d. l. precibus,
n. 42. vbi Alex. & Ias. Cur. iun. n. 37. Sapia n. 43. Cagn.
n. 132. & Rimin. iun. n. 272. Soc. sen. in l. 1. n. 36. vers. secundo conabatur, ff. de vulg. & pup. subst.* vbi testatur
communem * opinionem, *vbi Rum. n. 41. Ripa n. *
84. & Alciat. n. 21. idem Ripa in l. 2. n. 41. & in l. centurio, n. 56. ff. de vulg. & pup. subst. Couarr. in c. Raynutius, §. 5. n. 4. extra de testam.* ergo respectu effectus
debet dici compendiosa.

Tertiò, quia substitutio † vulgaris, quæ continet 16
casum

casum impotentiæ, *l. 3 C. de hered. instit.* ita dicitur
continere casum illum, siue eueniat viuo, siue mor-
tuo testatore, *l. unica, §. secundo, C. de caduc. tollend.*
ita dicendum est in nostro casu, quod hæc substitu-
tio, *Si decesserit in pupillari ætate*, ita verificatur adita,
vt non adita hæreditate, &, per consequens, ita erit
vulgaris expressa, sicut pupillaris, *Socin. in l. 1. nu. 36. vers. præterea, ff. de vulg. & pupill. substit.*
17 Quartò, quia † valet argumentũ de vulg. substit.
ad pupillarem in materia, quod vna expressa conti-
neat alteram, *Bart. in l. 1. n. 5. & in l. 2. n. 26. ff. de vulg.*
18 *& pupill. substit.* At hæc forma, † *Filium instituo, &*
Caium substituo, significat & comprehendit vulga-
19 rem, *gloss. in l. Gallus, §. 1. ff. de lib. & posth.* Quæ †
vulgaris, si fiat impuberi, continet pupillarem ex-
pressam, cum comprehendi posset casus mortis ad-
ita hæreditate, *Paul. de Castr. in d. l. precibus, nu. 12. & in l. iam hoc iure, §. 1. n. 5. ff. de vulg. & pupill. substit.*
Alex. in l. Gallus, §. 1. col. 2. vers. prædictis adde, ac etiã
20 † esset apta comprehendere exemplarem, si fiat fu-
rioso, *Bald. in l. humanitatis, q. 9. C. de impub. & aliis substit. Socin. in l. 1. num. 36. vers. secundo quia, ff. eod.*
Et quemadmodum hæc formula substitutionis
vulgaris contineat expressam pupillarem, ita è con-
uerso, hæc formola; *Si filius meus in pupillari ætate decesserit, substituo Caium*, quæ pupillaris est, conti-
nere dicitur vulgarem expressam, sub generalitate
verborum.
21 Quintò, distinguendo duos casus, primus est, †
quando testator dixerit, *Instituo filium, & si ipse heres erit, & in pupillari ætate decesserit, substituo Caiũ*; quæ
substitutio cum duo copulatiuè contineat, vnum,
Si hæres erit, alterum, *si in pupillari ætate decesserit*, v-
trumque debet concurrere, *l. si heredi pluris, ff. de condit. instit.* &, per consequens, substitutus non
admittitur, nisi duo hæc verificentur, vnde per so-
lam pupillarem ex testatoris dispositione succedit,
& ex legis interpretatione admittitur, etiam per
vulgarem, si casus ille euenerit, *l. iam hoc iure, ff. de vulga. & pupill. substit.* Quæ vulgaris dicitur tacita.
Secundus casus erit, quando testator ita disposuit,
22 † *Instituo filium meum, & si in pupillari ætate decesserit, substituo Caium*, quæ substitutio continet vnam
tantum conditionem, ex voluntate testatoris, qua
verificata, vel adita, vel non adita hęreditate substi-
tutus admittitur, &, per consequens tam ex vulga-
ri, si casus euenit, quàm ex pupillari, si adita hære-
ditate in pupillari ætate decessit, substitutus succe-
dit; ergo ita erit vulgaris expressa, sicut pupillaris,
Soc. sen. in l. 1 num. 36. versic. confirmatur ista opinio, ff. de vulgar. & pupill. subst.
Sextò, quia substitutus his verbis, *Si filius meus decesserit in pupillari ætate*, dicitur substitutus sub cõ-
23 ditione casuali; quia † omnis directa substitutio,
est conditionalis institutio, *Boer. q. 38. nu. 27. part. 1. Marcabrun. ab Anguill. cons. 61. n. 210. Bonifac. Roger. cons. 4. n. 34. vol. 1. Cagnol. in l. precibus, n. 16. C. de im-*
24 *pub. & aliis subst.* at † substitutus admittitur, siue cõ-
ditio casualis impleatur in vita testatoris, siue eo
mortuo, *l. si quis heredem, C. de instit. & substit.* quasi
vtrumq; casum testator videatur expressisse, ergo
idem videtur in nostra facti specie.
* Et esset hæc nostra, & magis communis * senten-
25 tia magni effectus; quia † si contineretur pupillaris
omnino tacita, matrem non excluderet; secus, si es-
26 set † expressa verbis generalibus, & sic comprehẽsa
sub compendiosa vel breuiloqua; quia tunc matrẽ
excluderet, *Alex. in d. l. 2. n. 25. circa med. ver. nam cũ ideo*, vbi testatur commu. * opin. *Bart. & DD. * in l.* * *
precibus, C. de impub. & aliis subst. & in l. centurio, ff. eod. Soc. iun. in d. l. 2. n. 82. ver. & fundamentum. Item,
quia si esset † vulgaris expressa verbis generalibus, 27
pupillo decedente viuo patre duraret; quod secus
esset, si fuisset omnino tacita, quia expiraret, ex quo
de pupillari tractari non posset, *Soc. iunior in d. l. 2. num. 82. vers. item etiam. Menoch. lib. 4. præsum. par. 2. præsum. 34. num. 29. in fin.*
Licèt alii tenuerint, quod licèt illa † verba, *Si heres* 28
erit, adiecta non fuerint in pupillari substitutione,
nihilominus diceretur pupillaris formalis expressa,
ita vt vulgaris in ea cõtenta dicatur omnino tacita,
Ang. cons. 41. Aret. in l. centurio, ff. eod. Soc. iun. in d. l. 2. n. 82. vers. & ita, vbi testatur hanc esse probabilem
opinionem. *Paul. Leo. in tract. subst. in mater. pupill. n. 44. Ema. a Costa in c. si pater, par. 3. in ver. pupillares, n. 9. vers. sed certè, gloss. de testã lib. 6. Cuccialup Cagn. & Rimunal in l. precib. C. de impub & aliis subst. ille, n. 20. isto, n 129. hic, n. 164. & 268 Ruin. cons. 103. n. 6. & 19. lib. 3. Soc. iun. cons. 95. n. 14. lib. 1. Couar. in ca. Raynutius, §. 9. n. 1. vers. tertio ex hoc, extra de testam. Menoch. lib. 4. præsum. par. 2. præsum. 34. num. 21.*
Moti primò, per *l. qui liberos, in prin. & l. coheredi, §. vlt. ff. de vulg. & pup. subst. & § non solum, Instit. de pup. subst.* vbi habetur, concipi his verbis pupillarẽ
† substitutionẽ, *Si in pupillari ætate decesserit, si intra* 29
pubertatis annos decesserit, tũc in locum partem ve eius Titius heres esto; cum itaque testator his verbis vsus
fuerit, præsumitur pupillariter substituere voluisse;
verba nãq; sunt notæ passionis animi, *l. Labeo, ff. de supell. legat.*
Secundò, quia pupillaris † dicitur illa, quæ fit pu- 30
pillo restrictiuè vsq; ad certum tempus, nempe pu-
bertatis, *l. si testamento, C. de impub. & aliis subst.* at
dicta substitutio est huiusmodi, dum testator con-
ditionaliter dixerit, *Si intra pupillarem ætatem decesserit*: illa † namq; dictio, *Si*, conditionem significat, 31
l. 1. ff. de cond. & demõst. Tiraq. de retr. conuent. §. 2. n. 4
Et † conditio inducit formã & sollennitatem, *Bald.* 32
in Auth. matri & auia, col. 1. vers. quidã tamen dicunt, C. quando mul. tut. offic. fungi poss. Tiraq. de retr. sang. §. 1. glo. 21 sub n. 13. & de retr. conuen. § 2. sub n. 3. Alex. Aret. & Ias. in l. 2. §. vlt. ff. de vulg. & pup. subst. ille, col. 2. vers. passus non potest. iste, col. vlt. vers. secundo principaliter. hic, col. 2. vers. limita istã regulam. idem Aret. in c. cũ causis, col. 3. extra de testib. Alex. in l. fin. in prin. col. vlt. C. de iure delib. & in l. 1. in fin. ff. de lib. & posth. Felin. in c. cum dilecta, col. 7. vers. secundum signum, extra de rescr. & in c. quod ad consultationẽ, col 9. vers. remedia, extra de re iud. & in rub. extra eod. & in rub. extra de probat. col. 2. ver. sed aduerte, Ias. in l. cũ quid, col pen. vers. adde etiam, ff. si cert. pet. & in l. 2. §. 1. col. 4 ff. sol. matr. & in l. Gallus, §. quidem recte, col. 1. & in §. etiam si a parente, in 2. not. ff. de lib. & posth. & in l. si is qui pro emptore, n. 44. ff. de vsucap. Dec. in c. ex parte, el. 2. col. 2. vers. in gloss. extra de appella. & cons. 11. col. 6. vers. solum contra testamentum. Cott. in memor. incip. conditio quæ apponitur, & in memor. incip. lex quæ loquitur, Afflict. decis. 355 n. 4. Gozzad. cons. 73. col. 2. n. 13. Surd. cons. 186 n. 18. vol. 2. ergo erit pupillaris.
Tertiò, per *l. precibus, in tex. ibi. si intra decimum quartum annum, iuncto vers. si vero substitutio, C. de impub. & aliis subst.* vbi substitutio quæ in secundũ

33 casum fieri dicitur, his verbis fieri solet; *Si † intra*
decimum quartum suæ ætatis annum decesserit, & ni-
hilominus, iidem Imperatores, *in dict. vers. si vero*,
appellant hanc substitutionem pupillarem expres-
sam, distinctam à compendiosa, quæ non restricta
ad certam ætatem fieri dicitur.

Quartò, per *l. penul. C. de impub. & aliis subst.* vbi
34 testator † duos habens filios impuberes, ita substi-
tuit, *Si vterq; impubes decesserit, Semproniū substituo*,
vno filiorum tantùm mortuo in pupillari ætate, al-
ter superstes, ex reciproca pupillari tacita succedit,
excluso Sempronio, vnde est pupillaris substitutio,
his verbis concepta, *Si impubes decesserit*.

Quintò, per *l. si ita scriptum, §. qui filio, ff. de bon.*
possess. secundum tab. vbi substitutio pupillaris facta
35 † dicitur his verbis, *Si filius meus moriatur, priusquā*
in suam tutelam veniat, hoc est, *in pupillari ætate, tunc*
Titius mihi hæres esto; vnde si ea dicitur pupillaris
substitutio, adiecta illa dictione, *mihi*, quę aliàs vul-
garem substitutionem arguit, ergo à fortiori debe-
ret dici pupillaris hæc, vbi non est apposita illa di-
ctio, *mihi*.

36 Sextò, per *l. penult. ff. de priuil. cred.* vbi † substi-
tutio facta his verbis, *Si intra decimum quartum an-*
num decesserit, confirmatur existentia suitatis, pu-
pillo repudiante, ergo est pupillaris: quia, si esset
vulgaris, ille substitutus tolleret suitatem, *l. si filius*
hæres, ff. de liber. & posthum.

37 Septimò, quia † quādo verba significare possunt
aliquam speciem substitutionis, & persona cui fit
substitutio, id patitur, talis præsumitur & interpre-
tatur, *c. si pater, circa fin. de testam. lib. 6. Bald. in l. iam*
hoc iure, ff. de vulg. & pupill. subst. tit. at verba hæc, *Si*
filius meus decesserit intra pupillarem ætatem, signifi-
c care possunt pupillarem, & qualitas personæ cui fa-
cta fuit, conuenit, ergo dici debet pupillaris.

Octauo, quando in aliqua dispositione, cuius
nomen non exprimitur, qualitas aliqua apponitur,
quæ conuenit vni dispositioni, sui natura & essen-
tia, alteri verò dispositioni non adaptatur, sui natu-
ra, sed disponentis voluntate adiici potest, semper
38 † illa dispositio facta præsumitur, cui qualitas illa
naturaliter & essentialiter conuenit, *Aret. in l. cen-*
turio, col. 7. vers. secunda conclusio, ff. de vulg. & pupill.
subst. per l. cum dotem, vbi Bald. num. 2. C. de iure dot.
at qualitas pupillaris ætatis, quam apposuit testa-
tor in hac substitutione, sui natura, & essentia con-
uenit pupillari substitutioni; ergo præsumitur facta
pupillaris, non autem compendiosa, cui qualitas
ista naturaliter non conuenit.

Quam quidem sententiam extendunt procede-
39 re, etiam si testator † dixisset, *Filio meo impuberi,*
quandocunque decesserit, substituo Titium, quia licèt
dicta formula videatur compendiosa, tamen dici-
tur pupillaris expressa, *Bart. in l. centurio, n. 31. ff. de*
vulg. & pupill. subst. quem refert & sequitur *Meno.*
40 *lib. 4. præsum. part. 2. quæst. 34. nu. 37.* Nisi † testator
nullam mentionem fecisset pupillaris ætatis, sed
solum dixisset, *Et quandocunque filius meus decesse-*
rit, quia tunc non pręsumeretur testatorem voluis-
se facere pupillarem, *Decia. cons. 82. numer. 24. lib. 3.*
Menoch. d. præsum. 34. numer. 38.

41 Et alii, non facientes vim, vtrum † illa verba, *Si*
hæres erit, adiecta fuerint, vel non; quia semper sub
ea comprehenderetur vulgaris expressa verbis ge-
neralibus, *Alex. in l. 2. sub n. 25. ff. de vulg. & pup. subst.*

Et alii distinxerint, aut fuerit dictum, † filio meo 42
substituo, vel ei sit hæres, & sic verba substitutio-
nis fuerint relata ad pupillum, & tunc dicitur pu-
pillaris specifica & formalis, per quam pupillo suc-
ceditur, & non testatori, *l. sed si plures, §. ad substitu-*
tos, ff. de vulg. & pupill. subst. aut simpliciter † fuit di- 43
ctum, substituo; vel, *talis sit hæres, si filius in pupillari*
ætate decesserit, & tunc erit compendiosa, apta com-
prehendere sub generalitate vulgarem expressam,
& pupillarem, *Alexand. in d. l. 2. num. 25. vers. puto,*
& cons. 47. in fine lib. 2.

Si autem (lector amantissime) scire velis magis
abundè quib. verbis † & coniecturis pupillaris sub- 44
stitutio inducatur, cum eam etiam coniecturis in-
duci, apertissimi sit iuris, *Bonifac. Roger. cons. 17. nu.*
123. volum. 1. frequentiores casus (vltra prædictos)
referre non grauabor.

Primus itaq; erit, quando testator his verbis vsus
fuerit, † *Instituo Caium filium meum impuberem, &* 45
si hæres erit, & in pupillari ætate decesserit, ei pupillari-
ter substituo Sempronium, & tunc dicetur pupillaris
substitutio facta verbis singularibus, *l. 2. ff. de vul. &*
pupill. subst. Menoch. de præsum. par. 2. lib. 4. præsum.
34. n. 2. Couar. in c. Raynutius, §. 5. n. 4. vers. fit deinde,
extra de testam. vbi testatur communē * opinionē. *

Secundus casus erit, quando † testator dixisset, 46
Et si filius meus intra pubertatē decesserit, Sempronius
ei hæres sit; quia tunc Sempronius dicetur filio pu-
pillariter substitutus, etiam verbis claris, *Bald. in l.*
precibus, n. 42. vbi Castrens. n. 12. Aret. n. 4. Caccialup.
num. 21. Corn. n. 10. & Cagnol. n. 125. C. de impub. & aliis
subst. Alex. in l. 1. n. 25. vers. primo quia, ff. de vulg. &
pupill. subst. vbi etiam Soc. senior num. 34. idem Alex.
in l. Gallus, §. 1. col. 2. vers. hanc etiam opinionem, ff. de
liber. & posth. Rum. in d. l. 1. n. 39. vers. primus quando,
ff. de vulg. & pupill. subst. Polit. in tract. subst. in ma-
teria pupillaris, quæst. 5. & quæst. 6. num. 11. Emanuel
a Costa in c. si pater. par. 3. in vers. pupillaris, n. 11. & 18.
de testam. lib. 6. Menoch. de præsum. par. 2. lib. 4. præ-
sum. 33. n. 3. Quia illa † dictio, *ei*, quæ ipsum pupil- 47
lum respicit, excludit vulgarem, cum per eam non
succedatur pupillo, sed ipsi testatori, *Instit. in princ.*
de vulg. subst. c. Raynutius, in tex. ibi, eidem impuberi,
de testam. lib. 6. Menoch. d. præsum. 34. num. 4. in fine.

Licèt contrariam sententiam, scilicet eam † sub- 48
stitutionem esse vulgarem, tenuerint *Francus in c.*
si pater, num. 84. de testam. lib. 6. Alciat. in l. 1. num. 63.
ff. de vulg. & pupill. subst.

Declara, vt procedat, etiam quod † dicta verba
fuerint prolata in substitutione, habente formam 49
compendiosæ; vt quia testator instituto filio impu-
bere dixisset: *Et quandocunq; filius meus decesserit, ei*
substituo Caium; quia tunc dicitur facta substitutio
pupillaris expressa, saltem verbis generalibus, *Ful-*
gos. consil. 33. in fine, Corne. consil. 138. num. 7. libr. 3.
Franc. in capit. si pater, colum. 45. vers. item adde, de
testament. lib. 6. Menoch. d. præsum. 34. numero 5.
vbi testatur hanc esse receptam * opinionem, *Ripa* *
& Alciat. in l. centurio, ff. de vulg. & pupill. subst. ille,
num. 159. iste, num. 90. Sforz. Odd. in tract. compend.
part. 5. art. 3. num. 21. siue testator vsus fuerit verbo
† *substituo*, siue verbo *succedat*; quia vtrumque exe- 50
quutiuum est, *Sforz. Odd. in dict. artic. 3. number. 21.*
versic. ego puto, fol. 129. Quicquid dixerit *Berous*
consil. 125. number. 19. lib. 2. Decio. consil. 82. num. 33.
libr. 3.

Nisi

51 Nisi prædicta verba † possent etiã referri ad per-
sonam testatoris; vt quia notarius in personam tē-
statoris loquens, dixisset, & prædictus testator vo-
luit, vt quandocunque filius suus decederet, succe-
deret ei Titius; quia tunc noo pupillaris sed vulga-
tis substitutio facta præsumeretur, Menoch. d. præ-
sum. 34. n. 6. & 7. vbi subiicit, idem esse, si testator v-
sus fuisset dictione, sibi, Curt. iunior cons. 139. nu. 12.
Bald. cons. 12. n. 1. lib. 2. Paul de Castr. consil. 142. nu. 2.
vers. vnum tamen in casu, lib 1. Sforz. Odd. in d. arti 5.
n. 21. vers. restringitur secundo, per l. 2. §. prius autem,
vers. sed & si ita scripserit, ff. de vulg. & pup. subst. licèt
Corn. cons. 295. lib. 1. responderit, dictionem sibi, re-
ferri ad proximè nominatum, & non ad testatorē.
52 Et facit, quia † verba quę possent referri ad hære-
dem, & ad testatorem, in dubio erunt referenda ad
testatorem, Ripa in l. ex facto, in prin. n. 5. ff. ad Trebel.
Menoc. cons. 406. n. 212. lib. 2. Bart. in l. cum in testamē-
to, n. 3. ff. de auro & argent. legat. Alex. cons. 56. n. 2. lib.
1. Dec. cons. 371. n. 4. Ruin. cons. 103. n. 13. lib. 2. Curt. iu-
nior cons. 5. num. 3. vol. 1.
53 Tertius erit casus, † quando testator ita substi-
tuerit, Caium filium meum hæredem instituo, & Sem-
pronium substituo; quia si Caius filius erat impubes,
dicetur pupillaris substitutio expressa verbis gene-
ralibus, Bar. in l. centurio, n. 32. in fine, vers. secundo op-
pono, ff. de vulg. & pupill. subst. Paul. de Castr. in l. iam
hoc iure, §. 1. n. 5. ff. eod. & in l. precib. n. 12. C. eod. Alex.
in l. Gallus, §. 1. col. 2. vers. prædictis adde, ff. de liber. &
posth. Dec. in d. l. precibus, n. 15. vers. allegata in contra-
rium, Ripa in d. l. centurio, n. 149. Eman. a Costa in c. si
pater, par. 3. ver. pupillaris, n. 14. de testam. lib. 6. Coua.
in c. Raynutius, §. 5. n. 4. extra de testā. Menoch. d. præ-
sum. 34. n. 8. Gul. de Bened. in c. Raynutius, vers. si absq;
54 liberis, el. 2. num. 17. Quia † conditio & qualitas per-
sonæ, cui facta est substitutio, hoc suadet, l. quamuis,
55 C. de impub. & aliis subst. vbi † reciproca facta duo-
bus impuberibus his verbis, Instituo Caium & Sem-
pronium filios meos, & eos inuicem substituo, continet
vulgarem & pupillarem verbis generalibus expres-
sis, Alex. in l. Lucius, n. 13. ff. de vul. & pup. subst. Et si-
mile docuit Bald. in l. humanitatis, col. 6. vers. secundo
quæritur, C. de impub. & aliis subst. cum dixit quod si
56 pater substituit † his verbis, Filio suo furioso, Caium
filiū meū instituo, & Semproniū substituo, dicetur ex-
emplar. substitutio, ob qualitatē personę filii cui fit.
57 Licèt contrariam sententiam † videatur tenere
Bal. in d. l. precibus, n. 48. in fine. vbi à fortiori scriptū
58 reliquit, pupillarem expressam † verbis generalibus
non dici, si testator dixisset, Caio filio meo impuberi
substituo Sempronium, Francus in c. si pater. nu. 87. ex-
59 tra de testam. Quasi illa dictio † impuberi, stat demō-
stratiuè, vt in dubio præsumitur, & non dispensati-
uè, Bart. in l. cum pater, §. mensę. ff. de legat. 1.
Sforz. Odd. in prælud. compē. part. 3. q. 6. in fin. in fa-
cti specie Baldus proximè relata, tenet contrarium,
60 quia verbum † impubes, seu, pupillus, ponitur pro-
pe verbum substituo.
Quartus erit casus, quando † testator instituit
61 filiam in re certa, & filium pupillum in omnibus
reliquis bonis, deinde ita filio substituit, Filio meo,
filia mea hæres sit; quia tunc dicetur expressa pupil-
laris, Menoch. d. præsum. 34. numer. 9. vbi testatur
* hanc esse magis receptam * sententiam, per gloss. in
§. qua ratione, Instit. de pupill. substit. Bart. in l. 1. nu.
16. & in l. qui liberis, §. hæc verba, num. 1. ff. de vulg.
& pup. substit. Cuma. & Corne. in l. vlt. C. de hæred.
instit. ille, num. 3. iste, numer. 5. Alexand. in l. verbis
ciuilibus, colum. penul. ff. de vulgar. & pupill. substit.
Emanuel a Costa in c. si pater, par. 3. vers. pupillaris, nu.
15. vers. ego resoluo, de testament. lib. 6.
Quintus erit casus, quandò testator † dixisset, 62
Si filius meus decesserit in pupillari ætate, bona mea Ti-
tio restituantur; quia tunc dicetur pupillaris expres-
sa verbis generalibus, Ripa in l. 1. num. 40. ff. de vul-
gar. & pupill. subst. Rube. in l. Gallus, §. 1. num. 25.
ff. de liber. & posth. Aret. & Socin. in d. l. 1.
Contrariam sententiam, & receptiorem * vt di- *
catur † substitutio fideicommissaria, tenuit Eman. 63
à Costa in capit. si pater, part. 3. versic. pupillaris, num.
17. de testam. lib. 6. Alexand. & Galeanus in l. cen-
turio, ff. de vulgar. & pupill. subst. ille, num. 83. vers.
sed contra. iste, 350. Nisi testator ad seipsum † retu- 64
lisset illud verbum, restituo: puta si dixisset, Si filius
meus in pupillari ætate decesserit, restituo Titio hæredi-
tatem; tunc enim dicetur pupillaris directa, & pro-
cederet prima opinio, Emanuel à Costa in d. versic.
pupillaris, num. 18. Menoch. d. præsum. 34. sub num. 10.
Nam † substitutio directa fieri posset verbis merè 65
obliquis, puta † si testator dixisset, Si filius meus in 66
pupillari ætate decesserit, ego testator hæreditatem me-
am Titio restituo, Bald. in l. humanitatis, nu. 73. vers.
mirabile dicam, C. de impub. & aliis subst. quia (in-
quit) dicta substitutio † non significat medium ho- 67
minem substituentem, Menoch. d. præsum. 34. n.
11. Ripa in l. centurio, num. 101. ff. de vulg. & pupillar.
substitut.
Sextus erit casus, quādo † testator sic substituis- 68
set, Et si filius meus in pupillari ætate decesserit, Sem-
pronius sit mihi hæres; quia tunc, etiam dicetur sub-
stitutio pupillaris, Caccialup. in l. precibus, num. 23.
& 24. C. de impub. & aliis substit. gloss. in vers. Caius,
l. 1. ff. de vulgar. & pupillar. subst. Roman. sing. 109.
Iason in l. si quis à filio, in princ. nume. 3. ff. de legat. 1.
Paris. consil. 7. n. 54. lib. 2. Socin. iunior cons. 121. n. 23.
lib. 1. Rube. in l. Gallus, §. quidā rectè, ff. de lib. & posth.
Alciat in d. l. 1. nu. 163. ff. de vulga. & pup. substit. vbi
etiam Ripa num. 33. Paris. cons. 38. circa fin. lib. 2. Co-
uarr. in c. Raynutius, §. 5. n. 5. vers. ex quibus infero, ex-
tra de testam. Emanuel à Costa in c. si pater, part. 3. ver.
pupillaris, n. 2. de testam. lib. 6. Menoch. d. præs. 34. n. 12.
Ceraf. in l. penul. n. 7. C. de impub. & aliis subst. Bald. in
tract. subst. in materia pupillaris, n. 23. ver. quæro, Sfor.
Odd. consil. 95. n. 48. Bonif. Roger. cons. 44. n. 18. vol. 1.
Ratio erit, quia cum impubes filius, cui facta est
substitutio, fuerit iam hæres institutus à patre, is
pupillo substitutus satis dicetur, etiam hæres ipsius
patris, cum † hęres hæredis, dicatur etiā hæres testa- 69
toris, l. paterfamilias, ff. de vulg. & pupill. subst. l. si quis
filium, §. vlt. ff. de acquir. hæred. l. vlt. C. de hæred. instit.
Vel verius, † receptius & probabilius dicas, quod 70
ratio erit, quia illa † dictio, mihi, tanquā vitiosa tol-
litur de medio, l. cohæredi, §. vlt. ff. de vulga. & pupill.
subst. l. si ita scriptum, l. qui filio, ff. de bon. poss. secundū
tab. l. pen. C. de impub. & aliis subst. & ratio dictæ ra- 71
tionis erit, quia pro † pupillari plures & vehemen-
tiores sunt coniecturæ, quam pro vulgari, pro cuius
inductione noo est alia præsumptio, nisi illa di-
ctio, mihi, per quam succedere substitutum sibi
voluisse, testator appareret, Institut. in princip. de
vulgari substitution. & † præualent duæ, vel plu- 72
res præsumptiones, quæ simul vni aduersantur,

Menoch. lib. 1. præsum. par. 1. q. 30. sub n. 4. Bald. in l. non ignorat, n. 5. C. qui accusa. non poss. Dec. cons. 470 n. 10. & cons. 619. col. vlt. Soc. iun. cons. 36. n. 7. lib. 2. Zuccor. in rub. ff. si cert. pet. n. 51. Alex. cons. 30. n. 12 lib. 7 Socin. iun. cons. 26. n. 13. vol. 4. Crauet. cons. 149 nu. 17. Natta cons. 29. numer. 14. volum. 1.

Licet alii dixerint, non † esse nec vulgarem, nec
73 pupillarem, sed institutionẽ in primo gradu; quasi testator filio suo cohæredem dedisset, *Rum. in l. 1. n. 9. ff. de vulg. & pup. substit.*

74 Et alii, esse † quidem pupillarem, sed tamen cõtinere expressam vulgarem, ob illa verba, *Si mihi hæres, Soc. sen. in l. 1. n. 36. ff. de vulg. & pup. subst. Couar. in ca. Raynutius, §. 5. n. 3. vers. ex quibus. extra de testã.*

Amplia primo casum prædictum, vt procedat †
75 etiam si testator dixisset, *Et si filius meus in pupillari ætate decesserit, Sempronius sit hæres meus*, quia adhuc detrahi deberet illa dictio, *meus, Aret. & Iason in l. si quis a filio, ff. de leg. 1. Menoch. d. præsum. 34. n. 15. in fin. Emanuel a Costa in c. si pater, par. 3. ver. pupillares. sub nu. 2. de testam lib. 6.*

76 Amplia secundo, vt † procedat, etiã si testator dixisset, *Et si filius meus decesserit in pupill. ætate, bona mea deueniant in Sempronium*; quia, etiã tunc pupillaris substitutio dicetur. *Bart. in l. si ita, §. qui filio, ff. de bon. poss. secundum tab. Boer. q. 38. n. 16. Soc. iun. cons. 95. n. 26. & cons. 102. n. 10 vol. 2. Soc. sen. in l. 1. n. 11. in secundo. alio, ff. de vul. & pup. subst. Menoch. d. præsum. 34. n. 16. Bolog. in d. l. centurio, nu. 184. vers. nec obstat.*

Amplia tertiò, vt procedat † etiam si testator sci-
77 uisset filium habere bona propria; quia adhuc dicetur pupillaris substitutio, detracta illa dictione, *mihi, Aret. & Alex. in l. 1. ff. de vulg. & pup. subst. alle, n. 3. iste, n. 7. Soc. iunior cons. 116. col. 2. lib. 3. Menoch. lib. 4. præsum. part. 2. præsum. 34. n. 16. vers. extenditur tertio;*

78 Quicquid † dixerit *Paul. de Castr. in d. l. 1. nu. 4. ff. de vulg. & pupill. subst. Paris. cons. 73. in fine lib. 2.*

Amplia quartò. (secundũ aliquos) vt procedat,
79 etiam quod testator † substitutionem illam filio exhæredato fecisset *Caccialup. in l. precibus, nu. 24. C. de impub. & aliis subst. R. pa & Alciat. in l. ff. de vulg. & pupill subst. ille, n. 33 iste, n. 169.*

80 Contrariam sententiã, vt tunc illa † dictio, *mihi*, nõ detrahatur, sed omnino emaneat inualida substitutio, tenuit *Menoch. lib. 4 præsum part. 2 præs. 34. num. 16. vers. declaratur*, quia (inquit) non † valet, vt
81 vulgaris, quia exhæredato fieri non potest, neq; vt
82 † pupillaris; quia talis substitutus non posset capere bona testatoris, sed ipsius pupilli tantum, §. *non solum, Instit. de pupill subst.* neq; vti † fideicommissa-
83 ria; quia grauati non potuit filius, qui honoratus non fuit, *l. ab eo, C. de fideicom.* In eandem sententiã iuit *Paul. de Castr. in l. 1. n. 9 ff. de vulg. & pupill. subst. & in l. precibus, num. 13. C. eodem, Iason & Rum. in d. l. 1. ille, n. 12 iste n. 40. Coras. in l. cum quidam, n. 7. C. de impub. & aliis subst. Emanuel a Costa in c. si pater, par. 3 vers. pupillares, num. 3. de testam lib. 6.*

Septimus casus est, quando † testator disposuerit
84 *Et si filius meus in pupillari ætate sine liberis decesserit, substituo Sempronium*, tunc etiam dicetur pupillaris substitutio, *Cuma. cons. 125. Paris. cons. 73. n. 24 lib. 2. R. pa in l. 2 n. 39. ff. de vulg. & pup. subst. Rumin. iun. in l. precibus, num. 269. C. eodem. Menoc. d. præs. 34. n. 18.*
85 Quia † possibile est, impuberem habere filios, malitia supplente ætatem, *c. puberes, & c. de illis, extra de desponsat. impuber.*

Octauus casus est, quando † testator dixerit, *Si* 86
filius meus decesserit in pupillari ætate, Sempronius mihi & illi hæres sit; quia tunc erit pupillaris expressa, ac etiam vulgaris expressa, *Curt. iunior in l. pen. num. 6. C. de impub. & aliis substit. R. po & Alciat. in l. 1. ff. de vulg. & pupill. subst. ille, num. 42. iste, num. 165. Emanuel a Costa in c. si pater, part. 3. in ver. pupillares, n. 12. de testam lib. 6. Menoch. d. præsum. 34. num. 20.*

Nonus casus est, quando † testator dixisset, *Et si* 87
filius meus decesserit in pupillari ætate, in eius hæreditate pleno iure substituo Sempronium; quia hæc substitutio dicitur euidens & manifesta pupillaris, *Menoch. d. præsum. 34. num. 39. Corn. cons. 322. num. 18. volu. 3. Grat. cons. 134 n. 12 lib. 1.*

Decimus casus est, quando † testator ita substi- 88
tuisset, *Si filius meus in pupillari ætate decesserit, Titius sit mihi hæres in fundo Semproniano*, quia tũc erit pupillaris substitutio (secundum aliquos) quos refert *Menoch. lib. 4. de præsum. par. 4. præsum. 34. n. 40 per l. cohæredi, §. vlt. ff. de vulg. & pupill subst.*

Contrariam † sententiam videtur tenere *Meno.* 90
d. præsum. 34. n. 40 R. pa in l. 1. n. 36. & in l. centurio, n. 73. ff. de vulg. & pup. subst. Quia licèt † ex institutione vel substitutione permissa sit vnius verbi vel nominis detractio, *l. 1. § si ex fundo, ff. de hæred. instit. l. cohæredi. §. vlt. ff. de vulg. & pupill. substit.* Tamen † 91
nõ possent detrahi duo verba, vt essent in dicta formula detrahenda, scilicet verbum, *mihi*, & verbum *in fundo Sempronio, R. po in dict. l. 1. & in d. l. centurio, Menoch. in d. præsu. 34. arg. l. 1. C. de dot. prom. l. balista, ff. ad Trebell.* sicut etiam non † admitti duorum ver- 92
borum suppletionem in hæredis institutione, docuit *Bald. in l. 1. § 1 ff. de hæred. instit. Imol. in l. 3. n. 166. ff. de vulgar. & pupill. subst. Barba. cons. 5. col. 2. in fine lib. 1. Menoch. d. præsum. 34. n. 42 in fine.*

Vndecimus casus est, quando testator † ita dis- 93
posuerit, *Et si filius meus decesserit in pupillari ætate, volo bona mea a commissariis meis vendi, & inter pauperes distribui*, quia tunc etiam esset pupillaris substitutio, *Menoch d. præsum. 34. num. 44. Mathesil. in notab. 153. in fine. Galiaula in l. centurio, nu. 349. & 350. ff. de vulg. & pupill substit.*

ARGVMENTVM.

Vtrum veniat substitutus ex pupillari, si testator ita disposuerit, *Si filius meus hæres erit, & intra pupillarem ætatem decesserit, Titius sit hæres; & filius se abstinuerit, & intra pupillarem ætatem decesserit?*

SVMMARIVM.

1 *Substitutus admittitur ex pupillari, si testator ita disposuerit*, Si filius meus hæres erit, & intra pupillarem ætatẽ decesserit, Titius sit hæres, & filius se abstinuerit, & intra pupillarẽ ætatem decesserit, *n. 1. fundamento, n. 2. 5. & 4. cõtra, vt non admittatur substitutus ex pupillari, nisi etiam pupillus fuerit hæres, n. 6. rationes, n. 7. 10. 12. & 14. eliduntur, n. 9. 11. 13. & 16.*
3 *Vulgaris facta in vnum casum trahitur ad alium.*
4 *Interpretatio largissima debet fieri in substitutione.*
5 *Pupillaris, quando reperiatur partim expressa, & partim tacita, quo ad casus.*
7 *Conditio*, Si hæres erit, *est voluntaria, nume 7. declara, num. 9.*

8 Conditio

8 *Conditio voluntaria debet impleri in forma specifica.*
12 *Pupillaris expressa in vno tempore, non trahitur ad aliud.*
14 *Pupillus repudians patris hæreditatem, videtur ei inferre iniuriam, num. 14. atque ita efficitur indignus paterno beneficio, num. 15. declara, n. 16.*

QVÆSTIO LXXXVII.

SI testator ita disposuerit, *Si filius meus hæres erit, & intra pupillarē ætatem decesserit, Titius sit hæres, & filius se abstinuerit, & intra pupillarem ætatem de-*
1 *cesserit*, vtrum veniat † substitutus ex pupillari? Respon. quod sic, *Bart. in l. 2. num. 28. ff. de vulgar. & pupill. substit. per l. si pupillus, ff. de acquir. hæred. & l. pater, in princ. ff. de priuil. cred. Socin. iunior in d. l. 2. num. 84.* vbi testatur cum Bartolo esse com-
* munem * opinionem, *Bart. de Hucio in tract. subst. in materia pupillaris, sub n. 14. Bal. in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, sub n. 22. Zasius in tract. eiusd. tit. in materia pupillaris, sub n. 4.* vbi testatur communē
* *opinionem, *Paul. Leon. in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, num. 48.* vbi testatur hanc esse veris-
* simam, & communem * opinionem, *Iason in d. l. 2.*
* *sub num. 28.* vbi testatur esse communem *opinionem, *Gul. de Bened. in c. Raynutius, par. 2. vers. si absq; liberis, el. 2. in materia pupillaris, sub n. 14. extra de testam. Paul. de Castr. consil. 43. volum. 2.* hancque esse
* communem *opinionem fatetur *Alexand. Trentacinq. in tract. substit. part. 2. c. 5. num. 1.*

2 Mouemur primò, quia si † lex interpretādo voluntatem testatoris, si fiat expressa pupillaris, vult, quod etiam vulgaris censeatur facta, & tamē verba repugnant, & agimus de diuersa hęreditate; fortius videtur, quod isto casu censeatur facta pupillaris, etiā in casu non aditæ hęreditatis, cū agatur de adita hæreditate, *Soc. iun. in d. l. 2. nu. 85. vers. sed tamen.*

3 Secundò, quia sicut vulgaris facta † in vnum casum, puta impotentiæ, trahitur ad casum voluntatis, vel e contra, *Bart. in l. 1. ff. de vulg. & pupill. substit.* ita etiam in simili, vt in casu nostro.

4 Tertiò, quia in † substitutionibus facienda est largissima interpretatio, *Zasius in tract. subst. c. 2. sub num. 4. Lancell. Polit. in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, sub num. 11. Iason in l. 2. num. 28. vers. ergo tamen. ff. de vulgar. & pupill. subst.*

Et secundum hanc facti speciem datur casus, in
5 quo † pupillaris substitutio reperitur partim expressa, & partim tacita quoad casus: expressa namq; dicetur, *Si hæres erit, & intra pupillarē ætatē decesserit*: tacita, *Si hæres non erit, vel intra pupillarem ætatem decesserit, l. iam hoc iure, ff. de vulga. & pupill. substit. Bart. in d. l. 2. num. 28. in fin. ff. eod. Bartol. de Hucio in tract. subst. in materia pupillaris, sub num. 14. Bald. in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, sub numer. 22. Anton. Fume. in tract. eiusdem tit. in materia pupill. sub num. 53.* vbi tamen hoc probat exemplo *l. final. C. de instit. & substit.*

6 Licèt contrariam sententiam, vt non † admittatur substitutus ex pupillari, nisi etiam pupillus fuerit hæres, tenuerit *Lancell. Polit. in tract. substit. in materia pupillaris, sub n. 11.* vbi eam testatur esse veriorem, *Iacob. de Butr. in d. l. precibus*, quem refert *Soc. iunior in d. l. 2. n. 84. vers. sed in contrarium, Alex. Trentacinq. in d. c. 5. n. 5. vers. ex prædictis.*

Moti primò, quia ista † conditio, *Si hæres erit*, est 7
voluntaria, & per consequens, debet † impleri in 8
forma specifica, *Bart. in l. Gallus, §. & quid si tantū, ff. de liber. & posthum. Bursat. cons. 262. num. 29. vol. 3. Alexand. Trentacinq. in præfat. tract. de subst. nu. 18. part. 1. c. 1. num. 11.*

Sed respon. quod illa † conditio, *Si hæres erit*, li- 9
cet voluntaria, non est apposita ad conditionandā substitutionem; sed fuit expressa ratione frequentioris contingentiæ, & vsus, vnde non procedit regula, *l. cum prætor. ff. de iudic. Clem. 1. iuncta gloss. in verb. præsidentes, de rescript.*

Secundò, quia videtur expressa † duplex condi- 10
tio; videlicet, *Si hæres erit, & intra pupillarem ætatē decesserit*, ergo vtraque debet impleri, cum copulatiuè exprimantur, *l. si hæredes plures, ff. de condition. instit.*

Sed respon. quod procederet contrarium, quā- 11
do † plures conditiones apponuntur ea mente, vt quælibet reddat actum conditionalem, quod non est in casu nostro, respectu illorum verborum, *Si hæres erit, Soc. iunior in d. l. 2. num. 85. vers. & per hoc.*

Tertio, quia sicut † expressa pupillaris in vno tē- 12
pore, non trahitur ad aliud, *l. si ita quis, & l. qui plures liberos, ff. de vulg. & pupill substit.* ita in vno casu expressa, non debet trahi ad alium.

Sed respon. non † procedere argumentum; quia 13
non est eadem ratio inter tempus & casum, *Soc. iunior in d. l. 2. num. 85. vers. ad quartum.*

Quartò, quia † pupillus repudians patris hære- 14
ditatem, & sic ei inferens iniuriam, *argum. §. 1. Instit. quib. ex caus. man. non lic.* dicitur effectus † indignus 15
paterno beneficio, *arg. l. Papinianus, §. meminisse, ff. de inoffic. testam. l. penul. C. de lega.*

Sed respond. procedere argumentum, quando † 16
beneficium à testatore datum non esset compatibile cum impugnatione testamenti, sed abstinere à paterna hæreditate, non est incompatibile cum substitutione pupillari; quia pupillus se abstinuit lege permittente, *Soc. iun. in d. l. 2. num. 85. vers. ad quartum, ff. de vulgar. & pupill. substit. per l. filius qui patri, ff. eodem.*

ARGVMENTVM.

Vtrum pupillaris expressa contineat tacitam vulgarem?

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris expressa continet tacitam vulgarem, n. 1. ratio, n. 2. contra, n. 3. ratio, n. 4. amplia, n. 7. 8. 9. 10. & 11. limita, n. 12 & 13.*
§. fin. l. iam hoc iure, ff. de vulgar. & pupillar. substit. *principium corrigitur per finem, num. 4. contra, num 5. & 6.*
§. fin. l. iam hoc iure, ff de vulga. & pupillar. substit. *declaratur, num. 5. & 6.*
8 *Pupillaris expressa, etiam restricta ad breuius tempus, quàm ætatis pupillar. continet tacitam vulgarem, num. 7. exemplum, num. 8.*
9 *Pupillaris expressa, etiam inutilis, continet vulgarem tacitam, num. 9. exemplum, num. 10.*
11 *Pupillaris siue fuerit expressa in genere, siue in specie semper continet tacitam vulgarem.*
12 *Pupillaris expressa ex coniectura ta mente testatoris non continet vulgarem tacitam.*
13 *Item, quando adesset statutum, vt testamenta intelligantur ad literam.*

14 *Item quando substitutus non posset succedere testatori, quia incapax, num. 14. declara, num. 15.*
16 *Item, si pupillaris fuisset facta ex magno interuallo, post testamentum ipsius patris, n. 16. ratio, n. 17. contra, & malè, num. 19. 20. & 22.*
17 *Vulgaris dicitur testamentum patris.*
18 *Testamento confecto, si aliquid debeat innouari, omnia ex integro essent agenda.*
21 *Legata, facta in codicillis, etiam ex interuallo valent.*
22 *Pupillaris est pars & sequela paterni testamenti.*
23 *Pupillaris expressa non continet tacitam vulgarē fauere matris, n. 23. limita, nu. 24.*
25 *Pupillaris expressa non continet tacitam vulgarem quando filio impuberi fuissent substituti coheredes, num. 25. declara, nu. 26.*
27 *Ius accrescendi est quadam tacita substitutio.*
28 *Pupillaris expressa restricta ad tempus ipsius pubertatis, non continet tacitam vulgarem, nu 28. exemplum, num. 29. contra, num 30. limita, numer. 31.*
32 *Pupillaris, per quam substituitur filius exheredatus, non comprehendit vulgarem tacitam, num. 32. exemplum, num. 33. ratio, num. 34. contra, num. 35 ratio, num. 36.*
37 *Item, si fuerit facta filio exheredato.*
38 *Item, si testator in vtrumque casum sibi specialiter prouidisset.*
39 *Item, si testator cogitasset, & nihilominus vulgariter non substituisset, num. 39. exemplum, numer. 40. contra, num. 41.*

QVÆSTIO LXXXVIII.



1 VID est primus effectus pupillaris substitutionis? Respon. quia † continet tacitam vulgarem, *Bart. in l. 2. num. 29 ff. de vulg. & pupill. substit. vbi Ripa num. 41. Rum. in l. 1. num. 111. ff. eod. Iason in l. iam hoc iure, col. 3. vers. secunda regula, ff. eod. & in l. quamuis, num. 7. C. de impub. & aliis substitu. Hieron. Gigas cons. 105 colum. 6. vers quarto. Menoch. de præsum. par. 2. lib. 4. præsum. 43, num. 1. & 4.* vbi testatur hanc esse receptam * & veram opinionem, *Corn. cons. 297.* * *num. 1. lib. 1. Fernand. Berengar. in l. vlt. num. 44. C. de posth. hered. instit. Zasius in tract. subst. in materia pupillaris, n. 18. Pau. Leon. in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, n. 199.* vbi testatur hoc omnes* fateri, *per* * *l. iam hoc iure, in princ. & in vers. hoc itaq. ff. de vulga. & pup. subst. Soc. iunior in d. l. 2. nu 86.* vbi testatur cōmuoem * opiniooem, *l. paterfamilias, ff. de vulg & pup. subst. Sforz. Odd. in prælud. compend. par. 3. q. 7. in* * *princ. Crassus §. substitutio, q. 28. n. 1.* vbi testatur cōmuoem * opiniooem, *Iason & Ripa in d. l. 2. ille, n. 19.* * *iste, n. 42. Fernan Vasq. de success. progress. §. 15. num 1. Bart. de Hucio in tract subst. in materia pupillaris, n. 15. Bal. in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, sub n. 23. G. de Bened. in c. Raynutius, par. 2. tit. de pupill. subst. n. 72. extra de testam. Const. Roger. in tract subst. § 4 q. 5. n. 1. fol. 62. Vinc. de Franc. decis. 299 nu. 4 par. 2. Surd. con. 236. n. 49. vol. 2. Thom. Docius cons. 60. n. 5. Alex. Trentacin. in tract. subst. par. 1. c. 1. n. 8. vers. item omnino, & par. 2. c. 15. n. 1.* Nam qua ratione † testator vo-
2 luit peruenire hæreditatem suam ad substitutum, mediante persona pupilli, eadem ratione videtur voluisse, quod hæreditas sua perueniat ad substitutum immediatè, si ex tacita vulgari succedere voluerit, quam rationem probauit *Rum. in l. 1. n. 112. ff. de vulg. & pup. subst. Fern. Beringar in l. fin. n 44. C. de posth. hered. instit. Menoch. d. præsum. 43. sub nume. 4.*

Licèt contrariam sententiam, vt † popillaris ex- 3
pressa, non contineat vulgarem, tenuerit *Lancell. Polit. in tract subst. in materia pupillaris, in 8. quæst. princ. numer. 87.*

Motus † principaliter per *d. l. iam hoc iure, §. fin.* 4
in text. ibi, vel certè euitandæ quæstionis gratia; quasi ibi textus corrigat omnia præcedentia, &, per consequens, velit in expressa pupillari, vulgarem non contineri.

Sed resp. non esse verum, quod † finis illius *l. iam* 5
hoc iure, corrigat principium, sed illa verba, euitandæ quæstionis gratia, adiecta fuerint, vt sonāt; quia, si vna tantum fieret substitutio, etiam altera dicitur facta, nisi voluntas testatoris refragetur; vnde quādo sunt duo filii, vnus pubes, & alter impubes (prout loquitur ille tex.) de facili quæstio voluntatis fieri posset, vtrum scilicet vna expressa, vtraq; facta intelligatur, ideoq; consuluit ibi text. in vtrūq; casum distinctè faciendam substitutionem, *Soc. iun. d. l. 2. n 87. vers nec est verum.* Vlterius si esset verum, quod
† finis *d. l. iam hoc iure*, corrigeret principiū, seque- 6
retur, quod neque in expressa vulgari contineretur tacita popillaris; cum etiam supra de expressa vulgari fuerat ICtus loqoutus in *text. ibi, nè si in vulgari tantūmodo impuberi substituatur*, voluntatis quæstio relinquatur, *Soc. iun. in d. l. 2. n. 87. vers. præterea, Paul. Leon. in tract. subst. in mater. pupill. n. 201. & seq.*

Amplia primò, vt nostra, & cummunis* sentētia *
procedat, etiam in † expressa popillari, restricta ad 7
breuius tempus, quàm ætatis pupillaris, vt si testator dixisset, *Et si † filius meus decesserit intra decimū* 8
annum, ei substituo Caium; quia tunc, etiam hoc casu, pupillaris expressa contineret tacitam vulgaré, *Menoch. de præsum. par. 2. lib. 4. præsum. 43. n. 5. Bar. in l. 1. n. 56. ff. de vulg. & pupill. subst. Alexan. in l. si ita quis, num. 2 vbi Iason. ff eod.*

Amplia secundò, vt procedat, etiam qood † pu-
pillaris substitutio fuisset inutilis, vt puta, si facta 9
fuisset † extraneo, vel oon existenti in potestate, vel 10
puberi; qoia tūc, etiam sob hac inutili expressa pupillari contineretur tacita vulgaris. *Bart. & Soc. iun. in l. 1. ff. de vulg. & pupill. subst. ille, n. 57 iste, n. 61. idem Bart. in l. fin. n. 4 C. de hered. instit. vbi etiam Bald. & Alexand. n. 6. & Ias. n. 8. Bal. in l. vlt. n. 8. C. de instit. & substit. Menoch. d. præsum. 43. numer. 6.*

Amplia tertiò, vt † procedat, siue pupillaris fu- 11
isset expressa in genere, siue in specie, vt in exēplis positis à *Zas. in tract. subst. cap. 2. num. 18.*

Limita primò, vt non procedat, quandò † con- 12
iecturis & præsumptionibus constaret, testatorem noluisse sub illa expressa pupillari, contineri tacitam vulgarem, *Bart. in d l. 2. num. 29. ff. de vulgar. & pupillar. substitut. Iason in dict. l. iam hoc iure, colum. 3. vers. secunda regula, ff. eodem, Menoch. d. præsum. 43. num. 7. & libr. 1. quæst. 51. numer. 3. Sforz. Odd in prælud. compendios. part. 3. question. 7. num. 2. Bart. de Hucio in tract. substit. in materia pupillaris, sub numero 11. Baldus in tractatu eiusdem tituli, in materia pupillaris, sub num. 23. Gul. de Bened. vbi supra, num. 73. Franc. Mantica de coniect. vlt. vol. libr. 5. tit. 4. num. 1. Alexand. Trentacinq. in tract. subst. par. 1. c. 1. num. 14. vers. quarto.*

Limita

13 Limita ſecundò, vt non procedat, quando † adeſſet ſtatutum, quod teſtamenta intelligantur ad literam; quia tunc ſub expreſſa pupillari non contineretur tacita vulgaris, Menoch. d. præſum. 43. nu. 8. Iaſon in d. l. iam hoc iure, col. 3. verſic. ſecundo limita, Sforz. Odd. d. q. 7. n. 2. verſ. limitatur quarto, Gulielm. de Bened. in c. Raynutius, par. 2. verſ. ſi abſque liberis, el. 1. in materia pupillaris, num. 79. verſ. quarto fallit, extra de teſtament. Conſtant. Roger. in tract. ſubſtit. in materia pupillaris, §. 4. q. 5. num. 64. Alexand. Trentacinq. in tract. eiuſdem tit. par. 1. c. 1. nu. 15. vbi teſtatur
* communem * opinionem.

14 Limita tertiò, vt non procedat, quando † ſubſtitutus non poſſet ſuccedere teſtatori; puta, quia eſſet incapax, ſicut eſt filius naturalis, licèt capax ſit bonorum pupilli; quia tunc pupillaris expreſſa non contineret tacitam vulgarem, Iaſon in d. l. iam hoc iure, col 3. verſ. tertio limita, per l. ſi is qui ex bonis, vbi Bald. & Ang. ff. de vulg. & pupill. ſubſt. idem Iaſon in d. l. is qui ex bonis, n. 9. Menoch. d. præſum 43. nu. 9. Sforz. Odd. d. q. 7. n. 2. G. de Bened. in c. Raynutius, par. 2. in materia pupillaris ſubſtitutionis n. 73. verſic. fallit etiam, extra de teſtam. Franc. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 5. tit. 4. n. 3. Alex Trentacinq. de ſubſt. part.
15 1. c. 1. n. 14. in fine. Intellige, ſi ſupereſſet † legitimus, qui ſuccedere vellet, alias, etiam tacita vulgaris cõtineretur, Menoch. d. præſum. 43. nu. 9. in fine. Ripa in l. Lucius. n. 4. verſ. item declaratur, ff. de vulg. & pup. ſubſtit.

16 Limita quartò, vt non procedat, quando † pupillaris ſubſtitutio fuiſſet facta magno interuallo, poſt teſtamentum ipſius patris; quia tunc, ſub ipſa pupillari expreſſa, non cõtineretur tacita vulgaris, Menoch. d. præſum. 43 n. 10. Iaſ. in d. l. iam hoc iure, col. 3. ver. quarto notabiliter limita, ff. de vulg. & pup. ſubſt. per l. ſi quis eum §. 1. ff eod. vbi Bal. Cuma. & Alexand. Craſſ. in §. ſubſtitutio, q. 28. n. 2. vbi teſtatur commu-
* nem * opinionem, Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. §. 11. n. 25. verſ. hactenus, & §. 12. nu. 7. vbi ait hanc eſſe magis
* communem * opinionem, G. de Bened. in c. Raynut. par. 1. verſ. ſi abſque liberis, el. 2. tit. de pupill. ſubſt. n. 73. verſ. alius caſus, extra de teſtam. Fran. Mant. de cõiect. vlt. vol. lib. 5. tit. 4 n. 9 Alex. Trentacin. in tract. ſubſt.
17 par. 1. c. 1. ſub n. 12. Quia † vulgaris dicitur teſtamentũ patris, quæ ſi contineretur ſub expreſſa pupillari, reperiretur teſtamentũ ipſius patris factũ ex interuallo contra l. cum antiquitas, C. de teſtam. l. heredes
18 palam, § vlt. ff. eod. Nam quando † poſt factum teſtamentũ eſt quid innouãdum, omnia ex integro ſunt agenda, l. heredes palã, §. ſi quid poſt, ff. de teſtã. Sforz. Odd. in pralu. comp. par. 3. q. 7. n. 6. verſ. mihi verò, in fi.

19 Licèt contrariam ſententiam, vt etiam ſi † pupillaris fuerit facta ex interuallo, ſub ea contineatur tacita vulgaris, tenuerit Soc. iunior in d. l. 2. n. 90. ff. de vul. & pup. ſubſt. Imol. in d. l. ſi quis eum, §. 1 ff eod. Soc.
20 ſenior in d. l. 2. Quia ſi † vulgaris expreſſa poteſt fieri ex interuallo, puta, ſi teſtator inſtituerit Seium hæredẽ, & ex interuallo cum debita ſolleunitate dixerit; Si Seius, quem hæredem feci, hæres non ſit, Caium ſubſtituo, ita ſimiliter dicetur in tacitè facta, comprehenſa ſub expreſſa pupillari, licèt ex interuallo
21 fiat, Soc. iun. in d. l. 2. n. 90. Item, † ſicut valent legata facta in codicillis, etiam ex interuallo, quia illi ſunt acceſſoria ad teſtamẽtum, ita etiam deberet valere vulg. ſubſtitutio facta in tab. pupillarib. cum & illæ
22 † ſint pars & ſequela paterni teſtamenti, §. liberis, Inſt. de pup. ſubſt. c. ſi pater, in fin. de teſtam. lib. 6.

Limita quintò, vt non † procedat fauore perſonæ, puta, matris ipſius teſtatoris, quia tunc ſub expreſſa pupillari non contineretur tacita vulgaris, 23
Bart. Alex. & Soc. ſen. in l. 1. ff. de vul. & pup. ſubſt. ille, n. 41. iſte, n. 38. hic, n. 41. Couar. in c. Raynutius. §. 4. in fin. extra de teſtam. Menoch. d. præſum. 43. n. 11. Ripa in d. l. 1. n. 175. in fine, vbi teſtatur communem * opinionem, *
Fran. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 5. tit. 4. n. 5. vbi teſtatur communem * opinionem, Zaſius in tract. *
ſubſt. in materia vulgaris, ſub n. 21. Niſi † ſubſtitutus 24
fuerit vnus ex deſcendentibus, vel eſſet vulgaris tacita probata, Rip. in d. l. 1. n. 175 ff de vulg. & pup. ſub. Menoch. d. præſum. 43. n. 11. in fine.

Limita ſexto, vt non procedat, † quãdo filio impuberi fuiſſent ſubſtituti cohæredes; quia tunc ſub 25
expreſſa pupillari nõ contineretur tacita vulgaris, Soc. ſen. in l. 1. n. 35. verſ. ex qua ſolutione, ff. de vulg. & pup. ſubſt. Menoch. d. præſum. 43. n. 12. Fran. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 5. tit. 4. n. 11. † Licèt tunc admittã- 26
tur cohæredes ex iure accreſcendi, & in effectu nõ referat, vtrũ vocẽtur ex tacita vulgari, vel eo iure accreſcendi, quod † eſt tacita quædam ſubſtitutio, l. ſi 27
Titio, & Mæuio, §. Iulianus, vbi gloſſ. ff. de leg. 2. Alex. Trentacinq in tract. ſubſt. par. 1. cap. 13. num. 3.

Limita ſeptimo, vt non procedat, quando † ex- 28
preſſa pupillaris reſtricta & limitata fuiſſet ad tempus ipſius pubertatis, ſicuti quãdo teſtator dixiſſet; Inſtituo † filiũ meum impuberem, & ſi deceſſerit in pu- 29
pillari ætate, ei ſubſtituo Caium; quia tunc tacita vulgaris non contineretur ſub expreſſa tali pupillari, vt effectum haberet poſt ipſam pubertatẽ; ſed expiraſſe dicitur cum ipſa pupillari, Bar. in l. 1. n. 56. ff. de vulg & pup ſubſt. Bal. conſ. 272. lib. 2. Signor. conſil. 235. n. 7. Io. Faber in l. precib. C. de impub. & aliis ſubſt. vbi Alber. n 12 Alex. in l. 2 col. 9. ff. eod. Soc. ſen. in l. 1. n. 36 ff. eod. G Bened. in c. Raynutius, par. 2. verſ. ſi abſque liberis, el. 2. in materia vulgaris ſubſtit. n. 139.

Contrariam † ſententiam tenuit Menoc. d. præſum. 30
43. in fin. vbi eam teſtatur æquiorẽ, Couar. in c. Raynutius, § 1. n. 5. verſ. cæterum, extra de teſtam. gloſſ. vbi Imol. ff. de vulg. & pupill. ſubſt. Salic. in l. ſi teſtamento, col. 4. C. eod. Lanc. Pol. in tract. ſubſt. in materia exemplaris, n 3 in fin Soc. in l. 1. n. 57. in fin. ff. de vulg. & pup. ſubſt. vbi Ripa n. 225. verſ. contrariũ tenent, & Alcia. n. 160. Niſi (ſecundũ eos) fuiſſet † vulgaris expreſſa 31
cõprehenſa ſub pupillari, concepta verbis ſpecialibus; quia tunc talis expreſſa vulgaris non finiretur cum ipſa pupillari, ſed locum haberet, etiam poſt pubertatẽ, Couar. in d. §. 5. ſub n 5. Menoch d. præſum. 43 in fin. Bal. & Caſtrenſ. in d. l. precibus. ille, n. 42. iſte, num. 11. Soc. & Rip. in d. l. 1. ille, nu. 36. iſte, n. 167.

Limita octauo, vt non procedat, quãdo per † pu- 32
pillarẽ ſubſtitueretur filius exhæredatus; puta, † ſi 33
teſtator dixiſſet; Inſtituo filium meum impuberem, & ſi impubes deceſſerit, talem filium exhæredatum ſubſtituo, quia tunc in pupillari expreſſa, tacita vulgaris non contineretur, Alex. Clau. & Cuma. in d. l. 2 ff. de vulg. & pup. ſubſt. per l. qui habebat, ff. eo. Sfor. Odd. d. q. 7. ſub n. 2. ver. limitatur tertio, Craſſ. in §. ſubſtitutio, q 28 n. 5. vbi teſtatur hoc eſſe indubitabile, G. de Bened in d. c. Raynutius, in materia pupillaris, n. 79. Alex. Trentacinq. in tract. ſubſt. par. 1. c. 1. num. 13.

Quia † ſi decederet impubes ante aditã hæredi- 34
tatem, nõ habebit locum tacita vulgaris; nam cum iſte ſubſtitutus, fuerit à paternis bonis remotus per exhæredationem, non deberet ad ea amplius redire, Claud. in d. l. 2. ff. de vulg. & pupill. ſubſt.

35 Licèt contrariam sententiam † tenuerit *Socinus iunior in d. l. 2. num. 19. vers. sed mihi, ff. de vulga. &*
36 *pupillar. subst.* quia filius † fuit exheredatus tantum à primo gradu & prætextu filii instituti censetur exclusus; vnde eo mortuo, alia ratione eumdem exhæredatum pater vocauit per pupillarem ad bona instituti; inter quæ essent, etiam sua, si fuisset hæres; quare eadem ratione videtur eum vocasse ad sua per tacitam vulgarem, *Socin. iunior in d. l. 2. nu. 91. vers. sed mihi.*

37 Limita nono, vt non procedat, quando † expressa pupillaris fieret exhæredato; quia tunc non continebitur sub ea tacita vulgaris, cum ei facta fuerit substitutio, cui vulgaris non conuenit, *Socin. iunior in l. 2 numer. 93. ff. de vulgar. & pupillar. substit.* vbi testatur hanc esse clarissimam conclusionem, *Alexand. in eadem l. Crass. in §. substitutio, quæst. 28. numer. 4.* vbi etiam ait hanc esse clarissimam conclusionem.

38 Limita decimo, vt non procedat, quando † testator in vtrumque casum sibi specialiter prouidisset, *Sforz. Odd. in prælud. compend. part. 3 quæst. 7. numer. 2. in fine, per l. cum ex filio, §. filio, ff. de vulg. & pupill. subst. Crass. d. quæstion. 28. nume 3.* vbi testatur hoc esse indubitatum, *Zas. in tract. subst. cap. 2. num. 18. in fine. Franc. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 5. tit. 4. nu. 2. Alexand. Trentacinq. in tract. subst. part. 1. num. 14.*

39 Limita vndecimo, vt non procedat, quando † testator cogitasset, & nihilominus vulgariter non
40 substituisset, puta, si pater † habens duos filios impuberes, vni substituat vulgariter, & alteri pupillariter; quia tunc in vtroque casu cessaret tacita substitutio, *Francisc. Mantica de coniect. vlt. volun. lib. 5. tit. 4. num. 2. vers. secunda, Dec. consil. 315. nu. 3. Socin. iunior consil. 120. numer. 63. & 65. volum. 1. Ripa in l. 1. num. 171. ff. de vulg. & pupill. subst. Soc. iunior consil. 100. num. 14. volum. 1.*

41 Licèt contrariam sententiam † videatur tenere, *Socin. senior in d. l. 1. num. 38. in fine, Alexan. in l. iam hoc iure, numer. 7. ff. de vulgar. & pupillar. substitut. Ruin. consil. 131. num. 6. volum. 3.*

ARGVMENTVM.

Cui succedatur per pupillarem?

SVMMARIVM.

1 *Pupillo succeditur per pupillarem, numero 1. & in bonis testatoris, numer. 2. ratio. numer. 3. etiam quod in pupillari, non contineretur vulgaris, numer. 4 nisi fuisset substitutus filius naturalis, numer. 5.*

6 *Pupillaris trahitur ad omnia bona impuberis legitima & naturalis vndecunque quæsita.*

7 *Pupillaris facta à milite ex eius voluntate posset ad quadam bona trahi, & ad quadam non.*

8 *Miles potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus.*

9 *Pupillaris facta filio adoptiuo, trahitur duntaxat ad quartam sibi debitam in bonis arrogãtis, & ad bona, quæ occasione ipsius arrogantis, ad arrogatum peruenerint.*

10 *Filius habens duos patres, scilicet naturalem & adoptiuum, poterit decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, & cum duobus testamentis, num. 10. contra, num. 11. ratio, num. 12. 13. 14. & 15.*

12 *Testamentum factum à patre naturali, irritum fit per arrogationem, num. 12. quamuis sustineatur per stipulationem, numer. 13.*

15 *Arrogator non habet filium in potestate.*

18 *Pupillaris facta in re certa ipsius impuberis trahitur nihilominus ad omnia bona ipsius pupilli, nu. 16. declara. num 18.*

17 *Institutus in re certa, non dato coherede, totam hæreditatem capit.*

18 *Pupillaris facta in re certa pupilli, trahitur ad omnia bona ipsius, quando fuisset facta per verba directa ciuilia; secus, si per verba directa non ciuilia.*

20 *Substitutio facta per verba obliqua, vel communia in re certa, nunquam trahitur ad vniuersum, nu. 19. idem si facta fuisset per verba directa, non ciuilia in certa re, numer. 20.*

21 *Substitutus non potest separare hæreditatem testatoris ære alieno prægrauatam, ab hæreditate impuberis.*

22 *Substitutus ex persona pupilli poterit petere restitutionem in integrum, vt liceat sibi bona paterna a pupillaribus separare, num. 22. contra, nu. 23. rationes, num. 24. 25. & 26.*

24 *Restitutio in integrum non facit, vt vna hæreditas adeatur pro parte, & pro parte non.*

25 *Pupillo, quod non licet, nec eius substituto ex eius persona.*

27 *Substitutus non potest habere bona alienata per pupillum post substitutionem, ante eius mortem, num. 27. ratio, num. 28. Limita, quando in alienatione non fuissent adhibita sollennitates requisita, num. 30.*

28 *Testatori post factum testamentum non interdicitur alienatio bonorum suorum.*

29 *Pupillo post factum testamentum pupillare, non interdicitur alienatio bonorum.*

31 *Fideicommissum non poterit alienare in præiudiciũ fideicommissarii.*

32 *Bona pupilli pertinent ad substitutum, etiam quod fuerit substitutus secundi gradus, numero 32. exemplum, numer. 33. & 34. nisi esset duplex substitutio pupillaris, num. 35. exemplum, numer. 36 & 37.*

38 *Pupillaris trahitur ad bona pupilli, etiam si in ea fuisset adiectum verbum restrictiuum ad bona ipsius testatoris, num. 38. exemplum, num. 39.*

QVÆSTIO LXXXIX.



QVI o erit secundus effectus pupillaris substitutionis? Resp. quod † per eam succeditur pupillo, *Bartol. in l. 2. num. 29. in fin. ff. de vulgar. & pupill. Institut. in princ. de pupillar. substit. Sforz. Odd. in præiud. compend. part. 3. quæst. 7 num. 3. Socin. iun. in d. l. 2. num. 93. in fin. vbi Iason numer. 29. & Ripa num. 45. Crass. in §. substitutio, quæst. 29. num. 2.* vbi testatur hanc esse communem * opinionem, *Fernand. Vasq. de success. progress. libr. 2. §. 15. numer. 18. Guliel. de Bened. in c. Raynutius, part. 2. vers. si absq. liberis, el. 2. tit. de pupill. substit. num. 80. extra de testament. Bald. in tract. substitut. in materia pupillaris, num. 28.* 1

numero 23. Bartol. de Hucio in tract. eiusdem titu. in materia pupillaris, sub num. 15. Lancel. Polit. in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, num. 49. ver. secundus effectus, Zas. in tracta. eiusdem tit. in materia pupillaris, num. 19. Constan. Roger. in tract. eiusdem tit. § 4. quæstio. 5. numero 14. Couarr. in dict. c. Raynutius, § 5. numero 6. Ioan. Franc. a Ponte consil. 61. numero 49. Franc. Mantica de coniectur. ulti. vol. libr. 5. tit. 11. numero 2. Hondede. consil. 73. numero 12. & 19. Soc. Iun. consi. 20. num. 4. lib. 4. Surd. consi. 212. numero 6. volum. 2. Hiero. Gabr. consi. 169. sub num. 39. volu. 1. Cephal. consi. 416. num. 29. vol. 3. Gratus consi. 18. n. 9. vol. 2. Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. 2. 6. 15. num. 2.

Declara primò, vt nihilominus succedere et-
1 iam † videatur pupillariter substitutus in bonis ipsius testatoris, *glo. Institu. in prin. de pup. substit. per l. paterfamilias, ff. eod. Paul Leo. in tract. subst. in materia pupillaris, n. 110. & 212. Const. Rog. d. § 4. quæst. 5. n. 14. fol. 65. Menoch. de præsum. lib. 4 præsum. 48. n. 2. Salic. in l. humanitatis, col. 10. versic. ad decimam quæstionem, C. de impuber. & aliis substit. Lancell. Polit. de subst. in materia pupillaris, n. 56. versi. 13. Bonifac.*
2
3 *Roger. consil. 44. num. 19. vol. 1.* & ratio est, ne aliàs †
pupillus decedere videatur pro parte testatus, &
pro parte intestatus, contra *l. ius nostrum, ff. de reg.*
4 *iur.* Etiam quod in tali † substitutione pupillari nõ
contineretur vulgaris; quia etiam tunc talis substitutio traheretur ad bona ipsius testatoris, *Gul. de Bene. in c. Raynutius, par. 2. ver. si absq. liberis, el 2. tit. de pup. subst. n. 83. extra de testam. Bar in l. paterfamilias, § 1. in prin. ff. de vul. & pupill. subst.* Nisi fuisset †
5 substitutus filius naturalis; quia tunc tantummodo bona pupilli acciperet, cum bonorum paternorum incapax fuerit, *Zas. in tract. subst. in materia pupillari, n. 22 in fi. Bar. in l. si is qui, ff. de vulg & pup. substit. Menoch. li. 4 præs. par. 2. præs. 48. n. 8. Pau. Leo. in tracta. subst. in materia pupillaris, n. 232.*

6 Declara secundò, vt † pupillaris substitutio trahatur ad omnia bona impuberis legitima, & naturalis, vndecunque quæsita, *l. sed si plures, § ad substitutos, ff. de vulg. & pup. substit. Bar. in d. l. 2, n. 30. Bal. in tracta. substit. in materia pupillaris, n. 24. Barto. de Hucio in tractat. eiusdem titul. in materia pupillaris, sub numero 15. Constans. Roger. in tractat. eiusdem tit. in materia pupillaris, § 4. quæstio. 5. n. 18. Rip. in d. l. 2. numero 4. Menoch. d. præsum. 48. numero 10. Paul. Leon. in tractat. subst. in materia pupillaris, numero 231. Hondede. consil. 73. num. 10. Menoch. consil. 303. numero 53. & 57. volum. 4. Purpur. consi. 210. num. 4.*
7 *& con. 558. num. 8.* Nisi testator fuisset † miles, quia tunc ex eius voluntate posset pupillaris ad quædã bona trahi, & ad quædam non, *Bartol. in d. l. 2. num. 30. per d. l. sed si plures, § ad substitutos, Alex. Iaso. & Rip. in ead. l. 2. Crass. in § substitutio, quæst. 29. num. 4.*
* vbi testatur communem * opinionem, *Fern. Vasq. de success. progress. lib. 2 § 15 num. 18. Bal. in tract. subst. in materia pupillaris, sub n. 24. Barto. de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, sub num. 15. Lanc. Polit. in tracta. eiusdem tit. in materia pupillaris, num. 50, versi. secundus casus, Zas. in tracta. eiusdem titu. & 2 num. 22. versic. tertio fallit, Paul. Leon. in tracta. eiusdem titu. in materia pupillaris, num. 213. Constant. Roger. d. § 4. quæstio. 5. num. 17. in fin. Menoch. d. præsum. 48. num. 4. Alexan. Trentacinq. in d. c. 15. n. 6.* Quia sicut ipse miles † posset decedere p
8

parte testatus, & pro parte intestatus, *Crass. in § testamentum, quæstio 8. num. 1. Clar. in § eiu. dem titu. quæstio. 16.* ita poterit facere, vt eius filius decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus: Vel, nisi
fuisset facta † filio adoptiuo, quia tunc duntaxat tra- 9
heretur ad quartã sibi debitam in bonis arrogatis: Itemque ad bona quæ occasione ipsius arrogantis ad arrogatum peruenerint, *Barto. in d. l. 2. num. 30. per l. si arrogator, ff. de adopt. l. sed si plures, § in arrogato, ff. de vulgar. & pupill. substitut. Gulielm. de Bened. in d. titu. de pupill. substitut. sub n. 82. Lancellot. Polit. in tractat. substitut. in materia pupillaris, num. 49. in fin. Paul. Leon. in tractat. eiusdem tit. in materia pupillaris, num. 214. Constant. Roger. d. § 4. quæstio. 5. num. 15. Menoch. d. præsum. 48. num. 13. Alexan. Trētacinq. in d. c. 15. numero 7.* & tunc dato vno inconuenienti, quod † filius habeat duos patres, scilicet 10
naturalẽ, & adoptiuum, faciliter sequitur & aliud inconueniens, quod idem filius decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, & cum duobus testamentis, alterum factũ à patre naturali, alterum ab adoptiuo, *Constant. Roger. in tract. subst. § 4. q. 5. sub n. 16. Gul. de Bened. in d. tit. de pup. subst. sub n. 82. per Bar. in d. § in arrogato.*

Licèt † alii id non admittant, tum quia † testa- 11
mentum à patre naturali factum, irritum fieret per 12
ipsam arrogationem, quamuis † sustineatur per sti- 13
pulationem, *l. verbis, ff. de adopt.* tum quia, cum fuerit † prospectum pupillo per patris naturalis testa- 14
mẽtum, quod suapte natura trahitur ad omnia bona, non videtur arrogatorem posse pro pupillo testari; tum etiam, quia † arrogator non haberet fili- 15
um in potestate, *Lancel. Polit. in tract. substit. in materia pupillaris, num. 50. Paul. Leon. in tracta. eiusdem tit. in materia pupillaris, sub n. 217. per § sed hod e, Inst. de adopt. l. cum in adoptiuis, C. eod.*

Declara tertiò, vt etiam si † pupillaris facta fue- 15
rit in re certa ipsius impuberis, nihilominus trahatur ad omnia bona ipsius pupilli, *Crass. in d. quæstio. 29. n. 3.* vbi testatur communem * opinionem, per *
l. cohæredis, § fin. vbi Alex. n. 27 & Ias. n. 29. ff. de vul. & pup. subst. Ferna. Vasqu. de success. progress. lib. 2. § 15. num. 19. Gul. de Bened. in d. tit. de pupill. substitut. num 80. Menoch. lib. 4. præsum. par. 2. præsum. 48 n. 4. R p. in l. 2. n. 43. & in l. centurio, num. 95. ff. de vulg. & pup. subst. Nam sicut † institutus in re certa non 17
dato cohærede totam hæreditatem capit, *Crass. in § hæreditas, quæstio. 3. num. 2. versicul. aliquando,* vbi testatur communem * opinionem, *Alexan. in l. *
quoties, C. de hæred. institut. Imol. in l. 1. § ex facto, versic. 3 ff. eodem, Mainer. in l. ius nostrum, numero 6. ff. de regul. iuris. Achill. Personal. in tractat. de adipisc. poss. ex edicto Diui Adr. numero 180 versic. si nullus, Socin. Iun. consi. 10. num 16. lib. 1. Menoch. in tracta. adipisc. remed. 4. num. 122. l. 1. § si ex fundo, ff. de hered. instit. ita substitutus in re certa non dato cohærede.

Intellige veram esse prædictam declarationem, quãdo fuisset facta substitutio pupillaris in re certa † pupilli, per verba directa ciuilia, iuxta *l. verbis* 18
ciuilibus, ff. de vulg. & pupill. substit. secus si per verba directa non ciuilia; vt quia dixisset, *Si filius meus in pupillari ætate decesserit, talis accipiat talem rem;* quia tunc non traheretur ad vniuersa bona impuberis. *Guliel. de Bene. in d. tit. de pupillo. substit. sub n. 80. Alex. in l. 2. n. 27. versi. hoc tamen, ff. de vul. & pup.*

L

subst. Bartol. in l. centurio, versi. quid si testator substituit aliquem compendiose directo, ff. eod. Bald. in l. humanitatis, ver. quarto principaliter, C. eod. Quia sicut
19 institutio † vel substitutio in re certa facta per verba obliqua, vel communia nunquã trahitur ad vni-
20 uersum, *l. cogi, § & generaliter, ff. ad Trebell.* ita † substitutio per verba directa non ciuilia in re certa facta, non trahitur ad vniuersam hæreditatem, *Gul. de Bened. in d. tit. de pupill. substit. sub n. 81.*
21 Declara quartò, vt si † filius impubes hæreditatem patris adierit, ære alieno prægrauatam, non posset substitutus separare eam ab hæreditate impuberis, *Crass. in d. § substitutio, quæstio. 9. num 5.* vbi
* testatur communem * opinionẽ, per *l. sed si plures, § filio, ff. de vul. & pup. subst. Pau. Leo. in tract. substit. in materia pupillaris, n. 221, Lanc. Polit. in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, n. 53. Menoch. d. præsum. 48. n. 6. Alex. Trentac. in tract. substitu. par. 2 c. 18. n. 1.*
22 Posset tamen † substitutus restitutionem in integrum petere ex persona pupilli, vt liceat sibi bona paterna à pupillaribus separare, *Crass. d. quæstio. 29. in fin. Bartol. in d. § filio, Zas. in tractat. sub*
* *stitut. c. 2. sub numero 21.* vbi testatur communem *
opinionem, per *l. non solum, ff. de restitut. in integr. Paul. Leon. in tractat. eiusdem titul. in materia pupil-*
* *laris, numero 223* vbi testatur communem * opinionem, *Iaso. in d. § filio, sub num. 9.* vbi testatur com-
* munem * opinionem, *Bartol. in l. fin. ff. de acquiren. hæredit. Imol. in l. si filius qui patri, colum. 8. ff. de vulgar & pupill. substitut. Imol. & Paul. de Castr. in d. § filio, Menoch. d. præsum. 48. num. 7.* vbi etiam dicit
* communem * opinionem, *Alex. Trentacinq. in d. c. 18. n. 2.* vbi testatur hanc esse communem * & receptam scribentium sententiam.
23 Quamuis non † desint, qui contrarium tenne- rint; inter quos fuit *Polit. in tracta. substitut. in materia pupillaris, n. 54. Aret. in l. sed si plures, § filio, ff. de vulgar. & pup. subst.*
Moti quia hæreditas patris vnita est cum hære-
24 ditate pupilli, † vnumq; patrimoniũ & vna hæreditas est effecta; sed beneficio restitutionis in integrum non fit, vt vna hæreditas adeatur ꝓ parte, & pro parte non adeatur, *l. 1. & 2 ff. de acquir. hær. l. ne-*
25 *minem, ff. de leg. 2.* ergò † quod non liceret pupillo, multo min⁹ substituto ex eius persona, *l. quod si minor. § Scæuola, in fi. ff. de minor.*
26 Secundò, quia cum facto proprio † fuisset vtraque hæreditas substituto acquisita, non poterit idem substitutus ex persona pupilli in integrum restitui, *Lanc. Polit. de subst. in mat. pupillaris, sub n. 54.*
27 Declara quintò, vt substitutus † pupillariter non posset habere bona alienata per pupillũ post substitutionem, ante eius mortem, *Gulielm. de Benedict. dicto titu. de pupilla. substitut. numero. 85.* quia
28 (inquit) sicut † testatori non interdicitur alienatio bonorum suorum, post conditum testamentũ, ita
29 nec † pupillo post substitutionem pupillarem, quę dicitur eius testamentum, *Ang. & Imo. in l. Marcellus, § res quæ, ff. ad Trebell.*
30 Intellige primò, si fuerit facta † alienatio ex iusta causa, & debitis solennitatibus; aliàs non valeret, &c, per consequens, substitutus poterit alienata recuperare, *Bald. in l. nec ei, § eorum, ff. de adopt. l. 1. versic. nonnullus, ff. de tutel. & ratio. distrahen. l. fi. § sin autem, in tex. ibi, substitutus, C. comm. de legat. Alexand. in d. § res quæ, Gulielm. de Bened. in dicto titul de pup. subst. sub n. 85. Alex. Trentacinq. in tracta. substit. par. 2. c. 15. n. 3.*

Intellige secundo, vt procedat in substitutione
pupillari, sicut in † fideicommissaria, quia tunc in 31
eius preiudicium non poterit fieri alienatio bonorum, restitutioni subiectorum, *Gul. de Bene in d. tit. de pup. subst. sub n. 85. per Auth. res quæ, C. com. de leg.*
Declara sexto, vt † bona pupilli ad substitutum 32
pertineant, etiam quod fuerit substitutus secundi
gradus; puta, Pater instituit † filium impuberẽ, & ei 33
substituit pupillariter Titiũ, is dicitur substitutus primi gradus, & quãdocunq; Titius moriatur sine liberis, substituit Caiũ, (qui substitut⁹ secundi gradus nominatur) nam si Titius primo gradu substitutus, moriatur ante pupillum, & deinde pupillus decesserit intra pupillarẽ ætatem, omnia bona pupilli pertinebũt ad Caium secundum substitutum, qui est substituti substitutus, *Zas. in tracta. subst. in*
materia pupillaris, sub n. 19. quia (inquit) is † Caius, 34
substitutus fuerat per compendiosam Titio primo substituto; vnde cum testator dixerit, *Quandocũq; Titius moriatur sine liberis, substituo secundo gradu Caium*, in istis verbis continetur tacita vulgaris. scilicet, *Si Titius heres non erit*; quæ in hac facti specie est verificata, cũ Titius non sit hæres pupilli, merito ad bona pupillaria Caius ex sua substitutione admittitur, *Bar. in l. quandiu, la 2. circa finẽ, vbi Pau. de Cast. ff. de acq. hær. Pau. Leo. in tract. subst. in materia pupillaris, n. 220.*
Intellige, vt † procedat, nisi esset duplex substi- 35
tutio pupillaris; quia tunc ad substitutum secundi
gradus nõ pertineret bona pupilli; puta, si † pater, 36
qui habebat duos filios impuberes, instituisset alterum filium impuberẽ, & alterum exhæredasset; quem exhæredatum pupillum substituisset pupillariter alteri fratri pupillo instituto, si ipse institutus frater intra pupillaria moreretur, frater exhæredatus, hæres esset, cui filio exhęredato pupillariter substituisset vxorem suã (hæc nanq; substitutio pupillaris est duplex; vna primi gradus, altera secũdi gradus) si filius exhæredat⁹ moreretur intra pupillarẽ ętatem; quo casu vxor testatoris ex substitutione sua, eidẽ exhæredato in bonis suis succederet; deinde moreretur pupill⁹ institutus, etiã intra ætatem pupillarem, bona ipsius nõ pertinebũt ad substitutũ secundi gradus, scilicet ad matrem, *Zas. in d. tract. subst c. 2. n. 20.* quia (inquit) cũ filius exhæ-
redatus qui † fratri substitut⁹ erat, fuerit mortuus 37
ante fratrem, iã vxor testatoris tãquam substituta successit ei in bonis suis, cũ intra pupillarem ætatẽ sit mortuus, &, per cõsequens, conditio suę substitutionis fuerat impleta, vnde si frater institut⁹, deinde intra pupillarem ætatem moriatur, nihil pertinebit ad vxorem; secundo loco substitutam, quæ receperat ex sua substitutione, quod ad eã spectabat, *l. qui habebat, ff. de vul. & pup. subst. Pau. Leo in tract. subst. in materia pupillaris, n. 220. in fi. Menoch. lib. 4. præsu. par. 2. præsum. 48. n. 12. in fin.*
Declara septimò, vt procedat, etiam si in ipsa
substitutione fuisset adiectũ verbum † restrictiuũ, 38
ad bona ipsius testatoris; puta, quia dixisset, *Si † fi* 39
lius meus heres erit, & in pupillari ætate decesserit, Seius mihi heres esto; quia non obstante illo verbo *mihi*, succederet substitut⁹, etiam in bonis ipsius impuberis, *Pau. Leo. in tract. subst in materia pupillaris, n. 211. per gloss. in ver. Caius Seius, l. 1. ff. de vul. & pup. subst. l.*

substit. l. si ita, § qui filios, ff. de bon. poss. secundum tab. Menoch. lib. 4. præsum. par. 2. præs. 48. n. 12.

ARGVMENTVM.

Vtrum pupillaris expressa excludat matrem, & alios ascendentes?

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris expressa excludit matrem, & alios ascendentes, n. 1. declara, n. 2. 3. 4. & 5.*

3 *Pupillaris expressa verbis generalibus, vt est illa, quæ sub breuiloqua continetur, excludit matrē, n. 2. exemplum, n. 3.*

4 *Pupillaris expressa, quæ comprehenditur sub compendiosa, excludit matrem.*

5 *Pupillaris expressa excludit matrem, etiam si extraneus fuisset pupillo substitutus.*

QVÆSTIO XC.

1 QVIS est tertius effectus pupillaris substitutionis? Resp. quia † pupillaris expressa excluderet matrem, & alios ascédentes præteritos, quos ipse filius præterire non poterat, *Bar. in l. 2. n. 31. ff. de vul. & pup. subst. per l. Papinianus, § sed neq; impuberis, ff. de inoff. test. l. precibus, C. de impub. & aliis subst. l. Lucius. ff. eod. add. ad eundem Bar. in litera V. per l. sed si plures, § ad substitutos. ff. de vul. & pup. substit. Menoch. lib. 4. præsum. par. 2. præsum. 38. num. 2.* vbi testatur hāc esse receptissimam * sententiam, & neminé esse qui dissentiat, *cap. si pater, de testam. lib. 6. Franc. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 5. tit. 8. num. 12. Soc. Iun. in d. l. 2. n. 94.* vbi testatur communem * opinionem, *Sforz. Odd. in prælud. compen. par. 3. quæst. 7. num. 4. Crass. in § substitutio, quæst. 30. num. 1.* vbi ait hanc esse communem * opinionem, quam totum orbem sectari, testatur *Bal. in l. humanitatis, C. de impub. & aliis subst. Lanfranc. in l. centurio, in materia substitutionis pupillaris, conclu. 2. ff. eod. Capra in materia substitu. pupillaris, n. 104. Fernan. Vasqu. de success. progress. § 15. num. 57. Paris. consi. 58. num. 17. vol. 2.* vbi dicit nullum Doctorem * dubitare, nec contrarium asserere, *Lancell. Polit in tract. subst. in materia pupillaris, num. 51. ver. quintus effectus, Zas. in tract. eiusdem tit. c. 2. num. 24. ver. sextus;* vbi ideò subiicit, si pater instituit filium impuberé, & ei, si intra pupillarem ætaté decesserit, substituat Titiū, mortuo pupillo intra pupillarem ętaté, substitut⁹ succedet exclusa matre, *Pau. Leo. in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, n. 235. Bar. de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, num. 15. in fin. Bal. in tract. eiusdem titu. in materia pupillaris, n. 24. in fin. Gul. de Benedict. Raynutius, par. 2. ver. si absque liberis, el 2. in materia pupillaris, numero 86. extra de testament. Const. Roger. in tract. substi. in materia pupillaris, § 4. q. 5. num. 29. fol. 66. Marc. Ant. Eugen. consi. 12. n. 47. Bonifac. Roger. consi. 44. n. 16. vol. 1. Cels. Hugo consi. 42. n. 11. Cepha. consi. 538. num. 19. vol. 4. & cons. 524. num. 15. & 54. & consi. 589. n. 5. eod. vol. Scot. tom. 1. lib. 3. resp. 32. sub n. 7. Paris. consi. 41. num. 22. vol. 2. Anal. consi. 69. n. 19. vol. 1. Fab. Turrett. consi. 5. n. 25. vol. 1. Thomas Docteus, cons. 67. n. 9.*

Declara primò, vt procedat, nó solum in pupillari expressa verbis specificis, & formalibus, sed etiam in † illa, quæ facta fuerit verbis generalibus; vt est illa, quæ sub breuiloqua cōtinetur; puta, si duobus, vel pluribus filiis † impuberibus institutis, eos inuicem testator substituat; quia tunc, si euenit eo casus, vt alter eorum impubes decederet, & sic fiat locus pupillari substitutioni, alter ex illa pupillari, exclusa matre succederet, *Pau. Leon. in tractat. subst. in materia pupillaris, num. 234. per l. Lucius, in fin. ff. de vulgar. & pupil. substitu. Franc. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 5. tit. 8. sub num. 12. Zas. in tractat. subst. in materia pupillaris, num. 25. ver. quod autem, Bart. in d. l. 2. sub n. 32. ff. de vulg. & pupil. substit. Hieron. Gabr. consi. 113. num. 20. vol. 1.* vbi ait id omnes * fateri, *& consi. 113. num. 48. vol. 2. Cephal. consil. 135. n. 22. vol. 2. cōs. diuers. vl. vol. Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. 2. c. 16. in prin.*

4 Declara secundò, vt procedat, etiam in † pupillari, quæ sub compendiosa comprehenditur, *Paul. Leo. in tract. subst. in materia pupillaris, sub num. 234. per l. precibus, C. de impub. & aliis substit. Soc. Iun. in d. l. 2. n. 98.* vbi testatur hanc esse clarissimam cōclusionem, *Crass. in § substitutio, quæst. 30. n. 3.* vbi ait cōmunem * opinionem, *Sebast. Sapia, & Alex. in d. l. precibus. ille, n. 36 iste, num. 19. Lancel. Galiaul. in d. l. centurio, num. 193. Emanuel à Costa, in cap. si pater, in ver. superstite, num. 13. de testa. lib. 6. Soc. Iun. in d. l. centurio, num. 109. & 110.* vbi testatur communem * opinionem, *Bonifac. Roger. cons. 44. sub num. 16. volum. 1. Surd. consi. 212 n. 2. vol. 2. Cephal consi. 529. n. 51. vol. 4. Anall. consi. 69. num. 21. vol 1. Cephal. d. cōsi. 135. num. 22. vol. 2. consi. diuer. vlti. volu.* vbi testatur hanc esse crebriorem * sententiam, *Idem Ceph. cōsil. 524. sub n. 62. vol. 4.*

5 Declara tertiò, vt pcedat, etiam si † extraneus, seu prorsus alienus fuisset pupillo substitutus, *Zas. in tract. subst. cap. 2. num 24 ver. sextus effectus, Gul. de Bened. in cap. Raynutius, par. 2. ver. si absque liberis, el 2. in materia pupillaris, sub num 88. & 110. extra de testamen.*

ARGVMENTVM.

Vtrum pupillaris expressa excludat matrē á legitima?

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris expressa excludit matrem, etiam à legitima, num. 1. rationes, num. 2. 7. 12. 15. 17. & 20. cōtraria ponderationes, num. 3 4 5. 6. 8. 10. 14. 16. & 19. dissoluuntur, remissiue, num. 22. amplia, num. 23 & 24. limita, num. 24. & 25. aliorum distinctio, n. 27.*

§ Sed nec impuberis, l. Papinianus, ff. de inoff. testam. *declaratur, n. 2.*

5 *Frater, & soror turpi persona instituta, habet querelam.*

6 *Fratri & sorori non debetur legitima.*

7 L. Lucius, ff. de vulgar. & pup. substi. *declaratur, num. 7. & 11.*

8 *Legitima non includitur in generali dispositione, n. 8. declara, n. 9.*

12 L. humanitatis, C. de impub. & aliis subst. *casus.*

13 *Exemplaris est introducta ad instar pupillaris.*

14 *Argumentum ab inclusione vnius, ad exclusionē alterius, cessat, quando illud, quod exclusum videtur; alia dispositione includeretur.*

15 L. precibus, C. de impub. & aliis subst. *enucleatur.*

17 *Dictio,* omnimodo, *significat in totum.*

18 *Dictio,* verò, *est aduersatiua in iure, & in facto.*

20 Cap. si pater, in fin. de testament. lib. 6. *decisio.*

21 *Dyn. fuit vnus ex compilatoribus sexti Decretaliū.*

22 *Pupillaris expressa excludit matrem a legitima, etiam in foro conscientia, num. 23. fine sin. bonis à patre relicta, sine aliunde filio prouenientibus, num. 24. nisi mater esset egena, numero 25. vel substitutus haberet conscientiam læsam, numero 26.*

QVÆSTIO XCI.

1 Vtrum† expressa substitutio pupillaris excludat matrē à legitima? Resp. indistinctè quod sic, vt ita mecū sentit (nostræ artis magn⁹ magister) *Bar. in l.2.n.31.ff.de vul.& pup.subst. & cōsi. 8. Anall.consi 69.n.13.vol.1. Paul.Leo.in tract.subst. in materia pupillaris,n.236.& 240.Bal.cōsi.319. dub. 7.lib.4. Angel.consi 97.col.fin.& cōsi. 125.col.fi. Anto. de Butr.consi.54. Fulgos.consi.33. Cuman consi. 16. & consi.130. Bened. Capra consil.7.& consi. 72. in princi. Alex. consi.12.lib.3.* quem refert *Dec.in l precibus, n. 9.C.de impub. & alius subst. vbi etiam Rimin. Iun. n. 90. Franc. Mantica de coniect. vlt. vol.lib.5.titul.11. n. 14 & lib 5. tit.15. sub n 37. gl. in ver. omnimodo, d. l. precibus, Soc. Iun. in d. l. 2. num. 67. & Alcia. num. 51. Dec. in l. expressa, ff de reg. iur. Curt. Iun. consil. 154. n. 16. Gomez. var. resol. tom. 1. c. 4 num. 7. Peruan. Vasq. de success. progress. § 11. num. 24. Crass. in § substitutio, quæst 30 n. 2.* vbi testatur hanc esse receptissimam * opinionem, *Paris. consi 58. num. 17. vol. 2. Vigl. Inst. de pup. substitu. in prin n. 15. Bal. in tracta. subst. in materia pupillaris, sub num. 25. Bartol. de Hucte in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, sub num. 16. Lancel. Polit. in tract. eiusdem titu. in materia pupillaris, sub num 51. Zas. in tracta eiusdem tit. c. 2. num. 24. in fin.*
* vbi testatur hanc esse communem * opinionē, *Io. Franc. à Ponte consil. 61. n. 68. Thesau. decis. Pedam.*
* *200. sub n. 8.* vbi testatur communem * opinionem. *Vin. lib. 2. decis. 397. num 14. Rimin. Iun. cons. 746. n. 1.2. & 3. vol. 7.* vbi testatur esse verissimam, & communem * opinionem, *Petr. Gregor. par 3. Syntagm. iuris lib. 42. c. 19. in prin. Iaco. Berrett. consi. 37. num. 12. Ant. Ciofius consi. 45. num. 25. vol. 2. Surd. consil. 212. num 1. volu. 2. Matthe. Brun. consil. 14. num. 4. Cepha. consi. 291. n. 8. vol. 2. Tob. Non. consi. 30. num. 4. Bernard. Bombin. consi. 38 n. 2.* vbi testatur commu-
* nem * opinionem, *Cepha. consi. 35. num. 20. vol. 2. consi. diuers. vlt. volumin. Afflict. decis. 310. num. 3. & decis. 38. num. 3 Alex. Trentacinq. in tractat. subst. par. 2. c. 16. num. 1. & 2. vers. ex prædictis*, vbi testatur
* communem * opinionem.

2 Mouemur primo, per † *tex. l. Papinianus, § sed nec impuberis, ff. de inoff. test.* quo loci Vlpianus ex Papiniani sententia respondit, locum non esse querelæ matris, qua dicere possit inofficiosum testamentum, conditum à patre, nomine filii sui, si se præteritam reperit, quasi (secundū eos) per illius dispositionem videatur mater in totum exclusa.

3 Respondent contrarii, quod licèt † Papinianus, & Vlpianus velint, matrem non habere querelam aduersus illud testamentum, cum filius nil contra officium pietatis egisset, sed eius pater fuerat testatus; tamē iidem Iurisconsulti non negant, quin mater legitimam petere posset cōditione ex lege, *Crassus in d. l. precibus, n. 43. per l. omnimodo, C. de inoff. testam. Auth. presbyteros, C. de episc. & cler. Hieron. Verius in repet. l. ex facto, n 388. ff. de vulg. & pup. subst.*

4 Non. n. sequitur † consequentia, habet querelam, ergo debet habere legitimam; sicut nec è conuerso, non debetur legitima, ergo non habet querelam: nam que frater, † & soror turpi persona in- 5 stituta habent querelam, *Crass. in § testamentum, q. 46. num. 2.* vbi testatur communē * opinionem, *l.* * *fratris, vbi gloss. C. de inoff. testam. Anto. Gomez. var. resol. tom. 1. c. 11. numero 37. Clar. in § testamentum, quæstio. 50.* & tamen † fratri & sorori non debetur 6 legitima, *Crass. in § legitima, quæst. 6. num. 1. & 2. Roder. Suarez. in rep. l. quoniam in prioribus, in ειsdem. libus, n. 12. in fin. C. de inoff. test.*

Secundo per † *tex. l. Lucius, ff. de vulg. & pupill.* 7 *subst.* vbi in primo responso scriptū est, quod si locus non est reciprocæ substitutioni pupillari, sed solum vulgari, & filius pupillus adeat hæreditatē, eo decedente in pupillari ætate, hæreditas ad matrem spectat, atque ita substitutus in totum excluditur: deinde Paulus Iurisconsultus subiungit, quod si locus fuerit illi substitutioni reciprocę pupillari, altero moriente, successio ad alterum spectat, ma- * tre exclusa; sicuti ergo in primo illo casu, mater in totum excludit patrem naturalē pupilli filii sui, ita etiam è contra in secundo casū, mater in totum exclusa dici debeat.

Sed resp. contrarii, quod in *d. l. Lucius*, non fit mentio de legitima, ergo nō deberet mater ab ea excludi. quia † dispositio generalis, nō includit le- 8 gitimam, *Tiraq. in l. si vnquam, in ver. susceperit liberos, n. 115. C. de reuoc. donat. per l. si quando, § & generaliter, C. de inoff. testam. vbi Ias. n. 5. Gul. de Cun. Alber. Bar. & Ang. in l de his, ff. de transactio. Bal. Salic. & Paul. de Cast. in d. § & generaliter.*

Et si † dicatur *d. § & generaliter*, loquitur in dis- 9 positione hominis, non autem in dispositione legis, vt aduertit benè eruditus *Rimin. Iun. in l. preci-* * *bus, n. 94. C. de impub. & aliis subst. Ias. in d. § & generaliter, n. 10.* quem refert *Menoch. lib. 4 præsum. par. 2. præsum. 38. sub n. 19.*

Replicant, quod etiam sumus in † dispositione 10 hominis, nempè in substitutione facta à testatore, quā lex interpretari potiꝰ videtur, vt testator reseruare voluerit legitimā matri debitā, quā ea priuare.

Neque obstabit primum † responsum *d. l. Lucius*, 11 in quo mater in totum admittitur & substitutum in totum excludit: Quia resp. id euenire, quia nulla superest persona, cui portio aliqua reseruari debeat, sicut superest in secundo responso, quando admittitur substitutus, qui & si hæres efficiatur, & hæreditas sit successio in vniuersum ius, attamē prius deberet deduci legitima, vti æs alienū matris.

Tertio per † *tex. l. humanitatis, C. de impub. & a-* 12 *liis subst.* vbi si pater substituerit filio suo furioso, si is furios⁹ habeat filios, deberet testator filios suos substituere; si verò non extāt filii ipsius furiosi, sed solū eius fratres, illi substitui deberent; & cum ibi nullum verbum appareat de matre, intelligimus liberè licere patri excludere matrē à filii successione, & per consequens, non teneri ei relinquere aliquā portionem; at substitutio † exēplaris est intro- 13 * ducta ad instar pupillaris, *§ qua ratione, Inst. de pup. subst. Menoch. lib. 4. præs. par. 2. præsum. 38. n. 19.* ergo, etiam in substitutione pupillari mater excludi poterit in totum.

Sed resp. contrarii, non valere hoc argumentū, * filii & fratres furiosi substitui & admitti debent, ergo mater, quę inter illos non cōnumeratur, excludi, quia † illud gen⁹ argumēti ab inclusione vnius, 14

ad ex-

ad exclusionem alterius cessat, quando illud, quod
exclusum videtur, alia dispositiune includeretur,
Dec. in l. 1 n. 84. ff. si cert. pet. & cons. 11. num. 8. vbi ita
declarat *l. cum prator, in princ. ff. de iudic. Menoch.
lib. 4. prasum. par. 3. pras. 38. n. 24.*

15 Quarto per † *tex. l. precibus, C. de impub. & aliis
subst.* dupliciter consideratur; primò, dum loqués
de pupillari expressa, subiungit hæc verba, Si qui-
dem, si intra pubertatem decesserit, eos habeat hę-
redes, quos pater ei constituit; si adierit hæredira-
rem, quasi per pupillarem expressam matet exclu-
datur, vt neq; legitima ei reseruetur, cum in totum
pater ipse alium hæredem fecerit.

16 Sed resp. contrarii, quia licèt † pupillus eos ha-
beat hæredes, quos pater ei constituit, attamen
intelligitur deducto ære alieno, nēpe deducta le-
gitima debita matri, *Menoch. de prasum. lib. 4. pra-
sum. 38. sub n. 26.*

Secundo ponderatur *d. l. precibus*, dum statuit
successionem pertinere ad matrem omnimodo,
17 id est, in totum, sicuti † est huius dictionis signifi-
catio, *Ias. in l. Imperium, num. 12. ff. de iur. omn. iud.*
Vnde sicut in casu sopitæ vulgaris, marer totū ha-
bet, &, per cōsequens, cum residuo patrimonii, le-
gitimam suam, ergo dum ille tex. subiungit, de pu-
18 pillari expressa; per † aduersatiuam verò, siue copu-
lam, vt recte aduersetur in iure, & in facto, iuxta *l.
sed & si lege, in prin. ff. de pet. her.* dicendum erit ma-
trē excludi in totum, &, per consequens, etiā quo
ad legitimam filius habebit hæredes, quos ei pater
constituerat.

Sed resp. contrarii, ad hanc ponderationem di-
19 uersam † admodum esse casum, quando hæredi-
tas spectat ad matrem, excluso substituto, ab eo ca-
su, quando hæreditas ipsa spectat ad substiturum,
matre exclusa; quia quando ad matrem spectat, ni-
hil penitus reseruatur substituto; at quando hære-
ditas spectat ad ipsum substitutum, secus est, cum
ei in totum nō deferatur, sed legis dispositione re-
seruatur legitima matri, cui tanquam æs alienum
debetur, & de ea pater nomine filii testari non po-
terat, *arg. l. nemo plus iuris, ff. de reg. iur. l. traditio, ff.
de acquir. rer. dom.*

20 Quintò per † *tex. c. si pater, in fin. de testam. libr.
6.* vbi expressè statuitur, matrem excludi, etiam à
legitima per expressam pupillarē, cuius *lib. 6.* vnus
21 † cōpilatorum fuit Dynus, qui & ipse nostram, &
* communem * opinionem fuerat sequutus, vt te-
statur *Menoch. lib. 4. prasum. par. 2. prasum. 38. n. 30.*
nec desunt, qui huic medio, sicut superioribus cō-
tradixerint, quibus tamen considerationibus ner-
22 uosè satisfecerūt † in principio nostræ quæstionis
religiosissimi iuriū adducti professores, verissimis
replicationibus, quas ex industria prætereo.

Extendimus eandem conclusionem primò, vt
procedat, non solum in foro contentioso, verum
23 etiam in † foro conscientiæ, *Couarr. in cap. cum es-
ses, n. 13. extra de testam. Franc. in d. cap. si pater, in fin.
Alcia. in cap. nouit, num. 41. extra de iudic. Menoch.
lib. 4. prasum. par. 2. prasum. 38. num. 30. & 31. & lib. 1.
q. 80. n. 38. Soc. Sen. in l. 2. num. 21. ff. de vulg. & pupill.
substit. vbi Rip. n. 42. Galsaul. in l. centurio, num. 38. ff.
eod. Crotus in cap. 2. de const. lib. 6. vbi Gomes. num. 19.
Rube. consi. 107. in fin. Rimin. Iun. in dict. l. precibus,
num. 143. Zas. in tracta. substi. c. 2. n. 24. in fin. Crass.
in § substitutio, questio. 30 sub n. 2.* vbi testatur com-
munem * opinionem, *Vasq. de success. progress. lib.* *
*2. § 5. num. 16. & 17. Emanuel a Costa in d. c. si pater,
par. 2. ver. si superstite, n. 9. Emanuel Soarez in add.
ad Gomez c. 4. num. 24. & in tract. de success. crea-
tor. lib. 1. § 1. n. 25. Lancel. Polit. in tract. substit. in ma-
teria pupillaris, sub num. 51. Paul. Leon. in tract. eius-
dem titu. in materia pupillaris, sub n. 238. Rimin. Iun.
consi. 746. num. 5. vol. 7. Cosm. Nep. super consi. Ca-
tinen. titul. 3. de confus. bonor. num. 252.* vbi testatur
communem * opinionē *Alex. Trentacinq. in tract.* *
subst. par. 2. c. 16. num. 5. & 6. vbi etiam testatur com-
munem * opinionem, licèt cōtrarium asseruerint *
*Archid. & Domin. in d. c. si pater, Cur. Iun. Corasius,
& Lanc. Decius in d. l. precibus, Guald. de arte testan.
tit. 5. cautela 6. n. 2.*

Secundò extendimus, vt procedat, siue † in bo- 24
nis à patre relictis, siue aduentitiis, seu aliunde ipsi
filio prouenientibus, *Coua. in d. cap. cum esses, n. 11. in
fin.* vbi testatur esse magis cōmunem * opinionē, *
*Zas. in tract. subst. c. 2. sub n. 22. Menoch. lib. 4. prasu.
par. 2. prasum. 38. num. 29. Crass. in § substitutio, quast.
30. num. 2. in fin.*

Restringimus primò, non procedere, quando
† mater esser inops, & egena; quia tunc priuari le- 25
gitima non deberet, *Rip. in l. 2. n. 42. ff. de vulg. &
pup. subst. Zas. in tracta. subst. in materia pupillaris,
sub num. 25. Couarr. in d. cap. cum esses, num. 11. in fi.
extra de testam. Anton. Cordub. in l. si quis a liberis. §
item rescriptum. num. 10. ff. de libe. agnosce per cap. non
satis, 86. distinct. Menoch. d. prasum. 38. num. 32. Ale-
xan. Trentacinq. de substit. partic. 2. c. 16. num. 6. ver-
sic. & nota.*

Secundò, quando † substitutus haberet consci- 26
entiam læsam; quia existimarèt sibi non licere, ma-
tri legitimam retinere; quia tunc in foro interiori
restituere teneretur, *Sebast. Sapia. & Rimin. Iun. in
d. l. precibus, ille, n. 12. iste, n. 140. Alexan. in l. nemo po-
test, n. 21. ff. de leg. 1. vbi Rip. n. 101. Menoch. d. prasum.
38. num 33.*

Alii verò circa principalem quæstionem distin-
guūt, quod † aut loquimur de legitima debita ma- 27
tri, ex omnibus bonis relictis à patre filio vltra legi-
timā ipsius filii, puta, si pater haberet in bonis cen-
tum quinquaginta, & quinquaginta essent ꝓ legi-
tima filii, & residuū omnino ipsius patris, qui qui-
dem pater filio suo impuberi substituisset, & matri
ipsius impuberis ex illis centum nihil reliquerit; &
tunc dicunt, cōqueri non posse matrem, quod le-
gitimam non obtinuerit; quia pater poterat priua-
re filium de illis centum, & à fortiori ipsius matrē,
aut loquimur de illis quinquaginta, quæ obuene-
runt filio iurè legitimæ, vel de bonis, quæ aliundè,
quam à patre prouenerint; & tunc matri, non ob-
stāte expressa pupillari, ex eis legitima deberetur,
*Menoch. lib. 4. prasum par. 2. pras. 38. n. 3. & 4. Corn.
consi. 277. n. 2. versi. legitima autem, vol. 1. Lancellot.
Polit. in tract. subst. in materia pupillaris, n. 51. in fin.*
vbi ait ita de pura conscientia consultum respon-
disse, *Zas. in tract. eiusdem tit. c. 2. n. 25. circa medium,*
vbi fatetur hanc esse æquam sententiam.

ARGVMENTVM.

Vtrum tacita pupillaris, compræhensa in expressa vulgari, matrem excludat?

SVMMARIVM.

1 Pupillaris tacita, comprehensa sub expressa vulga-

ri, matrem non excludit, num. 1. fundamenta, n. 2.3.4.5.6.7.8.9.10.11.12.13.14.15.16. & 18. annihilantur secundum aliquos, n. 40.41.42.43.44.45.46.47.48.49.50.51. & 52. cōtra, vt mater non excludatur, n. 20 fundamenta, n. 21. 23. 26.29.32.34.36. & 38. dissoluuntur legitimè, n. 22.24.25.27.28.31.33.35.37 & 39. limita, quā-do appareret, testatorem voluisse matrem excludi, n. 53. item, quando aliter appareret ex coniecturis, n. 63. coniectura autē enunciantur, n. 64. 76.87.96.98.109. & 114.

2 L. precibus, C. de impub. & aliis subst. *declaratur, n. 2. 3. & 4.*

5 L. fin. C. de institutio. & substitut. *intellectus.*

6 *Argumentum a ratione cessante est validum.*

9 *Quod est verisimile, spectandum est.*

10 *Vulgaris non trahitur de casu, ad casum, quando ex eo veniret excludēda persona, quam testator verisimiliter non exclusisset.*

11 *Vulgaris non trahitur ad aliam speciem substitutionis, quando ex ea mater veniret excludenda.*

12 *Sententia humanior in dubio accipi debet.*

13 *Mater, vt non excludatur à filii successione, humanius est, quam contrarium.*

14 *Nemo suis laboribus fraudari debet.*

15 *Mater ante partum est onerosa; in partu, dolorosa; post partum, laboriosa; & post mortem filii, luctuosa.*

16 *Lex concedit patri dispensatinè, vt pupillariter filio substituere posset, numero 16. & talis dispensatio dicitur fauorabilis, num. 49. declara, n. 50.*

17 *Dispensationes, vti odiosæ, strictè interpretantur.*

18 *Pupillaris tacita, est quædam ficta substitutio, à lege introducta.*

19 *Fictio nihil operatur, quando æquitas deficit.*

21 *Mater excluditur per compendiosam.*

24 *Argumentum à contrario sensu nō procedit, quā-do alia iura repugnarent.*

26 L. iam hoc iure, ff. de vul. & pup. substitutio. *secundum aliquos induci.io.*

27 *Substantia actus sublata, non est de effectu ipsius disputandum.*

29 *Vulgaris expressa extenditur ad pupillarem tacitam.*

30 *Extensio fit cum omnibus suis qualitatibus.*

32 *Prædilectus in primo casu, præsumitur prædilectus in secundo.*

37 *Mater potest testamentum filii querelare, cum sibi debeatur legitima.*

38 *Pupillaris tacita, cōprehensa sub expressa vulgari, videtur eiusdem effectus cum illa, quæ in reciproca continetur, numero 38. contra, n. 39.*

46 *Liberis ex voto omnia paramus, non vxori.*

52 *Pupillaris tacita, sub expressa vulgari comprehensa, non dicitur ficta, sed præsumpta.*

53 *Pupillaris tacita comprehensa sub expressa vulgari, non excludit matrem, quotiescunque testator voluerit non excludi, num. 53. contra, num. 54. solutio, n. 55.*

56 *Voluntas testatoris, volentis matrem excludi per tacitam pupillarem, sub vulgari expressa comprehensam, probatur duobus testibus, num. 56. Ratio, n. 58. & 59. Declara, num. 60. & 61. contra, num. 62.*

57 *Vulgaris expressa continet tacitā pupillarem, existente matre, licèt contra eam effectum non habeat, n. 57. contra, & malè, n. 60.*

59 *Declaratoria probatio potest fieri per duos testes, n. 59. declara, n. 61.*

63 *Mater excluditur per tacitā pupillarem, sub vulgari expressa comprehensam, ex coniecturis.*

64 *Mater excluditur per tacitam pupillarem, comprehensam sub vulgari expressa, quando testator antequam conderet testamentum, dixerit,* Si filius meus moreretur impubes, nollem eius matrem aliquid habere, nec obolum quidem, *numero 64. Ratio, 65. & 66. contra, numero 67. rationes, numero 68. & 71. dissoluuntur strenuè, & legitimè. numero 69.70.71. 73. idem esset, si testator eisdem verbis vsus fuisset post testamentum, numero 74. quæ probari possent duorum testimonio, n. 75.*

65 *Pupillaris tacita obscura, & dubia declaratur, & interpretatur à verbis antea prolatis.*

66 *Voluntates morientium ex voluntate & arbitrio viuentium colligi solent.*

69 *Odium non præsumitur.*

70 *Verba in dubio debent sumi, & interpretari in meliorem & benigniorem sensum.*

73 *Mutatio voluntatis non præsumitur.*

76 *Mater excluditur per tacitam pupillarem, sub expressa vulgari comprehensam, quando testator in testamento dixisset, Relinquo vxori meæ centum, & volo, quod sit tacita, & contenta, nec possit aliquid aliud petere ex bonis meis, n. 76. declara, n. 77 78. & 79. contra, & perperam, num. 80 rationes, num. 81. 83. & 85. diluuntur, num. 82 84. & 86.*

81 *Legitima petitio non excluditur verbis generalibus.*

82 *Filius non potest priuari legitima à patre.*

87 *Mater excluditur per tacitam pupillarem, comprehensam sub vulgari expressa, quando testator dixisset, Relinquo centum vxori meæ, donec vitam vidualem seruauerit, numero 87. Idem, si dixisset, Relinquo centum vxori meæ, si non nupserit, n. 90.*

88 *Mater transeundo ad secundas nuptias, contristat animam defuncti mariti, & iniuriam filiis infert, n. 88. & 89.*

91 *Pupillaris tacita, comprehensa sub expressa vulgari, excludit matrem, ad secundas nuptias transeuntem, n. 91. contra, n. 92.*

93 *Pœna, quæ possent retrahere mulieres à secūdis nuptiis, sunt hodie correctæ.*

94 *Mater, transiens ad secundas nuptias excluditur per tacitam pupillarem, comprehensam sub cō-pendiosa facta a pagano, verbis communibus, n. 94. idem esset, si ei fuisset relictum aliquid cum dictione taxatiua.*

96 *Mater excluditur per tacitam pupillarem sub expressa vulgari comprehensam, quando testator dixerit, Pleno iure substituo filio meo.*

97 *Verba,* pleno iure, *significant in totum, integraliter, & sine aliqua diminutione.*

98 *Mater excluditur per tacitā pupillarem, sub vulgari expressa comprehensam, quando eam testator odio prosequebatur propter adulterium, vel huiusmodi, num. 98. contra, num. 100. solutio, num. 102. & tale odium probabitur duobus testibus, n. 103.*

99 *Legatum censetur reuocatum propter inimicitiā,*

quam-

qua intercedit inter legatarium, & testatorem.

101 *Matris persona, filio honesta videri debet.*

104 *Mater, aliquid inhonestum faciens post mortem pupilli, excluditur per tacitam pupillarem, sub expressa vulgari comprehensam, n.104. declara, secundum aliquos, n.101. & 106. Author contra, n.107 ratio, num.108.*

105 *Voluntas testatoris morte finitur.*

108 *Lex post mortem testatoris, potest eius volũtatem interpretari.*

109 *Mater excluditur per pupillarem tacitam sub expressa vulgari comprehensam, si non petierit tutorem filiis dare, transiens ad secundas nuptias, n.109. & 112.*

110 *Mater priuatur successione filii, si nubens secundò, tutorem filio non petierit, n.110. etiamsi a patre, eius filio fuisset substituta, n.111.*

113 *Impedimenti causa cessante, debet cessare ipsum impedimentum.*

114 *Mater excluditur per tacitã pupillarem, sub vulgari expressa comprehensam, nisi fuerit substitutus magis dilectus, quam ipsa mater; puta frater ipsius pupilli, n.114. idem, in pupillari comprehẽsa sub compendiosa, facta a pagano verbis communibus, n.115. intellige, vt procedat, etiã quod fuisset frater consanguineus tantum, n.117. ratio, num.118. secus si fuisset vterinus, n.116.*

117 *Frater consanguineus, substitutus pupillo ex tacita pupillari, sub vulgari expressa comprehensa excluderet matrem. n.117. ratio, nũ.118. contra num.119. rationes, n.120. & 122. dissoluuntur, n. 121. declara, n.123. & 124.*

120 *Testatoris voluntas non inspicitur, in interpretãda pupillari substitutione, vtrum magis coniunctus admittatur; sed quomodo aequaliter sit successurus ab intestato, num.120. contra, & receptius, num.121.*

122 *Mater, vtrum excludatur, vel admittatur per tacitam pupillarem, sub vulgari expressa comprehensam, inspicitur voluntas, & affectio testatoris, & non pupilli.*

126 *Mater excluditur per tacitam pupillarem, comprehensam sub vulgari expressa, quando fuisset substitutus frater testatoris, num.125. contra, & receptius, num.126. Idem, si fuisset substituta mater ipsius testatoris, n.127. rationes, n.128. & 129. contra, & male, n.130.*

132 *Mater excluditur per tacitam pupillarem, sub vulgari expressa comprehensam, quando fuisset substituta pia causa, n.131. contra, & male, num. n.132. declara secundum aliquos, num.134. Author contra, n.135.*

133 *Mater non debet priuari successionẽ filii, fauore pia causa.*

135 *Substitutio pia causa, in dubio intelligitur facta pro anima ipsius testatoris.*

136 *Mortuo in peccato, nihil est, quod ei ad salutẽm possit amplius prodesse.*

137 *Relictis in ad pias causas, inspicitur fauor eius, cui relinquitur, & a quo fuerunt relicta.*

138 *Relicta ad pias causas, priuilegia retinent pia causa, etiam si fuerint ab eo relicta, qui mortalis culpe reus decesserit.*

139 *Opera bona qua fiunt in peccato mortali, licèt non valeant ad consequendum vitam aeternam, tamen proficiunt ad minus supplicium subeundum.*

140 *Pupillaris tacita dicitur quatuor modis.*

QVAESTIO XCII.



VTRVM pupillaris tacita, comprehẽsa in expressa vulgari, matrem excludat? Respon. quod † non, vt me docuit (sicut caetera in iure nostro) *Bartol. in l.2. numero 32. ff. de vulgar. & pupillar. substitut. Socin. iun. in l. centurio, numero 111. ff. eodem*, vbi testatur cum Bartol. magis communiter * Doctores transire, *Rimin. Iun. in l. precibus, numero 48. & 217. C. de impuber. & aliis substitut.* vbi etiam ait hanc esse communem * opinionem, *Ripa, in l.2. numero 46. ff. de vulgar. & pupillar. substitut. Beroius in capit. Raynutius, numero 452. extra de testament. Vacon. libr. 4. declar. iuris, capit. 55. Dec. consil. 315. Emanuel à Costa in capit. si pater, part. 2. versic. superstite matre, numero 4. de testament. libr. 6. Cagnol. in d. l. precibus, numero 90.* vbi testatur hanc esse communem * & receptam scribentium sententiam, *Menoch. libro 4. praesum. part. 2. praesumpt. 39. numero 1.* vbi ait hanc esse communem * opinionem, *Alexand. in d. l.2. numero. 29. Iason, numero 52. Socin. numero 22. & Alciat. numero 55. Paul. de Castr. Iason. Corn. & Curt. Iun. in d. l. precibus, Gulielm. de Bened. in capit. Raynutius, part. 2. in materia pupillaris, numero 88. extra de testament.* vbi testatur communem opinionem, *Anton. Gomez. varia. resolut. tom.1. capit. 4 numero 8. Zas. de substitut. capit. 22. effectu 6. numero 26.* vbi testatur communem * opinionem, *Socin. Iun consil. 103. n. 2. vol. 3 Tiraq. de priuil. pia causa; priuil. 69. in princip.* vbi testatur communem * opinionem, *Lancellot. Galiaul. in d. l. centurio, numero 195. Ioann. Caccialup in d. l. precibus, n. 5. 7. & 15. Anton. Fum. in tractat. substitut. in materia pupillaris, numero 55. Perna. Vasq. de success. progress. § 11. numero 18. & § 15. numero 104. & § 16. in princip. Soarez. in addit. ad Gomez. d. capit 4. numero 26. Sforz. Odd. in praelud. compend. par. 3. quaestio. 7. effectu 3. numero 5.* vbi testatur hanc esse communem * opinionem, *gloss. in versicul. omnino, d. l. precibus, Crass. in § substitutio, quaestio. 30. sub numero 4.* vbi ait hanc esse magis receptam * sententiam, & aequiorem, à qua in consulendo, aut iudicando non esset recedendum, *Franc. Mantic. de coniectur. vltim. volunt lib. 5. tit. 15. in prin. Bart. de Hucio in tract. substitut. in materia pupillaris, sub numero 17. Bal. in tractat. eiusdem titul. in materia pupillaris, numero 26. Anto. Thesaur. decisio. Pedamon. 200. numero 6* vbi testatur hãc esse magis communem * opinionem, *Alexand. Trentacinq. in tractat. substitut. par. 1. cap. 12. nume. 1. & 5. versic. sic ex supradictis*, vbi testatur communẽ * opinionem, *Hondedo. consil. 75. num. 37.* vbi testatur communem * opinionem, *Bursat. consil. 373. numero 11. volum. 4. & consil. 19. numero 14. volum. 1 Petr. Gregor. par. 3. Syntagm. iur. libr. 42. capit. 19. numero 3. Bonifac. Roger. consil. 12. numero 11. Cephal. consil. 521. num. 13. volum. 4. & consil. 306. num. 41. volum. 3. & consil. 416. numero 46. eod. vol* vbi testatur id omnes * tenere *Afflict. decis. 38. numero 5. Cephal. consil. 429. numero 134. volum. 3. Scot. tom. 1. lib. 3. respo. 32. sub num. 7. Purpur. consil. 568. num. 7.*

Cephal. consil. 135.n.10.vol.2.cons.diuers.vlt.vol.Afflic.
decis.38.n.5.
2 Mouemur † primò per l.precibus, C.de impub. &
alijs subst. vers.nam non est incerti iuris, vbi præsuppo-
nitur facta substitutio in primum casum; & sic ex-
pressa vulgaris, ex qua defuncto filio, post aditam
hæreditatem mater succedit, includitur etiam ca-
sus quo ille impubes decessisset, & sic fuisset locus
tacitę pupillari, quę contra matrem effectum non
haberet.
3 Item † perpenditur ille text. l.precibus, in versic.
omnino, quasi, si non cõprehenderetur casus tacitæ
pupillaris, esset contra naturam illius dictionis o-
mnino, quæ omnem casum importat, l.si cum exce-
ptione, § quatenus, vbi Bar.ff. de eo quod met.causa,
Soc.Sen.in l.si quis arbitratu, col. 8.ff.de verb.oblig.
Item põderatur ille tex.l.precibus, in verbo, si ve-
4 rò substitutio, cum text.ad † exclusionem matris, e-
numerat tantum duos casus; videlicet quando pu-
pillaris fiat expresè, vel sub verborum compẽdio,
innuere videtur, quod alio casu mater per substitu-
tum non excluditur, arg.l.cum prætor, in princi.ff.de
iudic.Soc.Sen.in l.2.col.10.ff.de vul.& pup.subst.
5 Secundò per l.fin. C.de inst.& subst. vbi † fuit fa-
cta vulgaris substitutio, & dicitur, quod posthum⁹
natus viua matre decedat impubes, substitutus ex-
cluditur per matrem, & sic videtur casus, quod ta-
cita pupillaris, quæ dicebatur in illa vulgari com-
prehensa, non excludit matrem.
6 Tertiò, argumento à † ratione cessante, quod
est validum, l.adigere, § quamuis, ff.de iure patron.l.
quod dictum, vbi Bart.& Ang.ff.de pact. Euerard.in
locis legalibus, in loco a cessante. ratione l.ita autem, ff.
de adm.tut.l.illud, ff.ad l. Aquil.l.1.§ hoc interdictum,
ff.de fonte, l. vltim. vbi Fulgos.in primo not. C. de ed.
Diui Adria. tollen.l.1.C de liber prater. Clem.1. vbi
Cardin.Flore.in 10.not. de iudic. glo.in ver.non cohæ-
ret, l cum tale, § falsam causam legato, ff.de condit.&
demonstrat. Bart.in l.demonstratio, § quod autem,
quest.8.ff.eod.& in l.2.§ vlt.col. vlt. versic. tertio su-
mitur, ff de donat.& in Extrauaga.ad reprimendum,
in versic.nec ex eorum absentia, in fin. Bal.in cap.1.§ &
quia vidimus, colum penult.vers.modo quæritur, quæ
est ratio, qui feud. dar. poss. Angel. in l.si certis annis,
col.5. versic.alij autem dixerunt, C.de pact. quem re-
fert Tiraq.de causa cessante, par. 1.in ver.legis causa
sine ratione, sub n.125.Imo.in l.si filius qui, col.5.versi.
secundus est effectus, ff.de vul.& pup.subst. Nam ideo
7 ex † tacita pupillari substitutus admitti solet; quia
sic pręsumitur testatorem disposuisse, si istum casũ
cogitasset, l.iam hoc iure, ff.de vulgar.& pup subst.l.
quamuis, C.eodem. Quæ ratio cessat, matre existen-
8 te; tunc † enim non ita præsumeretur, sed potius
verisimilis testatoris voluntas esset in contrarium,
ne mater ipsa à luctuosa hęreditate filii excludatur,
9 l.fi.C.de inst.& subst. Et aliàs † quod est verisimile,
spectandum erit, l. Iulianus, § præterea, ff.de act.emp.
l.qui concubinam.§ qui fundum ff.de leg.3.
10 Quartò, quia † vulgaris non trahitur de casu ad
casum, contra communem regulam, quãdo ex eo
veniret excludenda persona quam testator verisi-
militer nõ exclusisset, & cui videtur debità succes-
sio, Bartol.in l.si mater, § 1.n.3.ff.de vul.& pup.subst.
per l.cum ex filio, § 1.ff.eod. ita similiter, & fortius nõ
11 debet † vulgaris trahi ad aliã speciem substitutio-
nis, id est, ad pupillarẽ, quę in sua specie est omnino
tacita, cum ex ea mater veniat excludenda, cui filii
successio videtur debita, l.nam & si parentibus, ff.de
inoff.testam.
Quintò, quia in † dubio humanior sentẽtia ac- 12
cipi debet, l.si pars, ff.de inoff.testam.l.non tantum, ff.
de appell.l.quidam, ff.si cert.pet. sed quod † mater nõ 13
excludatur, humanius est, l.fin. C.de instit.& substit.
Bursa.consil.19 n.29.vol.1 Bonifac.Reg. cons.15.n.27.
vol.2.Cephal.cons 508.n.8.vol. 4.& cons.524.n.21.&
64.& consil.529.n.3.eod.vol.& consi.210.numero 38.
volum.2.
Sextò, quia nemo † fraudari debet suis laborib⁹, 14
l pen.§ illo, C.de necess.seru.hære. instit.c.exstirpanda,
extra de præben. capit.fin. extra de magistr. at si ma-
ter excluderetur per tacitam pupillarem à succes-
sione bonorum filii, priuaretur multis laboribus,
quos causa filii substinuit, cum ante † partũ fuerit 15
onerosa, in partu dolorosa, & post partũ laboriosa,
& post mortem filii luctuosa, l.assiduis, C.qui potior.
in pignor.habea. cap.fin. extra de conuers.infid. Benin-
cas.in tract. de pauper.in 5.speciali circa contractus,
numero 20.
Septimò, quia † lex concedendo patri, vt pupil- 16
lariter filio substituat, id dispensatiue facit, l.2.in
prin.ff.de vul & pup.subst.cap.1.§ fin.de testam.lib.6.
l.nam & si parentibus, in prin.ff. de inoff.testam.§ &
hæc quidem de parentum, Auth.vt cum de appella.co-
gnoscat. At † dispẽsationes, vti odiosæ strictè inter- 17
pretari debent, cap.1.in fin.de filiis presb.lib.6.C.ordi-
narii, de off ordin.lib 6. Ergo concessa hæc dispẽnsa-
tio, vt possit pater substituere expresè pupillari-
ter & per eam excludere matrem, non extenditur
ad pupillarem tacitam.
Octauò, quia † pupillaris substitutio tacita, est 18
quædam ficta substitutio, à lege introducta, l.iam
hoc iure. ff.de vul.& pup.subst. at † fictio nihil ope- 19
ratur, quando æquitas deficit, l posthumus, § trans-
fuga, ff.de capt.& postlim.reuersis ergo nihil opera-
ri debet substitutio hęc contra matrem; quia ęqui-
tas non suadet eam excludi à successione filii, l.nã
& si parentibus.in prin.ff.de inoff.testam.l.scripto, in fi.
ff.vnde liber.
Licèt contrariam sententiam, vt † per tacitam 20
pupillarem, sub expressa vulgari compræhensam,
mater excludatur, tenuerit Dec. (sibi contrarius) in
l.precibus, col.6.C.de impub.& aliis subst. Fulgos.in l.fi.
C.de instit.& subst.& in d.l.precibus, vbi etiam Salic.
Castellion.& Cato Saccus, Viglius Inst.in prin.de pup.
subst.n.16. Connan.lib.10. comment.iuris ciuilis, cap.
vlt.num.13. Paul.Leon.in tracta.subst.tit. de vulgari,
n.125. vbi testatur hoc esse de iure verissimum, &
tit.de pupillari, n.247. vbi ait hanc opinionem esse
veriorem, Constant. Roge.in tractat.substit.in mate-
ria pupillaris, § 4. quæst.5.num.20.circa fin. Lancel.
Polit.in tractat.substit.in materia vulgaris, particula
6.numero 26.
Adducti primò authoritate l.precibus, C. de im-
pub.& aliis substitu.in text.ibi, vel compendiosa, quod
sub compendiosa continetur, & pupillaris, quæ tacita
dicitur, vt idem tex.probat, dum ad differentiã ex-
pressæ pupillaris, ponit compendiosam, sed per † 21
compendiosam excluditur mater, l. centuria, ff.
de vulgar.& pupillar.substitut. ergò idem esset di-
cendum per tacitam pupillarem, comprehensam
sub expressa vulgari.
Sed respo. quod intentio † imperatoria fuit in 22
d.l.pre-

loqui tantum de compendiosa, non etiam de equali-
bet tacita pupillari, vt idem text. demonstrat. *ibi,*
non vsque ad certam ætatem, quod tacitæ pupillari
sub vulgari comprehensæ non conuenit, cum pu-
pillaris censeatur facta vsque ad certam ætatem, id
est, vsq; ad pubertatem, & expressa vulgaris, etiam
fiat absq; commemoratione ętatis certæ, vel incer-
tæ, scilicet si heres non fiat. *Soc. Iun. in l. centurio, n.*
114. ff. de vulg. & pub. substitut.

23 Secundo per † *l. vlt. in text. ibi, si enim, & sua sub-*
stantia partem vxori dereliquit, C. de instit. & substi.
vbi probatur; tunc demum tacitam pupillarem ex-
cludere matrem, quando illa reperiretur instituta,
& data cohæres pupillo, quasi à contrario sensu, si
mater non fuisset instituta cohæres, tacita pupilla-
ris eam exclusisset, sicut expressa.

24 Sed resp. primò non sumi † arg. à contrario sen-
su, quando alia iura repugnarent, *Iaso.* & magis cō-
muniter * Doctores in *l. 1. ff. de offi. eius cui est mand.*
iurisd. l. cū pater, C. de cond. infert. Soc. reg. 28. Fallent.
1. Bal. in l. conuenticulam, C. de episc. & cler. sed repu-
gnat *l. precibus, C. de impuberibus & aliis subst.* er-
go, &c.

Secundo Resp. ex *d. l. vlti. C. de institu. & substitu.*
25 non † probari prædictum intellectum, vt benè
satisfacit eruditissimus *Menoch. lib. 4. præsum. par.*
2. præsump. 39. nu. 26 27 & 28.

Tertiò, per *l. iam hoc iure, ff. de vulga. & pup.*
26 *substit.* vbi † duos tantum casus excipit Vlpianus,
in quibus tacita pupillaris non comprehenditur; v-
num ob personarum imparitatem; alterum, quan-
do constaret de testatoris voluntate, de matre antē
nullum verbum, ex quo significatur, eam contra
matrem locum habere debere.

Sed resp. primo, quia de matre nullum verbum
fieri potuit, vtrum excluderetur nec ne per pupil-
larem tacitam; nam de effectu pupillaris non age-
27 batur, ex quo nulla à testatore facta fuerat, vnde †
sublata substantia actus, nō est de effectu ipsius dis-
putandum, *Menoch. d. præsum. 35. nu. 30. per l. 3. &*
l. quamuis, C. de impub. & aliis subst.

28 Secundo resp. non valere † argumentum ibi
* non loquitur de matre, ergo non deberet conside-
rari, cum alibi expressè de ea videatur terminatum,
d. l. precibus, C. de impub. & aliis subst. l. fin. C. de instit.
& subst.

29 Quarto, quia † expressa vulgaris extenditur ad
pupillarem tacitam, *l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pu*
30 *pill. subst. l. 2. & l. quamuis, C. eod.* at † extensio fit cum
omnibus suis qualitatibus, *l. sed si manente, ff. de*
precario. ergo hæc tacita pupillaris habet naturam
vulgaris expressæ, cuius quidem natura est, vt ma-
ter excludatur.

31 Sed resp. pupillarem † tacitam contineri secun-
dum sui naturam, in expressa vulgari, cum nec na-
tura, aut qualitas vnius, alteri communicata sit, *Me-*
noch. d. præsum. 39. nu. 34. Soc. Iun. in d. l. centurio.
nu. 115. Vel resp. vt per *Rip. in d. l. 2. in prin. nu. 46. ff.*
de vulg. & pub. subst. & per Romual. Iun. in d. l. preci-
bus, nu. 78. C. eod.

32 Quinto, prædilectus † in primo casu, præsumi-
tur etiam prædilectus in secundo, *l. Publius, §. 1. ff.*
de cond. & demonstr. at extraneus per vulgarem sub-
stitutio, in eo primo casu prædilectus est, & ante
positus est matri: ergo præsumitur etiam prædile-
ctus in secundo casu, nempe in hac tacita pupillari.

Sed resp. quod † diuersa est ratio inter substitu- 33
tionem factam in primo casu, & factam in secundo:
nam in primo, attenditur persona testatoris, in se-
cundo, persona pupilli, in quo præsumitur patrem
prouidisse, sicut ipse pupillus fecisset, qui verisimi-
liter matrem non exclusisset, *Menoch. d. præsum. 39.*
nu 36. vers. verum.

Sexto, eadem † interpretatio est sumenda in 34
pupillari tacita, quæ est in expressa, cum vtraque
proueniat à voluntate testatoris, *l. iam hoc iure ff. de*
vul. & pup. subst. at *l.* interpretatur per pupillarē ex-
pressam, matrem excludi, & ei substitutum præfer-
ri; *l. Papinianus, §. sed nec impuberis, ff. de inoff. te-*
stam. ergo eadem debet sumi interpretatio, quod
excludere voluerit matrem per pupillarem hanc ta-
citam.

Sed resp. in † pupillari expressa apparet de clara 35
mente, & voluntate testatoris, in tacita verò non
constat; ideo interpretari debet à verisimili, quod
est testatorem voluisse excludere matrem pupilli,
cum nec ipse pupillus verisimiliter eam exclusisset,
Menoch. d. præsump. 39. num. 38. ver. cæterum.

Septimò, quia si diceremus † matrem nō exclu- 36
di per tacitam pupillarem, sequeretur, quòd neque
frater pupilli excluderetur, sed consequens est fal-
sum, *Bart. in l. 2. n. 36. ff. de vul. & pup. subst.* ergo, &
antecedens; quia verisimilius, testator vxorem ex-
clusisset, quàm filium, *l. cum acutissimi, C. de fidei-*
com. quā refert *Menoch. lib. 4. præsum. par. 2. præsum.*
139. n. 6. & præsum. 141. n. 20.

Sed resp. quod est maior ratio, ne † mater exclu- 37
datur, quàm frater; quia matri in testamento filii
debetur legitima, & posset filii testamentum que-
relare, *Crass. in §. legitima, quæstione 5. & in §. testa-*
mentum, quæstio. 51. circa fin. Clar. in §. eiusdem titul.
quæstio. 49. Gulielm. de Benod. in cap. Raynutius, part.
2. versic. si absque liberis, el. 2. in materia substitutionis
exemplaris, sub numero 30. extra de testam. Ferna. in l.
in quartam, in præfat. part. 1. num. 86 ff. ad l. Falcid. §.
iustum, Auth. vt cum de appellat. cognosc.

Octauò, quia † tacita pupillaris comprehensa 38
sub expressa vulgari, videtur eiusdem effectus cum
illa, quæ in reciproca continetur, argum. *l. quam-*
uis, C. de impub. & aliis subst. & l. iam hoc iure, §. 1. ff. e-
od. at per illam excluditur mater, ergò, & per istam.

Sed resp. negando paritatem illam, quia † pupil- 39
laris in reciproca dicitur expressa in generalitate
verborū, & ideò debet esse potentior, illa quę com-
prehenditur sub expressa vulgari, quæ nullo modo
ex verbis venit, sed omninò dicitur tacita, *Soc. Iun.*
in l. centurio, n. 121. versi. ad tertium ff. de vulg. & pup.
substi.

Et hanc posteriorem sententiam tenentes, re-
spondent ad fundamenta prioris, ad primum; quia
aut † volumus dicere esse ius nouū, vt per tacitam 40
pupillarem mater non excludatur, & non possit di-
ci ius nouum induci per tacitos & subauditos in-
tellectus, *d. l. precibus*; tanto magis quia solent le-
gislatores, cum aliquam nouam edunt constitu-
tionem, aliqua præfatione vti, aut esse iam indu-
ctum, & neque posset dici, quia in antiquis legibus,
illud reperiretur, sed non inuenitur dispositum, er-
go, &c.

Item ad secundam ponderationem *d. l. precibus,*
dicunt, quò dictio omninò *d. l. precibus*, non † re- 41
fertur ad primum casum, in quo comprehenditur

tacita pupillaris, sed ad secundum, in quo loquitur de expressa pupillari, & compendiosa.

Item ad tertiam ponderationem *d.l.precibus*, as-
41 serunt, non sequi consequentiam, ponitur † ad exclusionem matris expressa pupillaris, & compendiosa; ergo ipsa mater non poterit, alio casu excludi; quia casus omissus remaneret sub regulis iuris cōmunis, quæ volunt sub expressa vulgari, virtualiter pupillarem excludi, *l.iam hoc iure, ff. de vulg. & pup.subst.*

Ad secundum Respon. quod in *d.l.fina.* mater †
43 erat data cohæres, vnde per locū à speciali, ille tex. videtur magis contra communem sententiam.

Ad tertium Respon. quod imò ratio non cessat, & existentia matris non est sufficiens coniectura contra tacitam pupillarem, nisi illa fuerit data cohæres pupillo; quin imò contra matrem voluntas testatoris præsumenda videtur, cum bona sua alteri designauerit, non obstante ipsius matris existentia.

44 Ad quartum Resp. primò, quod † Bar. doctrina in *d.l.si mater, § 1. numero 3. ff. de vulgar. & pupillar. substitut.* reiicitur ibidem per *Iason. & Docto-*
* *res* * vt fatetur *Soc. Iun. in l. centurio, n. 121. ver. praterea etiam, ff. eod.*

45 Secundò Respon. quia in † casu Bartol. agitur de excludendo nepote testatoris, in quem maxima est affectio, *l.liberorum, vbi gloss. ff. de verbor. signif-icat.* in nostro verò casu tractatur de excludenda vxote, in quam non est tanta affectio, præsertim cir-
46 ca bona, cum † non vxori, sed liberis nostris ex voto omnia paremus, *l.scripto, ff. vnde lib.*

47 Ad quintum Respon. illam † regulam loqui in dubiis, sed nos habemus regulam clarā, vt sub expressa vulgari cōtineatur pupillaris tacita, cum effectu suo, *l iam hoc iure, ff. de vul. & pup. subst.* & esset satis durum illam regulam restringere, quando mater non superesset.

48 Ad sextum Respon. quia si † illa argumentatio procederet, sequeretur etiam, quod per expressam pupillarem mater non deberet excludi, ne suis liberis priuaretur, quod est omnino falsum, per *l.precibus, C. de impub. & aliis substit. l. Lucius, ff. e. d. l. Papinianus, § sed neque impuberis, ff. de inoffic. testam.*

49 Ad septimum Respon. quod imò † dispensatio hæc vt pater possit pupillariter substituere, est fauorabilis, *Galiaula in l. centurio, numero 194. ff. de vulgar. & pupill. substit Socin. Iun. consi. 95. num. 29. & consi. 121. n. 12. lib. 1. & consil. 4. n. 11. libr. 3. Sigism. Loffr. consi. 7. num. 54. Menoch. lib. 4. præsum. par. 2. præsum. 39. sub n. 15.*

50 Et si dicatur, est † dispensatio fauorabilis, quatenus patri permittitur, posse pupillariter filio substituere; sed videtur odiosa, inspecta exclusione matris, admisso extraneo substituto, *Rim. Iun. in l. precibus, n. 62. in fi. C. de impub. & aliis subst.*

51 Respondetur, ad † iudicandam dispositionem, vel fauorabilem, vel odiosam, spectatur principalis intentio legis, *Bart. in l. qui exceptionem, num. 1. ff. de cond. indebit. Dec. in l. venia, num. 5. C. de in ius voca. Menoch. lib. 4. præsum. par. 2. præsum. 39. num. 14.* at principalis intentio legis fuit, dare facultatem patri testandi nomine filii, atque ei substituendi pupillariter, vt faueret ipsi filio, ne decederet intestatus, neq; considerauit, quod mater excludere-tur, vel non, merito erit consideranda dicta dispensatio fauorabilis.

Ad octauum resp. quin imò tacitam † pupilla- 52
rem, sub expressa vulgari comprehensam, non esse fictam, sed præsumptam, *Menoch. lib. 4. præsum. par. 2 præsum. 39. n. 18.*

Limita principalem conclusionem, non procedere, quotiescunque testator † voluerit matrem 53
excludi per tacitam pupillarem, quia tunc iure optimo excluderetur, *Bart. in l. 2. num. 28. ff. de vulg. & pupil subst. per l. in testamento, in fin. C. de testam. milit. glo. d. l. precibus, C. de impub. & aliis substitut. in versic. omnimodo, l. iam hoc iure, ff. eod.* cum quo omnes, * indistinctè transire, testatur *Soc. Iun. in d.* *
l. 2. num. 110. Ant. Gomez. tom. 1. var. resol. c. 4. numero 17. ver. 3. Menoch. lib. 4. præsum. par. 2. præsum. 39. num. 40. Franc. Mantica de coniect. vlt. in. vol. lib. 5. tit. 15. in prin. Gul. de Benedict. in c. Raynutius, par. 2. ver: si absque liberis, el 2. titu. de pupillar. substit. numero 89. extra de testamen. Constant. Roger. in tracta. subst. in materia pupillaris, § 4. questio 5. numero 42. Bal. in tracta. substitu. in materia pupillaris, numero 30. Bar. de Hucio in tractat. eiusdem tit. in materia pupillaris, n. 21. Petr. Gregor par. 3. Syntagm. iur. lib. 42. c. 19. n. 4. Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. 1. c. 12. n. 13 vbi ait id omnes * testari. *

Et si dicatur, si † voluntas testatoris probetur, 54
nō posset dici tacita pupillaris, sed expressa, vt monendo, etiam aduertit *Bart. de Hucio in tract. subst. in materia pupillaris, sub n. 21.*

Resp. imò dici tacitam pupillarem, quia de ea † 55
nulla fuit facta expressa mentio, licèt voluntas testatoris poterit legitimis probationibus, & coniecturis pbari, quod expressa vulgaris porrigi voluisset ad pupillarem, etiam contra matrem, *Bar. in d. l. 2. n. 28. in fin. vbi Soc. Iun. n. 110. in fi.* quem refert, & sequitur *Gul. de Bened. d. tit. de pupill. sub num. 89. Cōstan. Roger. in d. q. 5. n. 42. Bal. in tract. subst. in materia pupillaris, sub n. 30.*

Et † sufficerent duo testes, ad probandum præ- 56
dictam voluntatem testatoris, *Bar. in l. 2. n. 39. ff. de vulg. & pup. substi. vbi Ias. num. 36.* testatur hanc esse
magis communem * opinionem, *Crass. in § substitutio, quæstio. 31. n. 1.* vbi etiam dicit magis commu- *
nem * opinionem, *Franc. Mantica de coniectu. vlt. vol. lib. 12. tit. 16. sub n. 6. Alex. Bald. & Salic. in l. quā-* *
nis, C. de impub. & aliis substit. ille num. 2. iste, num. 1. hic, num. 4. Sforz. Odd. in prælud. compend. par. 3. q. 7. num. 5 vbi testatur hanc esse magis communem * *
opinionem, *Gul. de Bened. in d. tit. de pupill. subst. sub num. 89. Const. Roger. in d. q. 5. sub num. 42 Bal. in tract. substit. in materia pupillaris, sub num. 30. Bar. de Hucio, in tractat. eiusdem titu. in materia pupillaris, sub num. 21.*

Intelligo esse verum, si † opinionem illā ample- 57
ctimur, quod vulgaris expressa continet tacitam pupillarem, existente matre, licèt contra eam non habeat effectū, quam vti receptiorem * probaui- *
mus hac in *eadē centuria, quæst. 39. n.* addo *Franc. Manticam de coniect. vlt. vol. lib. 5. titul. 14. sub n. 16.*
vbi testatur hanc esse magis communem * opinio- *
nem, *Bolognett. in l. cēturio, sub n. 87 ff. de vul. & pup. substit.* & erit ratio, quia tunc probatio ista † ten- 58
deret ad declarationem huius volūtatis, scilicet tacitæ pupillaris, contentæ in expressa vulgari, & † 59
probatio declaratoria poterit fieri per duos testes,

l. haredes

l. hæredes palam, § si quid post factum, versic. sed si notam, ff. de testam. vbi Bar. num. 4. & Paul. de Cast. n. 13. idem Bar. in l. 1. n. 2. C. de codicill. Aret. in l. ideoque, in fin. ff. de lib. & posthu. Soc. Sen. in l. 1. num. 38. versic. tertiò, ff. de vulgar. & pupilla. subst. Bal. in l. quæ [illegible] num. 1. vbi Salic. num. 4. C. eod. idem Salic. in [illegible] cibus, num. 7. Bal. consil. 440. vol. 1. Corn. consil. 174. num. 13. vol. 2. Paris. consil. 34. n. 36. & consil. 94. n. 46. vol. 2. & consil. 13. n. 14. vol. 3. Curt. Iun. consil. 56. n. 10. Franc. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 12. tit. 16. num. 2. versic. idemque, & lib. 9. tit. 1. sub numero 18. Oldrad. consil. 197. nū. 7. Mascard. volum. 1. de probat. concl. 481. numero 1.

Si verò perperam tenere velis, sententiam illā,
60 quod † quādo mater est in medio, vulgaris expressa ab initio non continet tacitam pupillaré, iuxta *gloss. l. precibus, C. de impub. & aliis substitut.* Et tunc
61 cum ista † probatio tenderet ad inductionem nouæ voluntatis, scilicet ad probandum tacitam pupillaré, non comprehensā sub expressa vulgari, requiretentur septem testes, iuxta *not. in d. § ed si notam, Bar. in d. l. 2. n. 29. in fi. gloss. Bart. & Imol. in l. cū proponebatur ff. de legat. 2. Bal. in c. 1 § vlt. si de inuest. lis oriat. in dom. & vassal. Dec. consi. 315. nū. 7. vers. ad hoc etiam respondeo.*

62 Licèt alii tenuerint, etiam tunc † sufficere duos testes, cum dicatur probatio declaratoria; nam dū probare intenditur testatorem sensisse, quod mater excludatur, præsupponitur necessariò, quod istius voluntatis fuerit tempore testaméti; quæ tamen ante probationem dubia erat, & nūc per probationem declaratur, & per consequens sequitur, quod per talem probationem non inducitur noua voluntas, sed solum quæ fuerat, declaratur, *Soc. Iun. in l. 2. num. 111. vers. secunda, ff. de vulgar. & pupilla substi.* vbi id putat esse verissimum, post *Claud. in eadem l. 2. num. 25.* quem refert *Franc. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 12. tit. 16 sub num. 10.*

63 Limita secundo non procedere, quando † coniecturis appareret, testatoré voluisse excludere matrem. *Bart. in l. 2. in prin. n. 40 ff. de vul. & pup. subst. Sforz. Odd. in prelud. comp par. 3. quæst. 7 num. 5. in fin. Ant. Fumeus in tract. subst. in materia pupillaris, n. 55. in fi. Lancell. Polit. in tract. eiusdem tit. in materia vulgaris, particula 6. num. 45. ver. secundus effectus, Menoch. consil. 427. num. 19. vol. 5.* vbi ait id omnes * testari *Rip. & Soc. Iun. in d. l. 2. ille, num. 52. isto, num. 112. Surd. cons. 217. n. 7. vol. 2. Cephal. consil. 306. n. 41. vol. 3.*

Erit itaq; prima coniectura, quæ ducitur ex di-
64 ctis extra testamentum; vt puta, si † testator, antequam conderet testamentum, dixerit, Si filius meus moreretur impubes, nollem eius matrem aliquid habere, ne obulum quidem, *Bart. Rip. & Soc. Iun. in l. 2. in prin. ff. de vulgar. & pupillar. subst. ille, num. 40. isto, num. 52. hic, num. 112.* vbi testatur cum Bart. omnes * Doctores transire *Coras. & Riminal. Iun. in l. precibus, C. eod. Butr. cons. 53. col. 2. Soc. Sen. cons. 23. n. 9. lib. 1. Ruin. cons. 4. in fin. lib. 1. & consil. 73. num. 15. lib. 2. & consil. 10. num. 10. lib. 1. Menoch. lib. 4. præsum. par. 2. præsum. 39. n. 41. Decian. cons. 37. num. 33. vol. 1. Franc. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 5. tit. 15. n. 2. Ias. & Alex. in d. l. 2. ille, num. 37 isto, sub n. 32.* vbi testatur communem * opinionem, *Crass. in § substitutio, quæst. 31. n. 2.* vbi testatur hanc esse communem * opinionem *Ant. Gomez. var. resol. tom. 1. c. 4. nū. 10. Gul. de Bened. in d. cap. Raynutius, part. 2. vers. si absq; liberis, el 2. tit. de pup. substit. num. 92. extra de testam. Consi. Roger. d. quæst. 5 numero 46. Bal. in tractat. subst. in materia pupillaris, sub num. 31. vers. primo dixi, Bart. de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, sub numero 22. Alexan. Trentacinq. in tractat. eiusdem tit. par. 1. cap. 11. num. 14.* vbi testatur communem * opinionem. Quia † tacita pupillaris *
obscura, & dubia declaratur, & interpretatur à ver- 65
bis anteà prolatis, sicuti in cæteris actibus dubiis obseruari solet, *l. quoties, ff. de hæred. instit. l. si quis in fundi vocabulo, ff. de leg. 1. l. Titia, § 1. ff. de verb. obl. l. si seruus plurium, § vlt. ff. de leg. 1.* & † voluntates 66
morientium, ex voluntate, & arbitrio viuentium colligi solent, *l. quoniam desiderea, C. de natur. liber.*

Licèt contrariam sententiam, quod † hæc non 67
sit coniectura sufficiens, vt mater per tacitam pupillarem excludatur, tenuerit *Lancell. Polit. in tract. subst. in materia vulgaris, particula 6. num. 42. Zas. in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, n. 28. Sforz. Odd. in prælud. compend. par. 3. quæst. 7. num. 6. versic. mihi verò.*

Moti primò, quia † verba illa à testatore 68
prolata, ante testamentum prolata præsumuntur calore iracundiæ, & odio quodam, quod fortè gerebat erga eius vxorem, vnde factū ipsius testatoris, non deberet nocere vxori, respectu successionis bonorum filii, *arg. l. qui cum maior, § is demum, vers. is tamen, ff. de bon. libert.*

Sed Resp. quòd † non præsumitur odium, cum 69
sit delictum, *l. merito, ff. pro socio, l. cum pater, § rogo, ff. de leg. 2.* & in † dubio verba potiꝰ debent sumi, & 70
interpretari in meliorem & benigniorem sensum, *c. 2. extra de reg. iur. Alex. consil. 188. col. 3 libr. 7. Cravett. consil. 151. numero 18. Bal. consil. 98. colum. 2. lib. 1.* Vnde dicta verba à testatore prolata, potius debent præsumi, quod iustis de causis velit ad matré nihil peruenire ex bonis filiis, decedentis in pupillari ætate.

Secundò quia, & si † testator protulerit illa ver- 71
ba ante testamentum, attamen præsumitur ab eis recessisse, condendo testamentū, ex quo potuerat expressè matrem priuare, faciendo pupillarem expressam, & nō fecerit, *Polit. de subst. in materia vulgaris, particula 6. n. 42.*

Sed Respo. primò, quod ideo † testator non fe- 72
cit pupillarem expressam, quia existimauit se volūtatem suā declarasse ex prolatis iam verbis, à quibus recessisse non apparet, *Menoch. lib. 4. præsum. par. 2. præsum. 39. n. 45.*

Secundò Resp. quod † mutatio voluntatis non 73
præsumitur, *l. cum qui, & l. quinquaginta, ff. de proba. l. sancimus. vbi Ias. in 3. not. C. de test. Alcia. in tract. præsump. reg. 2. præsum. 16. n. 1. Mascar. vol. 2. de probat. conclu. 642. n. 13. Anal. cons. 31. n. 7. & cons. 32. n. 54. volum. 4.*

Idem procederet, † quādo testator eisdem ver- 74
bis vsus fuisset, post testamentum, quia etiam tunc per ea legitimè probata, declaratur voluntas testatoris fuisse, per tacitam pupillarem matrem excludi, *Bal. in l. precibus, colum. 2. C. de impuber. & aliis subst.* quem referunt & sequuntur, *Alex. & Iaso in d. l. 2. ff. de vulgar. & pupillar. substitut. ille, numero 32. versic. in quantum, isto, num. 37. Imol. in cap. Raynutius in materia pupillaris, extra de testament. Angel. in d. l. precibus, Francisc. Mantica de coniectur.*

vlt.volunt.lib.5.tit.15.n.2.in fin. Alexan.Trentacinq.
75 *de suoss.par.1.cap.12.n.15.circa finem.* Ex dicta † ver-
ba prolata à testatore extra testamentum, probari
satis posse duorum testimonio, respondit *Corn.cons.*
239.colum.penult.lib.2.Paris.consil.34.n.36.libr.2.
Menoch.d.præsum.39 n.4.Franc.Mantica de cõiect.
vlt.vol.lib.5.tit.15.n.9. vbi testatur esse id magis re-
* ceptum *.
76 Secunda coniectura est, quæ sumitur † ex ver-
bis prolatis in testamento; vt puta. si testator dixe-
rit, Relinquo vxori meæ centum, & volo quod sit
tacita & cõtẽta, nec possit aliquid amplius petere
ex bonis meis; vel, si notarius loquendo in personã
ipsius testatoris dixerit, non possit quid plus in bo-
nis suis petere; quia his verbis videtur voluisse te-
stator ipsam matrem excludi, & præferri substitu-
tum ex tacita pupillari, *Iaso.in l.2.in prin.n.37.ff.de*
* *de vulg & pup.subst.* vbi testatur communem * opi-
nionem *Calcan.consil.48 n.8.vers.secundo dicit, Iaso.*
consil.132 colum penult.libr 1.& consil.61.numero 9.
lib.3.Socin.Sen.cons.23.numero 10.lib.1.Ruin.consil.
218.numero 21.lib.6.& consil 68.colum.4.versic.se-
cundo, idem probatur lib.4.Dec cons.332.in fin Ä-
nall. consil. 69. in fin. libr.1 Simon de Prat.consil.
61.numero 37. Anton. Gomez.tom.1.varia.resolut.
cap.4.numero 10. versic.secundo ex his, Crass.in § sub-
stitutio, quæstio.31. numero 3. vbi testatur hanc es-
* se veriorem, & communem * opinionem, *Sforz.*
Odd.in præludi.compend.par.3.quæstio.7.numero 6.
versic.secunda coniectura. Gul·elm.de Benedict.d.tit.
de pupillar.substitut.sub numero 93.Const. Roger.in
tractat.substitut.§ 4 quæstio.5.sub numero 48.Bald.
in tractat.substitut.in materia pupillaris, sub nume-
ro 31. Bartol. de Hucio in tractat. eiusdem titul.
in materia pupillaris, sub numero 22. Petr. Gregor.
part.3.Syntagma. iur.lib. 42.cap.19.sub numero 4.
Surd.consil.212.numero 14.volum.2.Alexan.Tren-
tacinq.de subst.par.1.c.2 num.16. vbi testatur com-
* munem * opinionem, à qua in iudicando, & con-
sulendo non esset recedendum.
77 Intelligo procedere, quando † verba prædicta,
quod mater sit tacita & contenta, apposita fuerint
in legato præstando, à substituto ipsius pupilli; tũc
enim mater excluderetur à substituto, nilq; ex suc-
cessione, quę mortuo pupillo ei obuenire poterat,
consequitur, *Bartol.in l.2.numero 41.ff.de vulgar.&*
pup.substitut.per l.fideicommissa, § si quis ita, ff.de le-
gat.3. Menoch.lib.4.præsump.par.2.præsumpt.39.
78 *numero 49.* quia (inquit) præsumitur † testatorem
ita legando, voluisse in residuo substitutum ipsum
succedere exclusa matre, per *l.peto, in princip.vbi*
Paul.de Castro, ff.de lega.2.Barto in l Lucius, § si duo,
numero 3.versicul.tertio obstat, ff. de hæred. institu.
Dec.consil.332.in fin. Francisc. Mantica de coniect.
vlt. volunt.lib.5.tit.15.sub numero 10. vbi testatur
* hanc opinionẽ esse communiter * receptam, eãq;
* esse communem * & indifferenter à Doctor.rece-
ptam, à qua in iudicando, & consulendo non esse
recedendum, fatetur *Iason.in d.l.2.numero 37.* secus
79 si illa † verba, quod sit tacita, & contenta apposita
fuerint in legato præstando ab ipso pupillo; quia
tunc non fiet præiudicium matri, quin possit con-
sequi quæ sibi obuenirẽt ex successione filii, qui de-
inde ante se moritur, *Bartol.in d.l.2.numero 41.per*
l.Paulo Callimacho, § 1.ff.de lega.3. Roma.singul.385.
Anton.Gomez.tom.1.var.resol.cap.4.num.10.versic.
secundo ex his, Sforz.Odd.d.quæstio.7.sub n.6.Const.
Roger.d.§ 4 q.5.n.49.in fin Bal.in tract.subst.in ma-
teria pupillaris, n.31.circa fin.
Licet contrariam sententiam, vt dicta † conie- 80
ctura non sit sufficiens ad exclusionem matris, te-
nuerit *Iason.in d.l.2.in prin.n.37.versic.ego multũ,*
ff.de vul.& pup.subst. Lancel.Polit.in tract.subst.tit.
de vulgari, particula 6.n.43 Rip.& Soc.Iun.in d.l.2,
illo, n.58.iste, n.113.Zas.in tracta subst.in materia pu-
pillaris, sub n.28.versic.secundo, quando pater.
Moti primò, quia † verbis quantumuis genera- 81
libus non excluditur petitio legitimę, *l. si quando, §*
& generaliter, C de inoff.testament.§ cæterum, Auth.
vt cum de app.cognos. Alex.Trentacinq.in tract.subst.
par.1.quæst.9.n.17.& 18.Crass.in § legitima quæst.3.
nũ.9.& 10. vbi testatur communem * opinionem, *
Ant.Gabr.lib.6 concl.tit.de legit.concl.8.n.1.& 2. vbi
testatur communem * opin. *Tiraq.de iure primog.* *
q.55.n.3.Vasqu.de success.creat.§ 21.n.27.Gram.de-
cis.57.n.26.Affl decis.278.num.3.Alex.cons.180.vol.5.
Maran.d.sp.15.n.14. ergo prædicta verba matrem
non debent excludere.
Sed resp.*d.§ & generaliter, & d.§ cæterum,* loqui-
tur de legitima debita filio; quia † filios à patre pri- 82
uari non potest, *Bal.in d.l.& generaliter, n.1.Salic.in*
l.quoties, n.13.C.de hæred.instit Aret.in l.ex facto, sub
n.15.versic.tamen hodie est casus, ff.de vul.& pup illari
substit.consil 69.num.4.& consil.128.in princip.vol.
1.Corne.consil.265.n.7.volum.3.Soc.Sẽ.consil.1 num.
3.& 4.volum.4.Dec.consil.89.numero 4.Bald.
consil.61.numero 3.volum.1.Fabian.in Auth.nouissi-
ma, numero 49 107.& 185 C.de inoffi.testam sed in
legitima debita matri ex bonis filii, diuersum est,
quia ab ea posset pater auferre, substituẽdo pupil-
lariter filio, *l.Papinianus, § sed neque impuberis, ff.de*
inoff.testa.c.1.in fi.de test.lib.6.
Secũdò, quia videtur † inconueniens, verba te- 83
statoris, disponentis de propria hæreditate trahi
ad hæreditatem, & bona filii, de qua non cogitauit
disponere; quia non credidit filium debuisse mori
in pupillari ætate, *Soc.Iun.in l.2.n.114.ff.de vulg.&*
pupillar.substitut. at quando testator protulit hæc
verba, quod sit tacita, & contenta, non disponebat
de bonis pupilli, nec ei quærebat hæredem, sed fa-
ciens substitutionem vulgarem, sibi ipsi hæredem
faciebat, & de suis bonis disponebat; ergo illa ver-
ba non debent trahi ad hæreditatem & bona pu-
pilli, vt illis mater priuetur.
Sed Respon. licèt † testator disponebat de pro- 84
pria substantia, substituendo vulgariter pupillo, at-
tamen sub illa expressa vulgari, continetur tacita
pupillaris, qua testator deinde dicitur disponere de
bonis pupilli, *l.iam hoc iure.ff.de vulg.& pup.subst.*
Instit.in princ.vbi gloss.de pupill.subst.
Tertiò, quia si † testator vsus fuerit his verbis, 85
quod mater non possit petere quid plus de bonis suis;
eadem verba, *de bonis suis*, referuntur ad testatoris
personam, *gloss.Bartol.& Rip.in l.ex facto, in princ.ff.*
ad Trebellia. l.cum ita, ff.de auro, & argent. lega.
Marsi.singu 21. at testator cum loquitur de bonis
suis, non debet intelligi de bonis extrinsecis, *l.qui*
Romæ, § duo fratres, vbi Bartol.de verbor.obligat. Er-
go hæc verba non possunt dici relata ad bona pu-
pilli, de quibus disponere dicitur pater, quando
pupillariter substituit.
Sed Respon. quod † testator videtur sensisse in 86
conse-

consequentiam de bonis iam peruentis ad ipsum
pupillum, cui succedit substitutus ex tacita pupilla-
ri, *Menoch. lib. 4. præsum. part. 2. præsum. 39. num.
57. in fine, Franciscus Mantica dict. tit. 15. numer. 12.
versic. sed idem Iason respondet.*

Tertia coniectura, quæ etiam ducitur ex verbis
87 testamenti, est, si testator † dixerit: Relinquo cen-
tum vxori meæ, donec vitam vidualem seruauerit,
quia muliere nubente, censetur non solùm legato
priuata, *l. si fundum sub conditione, §. si paterfamilias,
ff. de legat. 1. l. non solum, §. si liberationes, ff. de liber.
legat. l. 3. §. conditio, & l. si legatum, ff. de adimend.
legat. l. aliquando, ff. de condiction. & demonstration.*
sed etiam exclusa à successione filii pupilli, *Bartol.
in l. 2. numer. 42. ff. de vulgar. & pupillar. substitut.*
* quem sequi magis communiter* Doctores testan-
tur, *Iason, Socin. iunior & Ripa in eadem l. 2. ille, nu-
mero 38. iste, num. 115. hic, num. 52. Menoch. lib. 4.
præsum. part. 2. præsum. 39. num. 58. Francisc. Man-
tica de coniect. vlt. voluntat. lib 5. tit. 15. n. 13.* vbi te-
* statur hanc sententiam esse frequentiori calculo
receptam, * *Alexand. consil. 12. numer. 19. volum 3.
Aretin. consil. 154. numero 10. Crass. in §. substitutio,
quæstion. 31. nume. 4.* vbi testatur hanc opinionem
* communi* interpretum suffragiu comprobatam
* esse, *Anton. Gomez. tom. 1. variar. resolut. capit. 4.
sub numero 11.* vbi ait omnes * Doctores id sequi,
*Sforz. Odd. in prælud. compend. part. 3. quæst. 7. nu-
mero 6. vers. secunda, Gulielm. de Benedict. in d. tit.
de pupillar. substitut. sub numero 94. Constant. Roger.
dict. quæst. 5. num. 50. Bald. in tract. substit. in mate-
ria pupillaris, num. 32. Bartolus de Hucio in tractatu
eiusdem tituli in materia pupillaris, sub num. 23. Za-
sius in tract. eiusdem tit. capit. 2. numero 29. Honded.
consil. 75. sub num. 37. Decian. consil. 82. numer. 30.
Menoch. consil. 494. num. 20. lib. 5. Alexan. Tren-
tacinq. de substitut. part. 1. cap. 12. num. 16. vers. item
* ex dictis,* vbi testatur communem * opinionem.
Quia eadem est causa, vt mater priuetur successio-
88 ne filii, qua, & legato; nam † transeundo ad secun-
das nuptias, sicut contristat animam defuncti ma-
riti, *§. quia verò, Auth. de nuptiis*, ita etiam infert in-
89 iuriam † filiis, *§. sin autem tutelam, Auth. de nupt. §.
prospeximus, Auth. de non eligend. secund. nube. Ro-
man. consil. 219. num. 2. Socin. senior cons. 56. num. 5.
libr. 3.* ergo sicuti testator eam priuatam esse voluit
legato, ita & successione filii, cum totum pendeat
à præsumpta ipsius testatoris voluntate: Quicquid
dixerit *Lancell. Polit. in tract. subst. in materia vulga-
ris, particula 6. num. 44. in fin.*

90 Idem esset, si † testator dixisset: Relinquo cen-
tum vxori meæ, si non nupserit, *Bald. in l. precibus,
numer. 13. vers. ponamus quod, C. de impub. & aliis
substitut. Alexand in dict. l. 2. numer. 34.* vbi dicit,
quod vnus loquendi modus ab altero non distat,
*Menoch. dict. præsum. 39. sub numero 59. Gulielm.
de Benedict. in capit. Raynutius, par. 2. tit. de pupillar.
substitut. sub numero 94. Alexand. Trentacinq. in
tractat. substit. part. 1. capit. 12. numer. 18.* Quicquid
dixerit *Ripa in dict. l. 2. num. 56. ff. de vulgar. & pu-
pillar. substitut. Imol. in capit. Raynutius, extra de te-
stament.*

91 Idemque esset (secundum aliquos) si testator †
nihil dixisset de secundis nuptiis; quia, etiam tunc
vxor ipsa secundò nubens excluderetur per hanc
tacitam pupillarem, *Menoch. lib. 4. præsum. part.
2. præsum. 39. nu. 65.* vbi testatur hanc opinionem
esse veriorem, *Angel. & Decian. in l. precibus, C. de
impub. & aliis substitut. ille, column. 2. iste, nume. 16.
vers. & retenta opinione, Corne. cons. 28. lib. 4.* quem
refert *Ioann. Marc. Aquilinus in l. centurio, part. 4.
num. 198. ff. de vulgar. & pupill. substit. Auall. cons.
69. numer. 32. volum. 1. Sforz. Odd. in prælud. com-
pend. part. 3. quæst. 7. num. 6. sub versic. tertia conie-
ctura, in fine, Angel. in l. 2 §. primo, num. 2. in fin ff.
de vulg. & pupill. substit. Alexand. cons. 12. num. 19.
volum. 3. Iason consil. 132. numer. 3. volum. 1. Grat.
consil. 133. numer. 38. volum. 1. Auall. consil. 69. num.
32. volum. 1.*

Contrariam sententiam † tenuerunt *Bartolus,* 92
*Imol. & Aretin. in dict. l. 2. ille, num. 42. iste, nume.
11. hic, num. 10. Corne.* (sibi contrarius) *consil. 322.
column. vltim. lib. 3. Alexand. Iason & Ripa in dict.
l. 2. ille, num. 33. iste, num. 39. hic, num. 53. Anton.
Gomez. dict. c. 4. numer. 11. vbi Soarez. in addit. nu-
mer 31. Fernand. Vasq. de success. progress. part. 3. lib.
2. §. 15. numer. 109. Crass. in §. substitutio, quæst. 31.
numer. 4. in fine,* vbi ait esse communiter * rece- *
ptam, *Gulielm. de Benedict. dict. titulo de pupill. sub-
stitut. sub numero 95* vbi testatur id esse communi- *
ter* admissum, maximè, quia pœnæ, † quæ possent 93
mulieres retrahere à matrimonio, sunt hodie cor-
rectæ, *capit. final. extra de secundis nuptiis, Constant.
Roger. in tract. subst. in materia pupillari, §. 4. quæst.
5. sub numero 50. vers. ex quorum, & sub numero 57.
Lancell. Polit. in tract. substitut. in materia vulgaris,
particula 6. sub numero 44. Aretin. consil. 155. num.
10. & 11. Seuerin. in dict. l. precibus, nume. 11. Imol. in
cap. Raynutius, nume. 18. extra de testament. Decian.
consil. 82. num. 37. in fine lib. 3. Mantica de coniectur.
vltim. voluntat. lib. 5. tit. 15. sub numero 28* vbi eam *
testatur* communem, *Cephal. consil. 135. num. 11.
volum. 2. consil. diuers. vltim. volunt. Alexan. Tren-
tacinq. in tract. subst. part. 1. cap. 12. n. 17.* vbi etiam
eam testatur communem.* *

Et (secundum primos) procederet, non solum 94
in tacita † pupillari, comprehensa sub expressa vul-
gari, verum etiam in pupillari comprehensa sub
compendiosa, facta à pagano verbis communibus;
quia etiam tunc, per transitum ad secunda vota ex-
cluderetur, *Menoch. lib. 4. præsum. par. 2. præsum.
39. num. 65. circa med. Peregrin. in tractat. de fideicō-
miss. artic. 34. sub num. 42. circa fin. fol. 312.* tetigi in
meo tractatu de Casibus Conscientiæ *centur. 1. casu
34. num. 34. fol. 105.*

Idemque obseruaretur, si fuisset † relictum ali- 95
quid vxori, cum dictione taxatiua; puta, si testator
dixisset, *Decem tantum ei relinquo*; quia tunc etiam
excluderetur per tacitam pupillarem, *Baldus in l.
precibus, numer. 13. C. de impub. & aliis substit. Sforz.
Odd. in prælud. compend. part. 3. quæstion. 7. num. 6.
vers. secundo, in fine, Constant. Roger. de subst. §. 2. q.
5. sub num. 49.*

Quarta est coniectura, quæ ducitur ex verbis te-
stamenti, vt si testator † dixerit, pleno iure, *substi-* 96
tuo filio meo; quia his verbis significat testatorem
velle excludere matrem per tacitam pupillarem,
*Menoch. lib. 4. præsum. part. 2. præsum. 39. numer.
66. Bartolus consil. 15. incip. pater habens, in fine lib. 1.
Butr. consil. 53. num. 2. Simon de Prot. consil. 61. nu-
mer. 39.* Et est ratio, quia hæc † verba, *pleno iure*, si-
gnificant in totum, integraliter, & sine aliqua di-

minutione, *l. seruum autem, ff. de legat. 3. l. generali-*
ter, ff. qui & à quibus, capit. querelam, extra de elect.
Natta consil. 501. numero 52. lib. 3. Menoch. consil. 5.
num 139. volum. 1. at si testator vult bona integra-
liter deuenire ad substitutum, ergo mulier nil con-
sequi poterit.

98 Quinta est coniectura, † quæ sumitur à condi-
tione matris, vt si eã testator odio prosequebatur,
quia vel adulterium, vel quid simile aduersus ma-
riti honestatem perpetrauerit; tunc enim videtur
testator, voluisse eam excludere per hanc tacitam
pupillarem, *Bartolus in l. 2. numera 42. ff. de vulga.*
& pupillar. substitut. quem esse magis communiter
* * receptum, testantur ibi *Ripa numer. 57. Ruin. nu-*
mero 67. & Socin. iunior numero 116. Menoch. lib.
4. præsum. part. 2. præsum. 39. nume. 67. vbi ait hanc
* esse magis communem * opinionem, *& part. 1. lib.*
1. quæstion. 51 numero 8. sub versic. est simile, Fran-
cisc. Mantica de coniectur. vltim voluntat. lib. 5. titul.
* *5. num. 18.* vbi testatur communem * opinionem,
Anton. Gomez. tom. 1. variar. resolut. capit. 4. nu-
mero 10. vers. tertio, Crass. in §. substitutio, quæstion.
31. numero 8. vbi testatur hanc esse communem * o-
* pinionem, *Sforz. Odd. in prælud. compendios. part. 3.*
quæstion. 7. numero 6. versic. tertia, Gul. de Bened. in
capit. Raynutius, part. 2. tit. de pupillar. substitut. nu-
mero 101. extra de testament. Constant. Roger. dicta
quæstion. 5. numero 51. Baldus in tractatu substitut. in
materia pupillaris, numero 32. in fine, Bartol. de Hu-
cio in tractatu eiusdem tituli in materia pupillaris, nu-
mero 24. Zasius in tractatu eiusdem titul. capit. 2. nu-
mero 29. versic. quarta, Petrus Gregor. part. 3. Syn-
tagm iuris, libr. 42. capit. 19. sub numero 4. Alexan.
Trentacinqu. de subst. part. 1. quæstio. 12. numero 19.
vbi ait ita indifferenter Doctores tenere magis *
* communiter. Quia † odium, & inimicitia, quæ
99 intercedunt inter testatorem & legatarium, effi-
ciunt, vt præsumatur à testatore reuocatum lega-
tum, *l. 3. in fine, ff. de adim. legat. l. Lucius Titius*
testamento, la. 2. §. Lucius Titius Damam. ff. de legat.
2. l ex parte, ff. de adimen. legat. l. si inimicitia, ff. de
his quibus vt indig. meritò odium hoc operatur,
vt præsumatur testatorem noluisse aliquid relin-
quere, sed potius excludere per tacitam pupil-
larem.

Neque aduersatur, quod scriptum reliquit *Lan-*
cellotus Polit. in tractat. substitut. in materia vulgaris,
particula 6. numero 45. rationem illam, & iura pro
100 ea allegata, procedere, quando † legatarius conse-
quitur legatum ab eo, cum quo deinde inimicitiæ
processerunt; sed nos loquimur eo casu, quo ma-
ter habet successionem filii, cum quo nulla est ini-
micitia; quin imo de ipsius matre filius nil suspica-
101 ri deberet, cum eius † persona sancta & honesta
videri debeat, *l. liberto, ff. de obseq. lib. præstan.*

Quia respond. licèt in nostro casu mater habeat
102 † successionem filii, eam tamen habet ex disposi-
tione patris, à cuius voluntate pendet, vtrum vo-
luerit matrem succedere vel excludere, & ideo ob
odium, quod contra eam habet, præsumptio sumi-
tur, quod voluerit esse exclusam; quemadmodum
præsumptio est testantem voluisse reuocare lega-
tum, iam ei factum, *Menoch. dict. præsum. 39. nu-*
mero 68.

Et dicta † inimicitia, odium, seu coniectura,
103 probari poterit duobus testibus, *Menoch. lib. 4. præ-*
sum. part. 2. præsum. 39. numero 69. & part. 1. libr. 1.
quæstion. 51. numero 8. versic. & est simile, Bartol. in
l. fideicommissum, C. de fideicommiss. Aretin. in l. hæ-
redes palam, §. si quis post, in gloss. 1. ff. de testament.
Alexand. cons. 100. num. 12. lib. 4.

Idemque esset, si post † mortem pupilli vxor te- 104
statoris aliquid inhonestum fecisset; quia, tunc et-
iam ab hæreditate filii excluderetur, *Bartol. in l. 2.*
numero 43. in fine, ff. de vulgar. & pupillar. substitut.
per not. in l fideicommissum, C. de fideicommiss. l. so-
rorem, C. de his quibus vt indig. Ripa in dict. l. 2. nu-
mero 59. vbi testatur communem * opinionem, *
Francisc. Mantica de coniectur. vltim. voluntat. libr.
5. tit. 15. numer. 23. vbi etiam testatur communem
* opinionem, *Socin. senior in dict. l. 2. num. 10. Me-* *
noch. lib. 4. præsum. part. 2. præsumpt. 39. numero 72.
vbi etiam testatur communẽ * opinionem, *Crass.* *
in §. substitutio, quæstion. 31. numero 9. vbi etiam te-
statur communem * opinionem, *Sforz. Odd. in* *
prolud. compendios. part. 3. quæst. 7. numero 6. versic.
tertia, Constant. Roger. dict. quæstion. 5. numero 51.
in fine, & 13. Bald. in tract. subst. in materia pupillaris,
sub numero 33. Bart. de Hucio in tractatu eiusdem tit.
in materia pupillaris, sub numero 24.

Intellige (secundum aliquos) vt tunc non † cen- 105
seatur exclusa ex testatoris voluntate, quoniam illa
iam est finita per mortem, *l. 3. ff. locat. l. si ita lega-*
tum, §. ille si velet. ff. de leg. 1. l. cum hic status, in fi-
ne, ff. de donation. inter virum & vxorem, l. centesi-
mis, §. vltim. ff. de verbor. obligat. sed benè poterit
† auferri ab illa tanquam ab indigna, & fisco appli- 106
cari, *Addit. ad Bartol. in dict. l. 2. numero 43. in lite-*
ra P P. Imol. in capit. Raynutius, extra de testament.
& in dict. l. 2 per not. in l. sororem, & in l. hæreditas,
C. de his quibus vt indign. Francisc. de Rampon. in l.
post aditam, & in l. precibus, Cod. de impuber. & aliis
substitut. Bartolus in l. 1. ff. de his quibus vt indign.
Imol. & Alexand. in dict. l. 2. ille, numero 11. iste,
num. 34.

Ego † vero crederem admitti substitutum ex ta- 107
cita pupillari, non autem vt à matre tanquam ab in-
digna auferretur per fiscum; & ita etiam inuenio
(vltra prædictos) sensisse *Socin. iuniorem in l. 2. in*
fine, ff de vulgar & pupillar. substitut. quia † lex post 108
factum testamentum, & post mortem testatoris,
poterit eius voluntatem interpretari, *argument. l.*
Titius, §. Lucius, ff. de liberis & posthum. gloss. l. tale
pactum, §. vltim. ff. de pact. Alexand. Trentacinq. in
tractat. subst. part. 1. cap. 12. num. 21. circa med. vers.
quia respondetur.

Sexta est coniectura, ducta etiam à condictione
personæ ipsius matris, vt si † mater non petiit tu- 109
torem dari filiis, dum ad secundas nuptias transiuit;
quia tunc, sicut † priuatur successione filii, ac si non 110
esset mater, *l. 2 §. si mater, ff. ad Tertull. l. 1. § pe-*
nult. ff. de contra tab. l. matrem, C. ad Tertull. An-
ton. Gabr. lib. 3. conclus. rub. de secund. nupt. conclus.
9. numero 1. etiam si † à patre ipsi filio impuberi fu- 111
isset substituta, *§ si autem tutelam, Authen. de nupt.*
ita etiam † deberet censeri exclusa per tacitam pu- 112
pillarem comprehensam sub vulgari expressa, ac si
cessaret impedimentum, quia mater esset, *Bartol.*
Alexand. & Ripa in dict. l. 2. in princip. ff de vulgar.
& pupillar. substitut. ille, numero 43. iste, numero 34.
in fine, hic, numero 58. Bald. in l. precibus, numero 16.
C. de impub. & aliis substitut. Salic. & Fulgos. in l. vlt.
C. de

C. de instit. & substitut. Socin. iunior in dict. l. 2. in fin. numero 119. vbi testatur communem * opinionem, *Menoch. d. præsum. 39. n. 70. Crass. in § substitutio, q. 31. num. 10.* vbi testatur communem * opinionem, *Benedict. Capra in tractat. substitut. pupillaris, numero 137. Emanuel a Costa in cap. si pater, in versic. superstite matre, numero 17. & 19. de testament. lib. 6. Corn. in l. suam, numero 3. C. de legitim. hered. Sforz. Odd. in prælud. compendios. part. 3. question. 7. num. 6. versic. tertia, Constant. Roger. dict. quæst. 5. numero 59. Baldus in tractatu substitut. in materia pupillaris, numero 33. Bartol. de Hucio in tractat. eiusdem tit. in materia pupillaris, sub numero 24. Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib. 5. tit. 15. numero 20.* Nam
113 † cessante impedimenti causa, matris scilicet de medio existentis, debet cessare ipsum impedimentũ, *l. & si contra, vbi Bald. & Salic. C. de nuptiis, Cyn. in l. non dubium, column. 3. opposit. 8. C. de legibus, cap. post translationem, extra de renunciat. Bald. in l. si ob turpem, 2. lect. per illum text. ff. de condit. ob turpem causam, Tiraq. de caussa cessante, part. 1. numero 114. Marc. Mantua consil. 161. circa finem, Ioan. And. in c. si postquam, column. 2. versic. in contrarium, cum à principio, de elect. lib. 6.*

Septima coniectura est, quæ ducitur à conditione personæ substituti, quando scilicet substitutus fuisset magis dilectus à testatore, quam eius vxor
114 pupilli mater; puta, si † fuisset substitutus eiusdem testatoris filius, fraterq; pupilli instituti; quia tunc præsumitur testatorem voluisse præferri substitutum, ipsi matri, *gloss. vltim. in fine, l. precibus, C. de impub. & aliis substitut.* vbi etiam *Angel. & Paul. de Castro, Bartol. in l. 2. num. 44. ff. de vulgar. & pupillar. substit. argument. l. cum acutissimi, C. de fideicommiss. Azo in summa, C. de impub. & aliis substit. Iacob. de Rauenn. in l. final. C. de instit. & substitut. l. peto, §. fin. ff. de legat. 2. l. Lucius, ff. de hered. instit. l. generaliter, C. de instit. & substitut. Alexand. in d. l. 2. num. 35. Iason num. 42. Ripa num. 60.* vbi testatur hanc esse communem * opinionem, *Calcan. consil. 48. numero 6. versic. quarto. Idem Ludouicus Bologn. consil. 9. colum. 3. versic. secundo quia, Rimin. senior consil. 443. numero 37. lib. 3. Socin. senior consil. 23. num. 9. & 12. lib. 1. Ruin. consil. 99. numero 10. lib. 2. Dec. consil. 315. numero 3. versic. secunda coniectura, & consil. 332. in fine, Beroius in cap. Raynutius, numero 452. extra de testament. Rimin. iunior in dict. l. precibus, numero 61. Cranet. consil. 141. numero 7. Emanuela Costa in c. si pater, part. 2. versic. superstite matre, numero 10. de testament. libr. 6. Guliel. de Benedict. in dict. cap. Raynutius, part. 2. versic. si absque liberis, el. 2. tit. de pupillar. substit. numero 97. Simon de Prat. consil. 61. numero 38. Menoch. lib. 4. præsum. part. 2. præsum. 39. numero 77.* vbi subiicit, idem es-
115 se in † substitutione pupillari, comprehensa sub compendiosa facta à pagano verbis communibus, *Alexan. in dict. l. precibus, in fine,* vbi testatur communem * opinionem, *Franciscus Mantica de coniectur. vlt. volunt. lib. 5. tit. 15. numero 30.* vbi etiam ait hanc esse communem * opinionem, *Crass. in §. substitutio, quæstion. 31. numero 5.* vbi testatur hanc esse communem * opinionem, *Capr. in tractat. regul. tit. de pupill. substitut. numero 141. Anton. Gomez. volum. 1. variar. resolut. c. 4. numero 20. versic. quarto* vbi testatur communem * opinionem, *Sforz. Odd. in prælud. compendios. part. 3. question. 7. numero 6. versic. quarta,* vbi testatur communem * opinionem, *Constant. Roger. in tractatu substitut. in materia pupillaris, §. 4. quæst. 5. numero 62. Bald. in tracta. substitut. in materia pupillaris, sub numero 33. Bartol. de Hucio in tractatu eiusdem tituli, in materia pupillaris, sub numero 24. Zasius in tractatu eiusdem tituli, c. 2. numero 29. circa finem, Bursat. consil. 373. numer. 4. volum. 4. Cephal. consil. 739. volum. 1. Surd. in tractatu de alim. tit. 2. quæst. 15. numero 166. Petr. Gregor. part. 3. Syntagm. iuris, lib. 42. c. 19. sub numero 4. Tob. Non. consil. 30. num. 6. & 14. Tiraq. de retr. lign. §. 11. gloss. 1. sub numero 15. Alexand. Trentacinq. de substitu. part. 1. c. 12. num. 22.* vbi testatur communem * opinionem, *Corne. consil. 112. numero 17. volum. 2.* Quicquid dixerit *Lancel. Polit. in tract. substit. in materia vulgaris, particula 6. sub numero 42.*

Intellige primo, vt procedat † in fratre vtrinque 116
coniuncto ipsi pupillo instituto; secus, si frater substitutus duntaxat esset vterinus; quia tunc mater non excluderetur per tacitam pupillarem, *Menoc. dict. præsum. 39. numero 78. Ruin. in d. l. 2. numero 68. versic. primum est, ff. de vulgar. & pupillar. substitut. Beroius in dict. c. Raynutius, numero 455. extra de testament.* quia (inquit) tunc cessat ratio illa affectionis, qua moueri potuit testator, ad anteponendum filium suum propriæ vxori, *Rimin. iunior in d. l. precibus, numero 629. C. de impub. & aliis substit. Sforz. Odd. in prælud. compend. part. 3. quæst. 7. colum. final. effectu 3. in fine.*

Intellige secundò, vt procedat, etiam in fratre † 117
coniuncto ex latere patris tantum, ei, cui substitutus fuerat; quia, etiam is excluderet matrem pupilli ab hæreditate ipsius, *Menoch. dict. præsum. 39. numer. 82. & 85.* vbi testatur esse communem * opi-
nionem; quia (inquit) testator † habet maiorem 118
affectionem erga filium suum, quam erga vxorem, & respectu ipsius patris nullum est discrimẽ, quod vnus sit filius ex vna, alter ex altera vxore, cum vtrumque ipse generauerit, *Socin. senior in l. 2. numero 31. ff. de vulgar. & pupillar. substitut. Ripa in l. Lucius, in fine, ff. eodem, Franciscus Mantica de coniect. vltim. voluntat. lib. 5. titu. 14. numero 22. versic. quod autem, Sforz. Odd. d. quæst. 7. effectu 3. in fine.*

Licèt contrariam sententiam, vt mater † pupilli 119
non videatur exclusa, tenuerit *Ruin. in d. l. 2. num. 68. versic. tertius casus, ff. de vulgar. & pupillar. subst. Bald. in l. precibus, num. 14. C. eod. Alexand. in dict. l. 2. Imol. in c. Raynutius, extra de testament.*

Moti, quia in interpretanda † pupillari substi- 120
tutione, vtrum magis coniunctus admittatur, nec ne, non attenditur affectio testatoris, sed quomodo æqualiter sit successurus ab intestato, *Bartol. in l. re coniuncti, quæstion. 3. numero 63. quæst. 5. princ. ff. de legat. 3. Socin. senior in l. si cognatus, numero 38. ff. de rebus dub. Ruin. consil. 165. numero 6. lib. 2.* vnde deberemus dicere in casu nostro, quod matre in medio existente, non debemus præsumere, quod voluerit testator ipsam matrem excludere affectione filiorum; sed deberet attendi, qualiter mater & frater fuissent ab intestato successuri; vt, si ab intestato præferretur matri, illa debeat præferri in substitutione; nam testator videtur disposuisse eo modo, quo disposuisset pupillus, si habuisset testamenti factionem, & se conformasse cum dispositione legis.

Sed respond. quod † doctrina à *Bart. in dict. l. re* 121

coniuncti, numero 63. & sequacium reiicitur, vt probarunt, *Iason in eadem l. in fine, Ripa in l. Lucius, in fine, ff. de vulgar & pupillar. substitut. & in dict. l. re coniuncti, numero 216. Grat. consil. 18, numero 10. lib. 2. Rube. cons. 126. in fine,* quem refert *Menoch. consil. 198. sub numero 3. volum. 2. & dict. præsum. 39 nu. 85. in fine.*

122 Item, in interpretanda substitutione † pupillari tacita, & in admittenda, vel excludenda matre, spectatur mens, voluntas & affectio testatoris, non autem pupilli, *Bartol. in l 2 numer. 40. 41. 42 43. & 44. ff. de vulgar. & pupillar. substit. vbi Socin. senior nume. 32. vers. nisi dicamus, idem Socin. in l. si cognatis, numero 36. ff. de rebus dub. Dec. in l. vlt. num. 2. C. de instit. & substit. & in l. precibus, colum. vlt. C. de impub. & alijs substit. vbi etiam Cagnol. numero 217. & 223. Ripa in d. l. re coniuncti, numero 216. & in l. Lucius, numero 40 versic. secundo, & quia, ff. de vulga. & pupillar. substitut. vbi etiam Alcia. numero 49. idem Alciat. in l. Gallus, §. quidem recte, numero 6 ff. de liber. & posthum. vbi Socin. iunior num. 33. Crauet. consil. 45. numero 1. in fine, Couar lib practi. quæst. c. 38 num. 2. Ioan. Marc Aquilin. in l. centurio, part 4 nume. 199. ff de vulgar. & pupillar. substit. Bald. cons. 20. numero 3. lib. 5. Alexand. consil. 38. numero 4. lib. 1. Menoch. d. præsum. 39. sub numero 85. Crass. in §. substitutio, q. 31 numer 5. in fine.*

123 Subintellige, prædictos casus non procedere, † quando testator substituisset pupillo extraneum, vna cum altero eius filio; quia tunc mixtura extranei operaretur, quod is frater substitutus non excluderet matrem, *Menoch d. præsum. 39. numero 86. Curt. iunior in l. precibus. §. penult. C. de impub. & alijs substit.* Nisi alia 124 † coniectura appareret, testatorem non obstante imparitate substitutorum, voluisse pupillariter substituere, *Menoch. d. præsum. 39 numero 86. in fine, per Dec. in d. l. precibus, in fine.*

Intellige tertiò (secundum aliquos) vt non procedat, † quando testator substituerit fratrem suum, 125 pupilli patruum; quia etiam tunc excluderetur mater per tacitam pupillarem, *Bald. consil. 175. col 1. libr. 5. Butr. consil 53. numero 3. Crauett. consil. 141. n. 7. in fine.*

* Contrarium, & receptius, * vt † per patruum 126 non censeatur exclusa mater pupilli, tenuit *Bart. in l. 2. numero 44. in fine. ff. de vulgar. & pupillar. subst.* vbi *Rip. numero 61.* testatur hanc esse communem * * opinionem, *Gulielm de Cun. in l. 3. respon. 2. ff. de legat. præstan. Menoch. lib 4. præsum. par. 2. præsum. 39. numero 87.* vbi respondet ad contrarias authoritates *Franciscus Mantica de coniectur. vltim. volunt.* * *libr. 5 tit. 15 numero 32.* vbi testatur communem * opinionem, *Decius consil 315. numero 6 Sforz. Odd. in prælud. compend. part. 3. quæst 7. numero 6. versic. quarta, Crass. in §. substitutio, quæst. 31. numero 6.* vbi testatur communem * opinionem, *Gulielm. de* * *Benedict in dict. tit. de pupill substit. numero 98. Constant Roger. dict. quæst 5 numero 62. circa medium, Bald. in tractatu substitut. in materia pupillaris, num. 33. in fine, Bartol de Hucio in tractatu eiusdem tituli, in materia pupillaris, sub numero 24.*

Intellige quartò, etiam procedere, quando mater † ipsius testatoris fuisset filio pupillo substituta; 127 quia tunc etiam excluderet matrem ipsius pupilli, *Menoch. lib 4. præsum. part. 2. præsum. 39. numero 89.* vbi testatur ab hac opinione non esse recedendum, *Bart. in l. 2. numero 45. ff. de vulgar. & pupill. substitut.* tum (inquit) quia † succederet ab intesta- 128 to pariter pupillo, sicut filius testatoris pupilli frater, *Auth. defuncto, C. ad Tertull.* tum etiam, quia † 129 est de parentibus, *argum. l. 3. in princ ff. de legat. præstan.* idem scriptum reliquit *Alexand. & Ripa in d. l. 3. ille, in fin. princ. ibi, numero 62. idem Ripa in l. centurio, numero 137. ff. eodem, Franciscus Mantica de coniectur. vltim. voluntat. libr. 5. tit. 15. nume 33. Sforz. Odd. in prælud. compendias. part. 3. quæstion. 7. numero 6. versic quarta,* vbi ait omnes * id admitte- * re, *Gulielm. de Benedict. dict. tit. de pupillar. substitut. sub numero 99. Constant. Roger. in tractatu substit. in materia pupillaris, §. 4. quæst. 5. numero 62. in fine, Baldus in tractatu substit. in materia pupillaris, numero 34. Bartol. de Hucio in tractatu eiusdem tituli, in materia pupillaris, numero 25. Crass. in §. substitutio,* * *quæstio. 32.* vbi testatur communem * opinionem, *Zasius in tractatu substit. c. 2. sub numero 26. Alexan. Trentacinq. in tractatu substit. part. 1. c. 12. numer. 7. & 23.* vbi testatur hanc esse veram, communem * * & receptam scribentium sententiam. Quicquid † dixerit *Imol. in c. Raynutius, extra de testament. &* 130 *in dict. l. 2. vbi Rum. numero 69. ff. de vulgar. & pupillar substit. Fulgos. in dict. l. precibus, & Cuma. in d. l. iam hoc iure, Albar. in rubr. ff. de vulgar. & pupill. substitut.*

Intellige quintò, etiam procedere, quando † 131 causa pia fuisset substituta ipsi pupillo; quia tunc mater per tacitam pupillarem, sub vulgari expressa comprehensam, excluderetur, vti piam causam dilexisse magis testator videretur, quàm propriam vxorem ipsius pupilli matrem, *Menoch. d. præsum. 39 numero 90.* vbi testatur communem * opinionem; * *Emanuel à Costa in c. si pater, part. 2. versic. ipsis pauperibus, numero 5. & versic. superstite matre, numero 11. de testament. lib. 6. Tiraq. de priuil. piæ causæ, priuil. 69. circa princ. Angel. in dict. l. precibus, colum. 2. versic. illum credo, si pauperes Christi, numero 5. & ibi Paulus de Castr. column. 4.* qui reputat hoc notabile, *Alexand. column. 2.* qui hoc dicit menti tenendum, & valde notabile, *Socin. & Iason, colum. 3.* qui dicunt esse singulare, & de pane lucrando, nec reperisse contradicentem, *Alexand. consil. 38. colum. 4. vers. sic igitur, lib. 1. & consil. 68. colum. 3. vers. vnde dicit, volum. 2. & cons. 12. colum. 9. vers. non mirum, lib. 3. & cons. 92. colum. penult. in fine, eodem lib. & cons. 51. colum. 3. versic. decimo, volum. 7. Franc. Aret. consil. 155. circa fin. Decius in c. in præsentia, col 30. extra de probat. & cons. 182. colum. 3. Bart consil. 243. colum. 5. versic. sed in casu, Bald. cons. 457. volum. 2. Ripa in d. l. 2. numero 62. ff. de vulgar. & pupillar. substit. Ruin. consil. 98 numero 23. lib. 4. Ludouic. Bologn. consil. 9. colum. 3 vers. tertio quod, Paris. cons. 86. numero 75. lib. 2. Anall. cons. 69. numero 28. lib. 1. Couarr. in c. Raynutius, §. 4. numero 6. extra de testam. Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 5. tit. 15. n 34.* vbi testatur com- munem * opinionem, *Crass. in §. substitutio, quæst.* * *31. n. 7.* vbi ait communem * opinionem, *Anton. Go-* * *mez tom. 1. var. resolut c. 4. n. 10. circa finem,* vbi dicit communem * opinionem, *Sforz. Odd. in prælud.* * *compend. part. 3. quæst. 7. num. 6. vers. item, Mascard. vol. 3. de probat. concl. 1171. numero 6. Surd. in tract. de alim. tit. 2. quæst. 15. numero 167. Bonifa. Roger. cons. 33 n 8. vol. 2. Alexand. Trentacinq. de subst part. 1. c. 12. nu. 24.* vbi testatur esse communem * opinionem, *

Quicquid

182 Quicquid † dixerit, *Corne. in dict. l. precibus, colum. 2. & consil. 322. colum. penult. versic. nec obstat, quod in casu nostro, libr. 3.* quia (inquit) potius videri da-
133 mnabile, † relinquere Ecclesiæ, & priuare matrem successione filii, *argument. c. vltim. 17 quæst. vltim. l. nam & si parentibus, ff. de inoffic. testament. Alciat. in l. 2. §. quisquis, numero 45. ff. de vulgar. & pupill. substitut.*

Subintellige (secundum aliquos) id procedere,
134 quando † testator substituisset piam causam, pro exoneratione conscientiæ, puta, pro rebus malè ablaris; aliàs secus esset, *Franc. Aret. consil. 155. circa finem, Socin. senior in l. 2. numero 32. versic. vno casu, ff. de vulgar. & pupillar. substit. Decius in d. l. precibus, numero 14. Guliel. de Benedict. in c. Raynutius, part. 2. tit. de pupillar. subst. sub numero 98. extra de testament. & ibi Couarr. §. 4. numero 6. vers. qua in re, Ripa in dict. l. 2. de vulgar. & pupill. substit.* quem refert & sequitur, *Alexand. Trentacinq. in tractatu substitut. part. 1. capit. 12. sub numera 25.* vbi testatur hanc opinionem in puncto iuris esse veriorem.

135 Nos † autem indistinctè, vti magis veram & piam, priorem intelligentiam amplectimur; quia substituta pia causa, semper id censetur fieri pro anima testatoris, *Bartol. in l. 1. quæst. 2. & 3. quæst. 2. princ. C. de sacrosanct. Eccles. Abb. consil. 11. colum. 2. versic. non obstat, lib. 1. Natta consil. 124. numero 13. Socin. senior in l. quibus diebus, §. vlt. numero 18. ff. de condit. & demonstrat.*

Nec videtur obstare, quod testator videatur mortalis culpę reus decessisse; quia voluit malè ablata restitui, & suam conscientiam exonerari, si filius superuixerit, & hæres ei extiterit, ac pubertatem excesserit. & eum testator mortalis culpæ reus
136 decesserit, nihil est, † quod ei ad salutem possit amplius prodesse, *c. quis vult, de pœnit. distinct. 3* Quia
137 respond. in relictis † ad pias causas, non solum inspici fauorem relinquentis, sed etiam fauorem eius cui relicta fuerint, *Franciscus Mantica de coniectur. vltim. voluntat. libr. 5. titul. 15. numero 42. versic. sed adhuc.*

138 Et licèt fuerint † relicta ab eo, qui mortalis culpę reus decesserit, adhuc iisdem priuilegiis piæ causæ potiuntur, *Bald. in l. 1. in 1. lect. colum. 2. circa finem, & in 2. lect. numero 6. versic. sexto quæritur, C. de sacrosanct. Eccles.* vbi etiam *Aret. numero 3. in fine, Abb. in rubr. extra de testament. numero 11.* quia (in-
139 quit) & si bona † opera, quæ fiunt in peccato mortali non valeant ad consequendam vitam æternam, proficiunt tamen ad minus supplicium subeundũ, *Philip. Franc. in rub. de testam. lib 6. num. 33* Quicquid dixerit *Bar. in d. l. 1. nu. 30 & 31. C. de sacrosanct. Eccles. Lapus allegat. 125. num. 2.*

140 Ex quibus colligo, dici quatuor modis † pupillarem tacitam; primo dici illam, quæ sub breuiloqua seu reciproca continetur; secundo, quæ sub compendiosa comprehenditur; tertio, quæ sub vulgari expressa subauditur, sola litis authoritate præsumpta; quarto, quæ pariter sub vulgari expressa comprehenditur, ex coniecturis tamen probata, *Gulielm. de Benedict. in c. Raynutius, part. 2. versic. si absque liberis, el. 2. tit. de pupillar. substitut. num. 91. Bald. in l. precibus, 6. opposit. C. de impub. & aliis substitut. Constan. Roger. in tract. subst. in materia pupill. §. 4. quæst. 5. sub numero 44.*

ARGVMENTVM.

Vtrum pupillaris partim expressa, & partim tacita matrem excludat?

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris partim expressa; & partim tacita, quo ad verba, matrem excludit, numero 1. Rationes, num. 2.*

3 *Pupillaris partim expressa, & partim tacita, quo ad casus, matrem excludit, num. 3. exemplum, numero 4.*

QVÆSTIO XCIII.



VTRVM pupillaris substitutio partim expressa, & partim tacita matrem excludat? Respond. quod † sic, si erit partim expressa & partim tacita, quo ad verba, *Barto. in l. 2. numero 33. ff. de vulgar. & pupillar. substit.* quem esse communiter * receptum, testatur *Menoch. lib. 4. præsum. part. 2. præsum. 38. sub numero 34. Ioan. Anan. consil. 66. column. penult. versic secundo est aduertendum, Ruin. consil. 103. numero 19 lib. 2. & consil. 93. num. 5. versic. sed his non obstantibus, & consil. 112. numero 9. & consil. 126 numero 10. volum. 3 & consil. 68. numer. 9. lib. 5. Bald. in tractatu substit. in materia pupillaris, num. 26. versic. quæro.* Quia dicta substitutio † ex verbis testatoris comprehenditur, sicut dicitur in ea, quæ in reciproca continetur, *l. Lucius, ff. de vulgar. & pupilla. substitut. Bart. in d. l. 2. sub num. 33. Menoch. d. præsum. 38. sub num. 34.*

Idemque credimus procedere in † pupillari partim expressa, & partim tacita, quo ad casus; quia si testator voluerit matrem excludere in vnum casum, scilicet, Si † filius hæres erit, & in pupillari ætate decesserit, eadẽ ratione ex coniecturata mente defuncti, voluit eam excludi, Si hæres non erit, & intra pupillarem ætatem decesserit, *Bart. in l. 2. n. 33. in fine, ff. de vulg. & pupill. subst.* quem omnes * sequi testatur ibi *Socin. iunior sub num. 99.*

ARGVMENTVM.

Vtrum pupillaris tacita excludat patrem emancipatum pupilli?

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris tacita excludit patrem emancipatum pupilli, vulgari expressa, facta ab auo substituto extraneo, nepoti retento in potestate, n. 1. rationes, num. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10. contra, num. 13. rationes, numero 14. & 22. dissoluuntur, nume. 16. 20. & 23.*

2 *Pupillaris tacita, quare non excludat matrem, duplex assignatur ratio, num. 2. & 3.*

5 *Extensio fit de persona ad personam in materia exorbitanti fauorabili.*

7 *In correlatiuis quod statuitur in vno, habet locum in alio, num. 7. etiam in materia pœnali, num. 8. ac etiam in correctoriis, num. 9.*

10 *Pater & mater sunt correlatiua, numero 10. contra, numer. 11.*

12 *Correlatiuorum regula quando procedit.*

13 *Leges loquentes de mulieribus, non extenduntur ad mares.*

QVÆSTIO XCIV.

VTRVM substitutio pupillaris tacita, excludat patrem emancipatũ pupilli, vulgari expressa facta ab auo, extraneo substituto, nepoti retento in potesta-
1 te? Respond. quod † sic, Bartol. in l. 2. numero 34. ff. de vulgar. & pupillar. substitu. vbi ait, hanc esse veritatem, & cum Bart. indifferenter &* communiter transire Doctores, testatur Iason in d. l. 2. numero 32. versic. successiue, vbi etiam Alex. & Socin. iunior num. 100. Alber. in rub. ff. de vulg. & pup. subst. colum. 64. Salic. & Paul. de Castr. in l. final. C. de instit. & substit. Aret. in dict. l. 2. col. penult. vbi Rum. numero 53. & Ripa num. 43. Menoch. libr. 4. præsum. part. 2. præsum. 39. in fine, vbi testatur communem* opinionem, Gulielm. de Benedict. in c. Raynutius, par. 2. tit. de pupillar. substitut. num. 88. circa medium, extra de testamen. vbi dicit communem * opinionem, Alciat. in dict. l. 2. num. 56. vbi ait hanc opinionem * esse mitiorem, Crass. in §. substitutio, q. 34. vbi ait ita omnes * indifferenter tenere, Bald. in tractatu substitut. in materia pupillaris, sub numero 27. Bartol. de Hucio in tractatu eiusdem tituli in materia pupillaris, numero 17. in fine, Sfor. Odd. in prælud. compend. par. 3. quæstio. 7. col. fin. versic. secundo, an tacita, Lancell. Polit. in tractat. subst. in materia vulgaris, particula 6. numero 50. in fine, Alexand. Trentacinq. de subst. par. 1. c. 12. nu. 9. vbi testatur hanc esse mitiorem & communem * sententiam.

Moti primo, quia ratio, quare tacita pupillaris
2 non excludit matrem, potest esse duplex; prima, † quia per vulgarem succeditur testatori defuncto, per pupillarẽ succeditur ipsi pupillo, Instit. in princ. de vulgar. & pupill. substitut. vnde licèt testator prætulerit extraneum matri pupilli, in substitutione ipsius testatoris, non est tamen verũ, quod voluerit præferri extraneum in substitutione ipsius pupilli, & matrem excludere à luctuosa substitutione filii pupilli, l. fin. C. de instit. & substit. Baldus in tractatu subst. in materia pupillaris, sub numero 27. Secunda ratio esse poterit, quia † mater præterita ab ipso
3 filio impubere, haberet querelam; at quando pater facit filio testamentum, excluditur à querela, l. Papinianus, § sed neque impuberis, ff. de inoffic. testamen. vnde noluit lex per suam interpretationem excludere matrem à querela, si testator eam non excludit expressè: at istæ rationes ita militant in patre, sicut in matre; l. furioso, ff. de curator. furiosi, ergo, &c.

Imò magis militant in patre, qui filius † est testa-
4 toris, & sic non est verisimile alienam sobolem suæ voluisse præferri, l. cum acutissimi, C. de fideicomm. l. generaliter, C. de institut. & substit. l. cum auus, ff. de condit. & demonstrat.

Secundò, quia in materia exorbitanti, quando est fauorabilis, fit extensio † de persona ad perso-
5 nam, vbi eadem tacita voluntas concurreret, l. tale pactum, §. final. ff. de pact.

6 Tertiò, per tex. l. generaliter, in prin. C. de secund. nupt. vbi dispositio legis, loquens in matre, habet locum in patre.

7 Quartò, quia in † correlatiuis, quod statuitur in vno, habet locum in alio, l. fin. C. de ind. vid. tollen. vbi Iason, Bart. & Paul. de Castr. Bald. in l. 1. vbi Bar. & Ioan. de Plat. C. de cupress. lib. 11. l. Iulianus, § si procurator, ff. de actio. empt. l. fin. vbi Bar. Angel. & Imol. ff. de acceptilat. Bart. in l. liberorum, §. 1. vers. sed quæro, ff. de his qui not. infam. Anton. Gabr. lib. 6. conclus. tit. de legibus, conclus. 3. num. 1. vbi testatur esse communem * opinionem, eamq; ampliat & limitat multis
modis, Bald. in l. nemo martyres, circa finem, C. de sacrosanct. Ecclesi. etiam in materia † pœnali, Baldus, 8
Paul. de Castr. Salic. Alexand. & Iason in l. 1. C. de in ius vocand. Dominic. in c. 1. colum. 3. versic. fallit secundo, de tempor. ordin. lib. 6. Mars. in l. si quis viduam, colum. 4. ff. de quæst. gloss. l. per internallum, ff. de sudic.
ac etiam in † correctoriis, Bart. Angel. Salic. Paul. 9
de Castr. Corne. & Iason in d. l. fin. C. de ind. vid. tollen. idem Bart. in l. liberorum, § 1. vers. sed quæro, ff. de his, qui not. infam. Baldus in Auth. quas actiones. colum. 2. versic. non obstat, C. de sacrosanct. Eccles. Iason consil. 112. colum. 1. volum. 1. & in l. qui condemnare, num. 9. ff. de re iudic. Marsil. in l. si quis viduam, colum. 5. ff. de quæst. Ioan. Crot. in l. omnes populi, numer. 114. ff. de iustit. & iure, Curt. iunior consil. 6. numero. 1. at pater
& † mater sunt correlatiui, Iason in l. 2. numero 32. 10
vers. primo moueor, ff. de vulgar. & pupillar. substitut. ergo, &c.

Sed illud medium refellitur per Socin. iun. in d. l.
2. num. 101. & 102. duplici consideratione; prima, † 11
quia mater & pater non sunt correlatiua; secunda, 12
† quia regula correlatiuorum procedit, quando aliquid statuitur in vno, respectu & consideratione alterius, vel statuitur respectu actus, à quo nascitur correlatio, d. l. fin. C. de ind. vid. tollend. d. l. 1. C. de cupress. lib. 11. Quod non est in casu nostro; quia de matre non dicitur dispositum, in l. precibus, C. de impub. & aliis substitut. respectu patris, nec etiam respectu generationis, sed solum respectu filii.

Licèt non desint, qui contrariam sententiam te-
nuerint, scilicet, vt pater † excludatur per tacitam 13
pupillarem, inter quos fuit Salic. in d. l. precibus, C. de impub. & aliis subst. Cuma. in l. iam hoc iure, ff. eod. & Fulgos. in d. l. precibus.

Adstricti primo, quia d. l. precibus, loquitur tan-
tum de † matre, ergo non debet referri ad patrem, 14
l. si vero, §. de viro, ff. solut. matrim. tanto magis, † 15
quia leges quæ loquuntur de mulieribus, non extẽduntur ad mares, l. penult. ff. vt in possess. legat.

Sed respond. ad dict. § de viro, quia † verum est, 16
quod lex non debet extendi ad alios casus, etiã eandem rationem habentes, quando esset lex contra ius commune, Bart. in d. l. 2. sub num. 34. ff. de vulg. &
pupill. substit. sed quod tacita † pupillaris non exclu- 17
dat matrem, non est contra ius commune, cum aliquod statutum in contrarium reperiretur, Bald. in tractatu subst. in materia pupillaris, numer. 27. in fine, Bart. in d. l. 2. sub num. 34.

Replicant contrarii, quod imò est cõtra regulas
iuris communis, nempe † contra l. antiquæ, C. com. 18
de success. & contra l. cum quid, ff. si cert. pet.

Vterque Socin. patruus nempe & nepos, in d. l.
2. saluant responsionem prædictam; quia hic † non 19
est locus causæ testati, cum isto casu testator non dicatur disposuisse, sed tantum vocasse substitutum, vbi mater non fieret hæres, argum. l. si quis ita, ff. de hæred. instit.

Vel saluabis responsionem Bartoli & aliorum, secundum Iasonem in d. l. 2. numero 32. in fine, quod tacitam pupillarem non excludere matrem, est contra ius singulare, † & priuilegiatum, non autẽ con- 20
tra ius commune.

Ad l. pen. ff. vt in possess. legat. respon. quod ibi est † 21
diuersa

diuersa ratio inter mares & fœminas, vnde non videatur mirum, si diuersum ius fuerit statutum.

22 Secundo, quia per vulgarem † expresse factam
isti nepoti de extraneo, ipse pater pupilli, & sic filius
testatoris fuit exclusus à bonis testatoris, patris eius
quæ sibi vti filio debita dicebantur, *l. scripto, C. vnde liberi*, vnde deberet credi, & fortius, quod testator voluerit eum excludere à bonis & hæreditate
pupilli, ei minus debita, quod noo est in matre.

23 Sed respond. conclusionem nostram intelligi, †
quando pater emancipatus fuisset in parte institutus, vt sic portio sibi debita non fuerit ablata, *per l. nam & si parentibus, ff. de inoffic. testament.* &, per consequens, cessat argumentum contrarium, scilicet, quod si pater potuerit filiū emancipatum priuare suis bonis; ergo multò magis hæreditate pupilli, eum præsupponi debeat (vt dixi) emancipatum patrem habuisse portionem suam paternę hæreditatis titulo honorabili: ita soluit contrarium, & dicit esse optimam limitationem ad principalem conclusionem, *Socin. iunior in dict. l. 2. sub numero 102. post Imol. Aret. & Alexand. in eadem l. 2. Gulielm. de Cun. in dict. l. precibus, Salicet. in l. in testamento, C. de milit. testament.*

ARGVMENTVM.

Vtrum pupillaris tacita sub vulgari expressa comprehensa, excludat auiam maternam?

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris tacita comprehensa sub expressa vulgari, non excludit auiam maternam, num. 1. rationibus, num. 2. 3 4. & 5 contra, num. 6. fundamentum, num. 7. dissoluitur, num. 8. 10. 11. 12.*

2 *Auia assumit sibi locum matris, ea mortua.*

3 *Mater & auia habet par priuilegium in tutela.*

4 *Auia transiens ad secundas nuptias, non petens tutorem nepotibus, incidit in constitutionē loquentem de matre.*

5 *Statutum loquens de patre vel matre, in materia fauorabili, comprehendit auum vel auiam.*

7 L. 1. C. de bonis maternis, *loquens de bonis relictis, a matre extenditur ad bona relicta ab auia, vel proauia, n. 7. declara, n. 8. 10. 11. & 12.*

QVÆSTIO XCV.



TRVM substitutio pupillaris tacita sub vulgari expressa comprehensa, excludat auiam maternam? Resp. †
1 quod non, *Bart. in l. 2. num. 35 ff. de vulgar. & pupillar. subst.* vbi testatur
* hanc esse veritatem, quam omnes * sequi asserit *Alexand. in dict. l. 2. numero 35. Iason numero 33. Soc. numero 24. Alciat. numero 57. Ripa numero 48. Zas. in tractatu substitut. in materia pupillaris, sub numero 26. Fernand. Vasq. de success. progress. § 17. num. 34. Crass. in §. substitutio, quæst. 33.* vbi testatur hanc
* esse communem * opinionem, *Gulielm. de Cun. in dict. l. precibus. C. de impub. & aliis substit. c. Raynut. in tractatu substitut. in materia pupillaris, Angel. & Salic. in d. l. precibus, Imol. in c. Raynutius, extra de testament. Sforz. Odd. in prælud. compendios. part. 3. quæst. 7. effectu 3. circa finem, Franciscus Mantica de coniectur. vltim. voluntat. lib. 5. titul. 14. numero 2.*
vbi ait omnes * alios, *Bartol.* sequi, *Socin. iun. in d.* *
l. 2. nume. 104. vbi etiam dicit omnes cum Bartolo *
transire, *Menoch. lib. 4. præsum. part. 2. præsum. 39. in fine, Bald. in tractatu substit. in materia pupillaris, numero 28.* vbi ait id omnes * tenere, *Bart. de Hucio* *
in tractatu eiusdem tituli in materia pupillaris, sub numero 19. Gulielm. de Benedict. in dict. cap. Raynutius, versic. si absque liberis, col. 2. in materia pupillaris, sub numero 88. Lancellot. Polit. in tractatu substit. in materia pupillaris numero 49. in fin. Peregrin. de fideicōmiss. artic. 4. sub numero 40. Alexand. Trentacinq. de substitut. part. 3. c. 12. numero 8. vbi testatur esse *
veram, benigniorem & magis communem * opinionem.

Moti primò, quia eadem est ratio luctuosæ hæreditatis, de qua in *l. fin. C. de instit. & substitu.* nam
matre mortua, auia † assumit sibi locum matris, 2
l. nepotes, & l. vbi, C. de suis & legitim. ergo idem ius est statuendum, *l. illud ff. ad l. Aquil. l. a Titio, ff de verbor. obligat. l. his solis, in text. ibi, satis tacite cautum, C. de reuocand. donat.* quem ad hoc dixit singularem, *Baldus in cap. quia, in fine, extra de iudic.* & meliorem totius iuris, idem *Bald. in rubr. C. de nautic. fœnore, c. translato, extra de const. Tiraqu. in tractat. causa cessante, par. 1. numer. 151. Crass. d. quæst. 33. in fine, capit. inter corporalia. extra de translat. prælat.*

Secundo, quia par † est priuilegium matris, & 3
auiæ in tutela, *l. quando mulier tut. offi. fungi potest.* & in corpore, vnde sumitur, *Authen. vt liceat matri & auiæ, in princ.*

Tertio, quia constitutio quæ loquitur de † ma- 4
tre non petente filiis tutorem, habet etiam locum in auia, quæ tutores nepotibus non petiit, *l. 2. §. si mater, iuncto versic. quod si nepotibus, ff. ad Tertull.*

Quartò, quia in † materia fauorabili lex, vel sta- 5
tutum loquens de patre vel matre, comprehendit auum vel auiam, *l. iusta, in fine, ff. de verborum & rerum significat. Baldus in l. Nesennius, ff. de negotiis gestis, Bartol. in l. si quis suus, colum. 1 ff. de iure deliber. Iason in dict. l. 2. numero 33. ff. de vulga. & pupill. substitut. Bartol. in l. liberorum, quæstion. vltim. ff. de verborum & rerum significat. & in l. scimus, in fine, princip. C. de inoffic. testament. & in l. quod vero contra, ff. de legibus, Ioan. Andr. in add. Specul. tit. de success. ab intest. super rubr.*

Licèt alii † tenuerint contrarium, freti autho- 6
ritate *l. 2. iuncta l. 1. C. de bonis maternis,* vbi quod
in *dict. l. 1.* dicitur de † bonis à matre relictis, ex- 7
tenditur ad bona relicta ab auia, vel proauia; quasi dispositio loquens de matre per se, non vendicat sibi locum in auia, nisi per legem ita extendatur.

Sed respond. *Iason in dict. l. 2. sub numero 33. ff.*
de vulgar. & pupillar. substitut. ideo † id eueniret; 8
quia esset damnosum eis; sed in casu nostro esset eis vtile, cum tractetur de exclusione substituti.

Replicant contrarii, quia imo in *dict. l. 2.* tracta-
tur de exclusione & † damno alterius, non autem 9
ipsius auiæ, scilicet patris amittentis ius proprietatis bonorum relictorum.

Secundo respondet *Socin. iunior in dict. l. 2. in*
princ. num. 104. versic. pro solutione, ff. de vulgar. &
pupill. subst. quod licèt † antiquo tempore disposi- 10
ta in matre, non procederent in auia; tamen sicut Imperator declarat, quod in auia procedant,

ita nos in proposito exemplo Imperatoris fieri dicere deberemus.

11 Vel respond. quod ideo illud euenit, † quia decisio *d. l. 1.* erat contra regulam iuris communis, dictantem, quod quicquid quærebat filius, quærebat patri, *l. 1. ff. si quis à parent. fuerit manum. Instit. in princ. per quas person. nob. acquir.* meritò, nisi per *dict. l. 2. C. de bonis maternis*, fuisset facta extensio; non habuisset locum in auia; sed quod tacita pu-
12 pillaris † non excludat matrem, non est contra regulas iuris communis, vt fatetur *Bartol. in d. l. 2. in princ. num. 34 circa finem, ff. de vulg. & pupill. subst.*

ARGVMENTVM.

Vtrum pupillaris tacita excludat fratrem pupilli?

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris tacita excludit fratrem vterinum illius pupilli, cui pater fecerat vulgarem expressam, numero 1. ratio, numero 2.*

3 *Pupillaris tacita, non excludit fratrem vtrinque coniunctum, vel consanguineum pupilli, in cuius fauorem fuisset facta substitutio vulgaris in personam extranei, propter multa legata, & fideicommissa ab eo relicta, num. 3. ratio, num. 4. 5. & 6 contra, num. 7.*

5 *Matri præterita simpliciter datur querela.*

6 *Fratri præterito, non datur querela, nisi turpi persona instituta.*

8 *Pupillaris tacita excludit fratrem, siue consanguineum, siue vtrinque coniunctum; quando vulgaris expressa fuisset facta simpliciter de extraneo, & non in fauorem fratris pupilli.*

QVÆSTIO XCVI.

VTRVM pupillaris substitutio tacita excludat fratrem pupilli? Respond.
1 distinguendo, & faciendo † tres casus, cum *Bart. in l. 2. in princ. numero 36. ff. de vulg. & pupill. substit.* primus casus erit, quando frater esset tantum vterinus illius pupilli, cui pater fecerat expressam substitutionem vulgarem, & tunc excluderetur per pupillarem tacitam, hancq; esse communem * opinio-
* nem, testatur *Socin. iunior in eadem l. 2. in princ. numero 105.* quia (inquit) nulla est † verisimilitudo in
2 contrarium ex mente testatoris, *l. iam hoc iure, ff. de vulgar. & pupillar. substitut. Bald. in tractatu substit. in materia pupillaris, sub numero 29. Bart. de Hucio in tractatu eiusdem tituli, in materia pupillaris. nume. 19. & 20. Alexand. Trentacinq. de subst. part. 1. c. 11. numero 12.*

Secundus erit casus, quando frater vtrinque es-
3 set † coniunctus vel consanguineus pupilli, in cuius fauorem fuisset facta substitutio vulgaris in personam extranei, propter multa legata, & fideicommissa ab eo relicta, & tunc excluderetur per taci-
4 tam pupillarem, *Socin. iunior in d l. 2. num. 105. vers. secunda conclusio*, quia (inquit) † militaret præsumptio sumpta ex *l. cum acutissimi, C. de fideicommiss.* item, licet cessarent aliquæ rationes in casu hoc,
5 quæ in matre militarent, scilicet, quia † matri præteritæ simpliciter datur querela, *§. fin. Instit. de hered. liberor. l. cum filium, C. de inoffic. testament.* non
6 sic fratri, nisi † turpi persona instituta, *l fratres, ff. de inoffic. testament.* tamen ex pluribus rationibus sufficiet vnam subesse, *l. si ventri, § in bonis, ff de privil. cred. § affinitatis, Instit. de nupt. l. liberorum, ff. de his qui not. infam.* eamdem sententiam fuit amplexus *Crass. in §. substitutio, quæst. 35.* vbi testatur *
hanc esse communem * opinionem, *Franc. Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib. 5. tit. 14. sub num. 22. Alexand. Trentacinq. de substitut. part. 1. c. 12. n. 11.* vbi testatur hanc esse communem * opinionē. *

Licèt contrariam † sententiam indistinctè te- 7
nuerint *Imol. in d. l 2. & in c. Raynutius, extra de testament. in materia pupillaris, Iacob Butr. in l. precib. C. de impub. & aliis substit. Cuman. in d. l. iam hoc iure, ff. eodem, Fulgos. in d. l. precibus, Lancel. Polit. in tractatu substitut. in materia vulgaris, particula 6. n. 50. in fine.*

Tertius casus est, quando substitutio † vulgaris 8
fuisset facta simpliciter de extraneo, ita quod non appareret facta in fauorē fratris pupilli; tunc enim tacita pupillaris fratrem excluderet, siue consanguineum, siue vtrinque coniunctum, & Bart. refert & sequitur *Socin. iunio. in dict. l. 2. numero 107.* vbi testatur hanc esse magis communem * opinionem, *Crass. in d. quæst. 35. Vasq. de success. progress. §. 16. numero 36 Ripa in dict. l. 2. nume. 36. Alexand. Trentacinq. de substit. part. 1. c. 12. num. 10.* vbi testatur communem * opinionem, *Iason & Socin. in d. l. 2. ille, numero 34. iste, numero 25. idem Socin. cons. 249. vol. 2. Corne. cons. 276. volum. 3.* *

ARGVMENTVM.

Vtrum pater substituens pupillariter, faciat filio hæredem suum & necessarium?

SVMMARIVM.

1 *Pater substituens pupillariter filio, facit heredem suum, & necessarium, part. 1.*

2 *Existentia sui heredis, operatur transmissionem in pupillariter substituto, hereditatis pupilli non aditæ, sicut hereditatis paternæ.*

3 *Hereditas fraterna, quando ex pupillari defertur, idem iudicabitur, quod de paterna.*

4 *Hereditas fraterna non transmittitur ex potentia suitatis.*

5 *Pupillaris substitutionis effectus, remissiuè.*

6 *Substitui ille potest pupillariter, qui post mortem eius natus erit, cui substitutus fuerit.*

7 *Substitutus pupillariter, quantum ad rationem legis Falcidiæ, confundit tanquam vnum patrimonium, paternam hereditatem cum pupillari.*

QVÆSTIO XCVII.

QVID erit quartus effectus pupillaris substitutionis? Resp. quod pater † fa- 1
ciet filio hæredem suum, & necessarium, quem sibi facere posset, *Bart. in l. 2. in prin. n. 46 ff de vulg. & pup. subst. Crass in § substitutio, q. 36* vbi testatur com. * opin. *Fern. Vasq. de success. progr. § 15. n. 29 Bened. Capra in tract. subst. pup. n. 102 § primo, in fin. d. l. 2. & l. sed si plures, §. quos possum ff. de vul. & pup. subst. Gu. de Bened. in c. Raynut par. 2. tit de pup subst. n. 105. extra de testā. Bar. de Hucio in tract. subst. in materia pupillaris, n. 25. circa med. Bal in tract eiusd. tit. in materia pupillaris, sub n. 24. Zasius in tract. eiusd. tit. c. 2 num. 23. ver l. sed quod in fratres. ff de acquir. hared. Lancellot. Polit. in tractatu substitut. in materia pupillaris, numero 51. per l. si seruus, ff. de vulg. & pup. subst. l. & si conditio, §. fin.*

§ *final. ff. de hered. instit. Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. 2. c. 17. num. 1.* vbi testatur hanc esse communem * & receptam scribentium sententiam.

2 Ex quo infertur, quod existentia † sui hæredis, in illo pupillariter substituto, operatur trãsmissionem hæreditatis pupilli non aditæ, sicut hæreditatis paternæ, eadem ratione, *Bartol. in d. l. 2. in fine, in princ. Croff. d. quæst 36. in fin. Gul. de Benedict. d. tit. de pupill subst. 1. sub numero 105. Bart. de Hucio in tract. subst. in materia pupillaris, sub numero 25. Bald. in tractatu eiusdem tit. in materia pupillaris, sub numero 24. per l. si filius qui patri, ff de vulgar. & pupill subst.*

3 Nam quando † hæreditas fraterna defertur ex substitutione pupillari, idem iudicabitur, quod de paterna, *Sal. in l. si testamento, C. de impub. & aliis subst. Bart. Imol. Paul. de Castr. & Alexand. in dict. §. quos pupillum, idem Imol. & Angel. in l. Pantomimus, ff. de acquir. hered. Vasq. de success. creat. lib. 2. §. 19. num. 2. Alexand. Trentacinq in tractat subslit. part. 2. c. 17. sub numero 3.* vbi testatur communem * opinionem, licet † hæreditas fraterna nõ transmittatur ex

4 potentia suitatis, *l. quoniam, C. de iure deliber l. unica, § in nouissimo, C. de caduc tollend. Alexand. Trentacinq. d. c. 17. num. 3.*

Dantur etiam, & alii † effectus pupillaris substi-

5 tutionis, vltrà prædictos quatuor, (quos docuit *Bartol. in dict. l. 2. in princ. ff. de vulg. & pup. subst.*) per *Lancel. Polit. in tract. subst. in materia pupillaris, num. 47. & sequent. & per Zas. in tract. eiusdem titul. c. 2. num. 18. & sequent.* præcipue, quia ille † substi-

6 tui potest, qui post mortem eius natus erit, cui substitutus fuerit, per *l. substitui, ff. de vulg. & pup. substitut.* item, quia † substitutus pupillariter quan-

7 tum ad rationem legis Falcidiæ, confundit tanquã vnum patrimonium, paternam hæreditatem cum pupillari, *per l coheredi, § coheres, ff. de vulg. & pupillar. substitut. & l. si filius qui patri, & in l. in ratione, § quod vulgo, & l. qui fundum, § qui filium, ff. ad l. Falcidiam,* alios missos facimus, ex quo de eis hac in eadem centuria sparsim, congruo tamen loco, tetigimus.

ARGVMENTVM.

Quibus modis pupillaris finiatur?

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris finitur ex persona testantis, seu testamenti, ex persona substituti, ex persona eius, cui facta est substitutio, & ex ipsa substitutione.*

2 *Testamentum irritatur, testatore deportato.*

3 *Testamentum primum tollitur per secundum.*

4 *Pupillaris finitur, si hereditas testatoris adita non fuerit, numero 4. nisi sustineatur per edictum,* si quis omissa causa testamenti, *numero 5. vel existentia sui heredis operetur transmissionem, numero 6.*

7 *Pupillaris finitur, si substitutus tempore mortis pupilli reperiretur capax, numero 7. secus, si fuisset pro parte capax, numero 8.*

9 *Pupillaris extinguitur, substituto, viuo testatore, decedente, num. 9. vel coprimoriuo, viuo tamen pupillo, num. 10.*

11 *Pupillaris extinguitur adueniente pubertate.*

12 *Pubertas in masculis est quatuordecim annorum, in fœminis duodecim.*

13 *Fœmina quare citius pubescat.*

14 *Pupillum fuisse mortuum infra tempus pubertatis, vel postea, incumbit onus probandi ei qui in ætate se fundat, numero 14. contra, vt præsumatur defunctum in ætate pupillari, numero 15. alii aliter, num. 16.*

17 *Testes quo pacto deponere habeant, pupillum fuisse mortuum in pupillari ætate.*

18 *Pupillaris vt euanescat, requiritur, quod vltimus annus pubertatis sit completus.*

19 *Pupillus, vt testari possit, requiritur, quod completa sit pubertas, numero 19. vel saltem attigisse vltimum diem, numero 21.*

20 *Pupillus, etiam doli capax, testari non potest.*

22 *Pupillaris fit in commodum & promotionem filii.*

23 *Pupillaris deficit si testator aliam impuberis ætati taxauerit.*

24 *Testator potest restringere pupillarem infra tempus pubertatis; licet non posset vltra illud tempus protrahere.*

25 *Pupillaris finitur, pupillo infra tempora pubertatis filios suscipiente.*

26 *Pupillaris deficit capitis diminutione, etiam minima, numero 26. declara, numero 27. & multo magis, si fuerit passus maximam capitis diminutionem, numero 29.*

28 *Pupillaris deficit emancipatione pupilli ante mortem patris.*

30 *Pupillaris deficit, si pupillus ante mortẽ patris mortuus fuisset.*

31 *Pupillaris deficit conditione extrinseca deficiente, sub qua facta fuerit.*

QVÆSTIO XCIX.



VIBVS modis pupillaris substitutio finiatur? Respond. quatuor † 1 modis principalibus; primo scilicet ex persona testantis seu testamenti; secundò ex persona substituti; tertiò, ex persona eius, cui facta est substitutio; quarto, ex ipsa substitutione, *Gulielm. de Benedict. in c. Raynutius, part. 2 versic. si absque liberis, el. 2. titul. de pupillar. substitut. numero 109. extra de testament. Bartol. in l. in pupillari, sub numero 1. ff de vulgar. & pupillar. substitut. Lancell. Polit. in tractatu substitut. in materia pupillaris, sub numero 56. Paul. Leon. in tractatu eiusdem tituli, in materia pupillaris, sub numero 257. Bartol. de Hucio in tractatu eiusdem tituli, in materia pupillaris, sub numero 26. Baldus in tractatu eiusdem tituli, in materia pupillaris, numero 36. Constant. Roger. in tractatu eiusdem tituli, in materia pupillaris, §. 4. quæst. 6. num. 1. Petr. Gregor. part. 3 Syntagm. iuris vniuersi, lib. 42. c. 23. sub numero 8. Alexand. Trentacinq in tract. subst. par. 2. c. 19. in princ.*

Primo, dixi deficere pupillarem substitutionem ratione personæ testantis, seu testamenti, puta, si † 2 testator fuit deportatus, quo casu irritatur eius testamentum, *l. si quis filio, §. irritum, ff. de iniusto rupto testamento, Zasius in tractatu substitut. capit. 2. numero 30. Paulus Leon. in tractatu eiusdem tituli, in materia pupillaris, sub numero 279. Bartol. de Hucio in tractatu eiusdem tituli, in materia pupillaris, sub numero 26. Baldus in tractatu eiusdem tituli, in materia pupillaris, sub numero 36. Constant. Roger. dict. quæst. 6. sub numero 1. Alexand. Trentacinq in dict. c. 19. num. 1.*

3 Vel † fecerit aliquod testamentum postea, quia
tolleretur secundum, *l. si quis cum, in fine, ff. de vul-
gar. & pupillar. substitut. Zasius in dict. c. 2. sub nume-
ro 30. Paul. Leon. de substit. in materia pupillaris, nu-
mero 280. Bartol. de Hacio in tractatu eiusdem titul. in
materia pupillaris, sub numero 26. Baldus in tractatu
eiusdem tit. in materia pupillaris, sub numero 36. gloss.
l. in pupillari, ff. de vulg. & pupill. subst. Const. Roger.
d. quæst. 6 sub num. 1.*
4 Vel † si hæreditas testatoris adita non fuerit, *l. 2.
§. adeo, ff. de vulgar. & pupillar. substit. l. sed si plures,
§. ex asse, ff. eodem, Fumeus in tractat. substit. in mate-
ria pupillaris, numero 60. Constant. Roger. d. quæst. 6.
num. 5.* nisi † sustineatur per edictum, *Si quis omissa
5 causa testamenti, Bartol. in l. in pupillari, sub numer. 2.
6 ff. eod.* vel nisi † existentia sui hæredis operetur con-
firmationem, *l. si filius qui patri, ff. eod.*
Secundò principaliter finitur, ex persona substi-
7 tuti; puta, si non reperiretur † in totum capax, tem-
pore mortis pupilli, *l. si is qui heres. ff. de hered. instit.
Zasius in tract. substitut. in materia pupillaris, sub nu-
mero 30. Paul. Leon. in tractatu eiusdem tituli, in ma-
8 teria pupillaris, numero 37.* si autem esset † capax pro
parte, & pro parte non, valebit substitutio in illa
parte bonorum, in qua capax reperiretur tempo-
re mortis, *l. si is qui ex bonis ff. de vulgar. & pupillar.
substit. Gulielm. de Bened. in c. Raynutius, titul. de pu-
pillar. substit. sub numero 110. Alexand. Trentacinq.
in d. c. 19. num. 2.*
9 Vel si † contigerit substitutum viuo testatore de-
10 cedere, vel eo præmortuo, viuo † tamen pupillo,
*Paul. Leon. in tract. subst. in materia pupillaris, num.
281 per l. sed si plures, in princ. ff. de vulgar. & pupillar.
subst. Constant. Roger. d. quæst. 6. num. 9.*
Tertiò principaliter finitur ex persona pupilli,
11 cui facta est substitutio; puta, adueniente † puber-
tate, *l. in pupillari, ff. de vulgar. & pupillar. substitut.
Zas. in tract. substit. c. 2. sub numero 130. §. qua ratione,
& §. masculo, Instit. de pupillar. subst. Paul. Leon. in
tract. subst. in materia pupillaris, numero 259 Anton.
Fumeus in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, nu-
mero 56. Baldus in tractatu eiusdem tit. in materia pu-
pillaris, sub numero 37. Sforz. Odd. in præud. compen-
dios. part. 3. quæstion. 8. numero 1. Constant Roger. dict.
quæst. 6. numero 13. Mantica de coniectur. vltim. vo-
luntat. lib. 5. tit. 12. numero 1. Petr. Gregor. dict. c. 23. sub
numero 8. Hieronym. Gabr. consil. 169. numero 39. in
fine, volum. 1. Cephal. consil. 379. numero 25. volum.
3. & consil. 326. numero 21. & consil. 423. numero 89.
eodem volum. Feder. Scotus tom. 1. respons. lib. 5. resp.
14. num. 2. Grat. cons. 134. num. 5. volum. 1. Alexand.
Trentacinq. in dict. cap. 19. num. 3.*
12 Pubertas † autem in masculis est quatuordecim
annorum, in fœminis duodecim, *Institut. in princ.
quibus modis tutela finitur, l. final. C. quando tutor vel
curator esse desierit,* & citius pubescit fœmina, quia
13 est † breuioris vitæ, sicut contingit in omnibus a-
nimalibus & arboribus, *Tiraquell. de legibus connub.
l. 6. sub numero 38. Bartol. in l. secunda, C. de his qui
ven. ætat. impetr. Arist. lib. 4. de gener. animal. c. 6.
Colum. in libr. de arboribus, capit. 3. Theoph. de causis
plantarum, lib. 1. capit. 9. Hostiens. & Ioan. Andr. in
capit. literas, extra de despons. impuber. Bald. in l. qua
ætate, ff. de testament. noster Abb. & Cardin. Alexan.
in capit. vbi non est, extra, eodem. Franc. in rubr. de
testament. lib. 6. col. 3. vers. & quæritur primo.*

Et onus † probandi, quod hæres mortuus fuerit 14
pubes, vel impubes, incumbit ei, qui in ætate se
fundat, *Gulielm. de Benedict. in capit. Raynutius, par.
2. versic. si absque liberis, el. 2. tit. de pupillar. substitut.
numero 112. extra de testament. per l. si minorem, C. de
in integr. restit. Salic. in l. sciant, C. de legitim. hæred.
Angel. in § final. column. vltim. Institut. ad Tertull.
Muscar. volum. 3. de probat. conclus. 1344. numero
7. & 9. Bald. consil. 145. numero 4. volum. 5. Bartol.
cons. 56. numero 5. libr. 1. Socin. in l. quidam, §. cum
in bello, column. vltim. sub numero 6. versic. & in si-
mili etiam; & in l. ex facto, §. penultim. ff. ad Trebell.
Paris. consil. 26. column. vltim. numero 46. versic. &
ideo pro veritate, volum. 2. Natta consil. 395. numero
4. in fine, Ripa in dict. l. ex facto. §. si quis autem, nu-
mero 11, Couarr. libr. 2. variar. resolut. cap. 7. numero
6. versic. nam & hic quintus casus, Franciscus Man-
tica de coniectur. vlt. volunt. lib. 5. tit. 9. numero 6. vers.*
Contrariam sententiam, vt † fauore pupillaris 15
substitutionis, præsumatur fuisse defunctum in pu-
pillari ætate, tenuit *Decius in capit. in præsentia, nu-
mero 30. extra de probat. Socin. consil. 89. column. 4.
sub numero 8. versic. accedat etiam ad superiora, lib. 1.
Ioan. Baptist. Caccialup. in l. precibus, nume. 83 vers.
insuper adde, C. de impub. & aliis substit. per l. ex fa-
cto, §. penultim. ff. ad Trebell. Sebast. Sapia in eadem
l. precibus, num. 11. & 12. vers. præterea Alcia. in tract.
præsum. reg. 2. præsum. 14. n. 3. vers. & facit quod singu-
lariter, Pute. decis. 491. libr. 2. Moran. in l. is potest, nu.
157. vers. ex hoc deciditur ff. de acquir. hæred. Muscar.
vol. 2 de probat. conclus. 666. num. 39. Paul. de Castr. in
d. l. ex facto, § si quis autem, n. 4. vers. sed quid in pupil-
lari subst. Sapia in l. de ætate, n. 52. ff. de minor. Curt. iu-
nior in d. l. precibus, num. 9 Alex. cons. 89 vol. 1. Viuius
lib. 1. commun. opin. in ver. ætas, in 2. limit. Iacob. Put.
decis. 491 par. 2.*
Alii priorem admittunt sententiam, quantum † 16
dumtaxat substitutus ageret contra matrem pupil-
li, *Bald. cons. 19 num. 1 in fine, volum. 1.* quem refert
Muscar. d. conclus. 666. num. 43.
Quomodo autem testes † deponere debeant, 17
pupillum fuisse mortuum in pupillari ætate, vt con-
cludere videantur, delego lectorem ad *Mascar. vol.
3. de probat. conclus. 1347. num. 10. Bald. Imol. Cuma.
& Ang. in l. ex facto, §. item quære. ff. de vulg. & pupill.
substit. Manticam in tractatu de coniect. vlt. volunt.
lib. 5. tit. 9. sub num. 11.*
Et requiritur, quod † vltimus annus pubertatis 18
sit completus, vt pupillaris substitutio euanescat,
*Bart. in d. l. in pupillare, n. 3. ff. de vul. & pup. subst. Bald.
in tract. subst. in materia pupillar. sub n. 37. Bar. de Ha-
cio in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, num. 25.*
Nam, vt † pupillus testari posset, requiritur, quod 19
completa sit pubertas, *l. qua ætate, ff. de testament.
l. 4. C. eodem. l. 2. C. quando prouocare non est necesse,
Francisc. Mantica de coniectur. vltim. voluntat. libr.
5. tit. 12. numero 9.* antea † verò, etiam doli capax 20
non permitteretur testari, *Bart. in l. si quæramus, in
princ. ff. de testament. Crass. in § testamentum, quæst.
20. num. 3.* vbi testatur communem * opinionem, *
*Capra in tractat. regularum, conclus. 192. numer. 28.
Viuius commun. opin. lib. 1. in verb. pupillus, numero
7.* vbi etiam dicit communem * opinionem. Verum *
tamen sufficeret attigisse vltimum diem quatuor-
decim vel duodecim annorum, cum simus in fauo-
rabilibus, *gloss. in versic. impuberes, §. præterea, de sti-
tut.* quibus

tution. quibus non est permissum facere testamentum, Paul. Leon. in tractatu substitut. in materia pupillaris, numero 219. in fine, Bartol de Hucio in tractat. eiusdem tit. in materia pupillaris, sub numero 27. Gulielm. de Benedict. in d. cl. capit. Raynutius, par. 2. tit. de pupillar. substit. sub numero 111 Constant. Roger dicta quaest. 6. numer 17. Iason in l. ex facto, sub numero 24. ff. de vulgar. & pupillar. substit & pupillaris † sub-
22 stitutio fit in prouisionem filii, qui propter ætatem sibi prouidere non potest, *l. 2. in princip. ff. de vulg. & pupillar. substitut. Instit. in princip. de pupill. subst. Baldus & Bartol. de Hucio in eorum tractatibus de substitut. in materia pupillaris, ille, sub numer. 37. iste, sub numero 27. Gulielm. de Benedict. in dict. titul. de pupillar. substit. numero 111.* donec itaque pupillus sibi prouidere non posset, durabit substitutio pupillaris.

23 Vel deficit, si † testator aliam impuberis ætatem taxauerit, *l. si ita quis, ff. de vulgar. & pupillar. substit. Zasius in dict. cap. 2. sub numero 30. Paul. Leon in tractatu substitut. in materia pupillaris, numero 288. per l. qui plures liberos. in princip. ff. de vulgar. & pupillar. substit. Anton. Fume. in tract. substit. in materia pupillaris, sub numero 56. Bartol. de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, numer. 27. Gulielm. de Benedict. in dict. tit. de pupill. substit. sub numero 112. Franciscus Mantica dicto titulo 12. sub numero 9. & 20. Alexand. Trentacinq. in dict. cap. 19. sub numero*
24 *3.* poterit namque testator restringere pupillatem substitutionem infra tempus pubertatis, licèt non posset vltra illud tempus prorogare, *§. masculo, Instit. de pupillar. substit. l. precibus, C. eodem, l. ex facto, §. item quaero, ff. eodem, Anton. Fume. in tractat. substitut. in materia pupillaris, sub numero 56. Iason in dict. l. in pupillari, ff de vulgar. & pupillar. substit. Gulielm. de Benedict. in dict. tit. de pupillar. substitut. sub numero 112. Constant. Roger. dict. quaestion. 6. numer. 15.*

25 Vel si † pupillus infra tempus pubertatis filios susceperit, quia tunc natiuitate filii substitutio euanescet, *Bartol. in dict. l. in pupillari, numero 8 ff. de vulgar. & pupill. substit. Gulielm. de Benedict. in cap. Raynutius, part 2. tit. de pupill. substit. sub nume. 114. extra de testament. Baldus in tractat. substit. in materia pupillaris, numero 40. Bartol. de Hucio in tractatu eiusdem tit. in materia pupillaris, numero 29. Paulus Leon. in tractatu eiusdem tit. in materia pupillaris, numer. 300. & 301. Lancell. Polit. in tractatu eiusdem titule, in materia pupillaris, numero 24. per l. ex facto, in princip. ff. de vulgar. & pupillar. substitut. Constan. Roger. in tractatu substit. in materia pupillaris, § 4. quaest. 6 numero 24 fol 89. Francisc. Mantica dict. tit. 12. numero 2. Petrus Gregor. dict. cap. 23. sub numero 8. Alexand. Trentacinq. in tract. subst. part. 2. cap. 19. num. 3. versic. 7.*

26 Vel deficit † capitis diminutione, etiam minima, *l. nec ei, §. eorum. ff. de adopt. Zasius in dict. capit. 2. numero 30. Paul. Leon. in tractat. substitut. in materia pupillaris, numero 264. Bartol. de Hucio in tracta. eiusdem titul. in materia pupillaris, sub num. 27. Bald. in tract. eiusdem tit. in materia pupillaris, sub numero 37. Gulielm. de Benedict. dict. tit. de pupillar. substit. sub numero 112. Constant. Roger. d. quaest. 6. num. 18. Alexand. Trentacinq. in dict. capit. 10. sub numero 3.* & licèt tunc substitutio pupillaris desinat ipso iure,
27 tamen † in effectu remanebit valida; quia illi, qui succederet ex substitutione, si adoptio facta non fuisset, deberetur hæreditas ex stipulatione, proueniente ex satisdatione, quæ est eo casu præstanda, vel per vtilem actionem ex lege prouenientem, *Bartolus in l. in pupillari, numer. 4. in fine, ff. de vulg. & pupillar. substitut. per l. non enim aliter, & l. his verbis, ff. de adopt. Paul. Leon. in tractat. substit. in materia pupillaris, numer. 265. & 266. l. causa cognita, ff. de vulgar. & pupillar. substit. Bald. in tract. substit. in materia pupillaris, numero 37. in fine, Guliel. de Bened. d. tit. de pupill. subst. sub nume 112.*

Vel deficit † emancipatione pupilli ante mor- 28
tem patris, *l. cohaeredi, §. cum filio, ff. de vulgar. & pupillar. substit. Paul. Leon. in tractat. substit. in materia pupillaris, numero 26. Bald. in tractat. eiusdem tit. in materia pupillaris, numero 39. in fine, Bartol. de Hucio in tractat. eiusdem tit. in materia pupillaris, nu. 28. in fine, Gulielm. de Benedict. in d. tit. de pupill. substit. num. 116.*

Vel etiam, si † pupillus fuisset passus maximam 29
capitis diminutionem, veluti deportatus, vel seruus pœnæ effectus; quia tunc perpetuò extingueretur pupillaris substitutio, *Trentacinqu. dict. c. 19. sub numero 3. Bald. in tractat. subst. in materia pupillaris, numero 38. Bartol. in dict. l. in pupillari, numero 5. ff. de vulgar. & pupillar. substit. Bartol. de Hucio in tractat. substitut. in materia pupillaris, sub numero 27. Gulielm. de Benedict. in d. tit. de pupillar. substit. num. 112. in fine, Constan. Roger. d. quaest. 6. num. 19.*

Vel etiam & fortius, si † pupillus ante mortem 30
patris mortuus fuisset, *Matth. Brun. consil. 34. nu. 5. Paul. de Castr. in l. lex Cornelia, in princ. ff. de vulgar. & pupill. substit. Gualdens. de arte testand. tit. de subst. caut. 14. num. 2.*

Quartò principaliter finitur ex ipsa substitutio- 31
ne, † puta, si fuisset facta sub conditione extrinseca, quæ deficiat, *l. qui liberis, in princip. ff. de vulgar. & pupillar. substitut. Baldus in tractatu substitut. in materia pupillaris, in fine, Gulielm. de Benedict. in capit. Raynutius, part. 2. vers. si absque liberis, col. 2. titul. de pupillar. substitut. numero 116. in fine, extra de testam. Constant. Roger. in tractatu substitut. in materia pupillaris, §. 4. quaest. 6. num. 27. Petr. Gregor. d. capit. 23. numero 9 Alexan. Trentacinq. d. cap. 19. in fine.*

ARGVMENTVM.

Vtrum legata relicta à pupillo instituto censeantur repetita à pupillariter substituto?

SVMMARIVM.

1 *Substitutus pupillariter tenetur praestare legata relicta à pupillo instituto, numero 1. ratio differentia inter vulgariter substitutum, & pupillariter subrogatum, num. 2. & 3.*

QVÆSTIO XCIX.



VTRVM legata † relicta à filio im- 1
pubere instituto, censeantur repetita à pupillariter substituto? Respon. quod substitutus præstabit legata non ex sui persona, sed illa persoluere debebit tanquam æs alienum pupilli, hæredis iam facti, cui deinde ipse substitutus successerat, *Menoch. lib. 4. praesum.*

part. 2. præſum. 108. numer. 38. vbi teſtatur hanc eſſe
* omnium * ſententiam, *Bart. Alexand. & Iaſon in l.*
licèt Imperator, ff. de legat. 3. ille, numero 4. iſto, num.
12. hic, numer. 57. Sapia in l. cum heredes, num. 5. C.
de impub. & aliis ſubſt. Corraſ. in rubr. C. eodem, nu-
mero 7. Emanuel à Coſta in cap. ſi pater, part. 1. verſic.
legat. 1, num. 15. de teſtament lib. 6. Et erit ratio dif-
2 ferentiæ inter vulgariter ſubſtitutum & pupillari-
ter, quia vulgariter ſubſtitutus ſuccedit in locum
inſtituti, ob id quod ille hæres non eſt, *l. quamd iu,*
ff. de acquir. hered. ideo non debentur legata ex per-
ſona inſtituti, qui hæres non extitit, *l. planè, §. vlt.*
3 *ff. de legat. 1. l. in ratione, §. 1. §. vlt. ff. ad l. Falcid.* at †
pupillariter inſtitutus non ſuccedit in defectum
pupilli inſtituti, imò ſuccedit ipſimet pupillo hæ-
redi effecto, qui cœpit eſſe debitor, vnde ſubſtitu-
tus ſuccedens ex eius perſona tenetur, *Menoch. lib.*
4. præſum. part. 2. præſum. 108. ſub num. 39.

ARGVMENTVM.

Vtrum prælegata relicta pupillo pertineāt ad pupillariter ſubſtitutum?

SVMMARIVM.


1 *Prælegata relicta pupillo, pertinent ad pupillariter ſubſtitutum, num. 1. quinimo etiam bona omnia pupilli, vndecumque quæſita, num. 2.*

QVÆSTIO C.



TRVM prælegata † relicta filio im- 1
puberi inſtituto, cui pupillariter fu-
erat ſubſtitutus, eueniente caſu ſub-
ſtitutionis, pertineant ad ipſum ſub-
ſtitutum? Reſpon. quod ſic, *Me-*
noch. libr. 4. præſumpt. part. 2 præſumpt. 195. numero
8. vbi teſtatur neminem * diſſentire, *Bartolus in l.* *
Marcellus, §. quidam liberis, numero 3. ff. ad Tre-
bell. Coraſius in l. cum virum, numer. 72. C. de fidei-
commiſſ. vbi Padilla, numero 27 per l. cum puer, in
princip. ff. ad l. Falcid. Cum etiam ad † pupillariter 2
ſubſtitutum pertineant omnia bona pupilli, vnde-
cumque illi quæſita, *l. ſed & ſi plures, §. ad ſubſtitu-*
tos, ff. de vulgar. & pupillar. ſubſt.

FINIS CENT. I.





DON NICOLAI INTRIGLIOLI

PATRITII CATINENSIS

IVRISCONSVLTI CONSVMMATISSIMI,

Olim in Almo Patriæ suæ Gymnasio, vespertinis horis, maximo omnium applausu, iura ciuilia publicè interpretantis,

Nunc tertia vice Iudicis Magnæ Regiæ Curiæ, Regiique optime meriti Consiliarii, & in eadem Magna Regia Curia Aduocati, & Consultoris integerrimi,

DE SVBSTITVTIONIBVS,

Centuria Secunda.

AD PHILIPPVM III.

HISPANIARVM REGEM CATHOLICVM,

omnium Maximum, & Potentissimum, etiam dicata.

ARGVMENTVM.

Vtrum in exemplari requiratur, quod filius sit sub patria potestate?

SVMMARIVM.

1 *Exemplaris, vt fiat, non requiritur, quod filius sit sub patria potestate, n.1. secus in pupillari, & assignatur rationes differẽtia, n.4.5.6.7.9.10.12.13. & 14*

2 *Parentes vtriusque sexus possunt exemplariter substituere, num.2.*

3 *Mater non habet filios in potestate, n.3.*

4 *Pupillaris, est introducta, secundum rigorem iuris ciuilis, numero 4.*

5 *Patria potestas est de iure ciuili, num.5.*

6 *Pater de iure ciuili, præsumitur vna persona cum filio, numero 6.*

7 *Furiosus non potest testari, num.7.*

8 *Pupillus impeditur testari propter defectum intellectus, num.8.*

9 *Periculum maius, vbi vertitur, cautius est agendum, numero 9.*

10 *Impedimentum furoris, est largius impedimento ætatis, numero 10.*

11 *Dictio* perpetuò, *intelligitur dum viuit, n.11.*

12 *Pupillari in substitutione dantur magis larga potestates, quam in exemplari, numero 13.*

13 *Ratio reddi non potest omnium, quæ a maioribus constituta sunt, num.15. declara, n.16.*

QVÆSTIO I.

VTrum in † exemplari substitutione re- 1
quiratur, quod filius sit sub patria pote-
state, sicut in pupillari? Resp. quod non,
Bart in l.ex facto, nu.11. ff. de vulg. & pup.
subst. Crass. in § substitutio, quæst.42. vbi testatur hãc
esse comm.* opinionem, *Sforz. Odd. in prælud. cõ.* *
pend. par.4. quæst.4. nu.4. vbi etiam ait communem
* opinionem, *Gul. de Bened. in cap. Raynutius, par.2.*
tit. de exempl. subst. sub num.14 extra de testa. Bald. in
tract. subst. in materia exemplaris, nu.6. Bart. de Hu-
cio in tract. eiusdem tit. in materia exemplaris, num.6.
Lancell. Polit. in tract. eiusdem tit. in materia exem-
plaris, ver. nam si sit, Zas. in tract. eiusdem tit. in mate-
ria exemplaris, sub nu.2. Paul. Leon. in tract. eiusdem
tit. in materia exemplaris, nu.24. Alex. Trentacinq. in
tract. eiusdem tit. part.3. cap.3. num.8. ver. & cum su-
perior, vbi testatur hanc esse communem * & rece- *
ptam scribentium sententiam; quia *l. humanitatis,*
C. de impub. & aliis subst. permittit † parentibus v- 2
triusque secus exemplariter substituere, & tamen
mater † non habet filios in potestate, *l. illud, § ad te-* 3
stamenta feminarum, ff. de bon. poss. contra tab.

Ratio autem differentiæ inter exemplarem, & 4
pupillarem redditur multiplex; prima, quia † sub-
stitutio pupillaris est introducta secundum rigo-
rem iuris ciuilis, secundum quem pupillus impe-
ditur testari, ergò ei non potest substitui, nisi ab eo,
qui habet in potestate, cum † patria potestas sit de 5

iure ciuili, *l. nã, & ciuiũ, ff. de his qui sunt sui vel alie.*
6 *iur.* & † pater vna persona de iure ciuili, cum filio
præsumatur, *§ ei qui, Instit. de inutil stipulat.* At fi-
7 lius † furiosus non impeditur testari propter impe-
dimẽtum iuris ciuilis, sed magis propter quoddam
infortunium, eique ex quadam humanitate proui-
detur, quæ proprie cadit in matre, & patre, *l. furiosæ
matris, ff. de cura. furiosi, l. humanitatis, C. de impub.
& aliis substitut. Gul. & Cyn. in l. ex facto, ff. eod. Albe.
de Rosa. in rub. ff. eod. col. 78. quem refert Ias. in d. l. ex
facto, sub nu. 24. Rimin Iun. consi. 736 sub nu. 7.* Licèt
dicta ratio non placeat *Bart. in d. l. ex facto, sub n. 11.*
8 quasi (inquit) etiam † pupillus impediatur testari
ꝓpter defectũ intellectus, sicut furiosus, sed Resp.
vt per *Imol. in eadẽ l.* quẽ ibidem refert *Ias. sub n. 24.*
9 Secunda assignatur ratio à Rayn. quia, vbi † ma-
ius periculum vertitur, cautius est agendum, *cap. v-
bi periculum, de elect. li. 6. cap. quiescamus, 42. distinct.
capit. vlt. 7. quæst. 2. l. 1. § sed, & si quis, ff. de Carb. edi-*
10 *cto.* sed maius † periculum est in furioso, quia po-
test esse furiosus perpetuo, ætatis verò impedimẽ-
tum breuissimum; ideo largius ei prouidetur, vt
tam mater, sub cuius potestate non est, quam pater
possit ei facere testamentum, quæ quidẽ ratio pla-
cuit etiã *Sforz. Odd. in prælud. compend. part. 4. num.
4. in fin.* eamque vti meliorem sequitur *Iaso. in d. l.
ex facto, sub num. 24.* sed displicuit *Bart. in d. l. ex fa-*
11 *cto, sub nu. 11.* quia (inquit) perpetuò, † intelligitur
dum viuit, *l. 1. ff. pro soc. Gloss. in l. nulla, ff. eod. Bald.
in tract. subst. in materia exemplaris, sub n. 6. Bart. de
Hucio in tract. eiusdem tit. in materia exemplaris, sub
nu. 6.* at pupillus si decederet in pupillari ætate, in
perpetuũ dici potuisset impeditus, sicut furiosus
decedẽs in furore, sed *Ias. in d. l. ex facto, sub numero
24. ait, Bart.* calumniosè reprobare dictã rationem
12 Rayn. cum in † exemplari impedimentum aptitu-
dine sit futurum perpetuum, quod in pupillo non
egredietur pupillarem ætatẽ, vnde magis est pro-
uidendum in primo casu, quàm in secundo, *Gloss in
l. nisi finita, ff. de tut. & ration. distrahe.*
13 Tertia adducitur ratio, quia in † pupillari sub-
stitutione dantur magis largæ potestates, cum v-
nusquisque substitui posset, sed in exemplari secus,
d. l. humanitatis, C. de impub. & aliis subst. & per con-
sequens, cum non sit tantæ potestatis, non requi-
runtur omnia requisita, quæ in pupillari, quam se-
quitur *Ias. in d. l. ex facto, num 24. in fin. licet Bart. in
d. l. ex facto, sub num. 11.* truffam esse senserit, subii-
14 citque † respondendum ex *l. non omnium, ff. de le-*
15 *gib.* vbi Iulianus Iurisconsultus ait, non omnium †
quæ à maioribus cõstituta sunt, ratio reddi potest,
quem refert, & sequitur *Bal. in tract. subst. in mate-
ria exemplaris, n. 9. in fin. Bart. de Hucio. in tract. eius-
dem tit. in materia exemplaris, sub n. 6 Zas. in tract. e-
iusdem tit. in materia exemplaris, sub nu. 2.* verum ta-
16 men saliẽ † arcana, & latens subintelligitur semper
in legib. ratio, vt scriptum reliquit *Menoch. de arb.
iud. lib. 2. cent. 1. casu 82. nu. 14. & 15. Lancell. Polit. in l.
filium quem, n. 90. C. famil. hercisc. & tetigi in meo tra-
ctat. de casibus, conscie. cent. 1. cas. 8. n. 53.*

ARGVMENTVM.

Vtrum mater, transiens ad secunda vota, posset filio exemplariter substituere?

SVMMARIVM.

1 *Mater transiens ad secunda vota, non potest ex-
emplariter substituere, num. 1. media, nu. 2. 3. 4.
5. 6. & 7. alii demum hoc admittunt, si mater in-
fra annũ filio tutorem non petierit, n. 8. ratio, n. 9.
alias secus, nu. 10. ratio, num. 11 & alii indistin-
ctè tenuerunt contrarium, nu. 12. fundamenta,
num 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. & 24.
Declara, n. 25.*
2 *Exemplaris est introducta causa humanitatis, nu-
mero 1.*
3 *Humanitas, de qua in* l. humanitatis, C de impub.
& aliis substit. *cessat in matre, transeunte ad se-
cundas nuptias, n. 3.*
4 *Pupillus non debet educari apud matrẽ, quæ ad se-
cunda vota transiuit, n. 4.*
5 *Matri transeunti ad secundas nuptias, nõ conceditur tutela, n. 5.*
6 *Æquiparatio de tutela, ad vltimam voluntatem,
& e conuerso, valet, n. 6.*
7 *Mater transiens ad secunda vota, non meretur am-
plius appellari mater, n. 7.*
8 *Mater, infra annum tutorem filio non petens, priua-
tur eius successione, num. 9.*
9 *Mater transeundo ad secunda vota, non priua-
tur his, quæ respiciunt fauorem filiorum, nu-
mero 13.*
10 *Exemplaris fit puberibus, n. 14.*
11 *Mater non priuatur filii successione, si transient ad
secundas nuptias non petierit ei tutorem, eo-
dem post pubertatem defuncto, numero 15.*
12 *Iuribus priuatiuis non debet quis priuari, nisi lege
caueatur, n. 16.*
13 *Pater exhæredãdo filium videtur sibi iniuriam in-
ferre, nu. 17.*
14 *Pater potest pupillariter substituere filio exhæreda-
to, num. 18.*
15 *Mater dicitur inferre iniuriam filii, per transitum
ad secunda vota, n. 19.*
16 *Pater, etiam transiens ad secunda vota potest filio
exemplariter substituere, n. 20. ac etiam eius bo-
na administrare, n. 21.*
17 *Lex indistinctè loquens, indistinctè debet intelligi,
numero 22.*
18 *Mater exemplariter substituendo, habet necesse
substituere nepotes, vel fratres filii sui, & in sub-
sidium extraneos, saltem iudicis arbitrio, si fue-
rit suspecta, n. 23. & 24.*
19 *Mater turpis, & sordida vita non potest exemplari-
ter substituere, nu. 25.*

QVÆSTIO II.

VTrum mater quæ transiuit ad secunda vota, posset filio exemplariter substituere? Resp. quod † non, *Bart. in l. ex facto,* 1 *num 12. ff. de vulg. & pupill. substit.* vbi etiam *Ang. Raph. & Aret. idem Aret. in l. humanitatis, C. de impub. & aliis subst. Bal. in tract. subst. in materia exemplaris, n. 7. Bart. de Hucio in tractat. eiusdem tit. in materia exemplaris, sub numero 7. Lancell. Polit. in tract. eiusdem tit. in materia exemplaris, nu. 8. Zas. in tract. eiusdem tit. in materia exemplaris, sub n. 2.* vbi testatur hanc esse veritatem, *Paul. Leo. in tract. eiusdem tit. in materia exemplaris, nu. 47. Consl. Roger. in tract. eiusdem tit. in materia exemplaris, quæst. 4. n. 2. fol 125. Gul. de Bened. in cap. Raynutius, part. 2. ver. si absque liberis, el 2. tit. de exempl. substit. num. 15. extra de testam. Petr. Greger. par. 3. Syntagm. iuris, lib. 42. c. 24. nu. 6. in fine.*

Quia

2 Quia † substitutio exẽplaris, est introducta cau-
sa humaniratis, l. humanitatis, C. de impuber. & aliis
3 subst. quæ † humanitas cessat in tali matre, Bal. in
tract. subst. in materia exemplaris, sub nu. 7. & Bar. de
Hucio in tractat. eiusdem tit. in materia exemplaris,
sub num. 7 per l. Lex quatutores, C. de adm. tut. l. hac
4 edictali, C. de secund. nupt. patet etiam, quia † popil-
lus ooo debet educari apud matrem, quę ad secun-
da vota transiuit, l. 1 ff. vbi pupill. educa. debe. Curt.
iun. consi. 94. col. fin. Crauett. cons. 18. nu. 3. & 11. Me-
noch. de arb. iud. libro 2 cent. 2. casu 168. nume. 10. Zas.
de subst. cap. 3 sub nu. 2. per l. 2. C. vbi pupill. educ. deb.
5 Item quia tali † matri oon conceditur turela, Auth.
sacramentum, C. quando mul. tut. off. fungi pot. § pro-
pterea, Auth. vt sine proh. matr. deb. Menoch. de arb.
iud. lib. 2. cent. 2. casu 150. nu. 41. & casu 151. num. 1. &
6 valet † æquiparatio de tutela, ad vltimam volunta-
tem & è conuerso, Ias. in d. l. ex facto, nu. 25. per l. qui-
dam, ver. 1. C. de necess. seru. here. inst. Item, quia non
7 meretur † amplius appellari mater, l. 2. in fin. ff. ad
Tertull.

Alii principalem conclusionem amplectuntur,
8 quando † mater transieus ad secunda vota, turo-
rem filio infra annũ non petierit, Alex Iaso. & Rip.
in d. l. ex facto; ille, n. 33. iste, n. 25. hic, nu 65. vbi testa-
* tur hanc esse cõmunem * opinionem. Quia, etiã
9 † tunc successione filii priuaretur, § fin. Inst. ad Ter-
tull. l. 2. § si mater, ff. eod. l. matres, (à contrario sensu)
C. eod. Paul. de Cast. & Salic. in l. sciant, C. de legit. he-
red. Corn cons. 113. vol. 4. Anchar. consi. 250. Ant. Gabr.
libro 6. concl. tit. de tutel. concl. 1. in prin. vbi ampliat,
10 & limitat multis modis. Si autem † tutorem filio
petiisset; etiam transions ad secunda vota exem-
plariter substituere posset, Ioann. de Imol. in d. l. ex
facto, & in cap. Raynutius, in materia exemplaris, ex-
11 tra de testam. Quasi tuoc † non priuatur soccessio-
ne filii, quæ concernit fauorem, & commodũ ma-
tris, l. 1. in prin. ff. ad Tertul. Lanc. Polit. in tract. subst.
in materia exemplaris, sub n. 7. mulro minus deberet
priuari potestate substituendi, quod est fauorabi-
le filiis.

Et alii tenuerunt indistinctè, contra principa-
12 lem cooclusionem, vt siue † mater transiens ad se-
cunda vota, perierit tutorem, siue non, posset exẽ-
plariter filio substituere, inter quos fuit Imo. in d. l.
ex facto, vbi Rip. n. 67. Sforz. Odd. in prælud compend.
par. 4. quæst. 8. in fin. vbi ait hanc esse æquiorem, &
veriorem opinionem, Eman. Suarez. in add. ad Go-
mez. tom. 1. var. resol. cap. 6. nu. 11. Zas. in d. l. ex facto,
nu. 26. Crass. in § substitutio, quæst. 45. sub n. 4. Vasq.
de success. progress. lib. 2. § 17. nu. 24. Bal. in d. l. huma-
nitatis, Hieron. Verius in d. l. ex facto, Imo. in c. Raynu-
tius, in materia exemplaris extra de testam. Bald. Sa-
lic. & Corn. in d. l. humanitatis, Alexand. Trentacinq.
in tract. subst. par. 3. cap. 3 n. 3. ver. ex prædictis, vbi te-
* statur hanc esse communem * opinionem.

Mori primò, quia licèt mater non petendo tu-
torem, priuetur successione filii, non tamen debe-
ret priuari facultate substituendi, cum istud sit fa-
13 uorabile filiis, & † mater transeundo ad secũda vo-
ta, nõ priuarur his, quæ respiciuor fauorẽ filiorum,
Salic. in d. l. ex facto, sub n. 25. Cyn. in Auth. ex testamẽ-
to, C. de secund. nupt. quem refert Alex. in d. l. ex facto,
sub numero 32

14 Secundò. quia † exemplaris substitutio fit pu-
beribus, d. l. humanitatis, & d. § qua ratione, Instit. de
pupill. at quando † filius moritur pòst pubertatem, 15
mater eius, etiam quòd non petierit ei rutorem, ad
secundas transiens nuprias, non priuatur eius suc-
cessione, l. matres, vbi Bal. Salic. & Corn. C. ad Ter-
tull. Odofred. in l. sciãt, C. de legit. hared. Bart. in l. 2 § si
mater. ff. ad Tertul. & in l. 1. col. 3. ver. quarto fit, ff. qui
pete. tut. Ant. Gab. lib. 6. concl. tit. de tutel. concl. 1. nu-
mero 47. Ioan. Fab. & Nicol. de Neap. in § fin. Instit.
ad Tertull. Curt. iun. in l. precibus, n. 67. C. de impub. &
aliis subst. Corn. cons. 234. col. 1. ver. si autem decesserint
puberes, vol. 4. Paul. de Cast. cons. 370. in fin. vol. 1. Ni-
col. de Vbald. in tract. success. ab intesta. 2. part. 3 limit.
Ias. in l. ex facto, sub num. 25 ff. de vul. & pup. subst.

Tertiò, quia nõ reperitur iure cautũ, quod ma-
ter transiens ad secũda vota, priuetur facultare sub-
stituendi exemplariter, & in istis iuribus † priuati- 16
uis non debet quis prioari, nisi expressè lege caue-
tur, § cũ igitur, Auth. de non elige. secun. nube. Bal. in
Auth. ex testamento, C. de secund. nupt.

Quartò, sicut † pater exhæredando filium, dici- 17
tur sibi iniuriam inferre, l. cum quidam, C. de lega.
l. penult. C. de fideicom. & † nihilominus non impe- 18
ditur ipsi filio substituere, l. 2 § 1. ff de vulg. & pupill.
subst. ita licèt † mater dicatur iniuriam inferre filiis, 19
per transitũ ad secunda vota. § Gregoriana, Auth. de
nõ elige. secun. nube. § fin autẽ, Auth. de nupt. nõ debe-
ret tamẽ per hoc impediri exẽplariter substituere.

Quintò, si mater priuaretur potestare substitu-
endi exemplariter, per transitum ad secunda vota,
sequeretur, qood etiam pater transeũdo ad secũda
vota nõ posset exemplariter substituere, & nihilo-
minus † pater non priuatur potestate substituendi 20
exemplariter, etiã transiens ad secunda vota, Crass.
in d. § substitutio, quæst. 45. num 8. vbi testatur hanc
esse veram, & communem * opinionem, Ang. in d. *
l. ex facto, Vasq de success. progress. § 17 n 31. vbi etiam
testatur communem * opinionẽ, Const. Roger. in *
tract. subst. in materia exemplaris, quæst. 4. sub n. 2. fol.
125. Gul. de Bene. in cap. Raynutius, par. 2. tit. de exem
pl. subst. nu. 16. extra de testam. sicut neque tunc si † 21
priuaretur administratione bonorom filii, l. fin. C.
de bon. mater. l. generaliter, C. de secund. nupt. Gloss. &
Bart. in l. fœmina, C. de eod. Alex. Trentacinq. in tract.
subst. par. 3. cap. 3 nu. 5. vbi testatur cõmunem * opi- *
nionem.

Sextò, quia d. l. humanitatis, loquitur indistin-
ctè siue mater transierit ad secunda vota, siue non;
ergò † indistinctè debet intelligi, l. de pretio, ff. de pu- 22
bl. in rem act.

Septimò, quia talis † mater licèt suspecta, habe- 23
ret necesse substituere patres furiosi, vel filios, aliàs
quoscunque, de quibus lex rationem non habet, d.
l. humanitatis, C. de imp. & aliis substit. merito de ea
indistinctè posset † confidi, vel salrem iudicis arbi- 24
trio, eius prouisio committi, Sforz. Odd. d. quæst. 6.
in fi. Rip. in d. l. ex facto, n. 67.

Declara principalem conclosionem procedere,
etiam in † matre turpis, & sordidæ vitæ, vt ea non 25
posset exemplariter substituere, Alex. Trentacinq.
in tract. subst. par. 3. cap. 3 nu. 7. Polit. & Zas. in eorum
tract. de subst. vterque in materia exemplaris, quos
sequitur Vasq. de success. progress. lib. 2 § 17. n. 105.

ARGVMENTVM.

Vtrum exemplaris, facta à matre euane-
scat, ea deinde ad secunda vota transe-
unte?

SVMMARIVM.

1 *Exemplaris facta à matre euanescit, ea deinde transeunte ad secunda vota, numero 1. rationes, num. 2. & 3. contra, num. 4. rationes, numero 5. & 6. nisi (secundum eos) subesset aliqua fraudis suspicio, nu. 7.*

2 *Substitutionis necessaria, debent adesse tẽpore mortis, numero 2.*

3 *Actus, quando non esset perfectus, & consummatus, si deueniat ad casum, a quo incipere non posset, vitiatur, n 3.*

4 *Mater, transiens ad secundas nuptias, nõ desinit habere testamenti factionem, n. 5.*

5 *Facta ante transitum ad secunda vota, non infringuntur deinde per transitum ad ea, n. 6.*

QVÆSTIO III.


SI mater testamentnm fecerit, & exemplariter filio substituerit, posteaque ad secunda vota transierit, vtrum substitutio exẽplariter facta, euanesceret? Resp.
1 quod † sic, *Bart. in l. ex facto, n. 13 ff. de vulg. & pup. subst. SferZ Odd. in prælud. compend. par 4. quæstio. 6. ver. si verò, Crass. in § subst. itutio. quæst. 45. numero 5.*
* vbi testatur hanc esse communem * opinionem, *Ias. & Rip. in d. l. ex facto, ille, num. 26. iste, num. 68. Vasq. de success. progress. lib. 2. § 17. nu. 51. Zas. in tract. substit. in materia exemplaris, sub numero 2. Bart. de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia exemplaris, sub n. 7. Bal. in tracta. eiusdem tit. in materia exemplaris, sub nu. 7. Gul. de Bened. in cap. Raynutius, par. 2. vers. si absque liberis, el 2. tit. de exempl. substit. n. 15. in fin. extra de testam.*

2 Mouemur primò, quia requiritur † tempore mortis, quod adsint necessaria substitutionis, *l. coheredi, § cum filia, ff. de vul. & pup subst. Ias. in d l. ex facto, sub n. 26* vnde, superueniente inhabilitate in persona substituentis, vitiabitur ipsa substitutio.

3 Secundo, quia quando † actus non est perfectus, & consummatus, si deueniat ad casum, à quo incipere nun posset, vitiatur, *l. si sub vna, § si quis viam, ff. de verb. obl.* sed substitutio exemplaris nõ est perfecta, viuente matre, & filio; ergo matet deueniendo ad secunda vota, & sic ad cũ casum, à quo incipere exemplaris non posset, vitiatur.

4 Et si contrariã sententiam, vt per † transitum ad secundas nuptias, antea facta exemplaris substitutio non euanescat, tenuerit *Paul. Leon. in tractat. subst. in materia exemplaris, n. 49.* quia (inquit) per
5 † transitum ad secundas nuptias, non immutatur status mulieris, vt desinat habere testamenti factionem, *l. 1. § exigit, ff. de bon. poss. secundum tabulas,* sicut contingeret per capitis diminutionem superuenientem: eamdem opinionem amplexus fuit *Lancel. Polit. in tract. eiusdem tit. in materia exemplaris, n. 8. vtr. quartam Bal. & Salic. in d. l humanitatis,*
6 quia (dicunt) facta † ante transitum secundarum nuptiarum, non infringuntur deinde per transitum ad eas, per § *sin autem tutela, in fin. Auth. de nul. Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. 3. cap. 8. numero 4. in fin. Cuma. & Hiero. Versiu in d. l. ex facto*: Nisi
7 (secundum eos) subesset † aliqua fraudis suspicio, puta, quia tempore substitutionis, cogitasset de secundis nuptiis contrahendis, vel parum post substitutionẽ, contraxisset matrimoniũ; quia tũc corrueret iam facta substitutio exemplaris, *Pau. Leo. in tract subst. in materia exẽplaris, n. 50. arg. eorum, quæ not. in l. post contractum, ff de donatio.*

ARGVMENTVM.

Vtrum in exemplari requiratur, quod filius post mortem testatoris efficiatur sui iuris?

SVMMARIVM.

1 *Exemplaris vt fiat, non requiritur, quod filius post mortem patris efficiatur sui iuris, n. 1.*

2 *Exemplaris semper durat, quamuis furiosus efficiatur sui iuris per mortem testantis, vel alio modo, numero 2.*

QVÆSTIO IV.


VTrum in † exemplari substitutione requiratur, quod filius post mortẽ testantis efficiatur sui iuris, sicut in pupillari requiritur? Resp. 1
quod non, *Bar. in l. ex facto, n. 13. § quarto, ff. de vul. & pup. subst. Bal. in tract subst. in materia exemplaris, num. 8. Bart. de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia exemplaris, num. 7. in fin. Ias. in d. l. ex facto, num. 23. SforZ Odd. in prælud. compend. par. 4. quæst. 4. num. 5. Gul de Bened. in cap. Raynutius, par. 2. ver. si absque liberis, el 2. tit. de exempl. subst. num. 18. extra de testam.* Quia qualiter- 2
cunque furiosus fiat sui iuris, siue per mortem testantis, siue alio modo, semper hæc substitutio exemplaris durabit in qua non requiritur, vt quis habeat eũ in potestate, *Bal. in tract. subst. in materia exemplaris, sub n. 8.*

ARGVMENTVM.

Vtrum in exemplari requiratur, quod filius furiosus non sit recasurus in alterius potestate?

SVMMARIVM.

1 *Exemplaris, vt fiat, requiritur quod filius furiosus non si. recasurus in alterius potestate, n. 1.*

2 *Exemplaris introducta fuit, quoties quis propter dementiam, vel similem casum testari prohiberetur, n. 2. secus, si propter alium defectum, puta patriæ potestatis, vel huiusmodi, n. 3.*

3 *Exemplariter substitui non potest furioso, de crimine infamatorio condemnato, n. 4. idemq; esset, si ante furorem fuisset condemnatus, n. 5.*

4 *Furiosus delinquens, non punitur, n. 6. etiam in foro conscientia, nu. 7. ac etiam si in furorem sua culpa inciderit, nu. 8.*

5 *Furiosus ex delicto ante furorem commisso, an itius deberet puniri, n. 9. ratio, n. 10. 11. 12 13. 14. & 15. Auther contra, num. 16. quando processus fuisset inchoatus, perfectus, & sententiatus ante furorem numero 18.*

6 *Furiosus habetur loco absentis, & ignorantis, numero 10.*

7 *Pœna corporalis fieri non potest in absentem, numero 11.*

8 *Procurator non admittitur, vbi pœna corporalis veniret imponenda n. 12.*

9 *Furiosus mortuo æquiparatur, n. 13.*

10 *Mortuus, non patitur pœnam corporalem, numero 14.*

11 *Pœna mitior est sequenda, vbi sunt diuersa opiniones, numero 15.*

12 *Furor superueniens, non liberat apud Deum à pœna æterna, nu. 16.*

13 *Exequutio sententia criminalis, durante furore, non differtur, n. 19. limita, n. 20.*

QVÆ-

QVÆSTIO V.

1 VTrum in † exemplari substitutione requiratur, quod filius furiosus nõ sit recasurus in alterius potestatẽ, sicut in pupillari requiritur? Resp. q sic, *Bar. in l. ex facto, n. 14. ff. de vul. & pup.*
subst. Craff. in § substitutio, q. 43. vbi testatur commu-
* nem*opinionẽ, *Alex. & Iaso. in d. l. ex facto, ille, sub*
n. 32. esto, n. 27. Sf. Od. in prælud. compend. part. 4. q. 4.
* *n. 6.* vbi testatur communiorem * opinionem, *Bene. Capra de exem. subst. n. 64. Bar. de Hucio in tract. subst. in materia exemplaris, nu. 8. Bald. in tract. eiusdem tit. in materia exemplaris, sub nu. 8. Bald. in l. humanitatis, C. de impuber. & aliis subst. Gul. de Bened. in cap. Raynutius, part. 2. ver. si absque liberis, el 2. tit. de exempl. subst. sub num. 19. extra de testamen.*
2 Quia † exemplaris substitutio, est introducta, quoties quis demum propter dementiam, vel similem casum testari prohiberetur, *l. humanitatis, C. de*
3 *impub. & aliis subst.* Vnde si † propter alium defectũ testari prohibeatur, puta patriæ potestatis, vel huiusmodi, exemplariter ei substitui non posset; quia, cum tunc non posset per se testari, impedimento cessante, neque per aliũ posset, *l. neque per se, C. de hared. instit. Const. Roger. in tractat. subst. in materia exemplaris, quæst. 4. num. 13. fol. 129.* Quicquid dixerit *Fern. Vasq. de success. progress. § 17. n. 33. Rip. in d. l. ex facto, n. 69.*
4 Ex quo infertur, quod, si † furiosus ante furorẽ fuisset cõdemnatus de crimine, ex quo efficeretur intestabilis, puta hæresis, tunc non posset sibi exemplariter substitui, *l. Manichæos, C. de heret. Bart. in d. l. ex facto, numero 15. Bal. in tract. subst. in materia exemplaris sub nu. 8. Const. Roger. in tractat. eiusdem tit. in materia exemplaris, quæst. 4. n. 14. fol. 129.*
5 Idemq; esset, si † ante furorẽ fuisset deportatus, *l. si quis, § irritum, ff. de iniust. rup. irrit. testamen. Bar. de Hucio in tractat. subst. in materia exemplaris, numero 8. Gul. de Bened. in d. tit. de exempl. subst. num. 19. in fine.*
6 In † furore nanque delinquens, non punietur, *l. diuus, ff. de off. præsid. l. infans, ff. ad l. Corn. de sicar. l. illud, § sane, ff. de iniur. cap. sindicar. 3 quæstio. 9. cap. aliquis, & cap. illa, 15. quæstio. 1. Clem. 1. de homic. Clar. in § fin. quæstio. 6. ver. item quæro*, vbi testatur fre-
* quentiori * Doctorum calculo approbatam sententiam, *Aplaca, lib. 1. delict. cap. 29. num. 1.* etiam
7 in † foro conscientiæ, *Alex. Ales. in 2. par. summa, quæstio. 172. memb. 1. & 3.* quem refert *Tiraq. de pœn. causa 2. num. 3.* & dixi in meo *tract. de casibus consc. cent. 3. casu 98.*
8 Quamuis † in furorẽ sua culpa inciderit, *Gloss. in § sed hoc forte, 13. quæst. 2. Landu. Petr. Anchar. & Card. Flore. in Clem. 1. de homicid. Floria. in l. sed, & si, § iniuriam, ff. ad l. Aquil. Gabriel de Beal. lib. 2. sent. distin. 22. quæst. 2. con. 3.* Quicquid dixerit *Alex. de Ales. in 3 par. summa, quæst. 41. memb. 4. art. 2. circa fin. S. Bonauentu. in 2. sent. distinct. 22. quæstio. 3.*
Quin imò (secundum aliquos) ante furorem
9 † delinquens, furore postea correptus, mitius veniret puniendus, *Bal. & Alex. in l. furiosum, in fin. C. qui testam. face. poss. Bal. & Franc. Aret. in d. l. humanitatis, C. de impuber. & aliis subst. ille, colum. 8. vers. tertio quæritur, si furiosus, colu. antepenult. ver. circa alius dedem, Bal & Alua in cap. 1. in fin. an ille, qui interfe. frat. dom. sui, Imol. in cap. Raynutius, in materia exemplaris, extra de testam. & in l. ex facto, vbi Francisc. Aret. col. 15. ver. si vero, ff. de vul. & pup. substit. Flor. in l. sed, & si, § iniuriã, col. 2. ver. prædictis adde, ff. ad l. Aquil. Aret. in tract. malefic. in ver. scienter, & dolose, colu. 3. ver. quod in furioso, vbi August. Ari. in add. Cepol. caute. 8. Iaso. in l. patre furioso, colu. antepen. ver. consequenter nota, ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. Ferdin. Loaz. in l. filius familias, § diui, col. penult. vers. ex quibus singulariter inferri potest, ff. de leg. 1.* hancque fatetur esse magis communem * opinionem, à qua in consulendo, & iudicando non *
putat recedendũ, *Iaf. in d. l. furiosum, Thom. Diplouat. in add. ad Alex. in d. l. ex facto, num. 33. in litera B. Gul. de Bened. in cap. Raynutius, part. 2. ver. si absque liberis, el 2. tit. de exemp. subst. num. 21. circa fin.* vbi ait ita consuluisse, & iudicasse, *Clar. in § fin quæstio. 60. ver. item quæro, circa fi.* quem refert *Menoch. lib. 2. de arb. Cent. 4. casu 325. sub num. 11.* Tum quià
† furiosus habetur loco absentis, & ignorantis, *l. sed si vnus, § filiosfamilias, ff. de iniur. l. Iulianus, ff. de donor. l. 1. § adipiscimur, ff. de acqui. poss. l. 2. § furiosus, ff. de procur. l. vbi non voce, § furiosus, ff. de reg. iur. l. 2. § furiosus ff. de iure codicillo. arg. l. in negotiis, ff. de* 10
reg. iur. & † pœna corporalis fieri non potest in ab- 11
sentem, *l. absentem, ff. de pœn.* Nec cum † pœna cor- 12
poralis veniet imponenda, admittitur curator, vel procurator, *l. pen. § ad crimen, ff. de publ. iud.* Tum
etiam, quia † furiosus mortuo æquiparatur, *l. qui* 13
ad certum, ff. loca. l. bonorum, ff. rem rat. habe. Gloss.
in l. si quis alium, ff. de acqui. hared. & † mortuus de 14
iure communi non patitur pœnam corporalem,
l. defuncti, ff. de pub. iud. Tum denique, quia in † pœ- 15
nis sequenda est mitior pars, vbi sunt diuersæ opiniones, *l. interpretatione, & l. sanctio, ff. de pœnis.*
Et si nobis semper visum fuerit, præcipue in † 16
atrocioribus, furorem post delictum aduenientẽ, nullo modo delinquentem excusare, idemq; placuit *Roma. in d. l. furiosum, C. qui testam. facere poss. & in l. si seruum, ff. si ex noxa caus. agat. per l. 1. § 1. ff. ad Turpill. l. si quis decurio, C. de fals. Lancell. Polit. in tractat. subst. in materia exemplaris, num. 16. in fin.* Quia,
si apud † Deum furor superueniens non liberat à 17
pœna æterna, quæ longè immensior est, multo minus à pœna temporali, *Iaf. in l. patre furioso, ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Tiraq. de pœn. causa 3 sub n. 6. Const. Roger. in tract. subst. in materia exemplaris, q. 5. sub numero 56. Lancell. Polit. in tracta. eiusdem tit. in materia exemplaris, sub nu. 15.* cum mitius agatur cũ Deo, quam cum homine, *Gloss. l. si quis rem, § veto, ff. de pollicit. cap. maiores, extra de baptismo, Bartol. in l. nunquam, § si quis vi, ff. de vsucap. Iaf. in d. l. ex facto, n. 29. ff. de vul. & pup. subst.*
Quod intelligo, si † processus fuisset inchoa- 18
tus, perfectus, & sententiatus ante furorem; *Alex. in l. ex facto, col. 8. ver. adde quod, ff. de vulg. & pupill. subst.* quem refert *Tiraq. de pœn. causa 3. n. 8. Imol. in d. l. ex facto, add. ad Bart. in d. l. ex facto, num. 19.* Nec
differretur † exequutio sententiæ, durante furore, 19
nisi quando fuisset † condemnatus vigore statuto- 20
rum tanquam contumax; quia tunc posset aduersus sententiã contumacialem multas proponere exceptiones, si percussus furore nõ fuisset, *Flamin. Carta in tract. de exeq. sente. contum. capto. bann. cap. fi. nu. 424. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 77. par. 2.*

ARGVMENTVM.

Quãdo requiritur, quod quis patiatur de-

mentiam, vel similem casum, vt possit e-
xemplariter substitui?

S V M M A R I V M.

1 *Exemplariter, vt alicui substitui possit, requiritur, quod is patiatur dementiam tempore mortis, numero 1.*

2 *Pupillaris habet similitudinem cum exemplari, in his, in quibus non reperitur discordantia, numero 2.*

QVÆSTIO VI.

1 QVando requiritur † quod quis patiatur
dementiam, vel similem casum, vt ei
possit exemplariter substitui? Respon.
tempore mortis, non tantum tempore
testamenti, *Bartol. in l. ex facto, num. 16. ff. de vul. &*
pupill. substit. per l. 2. § sed si extraneum, ff. eodem,
Bald. in tractat. substit. in materia exemplaris, num. 9.
Bartol. de Hucio in tracta. eiusdem titu. in materia e-
xemplaris, sub num. 8. Alexan. in d. l. ex facto, sub nu-
mero 32. Bald. in l. humanitatis, C. de impuber. & aliis
2 *substit.* Quia cum in hoc non † reperiatur discor-
dantia inter exemplarem, & pupillarem, remane-
bit similitudo, *Bartol. in d. l. ex facto, numero 16. in*
fin. Bald. in tractat. substit. in materia exemplaris, n. 9.
Cephal. cons. 423. n. 102. vol. 3.

ARGVMENTVM.

Vtrum in exemplari requiratur, quod pa-
ter faciat sibi testamentum?

S V M M A R I V M.

1 *Exemplaris, vt fiat, requiritur, quod pater faciat sibi testamentum, num. 1. rationes, num. 2. 3. 4. & 5. nisi testator fuisset miles, num. 6. ratio, n. 7. contra, & male, n. 8.*

2 *Exemplaris substitutio, est testamentum filii furiosi, numero 9.*

3 *Accessorium debet confirmari à suo principali, numero 3.*

4 *Pater exemplariter substituendo habebit necesse filio relinquere legitimam, n. 4.*

5 *Legitima, hodie relinquitur institutionis titulo, numero 5.*

6 *Miles potest exẽplariter substituere, absque eo, quod sibi faciat testamentum, nu. 6. ratio, n. 7. contra, n. 8. ratio, n. 9.*

7 L. miles ita, in fin. ff. de milit. testam. *declaratur, numero 10.*

QVÆSTIO VII.

1 VTrum in † exemplari substitutione re-
quiratur, quod pater faciat sibi testa-
mentum, sicut in pupillari? Resp. quod
sic, *Bartol. in l. ex facto, nu. 17. ff. de vulg. &*
pupill. substit. Gul. de Benedict. in cap. Raynutius, part.
2. tit. de exempl. substit. numero 20. extra de testament.
Sforz. Odd. in prælud. compend. part. 4. quæstio. 4. nu-
mero 7. Paul. Leon. in tracta. substit. in materia exem-
plaris, num. 81. Bartol. de Hucio in tract. eiusdem tit.
in materia exemplaris, sub nu. 8. Bald. in tractat. eius-
dem tit. in materia exemplaris, sub numero 9. Const.
Roger. in tractat. eiusdem titu. in materia exemplaris,
quæst. 2. num. 25. fol. 131. Alex. in d. l. ex facto, num. 32.
circa fin. Zas. in tracta. substit. in materia exemplaris,
sub num. 6. Anall. consi. 68. nu. 41. vol. 4. Alex. Tren-
tacinq. in tract. subst. par. 3. cap. 5. num. 12. versic. tertio,
& vltimo. Tum quia ista † substitutio exemplaris, 2
est testamentum filii furiosi, *Franc. Mantica de co-*
iect. vlt. volu. libr. 5. tit. 16. num. 3. Bart. in d. l. ex facto,
sub num. 17. per illum tex. Bal. in tractat substit. in ma-
teria exemplaris, sub num. 9. Const. Roger. d. quæstio.
2. sub num. 23. Cephal. consi. 135. num. 25. inter consil.
vlt. volum. vol. 2. & vti † accessorium debet confir- 3
mari à testamento patris, tanquam principale, *l. ex*
pupillari, ff. de vul. & pup. subst. Bart. de Hucio in tra-
ctat. subst. in materia exemplaris, sub n. 8. Tum † quia 4
pater haberet necesse ipsi filio saltem relinquere
legitimam, *l. humanitatis, C. de impub. & aliis subst.*
Gul. de Bened. in d. tract. de exempl. substit. sub nume-
ro 20. Paul. Leon. in tract. subst. in materia exempla-
ris, nu. 84. Lancel. Polit. in tract. eiusdem tit. in mate-
ria exemplaris, sub num. 18. quæ hodiè iure † institu- 5
tionis relinqui deberet, *§ aliud quoque capitulum,*
Auth. vt cum de appell. cognosc. gloss. in Auth. nouis-
sima, C. de inoff. testa. Bolognett. in l. in quartam, num.
270. ff. ad l. falc. Rimnald. in § 1. n. 79. Instit. de donat.
Crass. in § testamentum, quæst. 35. num. 3. vbi testatur
communem * opinionem, *Menoch. de arbitr. iud.* *
lib. 2. cent. 2. casu 149. n. 29. ergò sibi testari deberet.

Nisi testator fuisset † miles; quia tunc non habe- 6
ret necesse prius sibi facere testamentum, *Bar. in d.*
l. ex facto, n. 17. in fin. per l. miles ita, in fin. ff. de mil. test.
Gul. de Bened. in cap. Raynutius, part. 2. tit. de exempl.
subst. num. 20. extra de testam. vbi testatur hanc esse
communem * & æquiorem opinionem, *Ang. Sa-* *
lic. & Paul. de Cast. in d. l. humanitatis, Sforz. Odd. d.
quæst. 4. n. 7. in fin. Bal. in tract. eiusdem tit. in materia
exemplaris, n. 9. in fin. Const. Roger. d. quæst. 2. sub n. 25.
Alex. in d. l. ex facto, n. 32. circa finem, quia (inquit)
eo ipso † quod miles facit substitutionẽ exẽplarem, 7
licèt sibi non testetur, tamen cum filius sit propin-
quior ab intestato, videtur sibi legitimã relinque-
re, per *l. si quis cũ nullũ, & l. conficiuntur, ff. de iure co-*
dicill. Bart. de Hucio in tract. substit. in materia exem-
plaris, n. 8. in fin.

Licèt alii tenuerint contrarium, vt etiam † mi- 8
les haberet necesse prius sibi testamentum facere,
inter quos fuit *Ang.* (sibi contrarius) *in d. l. ex facto,*
quia (inquit) videtur de † forma substantiali isti- 9
us substitutionis, vt etiam miles prius sibi testetur,
& d. † *l. miles ita*, loquitur in pupillari substitutio- 10
ne, in qua miles est priuilegiatus; vnde non debe-
rent extendi priuilegia ad exemplarem, *l. ius singu-*
lare, & l. quod vero, ff. de legibus. In eandem senten-
tiam iuit *Lancel. Polit. in tracta. substit. in materia e-*
xemplaris, n. 19.

ARGVMENTVM.

Vtrum in exemplari requiratur, quod fili-
us sit institutus, vel exhæredatus?

S V M M A R I V M.

1 *Exemplaris, vt fiat, requiritur, quod filius sit institutus, vel exhæredatus, num. 1. & quare, secus in pupillare, n. 5. 6. 7. 8. 9. 10. & 11.*

2 *Exemplaris non potest fieri filio exhæredato, n. 2. contra, num. 3.*

3 *Paul. Leon. in tract. subst. reiicitur, n. 3.*

4 L. humanitatis, C. de impub. & aliis substit. *quare requirat, filio, cui exemplariter substituitur, dari legitimam, n. 4.*

5 *Pupillaris, quare fieri potest exhæredato, exemplaris vero secus, n. 5. 6. 7. 8. 9. 10. & 11.*

6 Exhæredatio est contraria humanitati, n. 6.
7 Furiosus non potest committere causas ingratitudinis, num. 9. licèt ex ingratitudine commissa ante furorem, exhæredari posset, num. 10.

QVÆSTIO VIII.

1 Vtrum in † exemplari substitutione requiratur, quod filius sit institutus, vel exhæredatus, sicut in pupillari requiritur? Resp. quod fil.⁹ deberet esse institutus, & in hoc, exemplaris concordat cum pupillari, *Bart. in l. ex facto, nu. 18. ff. de vulg. & pupill. substit. vbi Alex. num. 32. in fin. ex Ias. sub num. 27. Gul. de Bened. in cap. Raynutius, par. 2. in materia exemplaris, numero 21. extra de testam. Bald. in tractat. substit. in materia exemplaris, numero 10. Bartol. de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia exemplaris, sub n. 9.*

2 Cæterum exemplaris ipsa non † posset filio exhæredato fieri, & in hoc discordat cum pupillari, *Bartol. in d. l. ex facto, num. 18.* quia (inquit) de necessitate debetur sibi legitima, per *l. humanitatis, C. de impuber. & aliis substit. Alexand. & Iason in d. l. ex facto, ille, num. 32. in fin. iste, num. 27. versic. circa septimum, Constant. Roger. in tractatu substit. in materia exemplaris. quæstio. 5. num. 54. fol. 143. Crass. in § substitutio, quæst. 40. numero 5.* vbi testatur communem * opinionem, *Dec. in d. l. humanitatis, n. 7.* vbi etiam dicit communem * opinionem, *Sf. Odd. in præl. compend. par. 4. quæst. 4. num. 8. Couarr. in cap. Raynutius, § 6. numero 2. extra de testamen.* vbi etiam ait communem * opinionem, *Gul. de Bened. in d. tex. de exemplari substit. sub num. 22. Bald. in tractat. substit. in materia exemplaris, sub num. 10. Bartol. de Hucio in tractat. eiusdem titu. in materia exemplaris, sub numero 9.* hancque esse omnium * conclusionem fatetur *Lancel. Polit. in tractat. substit. in materia exemplaris, num. 14. in fin. Alex. Trentacinq. in tractat. eiusdem tit. par. 3. cap. 5. num. 1. ver. & cum superior*, vbi testatur hanc esse communem * & receptam scribentium sententiam. Quicquid
3 dixerit † *Paul. Leon. in tractat. substit. in materia exemplaris. sub num. 90.* vbi respondet ad *tex. d. l. humani-*
4 *tatis*, qui ideo requirit legitimam filio † relinquendam, ne testamentum subuertatur querela; sed quando iuste exhæredatur filius, non poterit intẽtare querelam, per § *aliud, Auth. vt cum de appell. cognoscatur, Lancell. in tractat. de substit. in materia exemplaris, sub n. 17. Vasq. de contr. illustr. c. 106.*

5 Ratio autem diuersitatis inter † exemplarem, & pupillarem est, quia pupillaris substitutio est introducta secundum iuris rigorem, occasione patriæ potestatis, quæ cessat, cum filius exhæreda-
6 tur, quia † exhæredatio est contraria humanitati, seu pietati, *l. 2. & l. Titia, ff. de inoff. testament. Bartol. in d. l. ex facto, numero 19. post Gul. de Cun.* quem etiam refert, & sequitur *Gul. de Benedict. in dict. tex. de exempl. substit. num. 21. Bal. in tractat. substit. in materia exemplaris, sub numero 10.* vbi ait hanc opinionem esse communiter * receptam, *Bart. de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia exemplaris, sub numero 9.*

7 Licèt † eam improbet *Paul. Leon in tractat. subst. in materia exemplaris, num. 89.* quis non minus humanum fuit pupillo succurrere, qui propter ætatem testari impeditur, quam furioso, qui propter furorem, vel similem morbum testari prohibetur, *Lancel. Polit. in tract. subst. in materia exemplaris, sub numero 15.*

Vel (secundum aliquos) redditur ratio, quia † 8
pupillaris fit impuberi, qui potest esse doli capax, & committere causas ingratitudinis, *cap. de illis, extra de despo. impub. cap. 1. extra de delict. puer. gloss. in versic. ad substitutum, § non solum, Institut. de pupill. substit.* sed † furiosus non potest committere 9
causas ingratitudinis, *cap. cum percussio, 7. quæstio. 1. cap. cum enixu, dist. 5. l. infans, ff. ad l. Corn. de sicar. l. pen. ff. ad l. Pomp. de parricid. l. Diuus, ff. de off. præsid.* hancque rationem approbat *Sforz. Odd.* (post Raynut.) *in præl. comp. par. 4. q. 4. n. 8.*

Verumtamen refellitur à *Bart. in d. l. ex facto, numero 19.* cum poterit esse, quod † furiosus commi- 10
serit causam ingratitudinis ante furorem, qua exhæredari posset, quem ibidem refert, & sequitur, *Alex. n. 32. in fin. & Ias. n. 28. & 29.* vbi testatur hanc esse communem * conclusionem. *per l. fin. § sed cũ antiquitas, vers. exhæredatus, C. de curat. furios. l. de creationibus, & l. cum dementis, C. de episc. aud. Alex. Trentacinq. in tractat. subst. par. 3. cap. 5. num. 1.* vbi testatur communem * opinionem, *Const. Roger. d. quæst. 5. n. 55. Couarr. d. § 6. sub num. 2.* vbi etiam dicit communem * opinionem, *Gul. de Bene. in d. tit. de exempl. substit. num. 12. in fin.* vbi ait id omnes * tenere, *Bald. in tractat. substit. in materia exemplaris, num. 10. in fin. Bartol. de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia exemplaris, sub numero 9. Lancell. Polit. in tractatu eiusdem tit. in materia exemplaris, sub numero 15. Crass. in § testamentum quæst. 42. sub numero 19.* vbi testatur communem * opinionem, *Fern. Vasq. de success. creat. libro 13. § 2. numero 256. & de success. progress. § 17. num. 113.* Quicquid dixerit *Clar. in § testamentum, q. 41. vers. sed pone.*

Vel † soluunt ex *l. non omnium, ff. de legibus*, cum 11
rationes vrgentes assignari non valeant, *Bartol. in d. l. ex facto, numero 19. in fin. Bartol. de Hucio in tract. substit. in materia exemplaris, sub num. 9.* Verumtamen saltem persuasiua, licèt non præcisa, semper assignari poterit legis ratio. *Gammar. in tractat. extension. n. 24. Glos. cap. cum multis, extra de rescr.*

ARGVMENTVM.

Vtrum furioso instituto in minori, quam in legitima, posset exemplariter substitui?

SVMMARIVM.

1 *Exemplariter substitui potest furioso, instituto in minori, quam in legitima, nu. 1. media, num. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. contra, num. 9. fundamenta, num. 10. 14. 15. 18. 19. 20. 22. 23. 26. 27. & 28. dissoluũtur, n. 11. 12. 13. 16. 17. 21. 24. & 29.*

2 *Legitimæ supplementum peti potest, nu. 2. quin imo inducitur a lege ipso iure, n. 6.*

3 *Lex antiqua interpretatur, & declaratur per legem nouam, n. 3.*

4 *Peccato alieno, nemo regulariter subuerti debet, numero 4.*

5 *Peccantis quod non nocet, minus debet alteri nocere, numero 5.*

6 *Legitimæ supplementum antequam petatur, transmittitur ad hæredes, etiam extraneos, n. 7.*

7 *Paria sunt, quod testator relinquat integram legitimam, vel quod ipso iure suppleatur, numero 8.*

8 *Testamentum poterat querela expugnari secundũ tempora ffrum, si fuisset relictũ minus legitima, n.11. secus iure nouissimo, etiã quod filius in minima re fuisset institutus, n.12.*

9 *Legitimæ supplementum peti potest, etiam si testator relinquendo minus legitima, expresse prohibuisset plus petere, nu.13.*

10 *Exemplariter substitui non potest, nisi legitima relinquatur, num.14.*

11 *Leges noua, etiã generaliter loquentes, non intelligunt loqui de legibus ponentibus casum specialiter, num.15.*

12 L. omnimodo, C. de inoff. testam. *trahitur ad casum, quando institutæ personæ turpi, parenti relinquatur minus legitima, nu.17.*

13 *Exemplaris est introducta humanitatis intuitu, numero 18.*

14 *Pater relinquens minus legitima, non vtitur humanitate, num.19.*

15 *Legitimæ supplementum, petitur contra voluntatẽ testatoris, num 20.*

16 *Voluntas testatoris, in dubio censetur conformis dispositioni legis, num.21.*

17 *Ius agendi ad supplementum legitimæ, subrogatur loco querelæ, numero 22. Contra, & receptius, numero 24.*

18 *Legitimæ supplementum petens, habetur, ac si contratabularet, num.23.*

19 *Legitimæ supplementi petitio, fuit inuenta fauore testamenti principaliter, & fauore liberorum secundario, num.25.*

20 *Legitima deberi relinqui filiis, quibus exemplariter substituitur, de forma est introductũ, n.26.*

21 *Actus, forma legis non seruata, gestus, est nullus, n.27. etiam si esset fauorabilis, & pius, n.28.*

QVÆSTIO IX.

VTrum furioso, vel huiusmodi instituto
in minori, quam in legitima, possit e-
1 xemplariter substitui? Resp. quod † sic,
*Bart. in l. ex facto, numero 20. ff. de vulg.
& pupill. subst. Lancel. Polit. in tractat. subst. in materia exemplaris, nume.18. vers. tertio quæritur, Gul. de
Bened. in c. Raynutius, par. 2. in materia exemplaris,
num.21. extra de testam.* vbi testatur hanc esse com-
* muniorem * & æquiorem opinionẽ, *Ias. in d. l. ex
facto, nu.32.* vbi etiam dicit hanc esse communem
* * opinionem, *Ang. Salic. & Paul. de Castro, in d. l.
humanitatis, C. de impub. & aliis subst. Alex. in d. l.
ex facto, sub numero 37. Ioan. Fab. in § quavatione,
Instit. de pupill. substit. Bartol. de Hucio in tract. subst.
in materia exemplaris, num.9. in fin. Bal. in tract. eiusdem tit. in materia exemplaris, sub n.11. Vasq. in tract.
controuers. illustr. cap.106. num.4. Alex. Trentacinqu.
in tract. subst. par.3. cap.5. nu 3.* vbi testatur hanc esse
* cõmunem * & receptam scribentium sententiam.
2 Mouemur primo, quia posset † agi ad supple-
mentum legitimæ, ac si in sola legitima institutus
fuisset, *l. omnimodo, C. de inof. testam.* secundum quã
3 non † esset mirum, *d. l. humanitatis*, prius factam,
disponentem esse legitimam relinquendam, de-
bẽre interpretari, & declarari, *l. non est nouum, cum
seq. ff. de legib.*
Secũdo, quia exemplaris substitutio fuit intro-
4 ducta pro ipso furioso, & esset † valde iniuriosum,
vt quod pro illo introductum esset, peccato alieno
subuerteretur, præcipue quando nemo de alterius
culpa plecti deberet, *Lancel. Polit. in tract. subst. in
materia exemplaris, n.18. ver. ego vt breuius.*
Tertiò, quia quod † peccanti non nocet, minus 5
debet nocere alij, sed patri relinquenti minus legi-
tima, id non nocet, quò ad subuersionem testamẽ-
ti, *l. omnimodo, C. de inoff. testam.* ergò minus debe-
ret nocere filio non peccanti.
Quartò, quia † supplementum legitimæ indu- 6
citur à lege ipso iure, vt non sit necesse, quod peta-
tur à filio, *Crass. in § legitima, quæst. 37. circa fin.* vbi
testatur hanc esse veriorem, & communem * opi- *
nionem, *Bal. in l. scimus, C. de inoff. testa. Roder. Suarez in l. quoniam in prioribus, ampl.10. C. eod.* Inde an-
te quam † petatur, transmittitur ad hæredes, etiam 7
extraneos, *Bal. in d. l. scimus, Ruin. cons.26. num.2. 12.
& 16. vol.3. & consi.107. num.12. eod volu. Emanuel a
Costa in cap. si pater, in ver. Trebellianica, numero 11.
de testa. lib.6. Crass. d. quæst. 37.* vbi testatur commu-
nem * opinionẽ, *Franc. Mantica de coniect. vlt. vol.* *
*lib.7. tit.8. num.10. Bal. in Auth. presbyteros, num.2. C.
de episc. & cler. Fern. Vasq. de success. creat. § 10. nume.
154. & 322.* Et paria sunt, quod † testator relinquat 8
integrã legitimam, iuxta, *d. l. humanitatis*, vel quod
ipso iure suppleatur, *l. non aliter, & l. his verbis, ff. de
adoptio. Ias. in d. l. ex facto, sub n.34.*
Licèt alij tenuerint contrariam † sententiam, 9
vt sit necesse relinqui tota legitima, inter quos fuit
*Const. Rog. in tract. subst. in materia exemplaris, quæst.
5. nu.53. & 54. fol.143. Corn. in d. l. humanitatis, n.8. C.
de impub. & aliis subst.*
Moti primò, per † *Gloss. in vers. legitima, d. l. humanitatis, C de impub. & aliis subst.* 10
Sed resp. quod Accursius fuit locutus secundum
tempora Digestorum, quibus inspectis testamen-
tum poterat † querela expugnari, si fuisset relictum 11
minus legitima, *Crass. in § legitima, quæst. 32. n.2.* vbi
testatur communem * opinionẽ; non autem iure *
nouissimo, quo filius † institutus, etiam in minima 12
re, non posset dicere testamẽtum nullũ, seu quere-
lã proponere, sed benè conditione ex lege petere
supplementum legitimæ, *Vasq. de success. creat. § 30.
n.79.* vbi testatur hanc esse omnium * frequentissi- *
mam sententiã, & ita hodie seruari, fatetur *Paul. de
Cast. in d. l. omnimodo, Gloss. in Auth. nouissima, C. de
inoff. testa. Crass. in § testamentum, quæst. 55. num. 10.*
vbi etiam dicit communem * opinionem, etiam si *
† pater aliquid minus legitima relinquendo, ex- 13
presse prohibuisset, filium plus petere, quia huius-
modi prohibitionis Clausula non operaretur, ad
impediendũ legitimæ supplementum, nec ad ipsi-
us testamenti impugnationem, *Crass. in § legitima,
quæst.32. n.3* vbi testatur hanc esse communem * o- *
pinionem, *Rodor. Suarez in euidentia l. quoniam in
prioribus, num.15. C. de inoff. testam. Bart. in d. l. omnimodo, Vasq. de success. creat. § 30. numero 75. & § 10.
num.252. Ant. Cucchus in d. Auth. nouissima, vrb. legitima nullum grauamen admittit, vers. quæri etiam
potest, numero 3 per § cæterum, Auth. vt cum de appell. cognoscat.*
Secundò mouentur, quia *d. l. humanitatis*, spe-
cialiter † statuit, quod parentes non possent substi- 14
tuere exemplariter, nisi de bonis suis relinquãt le-
gitimam filiis mẽte captis, seu furiosis, ergò *d. l. omnimodò*, & si posterior, cum loquatur generaliter,
quod si filius habeat minus legitima posset agere
ad supplementum, non debet intelligi in casu spe-
cial. d.

15 ciali *d. l. humanitatis*; quia † leges nouæ quantum-
cunque luquantur generaliter, etiam ſi dicant non
obſtantibus quibuscunque legibus antiquis, non
intelliguntur loqui de illis legibus, quę ponunt ca-
ſum ſpecialem, *Gloſ. & Bart. in l. ſciendum, in princ.*
ff. qui ſatiſd. coga. Gloſſ. in Auth. de hæred. ab inteſta.
in ver. vocantibus, l. in teſtamentis, vbi Fulgoſ. C. de
teſtamen. iuncta l. hac conſultiſſima, vbi gloſſ. C. qui
teſtam. facere poſſunt.
16 Sed reſp. quod † quando eſt de intentione legis
nouæ, derogare caſibus ſpecialibus, extenditur et-
iam ad caſus ſpeciales, ita reſtringit dictã regulam
Ioan. de Imol. in l. ſi verò, § de viro, col. 6. ff. ſol. matr. A-
lex. in d. l. ſciendum, in princ. per Gloſſ. fin. in cap. con-
tra Chriſtianos, de hæret. lib. 6. at ita videtur eſſe de
17 intentione, *d.* † *l. omnimodo*, quæ etiam trahitur
ad caſum ſpecialem illum, quando inſtituta turpi
perſona, parenti relinquitur minus legitimã, *Bald.*
in l. fratres, quæſt. 3. C. de inoff. teſtam. Iaſ. in d. l. ex fa-
cto ſub num. 34.
18 Tertiò, quia † exemplaris ſubſtitutio, eſt indu-
cta humanitatis intuitu, *l. humanitatis, C. de impu-*
19 *ber. & aliis ſubſt.* ſed ſi pater † relinquat minus legi-
tima, non vtitur humanitate, *l. ſi quis in ſuo, in princ.*
C. de inoff. teſtam. Nec eſt verum, quod habetur in
reſiduo pro inſtituto, ex quo capit ſupplementum
20 ex tacita voluntate teſtatoris; quia imò † capit con-
tra voluntatem teſtatoris, qui relinquendo mi-
nus legitima, videtur in reſiduo exhæredare, *l. cum*
quæritur, & l. in parentibus, C. de inoff. teſt.
21 Sed reſp. quod in † dubio voluntas teſtatoris cẽ-
ſetur conformis voluntati legis, *Bart. in l. hæredes*
mei, § cum ita, ff. ad Trebell. Hondede. conſi. 70. nume.
26. Alex. Trentacinq. in tract. ſubſt. par. 5. cap. 9. num.
5. ver. ſecundo.
22 Quarto, quia † ius agendi ad ſupplementũ, ſub-
rogatur loco querelæ, & ſic loco exhæredationis,
Bar. in l. cum ex filio, in prin. ff. de vulg. & pup. ſubſt. &
in l. ſi quis filium, in fin. C. de inoff. teſtam. ergo ſicut ex-
hæredato non poſſet exemplariter ſubſtitui, vt di-
xi ſupra, in proxima *quæſt. nu. 2.* ergo nec agenti ad
ſupplementum legitimæ, & magis ſtringendo ſub-
23 dũt, quod qui † petit ſupplementum legitimæ, ha-
betur ac ſi contratabularet, *Bar. in l. pater filium, q.*
2. ff. de inoff. teſt.
24 Sed reſp. non eſſe verũ, quod † ius petendi ſup-
plementum legitimæ, ſubrogetur loco querelæ,
cum querela ſit odioſa, & expugnat teſtamentum,
ſed ius petendi ſupplementum, eſt fauorabile; quia
defendit teſtamentum, *Bal. in d. l. ſi quis filium, C. de*
inoff. teſt. Iaſ. in d. l. ex facto, nu. 33. in fin. vbi teſtatur
* communem * opinionem; fuit nanque petitio †
25 ſupplementi legitimæ, principaliter inuenta fauo-
re teſtatoris, & teſtamenti, licèt ſecundario fauore
liberorũ *Bald. in l. illud, circa prin. C. de collat. & in l.*
cum in lege, 3. not. C. Epiſc. & cler. Craſſ. in § legitima,
quæſtio. 32. num. 4. vbi teſtatur concluſionem hanc
non habere contradictorem, *Fern. Vaſq. de ſucceſſ.*
creat. § 30. n. 74.
26 Quintò, quia, vt † relinquatur legitima filiis, eſt
27 inductũ de forma, per *d. l. humanitatis*, ſed actus †
factus forma legis non ſeruata, eſt nullus, *l. cũ hi, §*
prætor ff. de tranſact. Bald. in l. humanum, colu. 2. C. de
legib. Angel. conſ. 89. Anchor. conſ. 35. col. 1. Tiraq. de
retr. lign. § 36. Gloſſ. 2. ſub n. 29. Felin. in cap. cum dile-
cta, colu. 26. ver. amplia decimo, extra de reſcr. Dec.
in cap. prudentiam, not. 4. extra de off. delega. etiam
ſi † eſſet fauorabilis, & pius, *l. qui Romæ, § Flauius, ff.* 28
de ver. obligat. Bald. in l. teſtamentum, C. de teſtam. &
conſi. 250. lib. 5. Iaſ. conſ. 191. col. 1. libr. 2. Tiraq. de retr.
lign. § 1. Gloſſ. 21. ſub n. 11. Sed reſp. † eſſe bene ſatis- 29
factum *d. l. humanitatis propter beneficium, dict. l. o-*
mnimodo.

ARGVMENTVM.

Vtrum in exemplari requiratur aditio hæ-
reditatis?

SVMMARIVM.

1 *Exemplaris, vt fiat, vtrum requiratur aditio hære-*
ditatis, diſtinguitur, nu. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. Alii,
& perperam ſimpliciter, quod non, n. 10.
2 *Curator furioſi, licèt non poſſet adire poteſt tamẽ pe-*
tere bonorum poſſeſſionem, n. 4.
3 *Bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas, data furioſo,*
eſt facti, n. 5. declara, n. 6. limita, n. 7.
4 *Bonorum poſſeſſio furioſo conceſſa, confirmat tabu-*
las exemplares, num. 8. & fideicommiſſa vni-
uerſalia, n. 9.

QVÆSTIO X.

VTrum in † exemplari ſubſtitutione re- 1
quiratur aditio hæreditatis, ſicut in pu-
pillari? Reſp. diſtinguendo cum *Bart. in*
l. ex facto num. 21 ff. de vul. & pupill. ſubſt.
quem ſequitur Sforz. Odd. in prælud. comp. par. 4. q. 4.
num. 9. Gul. de Bened. in cap. Raynutius, part. 2. verſ.
ſi abſque liberis moreretur, et 2. tit. de exemplari ſubſt.
num. 27. extra de teſtam. Iaſo in d. l. ex facto, numero
25. vbi teſtatur hanc *Bart.* concluſionem, eſſe indif-
ferenter à Doctoribus ſecutã, vbi etiam *Alex. n. 27.*
Bart. in tract. ſubſt. in materia exemplaris, ſub numero
12. Bartol. de Hucio in tract. eiuſdem tit. in materia ex-
emplaris, ſub numero 10. Aut furioſus † exiſtens ſub 2
patria poteſtate fuerit ſolus à patre inſtitutus, &
tunc exiſtentia ſui hæredis confirmat tabulas ex-
emplares, *arg. l. fin. § fin. C. de curat. furioſi, l. ſi filius*
qui patri, ff. de vul. & pupill. ſubſt. l. Antiſtius, § fin. ff.
de acqui. hæred. Zaſ. in tracta. ſubſt. in materia exem-
plaris, ſub num. 6. Aut † furioſus non exiſtit ſub po- 3
teſtate teſtantis, quia tractatur de teſtamento ma-
terno; vel quod habeat cohæredem extraneum, ita
quod exiſtentia ſui hæredis non poſſet operari, &
tunc requireretur aditio cohæredis, *l. apud Iulianũ,*
§ idem Iulianus, ff. ad Treb. Paul. Leon. in tract. ſubſt.
in materia exemplaris, num 82. & 83 vel † ipſi furio- 4
ſo deberet dari curator, qui licèt adire non poſſet,
iure tamen peteret bonorum poſſeſſionem ſecun-
dum tabulas, *Bart. in d. l. ex facto, num. 21 circa fin. I-*
mol. in d. capit. Raynutius, in materia exemplaris, &
in d. l. ex facto, Bal. in tract. ſubſt. in materia exempla-
ris, ſub numero 12. Zaſ. in tract. eiuſdem titu. in ma-
teria exemplaris ſub nu. 6. Anchar. conſ. 7. col. 1. Quæ
† bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas furioſo da- 5
ta, & ſi iuris non ſit, ſed facti, *Bart. in l. 1. nu. 4. ff. de*
bonor. poſſ. quæ furio. infa. ita vt donec eſt † in furore, 6
quo ad perceptionem fructuum dicitur bonorum
poſſeſſor; ſed ſi decedat in furore, fingitur bonorũ
poſſeſſorem non fuiſſe, & ad hæredem non trans-
mittit, *l. fin. § ſin autem in furore, C. de cur. furio.* niſi
furioſus fuiſſet † rogatus de reſtituendo; quia tunc 7
acquireret bonorũ poſſeſſionẽ iuris, & actionem
transferret, *l. cũ hæres inſtituta, ff. ad Trebell.* nihilo-
minus † confirmabit iſtas tabulas exẽplares, *Bart.* 8

in d.l.ex facto, sub nu.22. Sforz. Odd.d.quæst.4.num. 9. Bald.& Salic.in d.l. humanitatis, Bald. in tractat. subst. in materia exemplaris, sub num.12. Bart.de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia exemplaris, sub nu.
9 10 sicut etiam † confirmaret fideicommissa vniuersalia, *d. l. cum heres instituta, & l. nam quod, § si quis compulsus ff. ad Trebell. l. qui plures, § fin. ff. de vulg. & pup subst l. Lucius, § fin. ff. de lega.2.*

10 Et si alii simpliciter dixerint, non † esse necessariam aditionem hæreditatis, quia furiosus non potest adire, nec curator pro eo, per *l. fin. § si autem ex alia, C. de cura furio.*

ARGVMENTVM.

Quotuplex sit exemplaris?

SVMMARIVM.

1 *Exemplaris est triplex, num. 1. licèt alii dixerint esse duplicem, n.2.*

QVÆSTIO XI.

1 EXemplaris † substitutio quotuplex est? Resp. triplex, expressa scilicet, tacita, & partim expressa, & partim tacita, *Sforz. Odd. in prælud. compend. par.4. quæst.5. in*
* *prin.* vbi ait ita firmare Doctores* in *l. ex facto, ff. de val. & pupill. substit. Gul de Bened. in cap. Raynutius, par 2 tit de exempl subst. num.34. & seq. extra de testam. Bal in tract. subst. in materia exemplaris, n.13. & 15. Bart. de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia exemplaris, nu 11. & 14. Fabian. Boder. in arbor. subst. in litera S. & 1. Const. Roger. in tract. subst. in materia exemplaris, quæst. 7. num. 1. & 22. Alex. Trentacinq.*
\ *in tract. eiusdem tit. par. 3. cap. 2. nu. 2.* vbi omniũ ponit exempla: Et si *Lancel. Polit. in tract. subst. in mate-*
2 *ria exemplaris, nu.3.* duplicem † esse asseruerit, tacitam scilicet, & expressam, idemque amplexus fuerit *Pau. Leo in tract. subst. in materia exẽplaris, n.8.*

ARGVMENTVM.

Exẽplaris quibus verbis fiat, & quibus necne, facta præsumatur?

SVMMARIVM.

1 *Exemplaris quibus verbis fiat, & quibus necne facta præsumatur, numero 1. 3.6.7.9.10.12.16.17. 21. & 24.*

2 *Exemplaris expressa verbis singularibus facta dicetur, Si testator filio suo furioso, ita substituerit, & si filius meus hæres erit, & in furore decesserit, substituo Caium, n.2.*

3 *Exemplaris expressa verbis specialibus dicetur, Si testator dixerit, filio meo furioso substituo Caiũ, n.3. ratio n.4. contra, & male, n 5.*

4 *Exemplaris expressa verbis generalibus dicetur, si testator habens duos, pluresve filios furiosos, ita disposuerit, Instituo Titium, & Sempronium filios meos heredes, & eos inuicem substituo, numero 6.*

5 *Exemplaris præsumitur inducta, quando testator filio furioso, nulla furoris mentione facta, fratres ipsius furiosi substituerit, quos lex substitui præcipit, n.7. ratio, n.8.*

6 *Dispositio talis iudicari debet, qualis est forma obseruata, n.8.*

7 *Exemplaris dicetur, si testator dixerit, Et si filius meus in furore decesserit, ei, vel sibi substituo Caium, num.9.*

8 *Fideicommissaria potius dicetur, quam exẽplaris, si testator ita substituerit, Instituo Sempronium filium meum furiosum, & post eius mortem, volo omnia bona mea dari, & distribui pauperibus, pro anima mea, n.10 ratio, n.11.*

9 *Eleemosyna fieri non debet de re aliena, n.11.*

10 *Fideicommissaria potius dicetur, quã exemplaris, si testator filio suo furioso ita substituerit, & post eius mortem substituo Caium, vulgariter, & per fideicommissum, & prohibeo bona alienari perpetuo, vt conseruari possint in familia, num.12. ratio, n.13. declara, n.14. & 15.*

11 *Exemplaris non dicetur, si testator, postea quam compendiose substituerit illis verbis, Quandocunque decesserit, hanc ipsam compendiosam declarauerit, & restrinxerit, enumerãdo substitutionum species, vulgarẽ nempe, & fideicommissariã, nullumq; verbũ fecerit de exẽplari, n.16.*

12 *Fideicommissaria tantum dicetur, & non exemplaris si testator substituerit filio suo furioso, eum grauando onere restitutionis fideicommissi, n.17. ratio n.18. & 19.*

13 *Pupillus non poterit grauari onere fideicommissi in pupillari substitutione, n.18.*

14 *Exẽplaris, ad exemplũ pupillaris inducta fuit, n.19.*

15 *Furiosus, cui fuisset relictum aliquid vltra legitimam posset onere fideicommissi grauari, sicut etiam pupillus, n.20.*

16 *Fideicommissaria facta dicetur, & non exemplaris, si testator filio furioso substituisset Caiũ, quẽ deinde grauasset alteri restituere, n.21.*

17 *Substitutus exemplariter, non potest grauari fideicommisso, num.22. limita, nu 23.*

18 *Fideicommissaria inducta dicetur, & nõ exemplaris, si testator voluerit sibi, in bonis suis propriis succedi; quia dixisset decedente ipso filio meo, mihi, & in omnibus bonis meis, succedat Caius, nu. 24. declara, n.25.*

19 *Expressa tantum in institutione, non censentur in substitutione repetita, n.26.*

QVÆSTIO XII.

QVibus † verbis substitutio exemplaris 1
expressè fiat, & quibus facta, vel non,
præsumatur? Respon. distinguendo aliquos casus; primus itaq; erit, quando † 2
testator, ita filio suo furioso substituerit, & si filius meus hæres erit, & in furore decesserit, substituo Caium; quia hoc casu dicetur exemplaris expressa, verbis singularibus facta, *Menoch. part. 2. de præsumpt. lib 4. præsumpt. 49. num. 1. Zas. in tract. substit. in materia exemplaris, num. 5. in fin. Couarr. in cap. Raynutius § 6. num. 5. ver. tertio fit exemplaris, extra de testamen. Bart. in l. ex facto, num. 22. ff. de vulg. & pupill substit. § qua ratione, Inst. de pupill. subst. l. humanitatis, C. eod. Const. Roger. in tract. substit. in materia exemplaris, quæst. 3. num. 1. Crass. in § substitutio, quæst. 49. nu. 1. Paul. Leon. in tract. substit. in materia exemplaris, nume 64 Lancell. Polit. in tractat. eiusdem tit. in materia exemplaris, num. 2. Bal. in tracta. eiusdem tit. in materia exemplaris, num. 13. Alexand. Trentacinq. in tractat. eiusdem tit. cap. 2. n. 1.*

Secundus casus erit, quando † testator dixerit, 3
filio meo furioso, substituo Caiũ, quia tunc etiã dicetur exemplaris, verbis specialibus, *Couarr. in d. § 6. num. 4. ver item exemplaris*; quia (inquit) cum † 4
testator nõ dixerit & si filius meus in furore decesserit; sed dũtaxat, furoris, mentionẽ fecisset in filii nominatione, dicetur verbis specialib. facta, vt d. ctũ est,

est, Menoch.d.præsum.49.n.3.& consi.303.n.27.vol.4.
Crass.in § substitutio, quæst.49.n.2.
5 Licèt contrarium, vt illa † qualitas furiositatis
stet demonstratiuè, & non dispositiuè, &, per con-
sequens non intelligatur facta exemplaris substitu-
tio, tenuerint Ruin. cons. 103. num. 21. versic. nec ob-
stat, dum dicebatur, lib. 2. Dec. cons. 371. n. 7.
6 Tertius casus erit, quando † testator habens
duos, pluresve filios furiosos, ita disposuit, Instituo
Titium, & Sempronium filios meos hæredes, & e-
os inuicem substituo; quia hoc in casu breuiloquæ
dicetur exemplaris expressa, verbis generalibus fa-
cta, Menoch.d.præsum.49.n.4.Bart.in l.ex facto, nu-
mero 25.& in l.Lucius, nu. 16.ff.de vul. & pup. subst.
Menoch.cons.303.nu.18.vol.4. Rip.in d.l.Lucius, nu.
34.Hiero.Verius in d.l.ex facto, n.208.& 209. Socin.
Iun.cons.103.num.11 lib.1.Couarr.in d.§6 numero 4.
ver. fit autem exemplaris, Crass.d.quæstio.49.num.3.
* vbi testatur communem * opinionem.
7 Quartus casus erit, quando † testator filio furio-
so, nulla furoris mētione facta, fratres ipsius furio-
si substituerit, quos lex substitui præcipit, vt hinc
præsumatur testatorē facere voluisse substitutio-
nem exemplarem, Menoch.d.præsum.port.2.lib.4.
8 præsum.49.nu.5.& cons.303.num.19. vol. 4. Quia †
dispositio talis iudicari debet, qualis est forma ob-
seruata, Aret.in l.1.§ si quis ita, nu.18.ff. de verb.obli-
gat. Alciat.in tracta præsum.reg.3.præsum.36.in fin.
Quicquid sentiat Dec.consi.371.col.penult.sub num.
7.ver.non obstat, quod videtur seruata.
9 Quintus casus erit, quando † testator dixerit, &
si filius meus in furore decesserit, ei, vel sibi substi-
tuo Caium; quia tunc etiam dicetur exēplaris sub-
stitutio, Menoch.d.præs.49.num.6.& consi.303.n.56.
vol.4. Rum.cons.103.n.23.vol.3.
10 Sextus casus erit, quādo † testator ita substituit,
Instituo Semproniū filium meū furiosum, & post
eius mortem volo omnia bona mea dari, & distri-
bui pauperibus, pro anima mea; quia tunc non e-
rit exemplaris, sed fideicommissaria substitutio,
Anchar.cons.8.col.1.ver.in contrarium, Menoch.d.
præsum.49.num.7.& 8.quia (inquit) iubēs testator
bona distribui pauperibus, significauit se facere vo-
luisse substitutionem exemplarem, per quam ipsi
furioso succeditur, cuius bona testator non potue-
11 rat pauperibus erogare, cū † eleemosyna fieri non
posset de re aliena, cap.non est putanda, 1.quæst.1.
12 . Septimus casus erit, quando † testator filio suo
furioso, ita substituit, & post eius mortē, substituo
Caium, vulgariter, & per fideicōmissum, & prohi-
beo bona alienari perpetuo, vt conseruari possint
in familia; quia tunc potius dicitur fideicommissa-
ria substitutio, quam exemplaris, Menoch.d.præsu.
13 49.num.9.quia (inquit) illa † prohibitionis ratio,
significat substitutionem esse fideicommissariam,
cum per eam conseruentur bona in familia, Paul.
de Cast.cons.343.ver.hoc etiā, lib.1 Alex.consi.101.n.
13.lib.3.Paris.consi.57.lib.2.Curt.iun.consi.121 num.
15.Alba consil.51.nu.8.Dec.cons.371.nu.6.ver.sexto,
14 & vltimo, Grat.consi.134.num.43.vol.1. Nisi † vtra-
que substitutio exemplaris scilicet, & fideicommis-
saria locum habere posset, altera respectu furiosi,
& altera respectu testatoris, vt respondit Menoch.
15 consi.303.n.39.& 40.vol.4.vbi subiicit, esse † tunc e-
lectionem substituti, ex qua vellet substitutione
succedere, Ruin.consi.103.n.26.vol.2. Curt.iun consi.
890.num.21.

Octauus casus erit, quando † testator postea- 16
quam compendiosè substituerit illis verbis, Quan-
docunque decesserit, hanc ipsam compendiosam
declarauerit, & restrinxerit, enumerando substitu-
tionū species, vulgarem nempe, & fideicommissa-
riam, & nullum verbum fecerit de exemplari; quia
tunc exemplaris minime facta censebitur, Baldus
consi.20.col.2.versic.secunda ratio, lib.3. Ruin.consil.
103.num.17.lib.2. Dec.cons.371.numero 5. versic. &
prædicta, Menoch.d.præsum. 49. numero 10. Quic-
quid rēsponderit Menoch.consi 303.n.50.vol.4.
Nonus casus est, quandò † testator substituerit 17
filio suo furioso, eum grauando onere restitutionis
fideicommissi; quia tunc non diceretur facta ex-
emplaris, sed fideicommissaria tantummodo, Me-
noch.d præsum.49.num.11.Bal.consi.20.coln.2.libr.3.
Dec.consil.371. num.5. quem refert Menoch.consil.
303. numero 9. vol.4. Quia sicut † pupillus grauari 18
non posset onere fideicommissi, in pupillari sub-
stitutione, l.cohæreds, § cum filia.ff. de vulg. & pupill.
substit.l.ex tribus, C.de inoff. testamen. ita onus fidei-
commissi non potuit iniungi ipsi furioso, cum † 19
exemplaris, ad exēplum pupillaris inducta fuerit,
§ qua ratione, Instit. de pupill. l. humanitatis, C.eod.
l.ex facto .ff. eod. cum concord. sup. hac in eadem cen-
tur.quæst.2.
Verumtamen, si † furioso fuisset relictum ali 20
quid vltra legitimam, in eo posset onere fideicom-
missi grauari, sicut & pupillus, Menoch.d.consil.
304.num.51.& 52.per Bartol.in l.ex tribus, C.de inof.
testa.Rodor.Suarez in l. quoniam in prioribus, limit.5.
num.14 C.de inoff.testam.Bart.in l.1. in fin.ff.de vul.
& pupill.substit.
Decimus casus erit, quādo † testator filio furio- 21
so substituisset Caium, quem deinde grauauit al-
teri restituere; quia tunc non dicetur facta exem-
plaris, sed fideicommissaria, Menoch.d.præsumpt.
49.num.14.& consi.303.num.12. volu.4. Dec.consil.
371.num.5. versic. quarto ad idem, Socin.iun.consil.
103.numero 21.lib.1.Quia † substituit exemplariter 22
non possunt grauari fideicommisso, cum habeant
bona a lege, & non à testatore, Dec.d.consil.371.sub
numero 5.Socin.iun.consil.103.lib.1.& in l.cum filio-
familias, numero 44.ff.de leg.1. Anall.consil.68.nu-
mero 68 volu.4. Nisi † furiosus fuisset institutus in 23
plus, quam legitima; quia tūc, sicut ipse posset gra-
uari in illo plus, ita & eius substitutus, Menoch.d.
præsum.49 nu.14.in fin.& consil.303.nu 54.vol.4.E-
manuela Costa in cap si pater, in ver.pupillaris, col.vlt.
de testa lib 6 Hieron.Verius in l.ex facto, n.389.ff.de
vul.& pup.subst.
Vndecimus casus est, quando † testator volue- 24
rit sibi in bonis suis proprius succedi, quia dixisset,
decedente ipso filio, mihi, & in omnib. bonis me-
is, succedat Caius, quia tunc Caius non præsumitur
substitutus per exemplarem, sed per fideicommis-
sariam, Menoch.de præsum.par.2.lib.4 præsumpt.49.
num.15.& consi.303.num.13. volu.4. Dec.consil.371.
nu.3.ver.& primo, quia, Soc.iun.consi.102.num.44.
lib.1. Anall.consi.68.n.45.lib.4.
Intellige procedere, quando † dicta verba fuis- 25
sent prolata in institutione, & substitutione; quia
aliàs expressa in † institutione tantum, non cense- 26
rentur in substitutione repetita, Menoch.d.præs.49.
n.26.& d.consi.303.n.54.ver.nō obstat, Ruin.cons.103.
n.3.ver.& ea prædicta, lib.2.Soc.iun.cons.103.n.8.lib.1.

ARGVMENTVM.

Vtrum tacita exemplaris, contineatur sub vulgari expressa, facta furioso?

SVMMARIVM.

1 *Exemplaris tacita, continetur sub vulgari expressa facta furioso numero 1. exemplum, nume. 2. ratio, numero 3. & 4. contra, num. 5 rationes, num. 6. 12 & 15 resoluuntur elegan er, nu. 7 13. 14. & 16 limitatur ex contrariis coniecturis, numero 18. & 21.*

2 *Casus futurus aduersus expectari non debet, nume. 6. sed præsentem prouidere prudentis est, numer. 7.*

3 *Exemplaris tacita non continetur, si tempore vulgaris expressæ filius furiosus non fuisset, numero 8. contra, & perperam, num. 9. media, numero 10. & 11.*

4 *Duo speciualia circa idem, concurrere non debent, numero 12. quamuis habeant originem ex eodem fonte, num. 13.*

5 *Exemplaris cessat, vbi habet locum pupillaris, numero 14.*

6 *Vulgaris expressa, facta furioso, non continet tacitam exemplarem, ex coniectura mente testatoris, num. 17. veluti, si post ad eum hæreditatem, expresse substituerit per fideicommissum, nume. 18. vel quando testator reciproce substituerit duobus filiis imparibus, vno scilicet sanæ mentis, & alteri furioso, nu 21.*

7 *Prouisio expressa testatoris facit cessare tacitam prouisionem legis, nume. 19. ampliа, nu. 20.*

8 *Exemplaris fuit introducta ad instar pupillaris, numero 22.*

9 *Pupillaris tacita, non continetur sub vulgari expressa, facta duobus filiis imparibus, n. 21.*

QVÆSTIO XIII.

1 VTrum in vulgari † expressa, facta furioso, contineatur tacita exemplaris: resp. quod sic, *Bart. in l. ex facto, num 23 ff. de vul. & pupill. subst. arg. l. qui neque, & l. si prodiga, ff. de reb. cor. Menoch. de præsum. par. 2. lib. 4. præsum. 4. num. 2.* vbi exemplificat in patre, 2 qui † filio furioso, ita substituit, & si filius meus hæres non erit substituo Caium; nam Caius ipse censetur substitutus ipsi filio per exemplarem tacitam, eo in furore decedente, *Salic. in l humanitatis, col. antepen. versic. quæro quinto, C. de im. pub. & aliis subst. Ruin. consi. 103. num. 7. lib. 2. Rip. in d. l ex facto, numero 77.* vbi testatur communem * opinionem, *Cephal consi. 423 nume. 98. & 12 lib 3. Bal. in tract. subst. in materia exemplaris sub num 13. Bart. de Hucio, in tract. eiusdem titu. in materia exemplaris, sub nu 11. Lancel. Polit. in tract. eiusdem tit. in materia exemplaris, sub nu. 3 Sforz. Odd. in prolud. compend. par 4. quæst. 5. nu. 1. vers. tacita est*, vbi testatur hoc esse verissimũ, *Zas. in tract. subst. in materia exemplaris, num. 8. Vasq. in tract. de success. progress. lib. 2. § 17. num. 60 & 61 Corn in d. l. humanitatis, nu. 16. Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. 3. cap. 2. num 4. vers. tertia est opinio*, vbi testatur communem * opinionem. Nostræ autem, & receptioris sententiæ, ea 3 est solida ratio, quod † sicut in substitutione vulgari expressa facta filio impuberi, lex coniecturam facit inesse tacitam pupillarem, in beneficium pupilli, cui pater prouidere, & consulere voluit, *l. iam hoc iure, ff de vulg. & pupill. subst.* ita pariter, eadem ratione præsumendum erit, quod † pater substituendo filio per vulgarem, voluerit etiam substituere per exemplarem, eueniente casu furoris, 4 hancque rationem ante nos probauit *Menoch. lib. 2. præsum. par 2. præsum. 4. sub n. 2.*

Licèt alii simpliciter dixerint, sub vulgari † expressa, non contineri tacitam exemplarem, inter quos fuit *Gubel. & Ram.* quos refert *Bartol. in l. ex facto, n. 25. Alber. in l. precibus, n. 83. C. de impub. & aliis subst.* 5

Moti primo, quia † casus aduersaque fortuna considerari, seu expectari non debet, *l. inter stipulantem, § sacram, ff de verb. obligat. si in emptione, § liberum, ff. de verb. obligat.* vnde non est verisimile testatorem sensisse de exemplari substitutione, verbis non expressa, *arg. l. Iulianus, ff. qui & a quibus, l. cum patrem, C. de cond. inser.* 6

Sed resp. contrarium † procedere in casu futuro, cuius infelix euentus sperandus non est; sed nos loquimur, quando casus ipse in præsentiarum immineret, cui prouidere prudentis est, ita soluit, *Bartol. in d. l. ex facto, num. 23.* quem refert *Menoch. d. præsum. 41 num. 4. ver. verum, Alber. in l. precibus, num 84. ver. nec obstat si dicatur, C. de impub. & aliis subst.* 7

Et ideo si † tempore vulgaris expressæ substitutionis, filius furiosus non fuisset, cum tunc militaret ratio contraria, sub tali express. vulgari minime tacita exemplaris comprehenderetur, *Bartol. in d. l ex facto sub num. 23 vbi Iaf. sub numero 38.* ait Doctores * transire cum *Bart. Bal. in d. l. humanitatis, col. penul. Oldrad. in d. l. ex facto.* quem refert, & sequitur *Gul de Bened. in cap Raynutius, par. 2. in materia exemplaris, sub nu. 34 extra de testam. Constat. Roger. in tractat. subst. in materia exemplaris, quæst. 7. sub nu. 10. Bal. in tract. subst. in materia exemplaris, sub numero 13. Bartol. de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia exemplaris. sub numero 11. Sforz. Odd. in d. quæst 5 sub num. 1.* Tristes nanque euentus sunt considerabiles, quando agitur de prouidendo sibi, non autem alteri, *Ias. in l. si arrogator, numero 7 ff. de adopt. & in l. si cui legatur, numero 13. ff. de leg. 1.* 8 *

Quamuis, si furor superuenerit post expressam vulgarem substitutionem, etiam † comprehensam esse tacitam exemplarem, tenuerit *Rip. in d. l. ex facto, nume. 77. Lancel. Polit. in tract. subst. tit. de exempl. nume. 3. vers. ego vero, Zas. in tract. eiusdem tit. cap. 3. num 8. Menoch. d. præsum 4. num. 9. 10 & 11. Vasq. de success. § 17 numero 60. Cruss. in § substitutio, q. 49. n 5* vbi testatur hanc opinionem esse receptam * & verissimam, *Paul. Leon. in tractat. subst. in materia exemplaris, numero 11. & 12.* Quia (secundum eos) cum † exemplaris introducta sit pupillaris exemplo, coniecturata est, quod voluerit prouidere in omnibus casibus, qui euenire possent, & consequenter considerauerit tristem ipsum furoris euentum, qui ad prouidendum debet esse considerabilis, *l. generaliter. § si homini libero ff de fideicomm. libert. l. placet, ff de lib. & posth. Alciat. in d. § sacram. nume. 17* Quin imo magis debere dici † cõtineri exemplarem, quando furor superuenerit, quam in casu *Bart.* quando furor immineret tempore vulgaris substitutionis, quia tũc, cum potuerat prouidere vno verbo, & nõ prouidit, præsumitur noluisse, *l. vnica, § si quis ad deficientis, C. de cad. tollen.* 9 * 10 11

tollen. ſed quando furor ſuperuenerit, non cogitauit teſtator tempore vulgaris ſubſtitutionis specialiter de eo, licèt, ſi fuiſſet interrogatus, prouidiſſet, *gloſſ. l. tale pactum, § fi. ff. de pact.*

12 Secundò mouentur, quia duo † ſpecialia circa idem concurrere non debent, *l. cum poſt, § gener. ff. de iur. dot. l. 1. C. de dot. premiſſ.* ſed quod vulgaris expreſſa contineat tacitam pupillarem, eſt ſpeciale, *l. iam hoc iure, ff. de vul. & pup. ſubſt.* ergo non deberet dici, quod contineat tacitam exemplarem, & ſic aliud ſpeciale.

13 Sed reſp. contrarium procedere, quando duo † ſpecialia habēt originem ex eodem fonte, *Bart. in l. ex facto, n. 24. ff. de vul. & pup. ſubſt. & in l. gerit, col. vlt. ff. de acqui. hared. & in l. ſub conditione, col. 1. ff. de ſolut. & in l. ſi is qui pro emptore, colu. vlt. ff. de vſucap. Card. in Clem. quod circa, 20. queſt. de elect. & in Clem. 2 quaſtio. 7. vt lite pend.* at in noſtro themate procedunt ex duobus, vno modo propter ætatem, & alio modo propter furorem, vnde iure optimo cōcurrere poſſent, *l. ſingularia, ff. ſi cert. pet.* tanto magis, quia iſta duo ſpecialia nunquam poſſent concur-

14 rere; quia donec habet † locum pupillaris, ceſſat exemplaris, *Bart. in d. l. ex facto, ſub n. 24. per l. qui habent, ff. de tutel.*

15 Tertiò mouentur, quia melius † intelligi poteſt pupillaris, quam exemplaris, cū pupillaris habeat tempus certum, exemplaris, vero incertum, & propterea non eſt dicendum, idem de vna, quod de altera, *Alber. in d. l. precibus, C. de impub. & aliis ſubſt.*

16 Sed reſp. non fuiſſe † conſideratam temporis incertitudinem à legiſlatore, qui introduxit hanc exemplarem, ſed ſolum habuit rationem; quod ſicuti æquum eſt, vt ob conſilij infirmitatem filii pupilli, pater pro eo teſtetur, ſic & idem pater conficiat teſtamentum pro filio furioſo, iudicio, & ſano conſilio carente, *Salic. in d. l. humanitatis, col. penult. ver. ad aliam rationem, C. de impub. & aliis ſubſt. Menoch. lib. 4. praſum par. 2. praſu. 41. n. 8.*

Reſtringitur principalis concluſio, vt non pro-

17 cedat † ex contrariis coniecturis; quia tunc, non compræhenderetur tacita exemplaris, ſub expreſſa vulgari, furioſo facta, *Menoch. d. praſu. lib. 4. par. 2. praſum. 41. n. 11. verſ. receditur, Ruin conſ. 103. in fi. vol. 2. Dec. conſi. 371. Soc. iun. conſ. 103. vol. 1.*

18 Prima erit coniectura, quando † teſtator poſt aditam hereditatem expreſsè ſubſtitueritper fideicommiſſum, quia tunc tacita exemplaris, non contineretur ſub expreſſa vulgari, *Menoch. d. praſumpt.*

19 *41. num. 12.* quia (inquit) expreſſa † prouiſio teſtatoris, facit ceſſare tacitam prouiſionem legis, *l. cum ex filio, § 1. ff. de vul. & pupill. ſubſt. l. vlt. C. de pact. conuent.* non ſolum quando tacitum, & expreſſum eſt

20 circa idem, verum etiam † quando expreſſum eſſet circa diuerſum, *l. maritus, C. de procurator.* vnde cū teſtator expreſsè prouiderit filio furioſo, poſt aditam hæreditatem per ſubſtitutionem fideicommiſſariam, coniecturatur noluiſſe eſſe locum exēplari tacitæ, qua ſubſtitutus ſuccedit ipſi furioſo, poſt aditam ab eo hæreditatem, eamdemque probauit coniecturam, *Ruin. conſ. 103. in fi. lib. 2.*

21 Secunda erit coniectura, quando † teſtator reciproce ſubſtituerit duob. filiis imparibus, vni ſcilicet ſanæ mentis, & alteri furioſo; quia tunc hæc imparitas, quod in vno eſſe poſſet exemplaris & in altero non, efficit, vt ipſa exemplaris tacita, ſub expreſſa vulgari minimè contineatur, *Menoch. d. praſum. 41. num. 14. Bartol. in d. l. ex facto, nu 25. vbi Zaſ.*

num. 35. Nam, cum † exemplaris fuerit introducta, 22
ad inſtar pupillaris, *Caualc. deciſ. 79. num. 46 part. 3.*
Menoch. conſi. 303. num. 11. vel. 4. ſicuti tacita † pu- 23
pillaris, non continetur ſub vulgari expreſſa, facta duobus filiis imparibus, *l. iam hoc iure, ver. quod ſi alter, ff. de vul. & pupill. ſubſtit.* idem erit dicendum de hac exemplari ſubſtitutione.

ARGVMENTVM.

Vtrum in expreſſa pupillari, contineatur tacita exemplaris?

SVMMARIVM.

1 *Exemplaris tacita (ſecundum aliquos) continetur ſub expreſſa pupillari, n. 1. Auctor diſtinguit quatuor caſus, n. 3. 15. 16. 19. 20. & 21.*

2 *Symbolum in habentibus, facilis eſt tranſitus, numero 2.*

3 *Exemplaris, nunquam comprehenſa dicitur ſub pupillari, facta cum limitatione temporis, nume. 4. exemplum, nu. 5. rationes, nu. 6. & 9. eliduntur, & male, num. 7. 8. & 10 contra, & perperam, nu. 11. fundamentum ſuper arenam fabricatum, nu. 12. 13. & 14.*

4 *Subſtitutio, ad tempus reſtricta, & limitata, non extenditur vltra illud tempus, nu. 6.*

5 *Exemplaris tacita ſubintelligitur in expreſſa pupillari, ex interpretatione voluntatis defuncti, nō autem ex vi verborum, n. 7.*

6 L. ſi ita quis, & l. ex pacto, § itē quæro, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. *declarantur ſecundum aliquos, n. 8.*

7 *Vulgaris tacita, comprahenſa ſub expreſſa pupillari, reſtricta ad tempus, non terminatur à verbis expreſſa pupillaris, ſed à diſpoſitione legis, numero 10.*

8 *Pupillaris expreſſa, ad certum tempus reſtricta, & limitata, continet tacitam vulgarem ſibi contrariam, nu. 12.*

9 *Teſtator, filio ſuo impuberi in poteſtate conſtituto, & furioſo ſubſtituens pupillariter, ſine temporis præfinitione, infra tempora pubertatis continebit pupillarem, poſtea verò exemplarem, n. 15. exemplum, nu. 16. vel ſemper valebit vt exemplaris ſi vt pupillaris valere non poterit, nu. 17. contra, & male, vt ſit compendioſa, n. 18.*

10 *Pupillaris expreſſa, continet tacitam exemplarem, quando pater ſubſtituerit filio impuberi, qui teſtamenti tempore non erat furioſus, ſed poſt mortem patris, intra tamen pupillarē ætatem, ſuperuenerit furor, nu. 19. ſecus, ſi furor ſuperuenerit poſt pupillarem ætatem, num. 19. & 20. ratio, numero 21.*

QVÆSTIO XIV.

VTrum in expreſſa pupillari, contineatur tacita exemplaris? Reſp. alios indiſtinctè tenuiſſe quod † ſic, inter quos fuit *Gul.* 1
& Rain. quos refert Bart, in l. ex facto, nu. 25. ff. de vul. & pup. ſubſt. & Alex. Trentacinq. in tract. ſubſtit. par. 3. cap. 2. nu. 3. Quia in habentibus † ſym- 2
bolum, facilis eſt tranſitus, *l. in rem, § item quacunque, ff. de rei vend. l. ſi acceptolatum, ff. de accept. l. 3. § fin. ff. de bon. poſſeſſ.*

Ego verò diſtinguo † quatuor caſus; primus e- 3
rit, quando ſubſtitutio pupillaris fuiſſet facta cum
limitatione † temporis: puta, ſi teſtator dixiſſet, & 4

O

5 si filius meus † in pupillari ætate decesserit, ei sub-
stituo Caium, & tunc post tempora pubertatis, ex-
pirat omnis effectus huius substitutionis, vt nun-
quam comprehensa dicatur exemplaris, Bart. in d.
l. ex facto nu. 25. arg. l. si ita quis. ff. de vul. & pup. sub-
stit. Pau. Leon. in tract. subst. in materia exemplaris, n.
15 Gul. de Bened. in cap. Raynutius, par. 2. in materia
exemplaris, sub numere 35. extra de testam. Craff. in §
substitutio, quæst. 49 n. 6. vbi testatur hanc esse rece-
* ptam * opinionem, Constant. Roger. in tracta. subst.
in materia exemplaris, quæst. 7. n. 5. Bal in tract. subst.
in materia exemplaris, nu. 14. Bart. de Hucio in tract.
eiusdem tit. in materia exemplaris, sub n. 12.
6 Astringor primò, quia † substitutio ad tempus
restricta, & limitata, non extenditur vltra illud tē-
pus, l. si ita quis, & l. ex pacto, § item quæro ff. de vul. &
pup. subst. vnde hæc expressa pupillaris, non potest
continere tacitam exemplarem, cum alioquin ex-
tenderetur vltra illud tempus.
7 Et si respondeant contrarii, quod † tacita exem-
plaris, non subintelligitur in expressa pupillari, ex
vi verborum; sed bene continetur ex interpretati-
one volūtatis defuncti, quam lex sic facit, vt videa-
tur testator, etiam in hoc casu prouidisse. arg. l. iam
hoc iure ff de vul. & pup. subst. l. quamuis, C. eod. Vn-
de illa verba temporis limitatiua, si n demonstrati-
na, respiciunt ipsam expressam pupillarē, non autē
exemplarem subintellectam, &, per consequens, i-
psam pupillatem tantam restringunt, vt intra illud
tempus valeat, & non vltra.
8 Et † d. l. si ita quis, & l. ex pacto, § item quæro, lo-
quitur, quando tēpus fuisset expressum causa limi-
tationis, & taxationis; sed in nostro themate fuit
expressum (secundum eos) causa demonstrationis
pupillaris, vnde nō debet limitare iuris dispositio-
nē, l. si ē Mela, ff. de aliment. lega. l falsa, ff. de cond. &
demonstr.
9 Secundò moueor, quia hę duæ † substitutiones,
exemplaris scilicet, & pupillaris, terminantur vni-
ca verborum structura, & determinatione; vnde,
sicut pupillaris expirat pubertate, ita, & exempla-
ris, eodem tēpore finem recipere debet, l. iā hoc iu-
re, ff. de vul. & pup. subst. l. si legatarius, in fi. ff. de leg. 3.
10 Et si, etiam respondeant contrarii, sicut † vul-
garis tacita comprehensa sub expressa pupillari re-
stricta ad tempus, non terminatur à verbis expressę
pupillaris, sed à dispositione legis, quæ interpreta-
tur, talem fuisse mentem testatoris, vt si locus esse
non posset pupillaris, habeat locum vulgaris, R p.
in l. 1. num. 225. ver. sexto iste ff de vul. & pup. substit.
ita deberet dici in hac exemplari, cōiecturata à dis-
positione legis, non autem à verbis testatoris.
11 Licèt contrariam sententiam, vt tacita † exem-
plaris contineatur sub expressa pupillari, restricta
ad certum tempus, tenuerit, Alber. in l precibus, nu.
82. ver. sed dico contra, C. de impub. & aliis subst. Sa-
lic. in l. humanitatis, col antepenult. ver. quæro quarto,
C eod. R p. in d. l. ex facto, num. 78. ver. secundo dubi-
to, Couarr. in cap. Raynutius, § 5. numero 5. ver. deci-
mo his accedit, extra de testam. quem refert Menoch.
lib. 4 par. 2 præsum. 42. sub nu. 8. & 9. Sforz. Odd. in
prælud. compend. par. 4 quæst 5. sub nu. 2. Lancel. Po-
lit. in tract. subst. in materia exemplaris, in 5. quæsito
prin. Alex. Trentacinq. in tract. eiusdem tit. part. 3. cap.
2. n. 5. ver. verum.
12 Moti, quia, si † pupillaris expressa, ad certum tē-
pus restricta, & limitata, contiuet tacitam vulgarē
sibi contrariam, vt illa vulgaris non expiret post
pubertatem, vt dixi in cent. 1. multo magis hæc pu-
pillaris, comprehendere dicitur exemplarem, sibi
similē, vt non expiret, superueniente pubertate, &
additur (secundū eos) sicut † testator dilexit substi- 13
tutum, dum eum prætulit omnibus, excepto ipso
pupillo, l. heredes mei, § cū ita, ff. ad Treb & † voluit 14
dictum substitutum habere bona sua, & pupilli eo
decedēte in pupillari ætate, iuxta l sed si plures, § ad
substitutos, ff. de vul. & pup. subst. verisimile etiā est,
quod voluerit eum habere ipsa bona, decedente fi-
lio ipso instituto in furore, post pubertatē; quo ca-
su militare videtur eadem ratio dilectionis, & præ-
lationis.
Secundus casus erit, quando † substitutio pupil- 15
laris fuisset facta sine temporis præfinitione; vt † 16
quia testator filio suo impuberi, in potestate cōsti-
tuto, & furioso, ita simpliciter substituerit, Filio
meo heres esto; tunc, intra tempora pubertatis, di-
cta substitutio valebit iure pupillaris, postea verò
iure exēplaris substitutionis, Bar. in d. l. ex facto, sub
num. 25. arg. l. centurio ff de vul. & pup. subst. Bald. &
Salic. in l humanitatis, C. de impube. & aliis substit. il-
le, nu. 54. iste, col. 5. Alber. in l. precibus, nu. 82. C. eod.
Alciat. & Rip. in d. l. ex facto, ille, n 7a. in fin. iste, n. 18.
vbi testatur communem * opinionē, Menoch. par. *
2 præsum. lib. 4. præsum 42. nu. 2. & 3. Craff d. quæstio.
49. in fin. vbi ait esse receptam * sententiam, Sforz. *
Odd. d. quæst. 5. n. 2. vbi dicit communem * opinio- *
nem, Const. Roger. in d. q. 7. num. 4. Bal. in tract. subst.
in materia exemplaris, num. 14. Bar. de Hucio in tract.
eiusdem tit. in materia exemplaris, sub num. 12. Alex.
Trentacinq. in tract. eiusdem titu. par. 3. cap. 2. numero
5. ver. 2. vbi testatur communem * opinionem, & si *
dicta † substitutio, intra tempora pubertatis non 17
posset valere, vti pupillaris, valebit iure exēplaris,
& sic eo modo quo potest. Bar. in d. l. ex facta, sub n.
25. arg. l. Gallus, ff. de lib. & posth. Gul. de Bened. in cap.
Raynutius, par. 2. tit. de exemplari, num. 35. circa fin.
extra de testam. Bal. in tracta. subst. in materia exem-
plaris, nu. 14. in fin Bar. de Hucio in tract. eiusdem tit.
in materia exemplaris, sub n. 12.
Licèt, tunc † esse compendiosam substitutionē, 18
tenuerint, Lancel. Polit. & Paul. Leo. in eorum tract.
de subst. vterq. in mater. exēplaris, ille, sub n. 3. iste, n 15.
Tertius casus erit, quando † pater substituit fi- 19
lio impuberi, qui tempore testamenti non erat
furiosus; sed deinde post mortē patris, intra ipsam
pupillatem ætatem incidit in furorem; quia tune
expressa pupillaris, continetet tacitam exemplarē,
Menoch. lib. 4 præsum. par. 2 præsum. 42. n. 10. Alber.
in l precibus, num. 82. ver. sed pone, C. de impuber. &
aliis substit.
Quartus casus erit, quando † pater substituit fi- 20
lio impuberi, qui eo testamenti tempore, non e-
rat furiosus; sed deinde post mortem patris, & post
pupillatē ætatē superuenit furor; quia tunc, illa ex-
pressa pupillaris, non continetet exemplarem taci-
tam, Menoch. par. 2. de præs. lib. 4. præsum. 42. num. 11.
quia (inquit) exemplaris † nunquam dici posset cō- 21
prehensa sub dicta pupillari, cum tempore ætatis
pupillaris, nō extiterit in filio qualitas ipsa furoris,
qua causatur exēplaris, arg. l. in delictis, § si extrane-
us, ff de noxal. actio. eamdem conclusionem tenuit Al-
ber. in l. precibus, n. 82. in fi. C. de imp. & aliis subst.

A R.

ARGVMENTVM.

Vtrum inueniatur tacita exemplaris, probata?

SVMMARIVM.

1 Exemplaris tacita probata, reperitur bono iure, nu. 1. & quare dicatur tacita probata, num. 2. exemplum, nu. 3. & 4. & quid differat a tacita exemplari, quæ ſub expreſſa vulgari, ſeu pupillari cõprehenditur, n. 5.

2 Exemplaris tacita probata, & tacita præſumpta, differunt, n. 3. 4. & 5.

QVÆSTIO XV.

1 VTrum † inueniatur tacita exemplaris, pbata? Reſp. ſic, Bar. in l. ex facto, n. 26. ff. de vul & pup. ſubſt. per l. in teſtamento, in fi. C. de teſt. milit. Sf. Od. in præl. comp. par. 4 q. 5. n. 2. ver.
2 reperitur, quaſi (inquit) cũ † lex cã
nõ præſumat ex voluntate teſtatoris, ineſſe probari
debebit, inde probatã nuncupari, Alex. in d l. ex fa-
* cto, n. 39. vbi teſtatur omnes * alios Dd. ita tranſire,
3 ſubiicitq; exemplũ, quando † teſtator inſtituerit fi-
liũ impuberẽ furioſum, & alium puberẽ ſanæ mẽ-
tis, eoſque inuicem ſubſtituit, quibus, & ſi videatur
teſtatorem voluiſſe facere ſubſtitutionem, quæ v-
triq; pariter conueniat, per l. iam hoc iure, ff. de vul.
4 & pup. ſubſt. l. quamuis, C. eod. tamen, ſi filio † furio-
ſo mortuo, alter probauit per coniecturas, patrem
voluiſſe, eum admitti ex exemplari, vtique admit-
5 teretur ex ea, quæ dicitur probata, alia verò quæ †
ſub vulgari, ſeu pupillari comprehenditur, dicitur
tacita, ſeu præſumpta, ex ſola iuris præſumptiune,
procedens, abſque eo, quod aliàs probetur, quem
refert, & ſequitur Gul. de Bened. in cap. Raynutius, par. 2. ver ſi abſque liberis, el 2. tit. de exempl. ſubſt. ſub n. 36. extra de teſtam.

ARGVMENTVM.

Vtrum muto, poſſit exemplariter ſubſtitui?

SVMMARIVM.

1 Exemplariter ſubſtitui poteſt muto, nume. 1. intellige, in muto à natura, ſecus, ſi infirmitate, num. 2. ratio, n. 3.

2 Mutus ex accidenti, qui antea ſcribere ſciebat, poteſt teſtari, n. 3.

3 Subſtituto incumbit onus probandi, mutum taliter fuiſſe, cui exemplariter ſubſtitui potuiſſet, nu. 4.

4 Mutum aliquem eſſe, qualiter probabitur, numero 5.

QVÆSTIO XVI.

1 VTrum † muto poſſit exẽplariter ſub-
ſtitui? Reſp quod ſic, Bar. in l ex facto,
nu. 28 ff. de vul. & pup. ſubſt. Craſſ. in §
ſubſtitutio, quæſt. 4. n. 5. vbi teſtatur cõ-
* munem * opinionem, Bene. Caprat.
de exempl. ſubſt. n. 46. Sf. Od. in prælud. comp. par. 4. q.
7. verſ. muto, per tex. d. l. ex facto, Gul. de Bene. in cap.
Raynutius, par. 2. tit. de exempl. ſubſt. n. 5. extra de te-
ſtam. Conſtant. Roger. in tract. ſubſt. in materia exem-
plaris, quæſt. 5. num 3. Couarr. in d cap. Raynutius, § 6.
num. 1. in fin Iaſ in d. l. ex facto, num. 39. vbi teſtatur
* communem * opinionẽ, ibique Alex. n. 40. etiam
* dicit communem * opinionem, Add. ad Bar. in d. l.
ex facto, in litera S. vbi teſtatur hãc eſſe magis com-
* munem * opinionem, Alex. & Bal. in l. humanitatis,
C. de imp & aliis ſubſt. Ant. Gomez. var. reſol tom. 1. c.
6. n. 3. Craſſ. in § teſtamentum, quæſt. 30. n. 2. vbi etiam
dicit communem * opinionem, Zaſ. in tract. ſubſt. *
par. 3. ſub num. 3. Lancel. Polit. in tracta. eiuſdem titu.
in materia exemplaris, ſub num. 10. Bart. de Hucio in
tracta. eiuſdem tit. in materia exemplaris, ſub nu. 13.
Bald. in tractat. eiuſdem tit. in materia exemplaris, ſub
num. 15. Paul. Leon. in tracta. eiuſdem titu. in materia
exemplaris, nu. 34. in fin. Ant. Fum in tracta. eiuſdem
titu. in materia exemplaris, n. 61. pract. Pap. e. in form.
libell. quo agit. ex ſubſt. exem pl. nume. 2. Petr. Gregor.
par. 3 Syntagm iuris, lib. 42. c. 24. n. 15.

Intelligo † procedere, in muto à natura; ſecus 2
in eo, qui caſu, ſeu infirmitate, mutus effectus fue-
rit, ſi ante ipſam infirmitatem ſcribere ſciebat; quia
tunc † cum teſtari poſſet, et exemplariter ſubſtitui 3
prohibetur, Ant. Gomez. d. c. 6. ſub n 3 per l. diſcre-
tis, C. qui teſt. facere poſſ. vbi Dec. nu. 14 Craſſ. in § te-
ſtamentum, quæſt. 30. nu. 5. l ſi mutus, ff. de teſtamen.
Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 5. tit. 16. ſub nu. 10. A-
lex. Trẽtacinq. in tracta ſubſt. par. 3. c. 4. n. 5. vbi teſta-
tur communem * opinionem. *

Et † aliquem fuiſſe taliter mutum, vt exempla 4
riter ſubſtitui potuiſſet, incumbit onus probandi
ſubſtituto, l. ei qui, in prin. ff. de probat. cap. cum dile-
ctus, § nos cauſam, vbi gloſſ. in ver compotem, extra de
ſucceſſ. ab inteſt. gloſſ. in ver probare. l. nec codicillo, C.
de codicill. licèt contrarium videatur ſentire, Conſtant. Roger. in tract. ſubſt. in materia exempl. q 5. nu. 28. ver & attenta fol. 138.

Subſtitutus autem, illum fuiſſe † mutum proba- 5
bit ex actibus, quos teſtis exprimere debebit; puta,
quia non loquebatur verba articulata, ſed nutu, &
actibus, ſignisq; petebat, quod volebat, Maſcard. vol. 2. de probat. concl. 1079. num. 3 & 4. per Bart. in l. mutum, col. 1 verſic. eodem modo, ff de bonor. poſſ. fur. & in l. mutum ff de acquir her.

ARGVMENTVM.

Vtrum ſurdo, exemplariter ſubſtitui poſſet?

SVMMARIVM.

1 Exemplariter ſubſtitui poteſt ſurdo, n. 1. ſi quoq; mutus eſſet, aliàs ſecus, n. 2. ratio, n 3.

2 Surdus ſolummodo teſtari, & cod cillari poteſt, numero 3.

QVÆSTIO XVII.

VTrum † ſurdo, poſſit exemplariter ſub- 1
ſtitui? Reſp. quid ſic, Bart. in l. ex facto,
num. 28. ff. de vul. & pupill. ſubſtit. Conſt.
Roger. in tract. ſubſt. in materia exẽplaris,
q. 5. num. 12. Craſſ in § ſubſtitutio, quæſt. 44. in fin. vbi
teſtatur communem * opinionem, Alex. & Dec. *
in l. humanitatis, C. de impub. & aliis ſubſt. ille, num. 1.
iſte, num. 6. Imol. in cap. Raynutius, in materia exem-
plaris extra de teſtam. vbi Couarr. in § 6. numero 1. in
fin. Bald. & Bartol. de Hucio in eorum tractat. ſubſtit.
vterque in materia exemplaris, ſub n. 10. Zaſ. in tract.
eiuſdem t. c. 3. ſub n. 3.

Intellige veram eſſe concluſionem, ſi † quoque 2
mutus eſſet, aliàs ſecus, cum † ſurdus ſolummodo 3
teſtari, & codicillari poſſet, Craſſ. in § teſtamentum,
quæſt. 30 n. 3. vbi teſtatur communem * opinionem, *
per l. diſcretis, C. qui teſtam. face poſſ. Bened. Capr. in
tractat regular. conclu. 103. num. 22. Hondede. conſil.
37. ſub n. 3. Rim. iun. conſ. 736. n. 2. 3 & 39. vol. 7.

ARGVMENTVM.

Vtrum furioso posset exemplariter substitui?

SVMMARIVM.

1 *Exemplariter substitui potest furioso, nu. 1. contra, numero 44.45.46.47. & 48. solutio, numero 53. & 54.*

2 *Furiosus testari prohibetur, n. 2. etiam ad pias causas, n. 3. nisi haberet lucida interualla, n. 4. etiam, quod taliter fuisse, tempore testamẽti, probatum non fuerit, n. 5.*

3 *Furiosi testamentum, rite, & sapienter factum, valet, num. 6.*

4 *Furiosus nemo præsumitur, sed sanæ mentis, n. 7. & dicenti aliquem esse furiosum, incũbit onus probandi, n. 8.*

5 *Furoris probatio est difficilis, n. 9.*

6 *Furor probatur per actus, & signa, quæ extrinsecus proueniunt, n. 10. exempla, n. 11.*

7 *Furor probatur, eo ipso, quod quis ob furorem ab affinibus, & consanguineis, compedibus, vel in carcerem continetur, n. 11.*
Item, si a patre furiosus existimatur, n. 12. vel ab affinibus, vel consanguineis, n. 13.
Item, si alicui tanquam furioso, datus fuisset curator, n. 14.

8 *Furor probatur ex audacia, num. 11. vel ex eo, quod non loquitur, num. 16. vel si ex aliquo contractu enormiter læsus fuisset, iunctis aliis adminiculis, num. 17. vel si memoriam non haberet ordinatã, num. 18. vel si nomen proprium ignoraret, n. 19. vel ex loquela inordinata, n. 20. vel si de vna re interrogatus, de altera responderet, numero 21. vel si ad rem de qua agitur, non respondet, numero 22.*

9 *Furor probatur ex eo, quod quis cum bonum possit eligere, malum eligit, nu. 23. vel ex eo, quod quis, immerito se obiicit charitati erga liberos, n. 24. vel cum aduersa valetudine laboraret, medico recte consulenti, morem gerere noluerit, nu. 25. declara, n. 26.*

10 *Furor probatur ex eo, quod quis in testamento decreuerit, corpus suum in mare proiici, numero 27.*
Item, in eo, qui iussisset, cadauer suum sepeliri cum sonis, & cantibus, numero 28. contra, numero 29.
Item, si publicè clamorem emittat, n. 30.
Item, si interrogatus, sibilaret, n. 31.
Item, si data opera in faciem alterius expuerit, numero 32.
Item, si deridenda per vicos, insanorum more, loqueretur, n. 33.
Item, si per compita, atq; fora ingeminat tremulos, naso crispante cachinnos, n. 34.

11 *Furor probatur ex eo, quod quis inconsulte, & sine discrimine, lapides publicè furiosorum more, proiicit, n. 35.*
Item, qui publicè turpia, & inhonesta facit, n. 36. exemplum, n. 37.
Item, si imaginibus fallitur, vnum pro altero se cernere affirmans, n. 38.

12 *Testes ad furoris probationem inducti, debent reddere de attestatis rationem; aliàs eis non crederẽtur, n. 39. etiam, si de causa scientiæ interrogati non fuissent, n. 40.*

13 *Testes, super furore, in specie producti, debent esse contestes, n. 41. licet super furore in genere, sufficerent singulares, n. 42.*

14 *Furiosus, qui olim fuit probatus, semper præsumitur furiosus, n. 43.*

15 *Exemplariter substitui potest mente captis, nu. 44.*

16 L. humanitatis, C. impub. & aliis substit. *an extendatur ad furiosos, n. 45. 53. & 54.*

17 *Furiosus, differt à mente capto, n. 46.*

18 *Furiosus proprie quis est? n. 47.*

19 *Mente captus quis dicatur? n. 48.*

20 *Mente captus non differt à demente, n. 49. sed benè ab insano, n. 50.*

21 *Stultus qualiter differat à fatuo, n. 51.*

22 *Fatuus differt a stulto, n. 52.*

23 *Verbum mente captus in* l. humanitatis, C. de impub. & aliis subst. *accipitur generaliter pro quolibet insipiente, n. 54.*

QVÆSTIO XVIII.

VTrum furioso exẽplariter substitui pos-
sit? Resp. quod † sic, *Bartol. in l. ex facto,* 1
sub num. 29. ff. de vul. & pupill. subst. Cras.
in § substitutio, quæst. 44. sub n. 1. vbi testa-
tur communem * opinionem, *Capra in tract. subst.* *
exemplar. num. 41. Ant. Gomez. tom. 1. var. resol. cap.
6. in prin. Constant. Roger. in tracta. substit. in materia
exemplaris, quæst. 5. n. 21. Sforz. Odd. in prælud. com-
pend. par. 4. quæst. 7. n. 1. ver. & primo, furioso, Bald. in
tract. substit. in materia exemplaris, sub num. 5. per d.
l. ex facto, Bartol. de Hucio in tractat. eiusdem titu. in
materia exemplaris, sub num. 13. Ant. Fuma. in tract.
eiusdem titu. in materia exemplaris, sub numero 61.
Lancel. Polit. in tracta. eiusdem tit. in materia exem-
plaris, sub num. 10. Zas. in tract. eiusdem tit. cap. 3. sub
num. 3. Paul. Leon. in tract. eiusdem tit. in materia ex-
emplaris, n. 8. & 35. Menoch. lib. 4. præsumpt. part. 2.
præsumpt. 52. num. 12. Fabian. de monte in tract. empt.
& vend. quæst. 4. prin. sub num. 23. Aret. inst. de sub-
stit. in materia exemplaris, sub num. 1. fol. 103. Alexan.
Trentacinq. in tracta. eiusdem tit par. 3. cap. 4. num. 1.
vbi testatur hanc esse communem * & receptam *
scribentium sententiam, *Vasq. de success. progres. lib.*
2. § 17. n. 75.

Quia † furiosus testari prohibetur, *l. furiosum, C.* 2
qui testam. face. poss. Cras. in § testamentum, quæst. 21.
num. 1. Paul. Leon. in tractat. substit. in materia exem-
plaris, n. 34. in fin. § item furiosi, Inst. quib. non est per-
miss. facere testam. Franc. Mantic. de coniect. vlt. vol.
lib. 2. titu 5. in prin. Cephal. cons. 546. num. 26. volu. 4.
etiam † ad pias causas, *Clar. in § testamentum, quæst.* 3
6. ver. sed an furiosus, vbi testatur communem * o- *
pinionem, *Bart. in l. 1. num. 16. C. de sacrosanct. Eccl.*
Gras. cons. 30. num. 32. vol. 2. vbi etiam dicit commu-
nem * opinionem, *Crass. in § testamentum, q. 17. n. 3.* *
& quæst. 21. num. 9. vbi etiam testatur communem
* opinionem, *Bened. Capra in tractat. regul. conclus.* *
192. Fern. Vasq. de success. creat. § 22. n. 5. Visus. com. op.
lib. 1. ver. testis, ver. notarius, Tiraq. de priuil. piæ cau-
sa, priuil. 79. vers. sed si primam: Nisi † haberet lu- 4
cida interualla, *Crass. in § testamentum, quæstio. 21.*
sub n. 1. vbi testatur communem * opinionem, *Vin.*
lib. 1.

lib.1.com. op. verb teſtis, ver. notarius, Fern. Uaſq. de
ſucceſſ. progreſſ. § 1. numero 87. & tunc, etiam quod
5 † non fuiſſet probatum, tempore conditi teſtamē-
ti habuiſſe teſtatorem lucida interualla, modo te-
ſtamentum fuerit ritè factum, valebit. Craſſ. in § te-
ſtamentum, quaſt. 21. nu. 2. vbi teſtatur hanc eſſe ve-
* riorem, & magis communem * opinionē, Ang. in
§ praterea, Inſt. quib. non erat permiſſ facere teſtamen.
6 Ioſeph. Ludo. deciſ. 1. num. 13. par. 3. Quinimo, ſi † fu-
rioſus non haberet lucida interualla, & teſtatus
fuerit ſapienter, & rite, valebit eius teſtamentum,
Craſſ. in § teſtamentum, quaſt. 21. num. 4 vbi teſtatur
* communem * opinionem, Boer. deciſ. 23. nume. 88.
Viui. lib. 1 com. op. ver. notarius, ver. fall. 1 d. cla, Ioſeph.
Ludo. deciſ. 1. num. 13. par. 3. vbi teſtatur hanc eſſe ve-
* riorem, & magis communem * opinionem, Corn.
conſi. 2 6. nu. 15. vol. 3 Roma. in l. furioſum, C. qui te-
ſtam. facere poſſ. Quicquid dixerit meus Abb. in cap.
ſicut tenor, numero 3. extra de regul. & tranſo. ad re-
lig. quem refert Maſc. volu. 2. de prob. concl. 825. nu-
mero 16.

7 In † dubio, tamen quilibet pręſumitur ſanæ mē-
tis, l. nec codicillos, C de codicill. vbi gloſſ in verb. pro-
bari, & Bartol. verſ. dicendum eſt, Rum. conſil. 67. nu-
mero 1. verſic. quia in dubio, volum. 1. Dec. conſil. 448.
numero 9. verſic quia in dubio, & in l. furioſum, nu-
mero 19. verſic. & primo regula eſt, C. qui teſtament.
facere poſſ. Freder. Schenck. in tractatu de prob it. nu-
mero 3. ver ius enim praſumit. Maſc. volu. 2. probat.
concl. 824. ſub numero 5. Zabarell. conſil. 56. colum. 1.
verſic. ſecundò quod probatio ſana mentis, Bald. in l. 1.
in princip. ver. & ideo praſumitur, C. de cura. fur. vel
prodig. Couarr. in epit. de matrim. cap. 7. num. 6 verſic.
furor autem, par. 2. Socin. conſ 42 num 1. & conſil. 51.
ſub num. 3. verſic. maxime cum quilibet, volu. 1. Me-
8 noch. conſi 542 num. 14. vol. 6. vnde dicenti † aliquē
eſſe furioſum, incumbit onus probandi, Maſcar.
vol. 2. de probat. concl. 824. num. 8 Rum. conſil. 67. nu.
5 & 10. vol. 1. Barto. Bal. Fulgoſ. Alex & Paul de Caſt.
in l. nec codicillos, C. de codicillis, Specul. tit. de proba. §
1. numero 19 verſic. pone quidam, Freder. Schenck in
tractat. de probat. num 2 Socin. conſil. 42. nu. 1. verſic.
& ideo dicunt, vol. 1. Boer. deciſ. 23. num. 63. Bal. con-
ſil 347. num 3. vol. 3. Alex. in l. ſi furioſum, ſub num 3.
verſic. ſecus ſi nunquam, C. qui teſtam. facere poſſ. Bar-
tol. in l. is poteſt, num. 15. verſic. item quod dicitur, vbi
Marant. num. 125 ff. de acqui. hered. Abb. in cap. vlt.
num. 9. & 13. extra de ſucceſſ ab inteſtato, Lap alleg.
25. ſub num 2. Ioan. Vilam. in l. diuus, num. 77. verſic.
iuxta pramiſſa quaro, ff. ad l. Corn de ſicar. Franc. Ni-
con. in rub ff. de noui oper. nunt. numero 93. verſic quia
habemus, Viui. com. op. verb. furioſus occidens, verſic.
ideo allegantі, Franc. Hercul. in tract. de proba. negat.
nu. 10. ver. ſexto hac regula, Franc. Mantica de coniect.
vlt. vol. lib. 2 tit. 5. nu. 2. Sebaſt. Medices in tract. de ca-
ſibus fort. q. 5. n. 7. par. 2.

9 Furoris † autem probatio, eſt difficilis Franciſc.
Mantica de coniect. vlt vol lib. 2. tit. 5. num. 16. Bald.
in l. furioſum, C. qui teſtam facere poſſ num. 3. ver. eſt
autem difficile, Dec. conſi. 448 nu. 31. ver. difficile eſt,
Zabarell. conſil. 56. col 1. ver. & quidem primo, Aret.
in § praterea teſtamentum, ſub num. 3. ver. ſecundo ca-
ſu, Inſtit. quib. non eſt permiſſ. facere teſtam. Alex. Iaſ.
& Dec. in d. l furioſum, ille, ſub num. 3. iſte, ſub nu. 4.
hic, ſub num. 28. Pariſ. conſil. 81. nu. 54. verſic. ex quo
ſecundum, vol. 3. Boer. deciſ. 23. num. 41. ver. ſecundo
pręſuppono, Decian. conſil. 127. ſub numero 29. verſic.
quod difficile eſt, vol. 3. Curt. iun. conſil. 151. num. 1. vol.
2. Beroius conſil 556. n. 22. vol. 2. Maſcar. vol. 2. de pro-
bat. concl. 824. n. 1.

Sed † probabitur per actus, & ſigna, quæ ex- 10
trinſecus prouenіant, cum aliter ſub noſtrum ſen-
ſum, vti animi morbus latens cadere nō poſſet; pu-
ta ſi † ob furorem, ab affinibus, & conſanguineis 11
compedib. contineatur, vel in carcerem, l. congruit,
§ furioſi, ff. de off. praſid. Iaſo. in l. furioſum, numero 4.
verſic. item qui detinetur, C. qui teſtam. facere poſſ. A-
lex. in l. ſi cum dotem, § ſi maritus, ſub num 7. verſic. 3.
modo, ff. ſol. matr. Ioan. Baptiſt. Ferrett conſi. 207 num.
11. verſic. tertio, qui tenetur, Campeg. in tract. 1. de te-
ſtib. reg. 377. verſic. quarto quis, Maſcar vol. 2. de pro-
bat. concl. 826. num. 2. Franc. Mantica de coniect. vlt.
vol. lib. 2. titu. 5. num. 12. verſic. quintum, Menoch.
lib. 6. praſum. par 2. pra. n. 45. n. 27.

Vel ſi † a patre, furioſus exiſtimatur, Dec. in l fu- 12
rioſum, ſub num. 29. ver. tertio, ſi probatur, C. qui te-
ſtamen. facere poſſ. & conſil. 448. ſub num. 3. & conſil.
86 nu. 7. & conſil. 526. num. 6 Alex. conſi. 54. ſub nu.
2. verſic vbi etiam dicit, vol. 1. Boer. deciſ. 23. num. 80.
Gramm. conſil. 16. ſub num. 11. verſic. tertio probant,
Pariſ. conſil. 88. ſub nume. 4. verſic. praterea in eodem,
vol. 3. Maran in l. is poteſt, n. 128 ff. de acqui. hared.
Maſcar. vol. 1. de probat concl. 826. n 3.

Vel ab † affinibus, conſanguineis, vel ab aliis 13
communiter furioſus iudicetur, Maſc. vol 2. de pro-
bat. concl. 826. num. 5. circa med. Alex. conſi. 92. nu.
21 verſic. propterea deponunt, lib. 5 Pariſ. conſil. 87. n. 7.
lib. 3. Ioan. Baptiſt. Ferrett conſi 296. nu 3. vol. 2. Me-
noch lib. 6. par. 2 praſum 45 num. 45. & 46. Dec. con-
ſil. 86 num. 7. & conſi 448. nu 4. Alex. conſi. 54 nu 3.
lib 1. Gramm. conſ. 16. num. 12. Menoch. conſil. 82. nu-
mero 231. vol. 1.

Vel ſi † ei, tanquam furioſo, datus fuiſſet cura- 14
tor vt illius curam gereret, Dec conſ. 86. ſub num 7.
ver. & vltimo & conſi. 448. nu. 34. ver. & pariter &
in l. furioſi, ſub num. 3. verſic. & perditionem, ff de reg.
iur. Pariſ. conſi. 88. num. 70. lib. 3. Boer. deciſ 23. numero
79. Decian. conſil. 53 num. 4. vol. 2. Ioan. Baptiſt. Bon.
in tractat. de ſtat. vrb. proſcr. gloſſ. 19. num. 40. verſic.
facit, quod notat, Maſcar. d. concl. 826. num. 7. Lap.
allegat. 25. ſub num. 2. ver. ſed ſi tanquam, Menoch lib.
6. par. 2. praſum. 45. n. 44.

Vel † etiam ſumi poſſet pręſumptio ex audacia, 15
Maſcar. d concl. 826. nu. 9. Roffred de ord. iud part.
8. ver. ſuccedit, & alia conſtitutio, ſub num. 22. ver. no-
to ex hac litera.

Vel † ex eo, quod non loquitur, cum poſſit iun- 16
ctis coniecturis, ex quibus apertius ſtultitia depre-
hendi poſſit, Maſcar. vol. 2. de probat. concl 826 nu.
10. Iaſ. in l. apud Iulianum, § conſtat, numero 4. ff. de
lega. 1.

Vel ſi † ex aliquo contractu enormiter fuiſſet lę- 17
ſus, iunctis aliis coniecturis, furioſus præſumetur,
Maſc. volu. 2 de probat. conclu. 826. numero 13. Dec.
conſi 86 nu. 7. verſic. & cum ex tali contractu, Pariſ.
conſil. 87 num. 19. lib. 3 Menoch. de praſum par. 2. lib.
6. praſum 45. n 57.

Vel † ſi memoriam non haberet ordinatā, iun- 18
ctis tamen aliis adminiculis, Dec. conſi. 448. num. 3.
Domin. in cap. filii, in prin. 4. not. de heret. lib 6. Ma-
ran. in l. is poteſt n. 128. ff. de acqui. hered. Iac. Simanc.
de cathol. Inſtit. titu. 50. de praſum & ſuſpic. num. 19.

ver. ad hac non præsumitur, Masc. volu. 2. de probat. Concl. 826. sub num. 14. Franc. Mãtica de coniect. vlt. vol. lib. 2 tit. 5. sub n. 13.

19 Vel † si nomen proprium ignoret. *Bar. in l. si quis in fundi vocabulo, sub n. 6. vers. sicut etiam, vbi etiam Paul. de Cast. n. 5. ff. de lega. 1. Roma. cons. 179. n. 2. & consi. 281 circa fin. Ias. in l. furiosum, sub num. 4. vers. item qui nomen, C. qui testam. facere poss. per l. vlt. C. de hered. inst. Masc. vol. 2. de probat. concl. 826. num. 17. Menoch. lib. 6 præsum. par. 2. præsum. 54. n. 30.*

20 Vel † præsumeretur furor ex loquela inordinata, *Masc. d. concl. 826. num. 19. Dec. cons. 448. sub n. 2. & in l. furiosum sub n. 29. C. qui testam. facere poss. Alex. in l. si cum dotem, § si maritus, sub num. 7. vers. quintus est modus ff. sol. matr. Gram. cons. 16. n. 17. ver. quinto, Ferret. cons. 207. num. 12. vers. sexto, Bald. in l. sancimus, sub num. 1. vers. item nota, quod furiosi, C. ad Trebell. cap. 1. ver. si vero, in tex. ibi, quid velit, aut nolit exprimere nescit, vel non possit, extra de cler. agrot. Menoch. d. præsum. 45. n. 39.*

21 Idem † si de vna re interrogatus, de altera respõderet, *Menoch. d. præsum. 45 num. 36. Gemin. in cap. 1. § si vero, de cler. agro. libr. 6. Iaso. & Dec. in l. furiosum. C qui testam. facere poss. ille, n. 4. ver. idem iudicatur, ille, num. 29. ver. tertio, si probetur, Gram. consil. 16. num. 9. & 10. in criminal. Dec. consi. 448. num. 2. Alex. Raudens. de analog. c. 30. n. 156.*

22 Vel † si quis, ad rem de qua agitur, non respondit, *Dec. cons. 448. n. 1. versic. secundo, Iaso. in l. apud Iulianum, § constat. num. 5. ff. de leg. 1. & in l. furiosum, sub num. 4. ver. item iudicatur, C. qui testa. facere poss Maran. in l. is potest. sub num. 128. ff. de acqui. hæred. Mascar. vol 2. de probat. concl. 826. num. 20. Menoch. par. 2. præsum. lib. 6 præs. 45. n. 36. Viui. lib. 2. decis. 377. in prin.*

23 Vel † is qui cum bonum possit eligere, malum eligit, *Masc d. concl. 826. n. 21. per § sed erit, Instit. quod cum eo, gloss. in l. quidam, ff. de in rem verso, Bal. in l. 1 n 3. ver. extranei. C. com. de leg.*

24 Vel is, qui † immerito, se obiicit caritati, erga liberos, *Masc. vol. 2. de probat. concl. 826. numero 22. per l. amicissimo, § Lucius, ff. de excus. tuto. l. 2. & l. Titia, ff. de inoff. testam. l. patronus, § vlt. ff. de leg. 3. Bald. in Auth. ex causa, n. 26. ver. secũdo accipia, C. de liber. præt. Soc Iun. cons. 59 n. 13. vol. 3.*

25 Vel is † qui cum aduersa valetudine laboraret, medico rectè consulenti, noluerit morem gerere, *glos. in verb. inferas, c. 1. 83. distin. Alcia in l. sanum, n. 4 C. de transact. Specul tit. de salar. § vlt. num. 4. ver. sed quid, si infirmus. Alex. in l. apud Iulianũ, § cõstat, n. 4. in fin. ff. de lega. 1. Mara. in l. is potest, n. 128 ff. de acqui. hæred Ferrett. cons. 207. num. 12. versic. 7. Iaso. in l. furiosum, num 4. ver. item, si infirmus, C. qui testam. facere poss. Menoch. d. præsu. 45. n. 37.*

26 Intellige verum, si † testes adderent, infirmum hoc fecisse furoris causa, seu more insanorũ, *Mascar. vol. 2. de probat. concl. 826. n. 24. Franc. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 2. tit. 5. num. 12. in fin. Alciat. de præsum. reg. 1. præsum. 38. n. 3.*

27 Vel † is, qui in testamento decreuerit, suum corpus in mare proiici, *Mascar. vol. 2. de probat. concl. 826. num. 25. per l. quidam in suo, ff. de cond. instit. Alexan. in l. si cum dotem, § si maritus, sub num. 7. versic. item si appareat. ff. sol. matr. Ferrett. consil. 207. sub num. 12. versic. quarto, Ias. in l. furiosum, sub numero 4. versic. item qui iussit, C. qui testam. facere poss. Ioan. Vilam. in l. diuus, numero 78. versic. item si iussit, ff. ad leg. Corn. de sicar. Campeg. in tractat. de testibus, reg. 376. ver. septimo, Menoch. par. 2. lib. 6. præsum. 45. numero 29.*

28 Idem, si † moriens iussisset, cadauer suum sepelliri cum sonis, & cantibus, *Menoch. lib. 6. præsu. par. 2. præsum. 45. num. 41. & 43. in fin. Paul. de Cast. in l. quidam in suo, n. 3. ff de condit. instit. & in l. non oportet, num. 3. C. de his quib. vt indign. Iaso. in l. furiosum, n. 4. in fin. C. qui testa. facere poss. Roder. Suares alleg. 1. num. 12.*

29 Licèt † contrarium tenuerit *Roma. in l. 1. in prin. num. 19. ff. de ver. obligat. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 2. titu. 5. sub num. 9. Alex. in l. si cum dotem, § si maritus, num. 7 ff. sol. matr. Bauer. in § item furiosi, colum. vlt. versic. subdas tamen, Instit. quib. non est permissum facere testam. Boer. decis. 23 numero 65. Crot. in l. nemo potest, numera 58 ff. de leg. 1. vbi Alciat. num. 20.*

30 Vel si † publicè clamores emittat, *Masc. vol. 2. de probat. concl. 826. n 27. Lanfran. de Orian. in tract. de testibus, sub n. 148. ver. & ideo, quem esse furiosum.*

31 Vel † is, qui interrogatus est, sibilaret, *Masc. vol. 2. de probat. concl. 826. n 28. Franc. Mantica, de coniect. vlt. volu. lib. 2. titu. 5. n. 12. versic quartum, Corn. cons 319. n. 7. vol. 1 Ioan. Vilam. in l. diuus, sub n. 77. v. item si sibilat, ff. ad l. Corn. de sicar.*

32 Vel † si consulto, & opera dedita in faciem alterius expuerit, *Mascar. vol. 2. de probat. concl. 826. n. 29. Franc. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 2. titu. 5. numero 12. ver. tertium, Corn. cons. 22. num. 8. vol. 4. Maran. in l. is potest, n. 128 ver. eodem modo, ff. de acquir. hær. Menoch. d. præs. 45. n 58.*

33 Vel † qui deridenda per vicos, insanorum more loquitur, *Franc. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 2. tit. 5. num. 10. ver. & primum, per l. ob quæ vitia. ff. de adil. edi. Signorol. consil. 155. num. 24. Mascar. vol 2. de probat. concl. 126. num. 30 per l. is qui. § diuus ff. de curat. datis ab his, Abb. in cap. cum dilectus, sub numera 2. ver. qualiter autem probetur furor extra de success. ab intest. Alex in l. senium, sub n. 1. C. qui testam. facere poss Barbat. cons. 50. n. 16. & 22. vol. 2 Ferrett cons. 207. n 12. ver. octauo, Alciat. de præsump. reg. 1 præsump. 58. n. 2. Vant. de null. t process. tit ex defect. inhab. numero 17. & 18. Dec. cons 448. n. 1. Menoch d præsum. 45. n. 24. Viui. lib. 2. decis. 377. n. 2.*

34 Vel † qui per vicos, per compita, atque fora ingeminant tremulos naso crispãte cachinnos, *Mascar. vol. 2. de probat. concl. 826. n. 26. Alex. in l. si cum dotem, § si maritus, sub num. 7. ver. secũdo modo, ff. sol. matr. Ferrett. cons. 207. n. 12. vers. primo, quando quis, & consi. 296. n. 5. Dec. cons. 448. n. 1. Fab. de monte, in tract. de empt. & vend. q. 4. prin. n. 24.*

35 Vel † qui inconsulto, & sine discrimine, lapides publice furiosorum more proiicit, *Mascar. volu. 2. de probatia concl. 926. n 32 per l. 2. C. de Iudæis, glos. & Alexand. in d. l. si cum dotem, § si maritus, ff. sol. matr. Aretin. in § præterea, num. 4. ver. furor autem probatur, Instit. quib. non est permiss. facere testamen. & in § furiosi, n. 1. versic. quæro, quis dicitur, Inst. de curat. Marc. Ant. Eugen. cons. 79. n. 32.*

Vel † turpia, & inhonesta publicè faciat, puta si 36
passim † publicè ostendit pudibunda, *Menoch. par.* 37
2. lib. 6. præsum. 45. n 47. Gram. cons. 16. num. 8. Boer. quæst. 23. num. 52.

Vel si † imaginibus fallitur, vnum pro altero, se 38

cernere

eernere affirmans, Menoch. d. præſum. 45. num. 48.
Cornel. Celſ. lib. 3. medicina, cap. 18. Suarez. allegat. 1.
numero 6.
39 Vnde † teſtes ad furoris probationem inducti,
deberent reddere de atteſtatis rationem; aliàs eis
non crederetur, Maſcar. vol. 2. de probat. concluſ.
827. num. 1. Bartol. in tractat. de teſtibus, verſ. oppoſito
prudentia, num. 94. verſic. furioſus probatur, & in l.
ſolum, lect. 1. numero 2. & lect. 2. numero 14. C. de teſti-
bus, Iaſon, Paul. de Caſtr. & Dec. in l. furioſum, C. qui
teſtamen. facere poſſ. ille, numero 6. iſte, num. 3. ver-
ſic. idea teſtis, hic, ſub num. 28. Purpur. in l. 1. num. 96.
ff. ſi cert. pet. Dec. conſil. 448. ſub numero 32. verſic. &
ideo non creditur, Iaſon conſil. 2. numero 6. & 7. vol. 1.
& conſil. 141. num. 6. vol. 4. Alexand. conſil. 34. num.
13. vol. 3. & conſil. 141. num. 9. vol. 1. Socin. conſil. 42. n.
4. vol. 1. Curt. iun. conſil. 151. num. 2. libro 2. Bertrand.
conſil. 243. num. 6. par. 1. Alex. in d. l. furioſum, in fine.
40 Etiam † ſi interrogati teſtes de cauſa ſcientiæ mini-
mè fuiſſent. Maſcar. d. conclu. 827. n. 4. Franc. Curt.
in tractat. de teſtibus, concl. 36. num. 37. Boer. deciſio.
23. num. 41. ver. ſecundo præſuppono, Maran. in l. is po-
teſt, num. 129. ff. de acqui. hered. Iaſ. in l. furioſum, nu-
mero 6. verſic. etiam quod non creditur, C. qui teſta-
men. facere non poſ. Innoc. in cap. cum cauſam, extra de
teſtibus, Bal. in l. non ſolum, C. eod.
41 Et † ſuper furore in ſpecie producti, debent eſſe
conteſtes, Maſc. d. concl. 828. ſub num. 8. Felin. in cap.
licèt ex quadam, ſub num. 2. falle. 2. extra de teſtibus,
Boer. deciſ. 23. num. 44. Alex. conſ. 92. num. 20. libro 5.
Ruin. conſ. 67. n. 9. vol. 1. Maran. in l. is poteſt, num. 130.
42 ver. prædictis adde, ff. de acqui. hered. Super † furore
autem in genere producti, ſufficerent ſingulares,
Maſcar. d. concl. 827. num. 7. Alex. conſ. 141. n. 2. vol. 1.
& conſ. 147. num. 2. vol. 7. & conſ. 86. ſub num. 10. ver.
nec haberet abſtare, vol. 2. & conſ. 92. n. 19. verſic. nec
obſtat, ſi dicatur, vol. 5. Ruin. conſ. 67. num. 9. volu. 1.
Dec. conſ. 448. num. 8. & in l. furioſum, nu. 30. ver. &
probando C. qui teſtam. facere poſſ. Parſ. conſ. 87. nu. 8.
& conſ. 88. num. 10. vol. 3. Ferrett. conſ. 296. numero 4.
vol. 2. Ant. Gabr. lib. 1. concl. tit. de teſtibus, concluſ. 2.
n. 43. Marc. Ant. Eugen. conſ. 79. n. 35.
43 Et qui † olim fuit probatus furioſus, ſemper fu-
rioſus præſumitur, Maſcar. vol. 2. de probat. conclu.
825. num. 1. & ſeq. vbi declarat, ampliat, & limitat,
gloſſ. in ver. competem, cap. cum dilectus, extra de ſuc-
ceſſ. ab inteſt. Imo. in cap. dudum, col. 6. extra de præſer.
Berous conſ. 16. num. 20. vol. 2. Zabarell. conſ. 56. colu.
3. ver. quibus attentis, Dec. in l. furioſum, numero 23.
C. qui teſta. facere poſſ. Bart. in tracta. de teſtib. ver. op-
poſita prudentia, ſub num. 24. Barbat. conſ. 59. num. 18.
vol. 2. Aleiat. in tract. præſum. regul. 2. præſumpt. 18. n.
2. Tib. Decian. conſil. 34. num. 31. vol. 3. Franc. Manti-
ca de coniect. vlt. vol. lib. 2. titu. 5. n. 7. ver. & ideo, Me-
noch. d. præſum. 45. num. 59. & conſil. 82. numero 220.
vol. 1. Marc. Ant. Euge. conſ. 79. n. 23. vbi teſtatur cõ-
* munem* opinionem, Gerard. Mazz. conſ. 57. n. 22.
Sed contra principalem concluſionem, videtur
fortiter obſtare l. humanitatis, C. de impub. & aliis
ſubſt. quæ ſolum videtur diſpenſare, fieri poſſe ex-
44 emplarem ſubſtitutionem mente captis, quibus †
* exemplariter ſubſtitui omnes * admittunt, Craſſ. in
§ ſubſtitutio, quæſt. 4. in prin. Ant. Gomez. var. reſol.
tom. 1. cap. 6. in prin. Conarr. in cap. Raynutius, § 6. n.
1. circa med. extra de teſtam. Conſt. Roger. in tractat.
ſubſt. in materia exemplaris, quæſt. 5. ſub num. 1. Gul. de
Bened. in d. cap. Raynutius, par. 2. ver. ſi abſque liberis,
el 2. in materia exemplaris, num. 4. Zaſ. in tract. eiuſ-
dem tit. cap. 3. ſub n. 3. Lancel. Polit. in tract. eiuſdem t.
in materia exemplaris, n. 10. Bart. de Hucio in tractat.
eiuſdem tit. in materia exemplaris, ſub num. 23. Bal. in
tract. eiuſdem tit. in materia exemplaris, ſub num. 15.
Alex. in d. l. ex facto, ſub num. 40. Alex. Trentacinq. in
tracta. ſubſt. par. 3. cap. 4. num. 1. Ergò, cum d. l. huma-
nitatis, loquatur in † mente captis, non debet extẽ 45
di ad furioſos, l. ſi verò, § de viro. ff. ſol. matrim. ita te-
nuit Iacob. de Aret. & Mart. Solam. quos refert Cyn. in
d. l. humanitatis, Ang. in d. l. ex facto, Ioan. Andr. in c.
Raynutius, extra de teſtam. Furioſus † nanq; differt 46
à mente capto, vt diſtinguuntur in l. 2. ff. de inoff. te-
ſtam. l. nec mandant. § 1. ff. de tutor. & curator. dat. ab
his, l. vl. C. de adm. tut. l. ſi furioſi, C. de nup. quia furio-
ſus † propriè eſt ille, qui omnino eſt priuatus intel- 47
lectu, & habet rabiem furoris, adeo quod, ſi dimit-
teretur, ſæuiret in ſe, & in alios, Ant. Gomez. tom. 1.
var. reſol. c. 6. in princ. Cicero lib. 3. Tuſculan. quẽ tran-
ſcripſit Menoch. lib. 6. præſ. par. 2. præſu. 45. n. 2. & 11.
Bal. in l. ſed, & milites, § iam autem, ff. de excuſ. tutor.
& in l. furioſi, C. de nupt. & in l. humanitatis, col. 3. ver.
venio ad quartum, C. de impub. & aliis ſubſtit. Iaſ. in l.
furioſum, num. 2. vbi etiam Dec. num. 2. C. qui teſtam.
facere poſſ. Parſ. conſ. 87. num. 10. & conſ. 88. n. 7. lib. 3.
Gramm. conſil. crim. 16. num. 14. l. diuus, ff. de off. præ-
ſid. Mente captus † verò dicitur ille, qui caret intel- 48
lectu, habetque mentem oppreſſam, ſine offenſa
alterius, Odofred. Bal. Angel. & Iaſ. in d. l. humanita-
tis, Ante. Gomez. d. cap. 6. in prin. Iaſ. in l. furioſum, n.
2. C. qui teſtam. facere poſſ. Bal. in l. furioſi, C. de nupt. l.
his qui, ff. de tutor. & curat. dat. ab his, Hieron. Gigas
conſil. 116. num. 1. Fabian. de monte in tractat. empt. &
vend. 4. quæſtio. prin. ver. 9. quæro, num. 23. Vnde † 49
mente captus non dicitur differri à demente, qui
cum ſit mente diminuta, & is mẽte captus dicitur,
Menoch. lib. 6. præſum. par. 2. præſum. 45. numero 7.
Cicero lib. 3. Tuſculanar. Bene † tamen differeer ab 50
inſano, Cic. lib. 3. Tuſcul. cuius verba ſunt hæc; Inſa-
niam enim eſſe cenſuerunt, inconſtantiam ſanita-
te vacantem, quæ tamen poſſet tueri officiũ, & vitę
commune cultum, atq; vſitatũ, quem refert, Me-
noch. lib. 6. præſu. par. 2. præſ. 45. n. 2. & 3. Cornel. Celſ.
l. b. 3. de remed. cap. 18. ſic † quoque ſtultus differt à 51
fatuo; quia ſtultus dicitur is, qui impudens, impro-
uidus, incautus. vel ineptus eſt, ſed aliquid ſapit; fa-
tuus † verò eſt is, qui omnino deſipit, Menoch. d. 52
præſum 45. n. 8. & 9.
Reſpondetur tamen ad contrarium dictæ l. hu-
manitatis; primò, quia † eadem ratio, quæ eſt in 53
mẽte capto, militat in furioſo, vel huiuſmodi; ideo
non eſt mirũ, ſi dictæ legis prouiſio, ſe extendat ad
caſum ſimilem. Bar. in l. ex facto, n. 28. ff. de vulg. &
pup. ſubſt. per l. Gallus, § & quid ſi tantum, ff. de lib. &
poſth. & not. in l. quæ propter neceſſitatem, ff. de reg. iur.
l. illud, C. de ſacroſanct. Eccl. Bald. in tract. ſubſt. in ma-
teria exemplaris, ſub n. 15. Gul. de Bened. in cap. Ray-
nutius, part. 2. in materia exemplaris, ſub num. 4. ex-
tra de teſtamentis.
Secundò reſp. quod † verbum mente captus in 54
d. l. humanitatis, accipitur generaliter pro quolibet
inſipiẽte, vt largo ſumpto vocabulo cõpræhendat
furioſos, vel ſimiles, intellectu carentes, Bal. in d. l.
humanitatis, n. 15. per illum tex. in ver. ſapore, quẽ re-
fert, & ſequitur, Conſt. Roger. in tract. ſubſt. in mate-
ria exemplaris, q. 5. n. 4. & 5.

ARGVMENTVM.

Vtrum prodigo, cui bonis interdictum est, possit exemplariter substitui?

SVMMARIVM.

1 *Exemplariter substitui posset prodigo, cui bonis interdictum est, nu 1. media nu 2.4.5.6. & 8. contra, & perperam, nu. 9. fundamentum, n. 10. & 11. diruitur, n. 12.13.14. & 15.*

2 *Prodigus, cui per iudicem bonorum administratio interdicta fuerit, testari prohibetur, n 2.*

3 *Mente captus testari prohibetur, n 3.*

4 *Prodigus aequiparatur furioso, num. 4. & surdo, & muto, n. 5.*

5 *Exemplaris est fauorabilis, n. 6.*

6 *Extensio in fauorabilibus licita est, ex identitate rationis, num. 7.*

7 *Curator ita datur furioso, sicut prodigo, numero 8. & 13.*

8 *Prodigus incidit in illum casum, sua culpa, & delicto, n. 10.*

9 *Qui se posuit in necessitate, sibi imputetur, n. 11.*

10 § Si necessaria, l. si fideiussor, ff. qui satisdare cogant. *declaratur, n. 15.*

QVÆSTIO XIX.

Vtrum prodigo, cui bonis interdictũ est,
possit exemplariter substitui? Respon.
1 quod † sic, *Bart. in l. ex facto, sub num. 28.*
ff. de vul. & pupill. subst. Crass. in § substitu-
* *tio q. 44. n. 4.* vbi testatur communem * opinionẽ,
Bald. Salic. Paul. de Cast. Cor. Ias. Iacob. à S. Georg. &
Dec. in l. humanitatis, C. de impub. & aliis subst. Anto.
Gomez. vol. 1. var. resol. cap. 6. nu. 4. vbi testatur hanc
* esse magis communẽ * opinionem, *Gul. de Bened.*
in cap. Raynutius par. 2. in materia exemplaris, num.
5 extra de testam. Ias. in d. l. ex facto, numero 39. vbi
* testatur hanc opinionem esse cõmuniter * appro-
batam, *Const. de Reger. in tracta. subst. in materia ex-*
emplaris, quaest. 5 n 3. & 17. & quaest. 7. nu. 25. vbi te-
* statur communem * opinionem, *Alex in d. l. ex fa-*
* *cto, nu. 40.* vbi dicit communem * opinionem, *Be-*
ned. Capr. de subst. exempl. n. 44 Rip. in d. l. ex facto, n.
80. Bal. in tract. substit. in materia exemplaris, sub nu.
35. Barto. de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia ex-
emplaris sub num. 13. Anto. Fume. in tractat. eiusdem
tit. in materia exemplaris, sub num. 61. Lancell. Polit.
in tract. eiusdem tit. in materia exemplaris, sub num.
4. & 10. Zas. in tracta. eiusdem tit. in materia exem-
plaris, sub nu. 3. Aret. inst. in tract. subst. in materia ex-
emplaris, sub nu. 2. Petr. de Gregor par. 3. Syntagm. iu-
ris, lib. 42. c. 24. nu. 15. Alex Trentacinq. in tract. subst.
par. 3. cap. 4. num. 6. ver. & cum superior, & versic. &
* *per istam rationem*, vbi testatur communem * opi-
nionem, à qua in iudicando, & consulendo nõ esset
recedendum, *Couarr. in d. cap. Raynutius, § 6. in prin.*
Faber. in § qua ratione, Instit. de pup. substit. Hieron.
Vertus in d. l. ex facto, col. 3.

2 Mouemur primò, quia † prodig⁹, cui bonorum
administratio per iudicem interdicta fuerit, testari
prohibetur. (*Clar. in § testamentum, quaestio 33. gloss.*
in l. is cuius, ff. de testam. Crass. in § testamentum, quaest.
* *22* vbi testatur communem * opinionem, *Ioann.*
Guter. in tract. de contract. iurat. cap. 32. num. 1. Sforz.
Odd. in praelud. compend. par. 4. quaest. 7. ver. prodigo,
Tiraq. de priuil. piae causa, 79 priuil. circa finem. sicut
3 † etiam prohibetur testari mente captus, (de quo
loquitur *tex. d. l. humanitatis*) *Crass. in § testamentum,*
q. 21. sub nu. 7. Paul. Leon. in tract. substit. in materia
exemplaris, n. 67. in fin. ver. secundo requiritur, Tiraq.
d. priuil. 79. ver. sed primam.

Secundò, quia † prodigus aequiparatur furioso, 4
Ias. in l. ex facto, sub nu. 39. ff. de vul. & pup. subst. per l.
si praedia. ff. de reb. eor. § sed hoc dicimus, Auth. vt hi
qui obl. se perhib. Bal. in l. sed, & milites, § 1. ff. de excu-
sat. tutor. & supra magis communiter * cõclusimus, *
furioso posse exemplariter substitui, ergò, & pro-
digo.

Tertiò, quia † prodigus aequiparatur surdo, & 5
muto, *Ias. in d. l. ex facto sub nu. 39 per l. dabimus, § fi.*
cum l. seq. ff. de priuil. cred. sed surdo, & muto potest
exemplariter substitui, *vt supra in quaest. 25. & 26.*
dictum fuit, ergò &c.

Quartò quia † substitutio exemplaris, est fauo- 6
rabilis, respiciens commodum liberorum, *Ias. in l.*
ex facto, nu. 39. in fin. ff. de vul. & pup. subst. vnde erit
licita † extensio ex identitate rationis, *Bar. in l. si cõ-* 7
stante, in prin. 9. quaest. 1 par prin. ff. sol. matr. gloss. in l.
illud, C. de sacrosanct. Eccl.

Quintò quia † ita dantur curatores furiosis, seu 8
mente captis, sicut prodigis, *l. 1. C. de curat. furiosi,*
vel prodigi. § furiosi, Instit. de curator.

Licèt alii tenuerint contrarium, vt scilicet † ex- 9
emplaris filio prodigo fieri non posset, inter quos
fuit *Sforz. Odd. in praelud. comp. par. 4. quaest. 7. vers.*
sed mihi, Gul. de Cun. Cyn. Iacob. de Ar. et. Alber. Ra-
uer. & Ang. in d. l. ex facto, ff. de vul. & pup. subst. & in
d. l. humanitatis, Ioan. Andr. in cap. Raynutius, extra
de testam. Vasq. in tracta. de controuers. illustr. cap. 37.
numero 8.

Adstricti, quia † prodigus incidit in illum casum 10
sua culpa, & delicto, ex quo potius deberet sequi
poena, quam praemium, *l. siue haereditaria, ff. de neg.*
gest. & † deberet sibi imputare, quare se posuit in 11
necessitate, *l. si fideiussor, § si necessaria, ff. qui satisd.*
cog. l. 2. ff. si quis cautio.

Sed respon. quia † prodigalitas, est tale vitium, 12
propter quod testamentum iam factum non debet
vitiari, & non est tale delictum, propter quod de-
beat imponi poena circa factionem testamentari, *l. 1.*
§ exigu. ff. de bon. poss. secundũ tab. Zas. in tract. subst.
in materia exemplaris, sub nu. 3. per gloss. l. nec eum, ff.
de itin. actuque priuato, & sicut propter † tale viti- 13
um, à lege sibi prouidetur in vita, dando sibi cura-
torem, *§ furiosi, Inst. de cura.* eadem ratione debet
† sibi prouideri in morte, vt alius ei possit testari, 14
cum prodigalitas procedat ex quadam dementia,
Bart. in d. l. ex facto, sub nu. 28. Bart. de Hucio in tract.
subst. in materia exemplaris, num. 13. in fin. Const. Ro-
ger. in tractat. eiusdem tit. in materia exemplaris, sub
numero 3.

Et † ad *l. si fideiussor, § si necessaria, ff. qui satisda.* 15
cogan. respondetur, quod ibi volebat consequi be-
neficium cum alterius iniuria; hic verò venit ex iu-
re, quod alteri non nocet, & sibi prodest, *Bal. in tra-*
ctat. subst. in materia exemplaris, num. 15. in fin. per l.
in creditore ff. de euict.

ARGVMENTVM.

Vtrum fatuo exemplariter substitui posset?

SVMMARIVM.

1 *Exemplariter fatuo substitui potest, n. 1. declara, numero 3. & 5.*

2 Fa-

2 *Fatuo datur curator, sicuti furioso, & mente capto, numero 2.*

3 *Fatuus, omnino intellectu, sensuque carens, testari prohibetur, n.4. secus, si haberet iudicium, licèt non perfectum, & integrum, n.5.*

4 *Curatoris datio, non impedit testamenti factionem, quando aliquid aliud non obstaret, n.6.*

QVÆSTIO XX.

1 VTrum † fatuo exéplariter substitui
possset? Resp. quod sic, *Sforz. Odd. in
prælud. compend. par. 4. q. 7. in fin.* vbi
* testatur communem * opinionem,
*Ant. Gomez. tom. 1. var. resol. c. 6. n. 2.
Lancel. Pelit. in tract. subst. in materia exemplaris, sub
n. 10. Gul. de Bened. in cap. Raynutius, par. 2. in materia
exemplaris, sub n. 8. extra de testam. Aret. inst. in tract.*
2 *subst. in materia exemplaris, sub n. 2.* Quia † fatuo da-
tur curator, sicuti furioso, & mente capto, *l. 1. in fin.
& l. 2. ff. de postul. Ias. in l. ex facto, num. 41. ff. de vulg.
& pup. substit.*
3 Intelligo † procedere, quando fatuus esset talis,
qui omninò sensu, & intellectu careret; quia tunc
4 merito exemplariter substituitur, cũ † testari pro-
hibeatur, *Crass. in § testamentũ, quæst. 21. sub n. 7.* vbi
ait etiam, nihil differre à mente capto, *Ias. in l. ex fa-
cto, n. 41 ff. de vul. & pup. subst. l. si frater, vbi Alexan.
C. qui testam. facere poss. Zas. in tract. substit. in mate-
ria exemplaris, num. 3. in fi. Alex. Trentacinq. in tract.
eiusdem titu. par. 3. cap. 4. num. 9. Vasq. de success. pro-
gress. lib. 2. § 17. n. 110.*
5 Si verò † fatuus haberet sensum, intellectum,
seu iudicium, licèt non perfectum & integrum,
non posset ei exemplariter substitui, cum etiá tunc
eidem testari permitteretur, *Soarez. in add. ad Ant.
Gomez. in d. capit. 6. sub num. 1. Crass in § substitutio,
quæst. 21. num. 7.* vbi testatur hanc esse communem
* * distinctionem, *Fernand. Vasq. de success. progress.
lib. 2. § 17. n. 110.* vbi etiam dicit communem * opi-
nionem, *Ioan. Fab. & Aret. in § præterea, Instit. quib.
non est permiss. facere testam. Ant. Thesaur. decis. Pe-
dam. 92. nume. 1. & 3. Paris. cons. 88. lib 3. Dec. consil.
112. col. 1. Alex. Trentacinq. in d. cap. 4. numero 9. vers.
secundus.*
6 Nec refert, si fatuo detur † curator; quia datio
curatoris non impedit testamenti factionem, quá-
do aliquid aliud non obstaret, *Iason in l. ex facto,
sub num. 41 ff. de vulg. & pupill. substit. per l. Aurelio, §
Caius, vbi gloss. ff. de liber. leg. a l. cum pater, § curatoris,
ff. de lega. 2. Gul. de Bened. in d. tit. de exempl. substit.
sub num. 8. Boer. decis. 23. num. 79. Ant. Thesaur. de-
cis. Podam. 92. circa prin.*
7 Dicta † autem fatuitatis discretio, arbitrio iudi-
cis remittitur, *Anto. Thesaur. decis. Podame. 92. n. 4.
Rip. in d l. ex facto, num. 92. Iaso. in l. furiosum, C. qui
testam. facere poss.*

ARGVMENTVM.

Vtrum phrenetico, exemplariter substitui possset?

SVMMARIVM.

1 *Exemplariter phrenetico substitui non potest, num. 1. ratio, n. 2. & 3.*

2 *Phreneticus, dum est in phrenesi, testari non potest, numero 2.*

3 *Phrenetico exemplariter substitui non potest, cum temporali laboret morbo, & non perpetuo, n. 3.*

4 *Exemplaris, vt fiat, attenditur morbus prolixus, ob quem consueuit dari curator, non autem breuis, n. 4.*

5 *Exemplariter substitui non potest, constituto in articulo mortis, licèt dicatur esse extra mentem, & neminem recognoscat, n. 5.*

QVÆSTIO XXI.

VTrum † phrenetico exéplariter sub- 1
stitui possit? Resp. quod non, *Crass. in
§ substitutio, quæst. 44. n. 3.* vbi testatur
esse communem * opinionem, *Bald.* *
*in l. humanitatis, n. 75. C. de impub. &
aliis subst. Alciat. in l. ex facto, n. 4. ff. de vul. & pupill.
subst. Ias. Dec. & Corras. in d. l. humanitatis, ille, n. 2. i-
ste, n. 6. hic, n. 11. Fern. Vasq. de success. progress. lib. 2. §
17. n. 108. Constant. Roger. in tract. substit. in materia e-
xemplaris, sub n. 52. Gul. de Bened. in cap. Raynutius,
par. 2. verb. si absque liberis, tit. de exempl. substit. num.
8. extra de testamen. Sforz. Od. in prælud. comp. par. 4.
quæst. 7. ver. phrenetice*, vbi testatur hanc esse verio-
rem, & communiorem * opinionem, *Lancel. Pelit.* *
*in tract. subst. in materia exemplaris, num. 10. ver. ter-
tio, Alexan. in d. l. ex facto, num. 41. in fin. Aret. instit.
in tract. subst. in materia exemplaris, sub n. 2. Alexan.
Trentacinq. in tractat. eiusdem tit. par. 3. cap. 4. num. 8.*
vbi testatur hanc esse communem * opinionem. *
Quia licèt † phreneticus, dum est in phrenesi, 2
testari non possit, *Bal. in l. 2. quæst. 10. C. de resc. vend.
Ias. in l. furiosum, C. qui testamenta facere poss. & in d.
l. humanitatis, sub num. 2. Fabian. de monte, in tractat.
de empt. & vend. quæst. 22. num. 31. per l. ob quæ vitia,
ff. de adil. edi.* Tamen † non potest ei exemplariter 3
substitui, cum temporali laboret morbo, & nõ per-
petuo, *Sforz. Odd. in prælud. compend. par. 4. quæst. 7.
versic. Phrenetico, per l. 1. § interdum, ff. de adil. edict.*
At vt exemplariter substitui posset, exigitur morb'
perpetuus, vt probat *d. l. humanitatis, in tex. ibi, vel
mente capta perpetuo sit, Const. Roger. in tractat. subst.
in materia exemplaris, quæst 5. num. 24. & 25.* Non e-
nim † attenditur breuis furor, seu morbus ad effe- 4
ctum exemplaris, sed prolixus, ob quem consueuit
dari curator, *Bal. in d. l. humanitatis, in fin. C. de im-
pub. & aliis substit. arg. l. cum antiquitas, C. de testa-
men l. si quis ita legauerit, in ratione sui, ff. de condit.
& demonstrat.* Aliàs sequeretur, quod † cum qui- 5
libet in articulo mortis sit extra mentem, & nemi-
nem recognoscat, possit ei à parentibus exempla-
riter substitui, quod est falsissimum, *Bal. in d. l. hu-
manitatis, sub n. 75 Const. Roger d. q. 5. n. 52.*

ARGVMENTVM.

Vtrum detur exemplaris partim expressa & partim tacita, quo ad casus?

SVMMARIVM.

1 *Exemplaris reperitur partim expressa, & partim tacita, quo ad casus, n. 1. exemplum, n. 2. ratio, n. 3. declaratur (secundum aliquos,) n. 4. Author contra, n. 7. Alii aliter, n. 8.*

2 *Exemplaris facta in vnum casum, non trahitur ad alium casum, non expressum, si filius tempore substitutionis dumtaxat furiosus fuisset, n. 4. rationes. n. 5. & 6. contra, & receptius, n. 7. alterum distinctio, n. 8.*

3 *Indiuiduum derogat speciei, n. 6.*

QVÆSTIO XXII.

1 VTrum † reperiatur exẽplaris partim
expressa, & partim tacita, quo ad ca-
2 sus; vel bi gratia, si † testator dixisset,
Si fili⁹ meus decessisset in furore, ta-
lis sit hæres, & cessauerit furor, sed
remãsit prodig⁹, vel surdus, vel mutus, quæritur, v-
trũ porrigatur dicta substitutio ad casus nõ expres-
sos, vt sic dicatur partim expressa, & partim tacita;
expressa, quo ad casum furoris; tacita, quo ad casus
prodigalitatis, mutitatis, vel surditatis. Resp. quod
sic, *Bar. in l. ex facto, n. 28. ver. quæro ergò. ff. de vul. & pup. subst.* qoẽ refert, & sequitur, *Menoch. lib. 4. præsum. par. 2. præs. 65. n. 6 Bal. in l. humanitatis, n. 65. col. pen. q. 4. C. de imp. & aliis subst. Alber. in l precibus, n. 85. in fi. C. eod. Ias. in l. 1. n. 25. & in d. l. ex facto, n 42. ff eod. Rip. in d. l. ex facto, n. 83.* vbi testatur communẽ
* * opinionem, *Paul. Leon. in tract. subst. in materia exemplaris, num. 18. & 19. Bartol. de Hucic in tracta. eiusdem tit. in materia exemplaris, sub num. 14. Bald. in tracta eiusdem tit. in materia exemplaris, sub n. 16. Petr. Gregor. par. 3. Syntogm. iuris, lib. 42. cap. 24. sub*
3 *num. 3.* Quia sicut † vulgaris expressa, continet ta-
citam pupillarem, & tacitam exemplarem, & sicut
vulgaris facta in vnum casum, porrigitur ad alium,
ita eadem ratione in hac exemplari, *l. Gallus, § & quid si tantum, ff. de liber. & posth. l. iam hoc iure, ff. eod. l. fin. C. de instit. & subst. l. si extraneus, ff. de cond. ob causam, l. in testamẽto, la 1. ff. de cond. & demonstr.*

Intellige (secundum aliquos) cõclusionem præ-
4 dictam procedere, quoties † filius eodem tẽpore
fuerit tutionis, fuisset furiosus; itidem, & prodigus,
mutus, & surdus; aliàs, si dumtaxat furiosus fuisset,
exemplaris facta in vnum casum, non traheretur ad
alium casum non expressum, *Sf. Od. in prælud. comp. part. 4 quæstio 5. in fin Salic. in l. humanitatis, col. penult. ver. sexto quæro, C. de imp. & aliis subst. quem sequitur Gul. de Bened. Ct. in cap Raynutius, par. 2. vers. si absque liberis, el. 2. tit. de exempl. substit. sub numero*
5 *37. extra de testamen.* Tum quia dicti † casus non ha-
bent connexitatem inter se, vt videtur considerare
6 dicta *l. fin. C. de instit. & substit.* Tum etiam, quia †
indiuiduom derogat speciei, *l. hæres meus, § duæ statuæ, ff. de leg. 3.*

Egu verò simpliciter iudicarem, dictam substi-
7 tutionem esse † trahendam ad casum non expres-
sum, de quo, si testator cogitasset, verisimiliter et-
iam in eum substituisset, vt mecũ assentit Illustriss.
& Reuerendiss. *Mantica in tract. de cõiect. vlt. vol. lib. 5. tit. 16. sub num. 20. Rip. in d. l. ex facto, num. 83. per l. vlt C. de posth. hæred. inst. l. quæsitum, ff. de tutel. l furiosi, C. de nupt. gloss. l. tale pactum, § fin ff. de pact. Bart. in l. iam hoc iure, ff de vulg. & pupill. substit. Alex. in d. l. ex facto, num. 42* vbi testatur hanc esse ve-
riorem opinionem, *Constan. Roger. in tract. subst. in materia exemplaris q. 7. n. 22. & 23.*

Licet Bal. in d. l. humanitatis, num. 69. & 70. no-
8 bis tantum essentiat in morbo; qui † remaneret ex
antiqua materia, puta, quia de furiosu, remansisset
mente captus, mutus, vel surdus; secus si remanens
morbus non fuisset ex antiqua materia; puta, quia
remansisset prodigus; quia tunc substiturio ad eius
casum non traheretur, *arg. l. maritus, ff. de loca. cap. quamuis, extra de elect. l. si ventri, § fin. ff. de priuileg. cred.*

ARGVMENTVM.

Vtrum repetiatur exemplaris partim expressa, & partim tacita quo ad verba?

SVMMARIVM.

1 *Exemplaris reperitur partim expressa, & partim tacita quod ad verba, n. 1. exemplum, num. 2. ampliа, n. 3 contra, & male, n. 4.*

2 *Paul. Leon. in tract. subst. reiicitur, n. 4.*

QVÆSTIO XXIII.

VTrum † reperiatur exẽplaris, par- 1
tim expressa, & partim tacita, quo
ad verba? Resp. quod sic; veluti, si
† testator duobus filiis mente ca- 2
ptis hæredib. institutis, breuilo-
què substituat, dicẽdo, filios meos
Titium, & Caiũ instituo, & eos inuicem substituo,
quo casu hac breuiloqua compræhenduntur duæ
exemplares; altera in persona vnius, & altera in per-
sona alterius, ambę expressæ verbis generalibus, &
tacitæ verbis specialibus; quia in eis non reperiun-
tur verba specialia, quibus exẽplaris fieri solet, sci-
licèt, si filius meus in furore decesserit, talis sit hæ-
res, *Bar. in l. ex facto, n. 27. & in l. Lucius, ff. de vul & pup. subst. Gul. de Bened. in cap. Raynutius. par. 2. vers. si absque liberis, el 2. tit. de exempl. substit. num. 37 extra de testam. Sforz. Odd in prælud. compend. par. 4. quæst. 5. in fin.* vbi idẽ subiicit, procedere in ea, quæ
† sub compendiosa continetur, vel etiam si fuisset 3
dictum, quisquis mihi hæres erit, sit filio meo mu-
to hæres.

Licèt *Paul. Leon. in tractat. substit. in materia exemplaris, n. 9.* eas † appellat tacitas, cum casus ex- 4
emplaris non exprimatur.

ARGVMENTVM.

Qui debeant exemplariter substitui?

SVMMARIVM.

1 *Exemplariter substitui debeant, primo loco liberi ipsius mente capti, secundo, fratres, vel sorores, tertio, vnusquisque, num. 1. & 7 pupillariter autem quilibet substitui potest, num. 2. ratio differentia, n. 3. 4. & 6.*

2 *Pater posset pupillariter substituere quemcumque sibi posset, n. 2.*

3 *Pupillaris fuit introducta secundum iuris ciuilis rigorem, ratione patria potestatis, n. 3. cõtra, & male, vt ex humanitate, & gratia, n. 4.*

4 *Alexan. Trentacinq. in tract. substit. refellitur, numero 4.*

5 *Lancel. Polit. in tract. subst. reiicitur, n 5.*

6 *Exemplaris fuit introducta ex quadã humanitate, & pietate, n. 6.*

7 *Exemplariter substituti ex legis dispositione non possunt fideicommisse grauari, n 8.*

QVÆSTIO XXIV.

QVæ † personæ exemplariter substitui 1
possent? Resp. Primo loco liberi ipsius
mente capti; Secundò, fratres; Tertiò,
vnusquisque, *Bartol. in l. ex facto, numero 28. versic. quare quis possit, ff. de vulgar. & pupill. substitu. per l. humanitatis, C. eod. Sforz Odd. in prælud. compend. partic. 4. quæstio. octaua, versicul. quo ad secundum, Cross. in § substitutio, quæstio. 47. numero 1. Gul. de Bened. in cap. Raynutius, par. 2. titu. de*

exem-

exemplari ſubſtit num. 29. extra de teſtamen. Conſtan. Roger. de ſubſt. in materia exemplaris quæſt 9. ſub nu. 1. Alex. & Iaſ. in d. l. ex facto, vterque, ſub num. 42. vbi
* inquiunt, ita omnes * alios tranſire, Bal. in tractat. ſubſtitut. in materia exemplaris, ſub num. 16. Bartol. de Hucio in tractat. eiuſdem titu. in materia exemplaris, ſub numero 15. Anton. Fume. in tractat. eiuſdem titu. in materia exemplaris, numero 63. Lancellot. Polit. in tractat eiuſdem titu. in materia exemplaris, ſub numero 19. Zaſ. in tractat. eiuſdem titu. in materia exemplaris, ſub numero 7. Paul. Leon. in tractat. eiuſdem titul. in materia exemplaris, numero 63. Petrus Gregor. part. 3. Syntagm. iuris vniuerſi, libro 42. ca-
a pite 24. nu. 16. Et ſi in † pupillari ſubſtitutione, poſſit pater eum, pupillo facere hæredem, quemcunque ſibi poſſet, Barto. in d. l. ex facto, ſub numero 28. circa fin. per l. ſed ſi plures, § quos poſſum, & l. 2. § penult. ff. eod.

3 Et ratio huius differentiæ eſt, inter † exemplarem, & pupillarem; quia ſubſtitutio pupillaris eſt introducta ſecundum iuris ciuilis rigorem, ratione patriæ poteſtatis (quæ durat, etiam ſi extraneus ſubſtituatur) Bal. in tractat. ſubſtit. in materia exemplaris ſub nu. 16. Bart. Alex & Iaſo. in l. humanitatis,
* C. de impub. & aliis ſubſt. hancque eſſe communem * opinionem, fatetur Alex. Trentacinq in tract. ſub
4 ſtit. par. 2. c. 2. num. 7. & ſi met ipſe † teneat potius ex humanitate, & gratia fuiſſe introductam, ſecu-
5 tus † Lancel. Polit. in tract. eiuſdem tit. in materia pu-
6 pillaris, col. 2 ſed † exemplaris fit ex quadam humanitate, & pietate, Alex. Trentacinq. in tract. ſubſtit. par. 3 cap. 3. num. 1. quæ pietas videtur ceſſare, ſubſtituēdo extraneos, cum furioſus haberet filios, vel fratres Hancq; eſſe bonā rationem (poſt Gul.) teſtatur Bar. in d. l. ex facto, num 29. Sforz. Odd. in prælud. comp. par. 4. quæſtio. 8. in prin. Conſtant. Roger. in tractatu ſubſtit. in materia exemplaris, quæſtio. 9. ſub numero 1. Bald. in tractat. ſubſtitu. in materia exemplaris, nu. 17. Bartol. de Hucio in tract. eiuſdem tit. in materia exemplaris, ſub n. 15.

7 Verum tamen, ſi non † extarent filii, neque fratres, ſed ſorores, vna ipſarum eſſet ſubſtituenda. Alex. Trentacinq. in tractat ſubſtit. par. 3 cap. 5. numero 10. vbi teſtatur communem * opinionem, Paul. de Caſt. Alex. & Dec. in d. l. humanitatis, Rip in d. l. ex facto, Iaſ. in l. tres fratres. ff. de pact

8 Quæ quidem perſonæ, ſubſtituendæ exemplariter † ex legis diſpoſitione, non poſſent fideicommiſſo grauari, Alex. Trentacinq. in d. cap 5. n. 15. Socin. conſ. 103. n 21. vol. 1. arg l. ſi arrogator, ff. de adopt. l. quoniam, C. de inof teſt l fœmina, C. de ſecun. nupt.

ARGVMENTVM.

Vtrum mater in ſubſtitutione exemplari præteriri poſſet?

SVMMARIVM.

1 *Mater præteriri poterit in tabulis exemplaribus, n. 1. media num. 2. 3. & 4. contra. & male, nume. 6. fundamenta, nu. 7. 8. 9. 10. 12. 13. 14. 15. 16. & 17. diluuntur, n. 11. & 18.*
2 *Parentes poſſunt exemplariter ſubſtituere quoſcunque, absque metu querelæ, ſi mente captus non haberet filios, vel fratres, num. 2.*
3 *Exemplaris fuit introducta ad exemplum pupillaris, num. 3.*
4 *Mater poteſt præteriri in ſubſtitutione pupillari, numero 4.*
5 *Exemplaris conuenit cū pupillari, niſi expreſſè diſconuenire appareat, n. 5.*
6 *Quilibet indignatur, per ſibi parem vinci, n. 7.*
7 *Mater ſuccedit æqualiter cum fratribus mente capti, nu. 8.*
8 *Matri debetur legitima in bonis filii, alias competeret querela, n. 9.*
9 *Fratri non datur querela, niſi inſtituta turpi perſona, nu. 10.*
10 *Exemplari in ſubſtitutione, nō attenditur ordo ſuccedendi, n. 11.*
11 *Legitima non videtur derogatum, per verba generalia, nu. 12.*
12 *Diſpoſitio legis, & teſtatoris æquiparantur, numero 13.*
13 *Teſtator, & legislator non videtur excludere matrem a legitima, n. 14. & 15.*
14 *Exemplaris eſt fundata ſuper humanitate, n. 16.*
15 *Opinio pro matre eſt humanior, n. 17.*

QVÆSTIO XXV.

VTrum mater in tabulis exemplaribus præteriri poſſit? Reſp. quod † ſic, Bart. 1
in l. ex facto, num. 30. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. Craſſ. in § ſubſtitutio, quæſtio. 47. num. 1. in fin. vbi teſtatur hanc eſſe communem * o- *
pinionem gloſſ. in § qua ratione, Inſtit. de pupillar ſubſtit. Nicol. de Mant. Gul. de Cun. Iacob. a S. Georg. & Curt. in d. l. ex facto, vbi Alexan. numero 34. teſtatur hanc eſſe magis communem * opinionem, idē A- *
lex. & Pau. de Caſt. in l. humanitatis, C. de impub & aliis ſubſtit. Ioann Fabe. in d. § qua ratione, col. 4. Rip. in d. l. ex facto, nu. 85. vbi teſtatur communem * opini- *
onem, Sfor. Od in prælud. comp. par. 4. quæſt. 8. verſ. quo ad ſecundum, vbi teſtatur communem * opinio- *
nem, Bal. in cap ſi pater, de teſtamen. lib. 6. Gul. de Bened. in cap. Raynutius, part. 2. in materia exemplaris, ſub numero 33. extra de teſtamen. vbi dicit hanc eſſe communem * opinionem add. ad Bar. in d. l. ex fa- *
cto, in litera T. vbi etiā dicit hanc eſſe magis cōmunem * opinionē, Imo. in d. c. Raynutius, in materia e- *
xemplaris, Zaſ. in tract. ſubſt. exemplaris, ſub n. 8. vbi ait hanc eſſe communem * opinionem, Bar. de Hu- *
cio in tractat. eiuſdem titu. in materia exemplaris, ſub num. 15. Bald. in tractat. eiuſdem titu. (in quo tranſcripſit Bartol. de verbo ad verbum, in locis vbi hāc ſubſtitutionum tractauit materiam) rub. de exemplari, n. 7. Couarr. in d. cap Raynutius, § 6. numero 6. vbi teſtatur communem * opinionem, Alex. Trē- *
tacinq. in tractat. ſubſtit. par. 3. cap. 5. nu. 12. ver. altera, vbi teſtatur magis communem * opinionem, Po- *
lit. in tracta. eiuſdem tit. in materia exemplaris, 2. q. 8. quæſt prin. Socin. conſ. 103. n. 39. vol. 1.

Mouemur primò, per † d. l. humanitatis, C. de 2
impub. & aliis ſubſt. vbi parentes poſſunt ſubſtituere quoſcunq;, ſi mente captus non haberet filios, vel fratres, ita vt nulla querela aduerſus eorum teſtamentum oriri poſſet.

Secundò, quia † exemplaris fuit Introducta ad 3
exemplum pupillaris, § qua ratione, Inſtit. de pupill. quem refert Alex. Trentacinq. in tractat. ſubſtit. par. 3. cap. 5. num. 12. verſic. exemplaris: ſed in pupillari † 4
excluditur mater, eademque præteriri poſſet, Bar. in l. 2. num. 31. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. l. Lucius, ff. eod. l. Papinianus. § ſed neque impuberis, ff. de inoff. teſtam. l. precibus, C. de impub. & aliis ſubſtit & dixi in 1. centur. quæſt. 90. & 91. ergò idem in exemplari,

5 quæ † conuenit eum pupillari, nisi expressè discon-
uenire appareat, *Bartol. in d. l. ex facto, num. 16 & 30. Bal in tractat. substit. in materia exemplaris, num. 20. in fin. Bartol. de Hucio in tractat. eiusdem tit. in materia exemplaris, sub num. 18. Const. Roger. in tractat. eiusdem titu. in materia exemplaris, quæstio. 8. sub numero 26.*

6 Licèt contrariam sententiam, vt † mater præ-
teriri non posset, sed post filios, & fratres ipsius mente capti, substitui deberet, tenuerit *Iaso in d. l. ex facto, sub n. 43. Bal.* (sibi contrarius) in *d. l. humanitatis, col. 8. ver. sexta differentia, num. 32. Anchar. in cap. si pater, de testamen. lib. 6. Anton. Gomez. tom. 1. var. resol. cap. 6. nu. 7.* vbi testatur hanc opinionem esse veram, & æquam, & in iudicando, & consulendo tenendam, *Aret. in d. § qua ratione, colu. 3. versic. decima, Constant. Roger. in tractat. subst. in materia exemplaris, q. 9. sub n. 2.*

7 Moti primò, per *tex. l. 1. § veteres, ff. de acquir. poss.* vbi † colligitur, quemlibet indignari, per sibi
8 parem vinci, & superari. At † mater est æqualis in successione, vnà cum fratribus ipsius mente capti, *Auth. defuncto, C. ad Tertul. § sed cum antea, Instit. eodem.*

Secundò, quia si frater deficientibus filiis mente capti, debet necessario substitui; ergò multo ma-
9 gis, & mater, cui † debetur legitima, in successio-
ne ipsius mente capti, aliàs competeret querela, *l.*
10 *nam, & si parentibus, ff. de inoff. testament.* at † fratri regulariter non datur querela, nisi instituta turpi persona, *l. fratres, C. de inoff. test. l. 1. ff. eod.*

Sed respondetur ad hæc duo fundamenta, quod
11 in † exemplari substitutione, non attenditur ordo succedendi, secundum *Fabr. in § qua ratione, Instit. de pupill. subst. Gul. de Bened. in d. tit. de exempl. num. 33. circa fin.*

12 Tertiò, quia matri debetur legitima, & † legiti-
mæ non videtur derogatum per verba generalia, *§ cæterum, Auth. vt cum de appell. cognosc. l. si quando, § & generaliter, C. de inoff. testam.*

13 Quarto, quia † dispositio legis, & testatoris æ-
quiparatur. *§ disponat, Auth. de nupt.* ita vt argum. à verbis legis, ad verba testatoris est validum, *Bonifac. Roger. consil. 17. nu. 86. vol. 1. Turrett. consil. 8. nu. 46. vol. 1. Benincas. de paupert. in 4. speciali, circa con-*
14 *tractus, n. 36. cap. vltima voluntas, 12. quæst. 2.* at † te-
stator non videtur excludere matrem à legitima, *l.*
15 *fin. C. de inst. & subst.* ergo † neque legislator in *d. l. humanitatis.*

16 Quinto, quia † substitutio exemplaris, est fun-
data super humanitate *d. l. humanitatis, § qua ratio-*
17 *ne, Instit. de pupill. l. ex facto, ff. eod.* & † opinio pro matre est humanior, *Cephal. consil. 339. nu. 12. vol. 3. Tob. Non. consil. 30. num. 2. Dec. consi. 384. in fin. Alex. Trentacinq. in tract. substit. par. 3. cap. 11. num. 8. versic. primò.*

18 Quorum media † eliduntur per Doctores in prin.
quæst. adductos, ad quos prudenter te confero.

ARGVMENTVM.

Vtrum parentes habeãt necesse substituere exemplariter omnes filios, vel fratres mente capti, vel sufficiet vnum?

SVMMARIVM.

1 *Exemplariter substitui a parentibus, non oportet omnes filios, vel fratres mente capti, sed sufficiet vnum, modo alii filii ex causa exheredentur, vel in certa re instituantur, num. 1. fundamenta, num. 2. 3. 6. 8. 9. & 10. contra, & male, nu. 11. media, num. 12. 15. 17. & 20. dissoluuntur, nu. 13. 14. 16. 19. & 21. declara, n. 22. & 24.*

2 *Exemplaris debet fieri eo modo, quo fieret testamentum à mente capto si fuisset sanæ mentis, numero 2.*

3 *Exemplaris rumpitur, agnatione posthumi præteriti, n. 3. declara, n. 4. & 5.*

4 *Alimentandi onus transit ad heredes, n. 7.*

5 *Exemplaris, est testamentum mente capti, n. 8.*

6 *Absurdum est euitandum, n. 9.*

7 L. humanitatis, C. de impub. & aliis substit. *beneficium, est introductum iure speciali, n. 10.*

8 *Pater exemplariter substituendo, potest excludere matrem, n. 15.*

9 *Hereditas magis debetur descendentibus, quam ascendentibus. n. 16.*

10 *Auus non habet necesse exemplariter substituere nepotes mente captos, ex filio mente capto, numero 17.*

11 *Lancel. Polit. in tractat. substit. refellitur, n. 18.*

12 *Auus non habet necesse nepotes substituere, vel exheredare, n. 20.*

13 *Testatus ex officio pietatis nõ videtur, qui sine causa exheredat, n. 21.*

14 *Monasterium non potest exemplariter substitui, n. 22. declara, n. 24.*

15 *Monasterium habetur loco filii n. 23.*

QVÆSTIO XXVI.



VTrum parentes habeãt necesse substituere omnes filios, vel fratres mẽte capti, vel sufficiet vnum ex eis?
Resp. satis † esse vnum substitui, dũ- 1
modo alii filii ex causa exhæredentur, vel in certa re instituantur, *Bar. in l. ex facto, sub nu. 31. ff. de vul. & pupil. substit. gloss. fin. l. humanitatis, C. de impub. & aliis substit. vbi Bal. Angel. Salic. Dec. & Alex. Ioan. Faber. in § qua ratione, colu. 7. Instit. de pupill. vbi Angel. Aret. colu. 1. Crass. in § substitutio, q. 47. nu. 3.* vbi testatur hanc esse veriorem, & cõmu-
nem * opinionẽ, *Rip. in d. l. ex facto, num. 86. Capra* *
in tract. subst. exemplar. num. 84. Vasq. de succes. progress. lib. 2. § 17. nu. 59. vbi ait hanc esse in puncto iu-
ris veriorem, æquiorem, & communem * opinio- *
nem *Sforz. Odd. in prælud. compend. par. 4. quæst. 8. ver. vid mus,* vbi testatur hanc esse magis commu-
nem opinionem, *Gul. de Bened. in cap. Raynutius,* *
par. 2. tit. de exemplari, nu. 30. extra de testam. Bald. in tract. subst. in materia exemplaris, sub num. 18. Bar. de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia exemplaris, nu. 16. Alex. Trentacinq. in tract. eiusdem tit. par. 3. cap. 5. n. 5. ver. cum igitur. vbi testatur hanc esse æquiorẽ,
communiorem * & humaniorem opinionem. *

Mouemur primo, quia † testamentum ipsius 2
mente capti debet esse eo modo, quo ab eo fieret, si fuisset sanæ mentis, *Bar. in d. l. ex facto, sub num. 31. Bal. in tract. subst. in materia exemplaris, sub num. 18.* at verisimiliter, si fuisset sanæ mentis, non excluderet filios, vel fratres sine causa, & extraneos substitueret.

Secundò, quia si † exemplaris substitutio rum- 3
pitur agnatione posthumi præteriti, *d. l. ex facto. ff. de vul. & pup. subst.* ergo fortius deberet exemplaris irritari, si prætereatur aliquis ex filiis iam natis.

Sed resp.

Sed reſp. Alex. in *d. l. ex facto, ſub nu.* 34. primò,
4 quod ibi nullus † filius erat inſtitutus, ideò rumpe-
5 batur teſtamentum; ſecundò, quia † aliud eſt in fi-
lio iam nato, & aliud in naſcituro: quia in naſcitu-
ro teſtator potuit de eo non cogitare, ſecus in iam
nato.

6 Tertiò, quia ſi † alii filii ipſius mente capti præ-
terirentur, redderetur iniquum teſtamentum, cō-
tra *d. l. ex facto.*

Sed reſp. ibi *Iaſ. n. 45. in fin.* quod non poſſet cō-
7 ſiderari iniquitas; quia † filius ſubſtitutus tenere-
tur alios fratres alere ſaltē ratione ſanguinis, *Surd.
in tractat. de alim. tit. 1. quæſt. 25. num. 7. per l. cum plu-
res, § cum tutor ff. de adm. tut. Bal. Nouel. de dote, par.
3. speciali 16. col. 3.* vel iure hæreditario, cum onus a-
limentandi tranſeat ad hæredes, *l. ſi quis a liberis, §
idem reſcriptum ff. de liber. agnoſce vbi Cordub n. 1. &
4.* quem refert *Surd. in tract. de alim. tit. 1. quæſt. 23.
n. 1. & 3. & quæſt. 24. num. 1. Bart. in tracta. de alimen.
num. 41. Vital. in tracta. clauſul. rub. an alim. poſſ. re-
nunt. col. 3. Aſcan. Clement in tractat. de patria poteſt.
effectu 17. num. 21. Socin. iun. conſ. 134 num 33. vol. 1.
Crot. Rip & Ferdin. Loaz. in l. filius familias § diui. ff.
de leg. 1. ille, n. 30. iſte, num. 42. hic, n. 46 Molin. de pri-
mogen. Hiſpa. lib. 2. cap. 15. num. 43. Ioan. de Cirier in
tracta. primogen. lib. 2. quæſt. 16. n. 5. Mabeſil. not. 147.
Bart. in l. ſi marito, § ſi voluntate, ff. ſol. matrim. Me-
noch. lib. 1. præſum. q. 35. n. 14.*

8 Quartò, quia † exemplaris ſubſtitutio eſt teſta-
mentum mente capti, *Iaſ. in d. l. ex facto, ſub n 45* &
ipſe mente captus non poſſet præterire aliquem
ex liberis.

Quintò, quia aliàs, reliqui filii propter patris
9 morbum priuarentur legitima, quod † eſt abſur-
dum, *l nam abſurdum ff de bon. libert.*

Sextò, quia beneficium *d. l. humanitatis*, vt pu-
10 beri ſubſtituatur, eſt † introductum iure ſpeciali,
*Conſtant. Roger. in tract. ſubſt. in materia exemplaris,
quæſt. 9. n. 7. in fi.* ergò nō debet trahi ad d. tractio-
nem iuris aliorum, *arg. l. 2. § merito, ff. ne quid in lo-
co pub.*

11 Licèt contrariam ſententiam, vt alii † filii ſine
cauſa præteriti poſſint, tenuerit *Imo. in d. l. ex facto,
Richard. Cyn. Fulgoſ Paul. de Caſt & Aret. in d. l hu-
manitatis, Iaſ. in d. l. ex facto, n. 45. in fin.* vbi teſtatur
eam eſſe in puncto iuris veriorem, *Bart.* (ſibi con-
trarius) in *d. l. humanitatis, in fin.* vbi dicit eſſe com-
* muniter * receptam, *Conſt. Roger. in tractat. ſubſt. in
materia exemplaris, quæſt. 9. ſub num. 11. Lancell. Po-
lit. in tract eiuſdem t. in materia exemplaris, ſub n. 19.
Zaſ. in tracta. eiuſdem tit. in materia exemplaris, ſub
numero 7.*

12 Moti primò, per † *text. d. l. humanitatis, ibi, que-
rela nulla, & ibi, quem voluerit.*

Sed reſp. ad primam ponderationem, ſubintel-
13 ligi † quando exhæredatio fuiſſet ex iuſta cauſa fa-
14 cta; ad ſecundam verò, interpretari, quando alii †
filii, vel fuiſſent inſtituti in re certa, vel ex iuſta cau-
ſa exhæredati.

15 Secundò, quia ſi † pater per exemplarem ſub-
ſtitutionem poteſt excludere matrem, cui debetur
legitima, *l. nam, & ſi parentibus, ff. de inoff. teſta. Craſſ.
* in § legitima, quæſt 5.* vbi teſtatur communem * o-
pinionem, *Fern. in l. in quartam, in præfa. par. 1. num.
86. ff. ad l. falci. Bar. in Auth. nouiſſima, C. de inof. teſt.
Gul. de Bened. in cap. Raynutius, part. 2. tit. de exem-
plari, ſub num. 30. extra de teſta.* vbi teſtatur commu-
nem * opinionem. ergò eadem ratione, auus poſ- *
ſet præterire nepotes, vno eorum ſubſtituto.

Sed reſp. non eſſe congruentem rationem; quia
† magis debetur hæreditas deſcendentibus, quam 16
aſcendentibus, *l. ſcripto. ff. vnde liberi. l. nā, & ſi paren-
tibus, C. de inoff. teſtam.*

Tertiò, quia ſi † mente captus haberet filios 17
mente captos, non haberet neceſſe auus illos ſub-
ſtituere, *d. l. humanitatis, in verb. ſapientes, iūcto § hu-
ius rei, l. 1. ff. de eff. eius, cui mand. eſt iuriſd Gul. de Be-
ned d. tit. de exempl. ſub n. 50.* vbi teſtatur hanc eſſe
magis communem * opinionem. Quicquid dixe- *
rit † *Lancel. Polit. in tractat. ſubſt. in materia exem-* 18
plaris, ſub n. 20.

Ot ſi, lex tolerat filios mēte captos legitima pri-
uari, & nihilominus non inuenitur talis cauſa inter
cauſas expreſſas in § *cauſas, Auth. vt cum de appell.
cognoſc. gloſſ in cap. Quintanallis* [illegible] *de iure iura.* &
nos latiſſimè in *1. cet. de caſibus* [illegible]*en. caſ. 74. fol 152.*
ergò eadem ſaltem ratione, deberet tolerare, quod
alii filii mente capti ſapientes, de neceſſitate non
ſubſtituantur.

Sed reſp quod † tunc non poſſet conſiderari ali- 19
qua iniquitas, quia habebit neceſſe auus nepotes
mente captos de alimentis prouidere, *Imo. in d. l ex
facto, vbi Alex. n. 43. circa fi.*

Quartò, quia alii filii non poſſent conqueri ad-
uerſus teſtamentum aui, ſubſtituentis; quia non
habet neceſſe † nepotes ſubſtituere, vel exhæreda- 20
re, *l. Papinianus, § ſed neque impuberis. ff. de inoff. teſt.
l. ſi quis poſthumos, ff de lib. & poſth. Inſt. de hæred. quæ
ab inteſt. in prin.*

Sed reſp. quod ibi non loquitur de hac exem-
plari ſubſtitutione, quæ inducitur ex quadam hu-
manitate; quæve humanitas ceſſat, quando quis ex-
hæredatur ex non iuſta cauſa; quia † non eſt teſta- 21
tus ex officio pietatis, qui exhæredat ſine cauſa, *l. 1.
& 2. ff. de inoff. teſtam. Bel. in tract. ſubſtit. in materia
exemplaris, n. 18. in fin. Bart. de Hacio in tract eiuſdem
tit. in materia exemplaris, n. 16 in fi.*

Intelligo principalem concluſionem procede-
re, quando vnus ex filiis legitimis, & naturalibus
ſubſtituatur, ſecus † ſi aliquod monaſterium, quod 22
† & ſi loco filii habeatur, *cap in præſentia, extra de* 23
probat. § ſi hoc præſenti, Auth. de ſanctiſſ Epiſc. tamen
illud eſſet verum, quando † monaſterium furioſus 24
ingreſſus fuiſſet, aliàs ſubſtituto per parentes mo-
naſterio, vitiaretur exemplaris ſubſtitutio, *Gul. de
Bened. in cap. Raynutius, par. 2 ver. ſi abſque liberis, el
2. tit. de exempl. ſubſtit. ſub n. 31. extra de teſta.* vbi ait
eſſe mente tenendum, *Salic. in l. ea lege, col. 15. C. de
cond. ob cauſam, Iaſ. in d. l. ex facto, col. 16. n. 46. Al-
ber. in rub ff. de vul. & pup. ſubſt. col. 89. per l ſi ita quis,
§ fin. ff de leg. 2. l. fideicommiſſi, ff. de cond. & demon-
ſtrat Alexan. Trentacinq. in tractat. ſubſtit. par. 3. cap.
5. numero 6.*

ARGVMENTVM.

Vtrum exemplariter, ſubſtitui deberent fratres vterini, vel vtrinque coniuncti?

SVMMARIVM.

1 *Exemplariter, vtrum ſubſtitui debeant fratres vte-
rini, vel vtrinque coniuncti, diſtinguitur, n. 1. 2.
& 3. alii tenuerunt, eſſe ſimpliciter ſubſtituendos
fratres vtrinque cōiunctos, n. 5. fundamentum,*

num. 9. dissoluitur, num. 8. & alii aliter, num. 9. declara, vt procedat in sororibus, n. 19. item declara, n. 11.

2 *Exemplaris, si fiat à patre, debent substitui fratres vtrinq; coniuncti, n. 2. si fiat à matre, fratres vterini, n. 3.*

3 *Bart. de Hucio in tract. subst. refert, & sequitur Bart. de verbo ad verbum, nihil de suo addendo, num 4.*

4 *Fratres coniuncti ex vno parente tantum, non admittuntur ad querelam, n. 6. declara, n. 7.*

5 *Exemplaris rumpitur in totum, si substituitur ille frater mente capti, qui non deberet substitui, n. 11.*

6 *Fratres præteriti, legitimè substituti exemplariter, non possunt querelare testamentum, n. 12.*

QVÆSTIO XXVII.

1 VTrum † exemplariter substitui debeant fratres vterini, vel vtrinq; coniu[illegible] Resp distingnendo cum *Bart. in l. ex facto, n. 32 ff. de vul. & pup. subst.* quem sequi communiter * doctores,
* testatur *Crass. in § substitutio, q. 48. Rip. in d. l. ex facto,*
2 *n. 88.* Aut † substitutio fit à patre, & debent substitui fratres consanguinei, vel vtrinq; coniuncti. Aut
3 † à matre, & debent substitui fratres vterini, vel vtrinq; coniuncti, eandemq; distinctionem sequitur *Alex. in d. l. ex facto, n. 44 per l. humanitatis, in tex. ibi, testatoris, vel testatricis, C. de impub. & aliis subst. Sforz. Od. in prælud. comp. par. 4 q. 8. ver. de quibus*, vbi ait ita transire communiter * Doctores,
* *Gul. de Bened. in c. Raynut. par. 2. tit. de exempl. sub n.*
4 *31 extra de test. Bart.* † *de Hucio in tract. subst.* (in quo toto illo tract. refert, & sequitur *Bart.* de verbo ad verbum, nihil de suo addẽdo) in materia exemplaris, *sub num. 17. Bal. in tract. eiusdem tit. in materia exẽplaris, sub n. 19. Alex. Trẽtacinq. in tract. eiusdẽ tit.*
* *par. 3. cap. 5. n. 7. 8. & 9.* vbi testatur communem * opinionem.

5 Licét alii indistinctè † tenuerint, esse substituendos fratres vtrinque coniunctos, inter quos fuit, *Gul de Cun.* quem refert *Bartol. in d. l. ex facto, numero 32.*

Moti, quia *l. humanitatis, C. de impu. & aliis subst.* loquitur de his, qui admittuntur ad querelam, sed
6 † fratres coniuncti ex vno parente tantum, nõ admittũtur ad querelã, *l. fratres, C. de inoff. testament.*

Sed resp. secundum *Bart. in d. l. ex facto, sub num.*
7 *32.* quod non † potest rumpi per querelam á fratribus vterinis, respectu fratris furiosi, quibus fit substitutio, sed respectu matris, quæ facit substitutionem sic, per *l. Papinianus, § sed neq; impuberis, ff. de inoff. test.* In tantum, quod parens, qui facit exemplarem substitutionem, in se non haberet humanitatem, si talem fratrem non substitueret, *Bart. de Hucio in tract. subst. in materia exemplaris, sub nu. 17.* Vel resp. secundum *Alex. in d. l. ex facto, sub nu. 44.*
8 non † considerari in hac materia, vtrũ nec ne fratri competeret querela, cui, nõ turpi persona instituta, non competeret, quem refert *Gul. de Bened. in c. Raynutius, par. 2. vers. si absque liberis, el 2. tit. de exempl. subst. sub n. 31. extra de testament.*

9 Et alii. esse † illos substituẽdos, qui aliàs ad querelam admitterentur, *Lancel. Polit. in tract. subst. in materia exemplaris, n. 21. vers. quantum est.*

Declara primò conclusionem principalem, de
10 fratribus loquentem, vt etiam † procedat in sororibus, *Sforz. Od. in prælud. compend. part. 4. q. 8. in fin.* vbi testatur communem * opinionem, *per l. tres* *
fratres, ff. de pact. l. Lutius Titius, § quæsitum, ff. de lega 3. Rip. in d. l. ex facto, n. 92.

Declara secundó, vt si † fuisset substitutus ille 11
frater, qui non deberet substitui, testamentum rumperetur in totum, *Alex. in d. l. ex facto, num. 45. vers. item adde, per Gul. & Bartol. in l. fratres, C. de inoff. testam. Gul. de Bened. in d. tit. de exemplari, sub n. 31.* vbi (inquit) secus esse, si † illi fratres, qui debe- 12
rent substitui, substituti fuissent, quia tunc cæteri præteriti testamentum querelare non possent, *Salic. in d. l. humanitatis.*

ARGVMENTVM.

Vtrum pater, vel mater possent se ipsos exemplariter substituere?

SVMMARIVM.

1 *Pater vel mater non potest seipsos exemplariter substituere, n. 1. media, n. 2. 3. & 4.*

2 *Exemplaris, vt valeat, requiritur aditio ex testamento principali, n. 3.*

3 *Testatore viuo, non potest adiri hæreditas ipsius, numero 4.*

QVÆSTIO XXVIII.

VTrum pater, vel mater possent seipsos substituere exẽplariter, eorum filio mente capto? Resp. quod † nõ, *Bart. in l. ex facto. n. 33.* 1
ff. de vul. & pup. subst. arg l. fin. ff. de off. prætor. & l. præses, ff. de off. præsi. Alex. in d. l. ex facto, n. 46. vbi ait istum passum non habere difficultatem, *Bal. in l. humanitatis, vers. secundo quæro, & vers. nono quæritur, C. de impub & aliis subst. Imol. in d. l. ex facto, & in c. Raynutius, in materia exemplaris, extra de test. Consi. Roger. in tract. subst. in materia exemplaris, quæst. 4. num. 19. Iacob. de Aret. Martin. Silam. Rainer.* & omnes * vt testa- *
tur *Bal. in tract. subst. in materia exemplaris, sub n. 20. Bart. de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia exemplaris, sub num. 17. Lancel. Polit. in tract. eiusdem tit. in materia exemplaris, n. 22. Paul. Leon. in tractat. eiusdem tit. in materia exemplaris, sub num. 62. Gul. Bened. in d. c. Raynutius, in materia exemplaris, num. 33. in fin.*

Mouemur primò, quia † legis prouisio, permit- 2
tens parentem substituere filio, non intelligitur de se ipso, *arg. l. si mandauero, § si tibi, ff. manda. l. 2. de stipul. seruo.*

Secundò, quia, vt tabulæ † exemplares valeant, 3
requiritur aditio ex testamento principali, *Zas. in tract. subst. c. 3. sub num. 6. Gul de Bened in d cap. Raynutius, par. 2. titul. de exempl. sub numero 20. extra de testament. argu. l. ex pupillari, ff. de vulgar. & pupill. substit.* sed in vita † testatoris non potest adiri here- 4
ditas ex testamento ipsius, *l. qui superstitis, ff. de acqu hæred.* ergo, &c.

ARGVMENTVM.

Vtrum exemplaris expressa, contineat tacitam vulgarem?

SVMMARIVM.

1 *Exemplaris expressa, continet tacitam vulgarem, n. 1. exemplum, n. 2. ratio, n. 4. & 5.*

2 *Lancel. Polit. in tract. subst. notatur, n. 3.*

3 *Exẽplaris est introducta ad exẽplũ pupillaris, n. 4.*

4 *Pupillaris expressa, cõtinet vulgarem tacitam, n. 5.*

QVÆ-

QVÆSTIO XXIX.



Trum expressa exemplaris, contineat tacitã vulgarẽ? Resp. quod
1 † sic, *Bart. in l. ex facto, n. 34. ff. de vul. & pup. subst. vbi R. p. n. 79. & Alciat. n. 30. vers. sed quid in casu cõtrario, Imol. in c. Raynutius, extra de test. Bal. in l. humanitatis, n 33. v. octauo quare, C. de imp. & aliis subst. Zas. in tract. subst. in mat. exempl.*
2 *n. 8.* vbi † ponit exemplũ in testatore, his verbis disponente, Instituo filiu meum furiosum, & si in furore decesserit, substituo Caium; si filius in furore decedat, & hæres non fuerit substitutus, Caius ex tacita vulgari accipiet bona, *Menoch. libr. 4. par. 2. præs. 44. n. 1. Gul de Bene in d. cap. Raynutius, par. 2. in materia exemplaris, sub n. 38. Bart. de Hucio in tract. subst. in materia exemplaris, n. 18. Bal. in tract. eiusdẽ tit. in materia exempl. n. 20. vers. quinto principaliter, Sforz. Od. in prælud. comp. par. 4. q. 9. n. 1.* vbi ait ita
* tenere Doctores * *Crass. in § substitutio, q. 50. n. 1.* vbi
* dicit communem * opinionem, *Cephal. cons. 423.*
3 *num. 100. vol. 3.* Quiequid † dixerit *Lancel. Polit. in tractat. substit. in materia exemplaris, n. 22 vers. circa*
4 *nonum.* Quia † exemplaris substitutio, est introducta ad exemplum pupillaris, *§ quarat one, Instit. de*
5 *pup. l. ex facto. ff. eod. l. humanitatis, C. eod* at expressa pupillaris continet vulgarem tacitam, *l. iam hoc iure, ff. de vulgar. & pupillar. substitut.* Ergo & expressa exemplaris, debet continere tacitam ipsam vulgarem.

ARGVMENTVM.

Vtrum exemplaris expressa, compræhendat tacitam pupillarem?

SVMMARIVM.

1 *Exemplaris expressa, comprehendit tacitam pupillarem, n. 1. ratio, n. 2 3. & 4.*
2 *Exemplaris fuit introducta ad exemplum pupillaris, numero 2.*
3 *Vulgaris continet pupillarem, n. 3.*
4 *Exemplaris, & pupillaris tendunt ad eundem finem, numero 4.*

QVÆSTIO XXX.



1 Trum † expressa exemplaris, compræhendat tacitam pupillarem? Resp quod sic, *Ric. & Alicia. in l. ex facto, ff. de vul & pup. subst. ille, n. 79. iste, n. 70 in fin. Bal. in l. humanitatis, n. 68. vers. tertio quaro, C. eod. Cephal. cons 423. n. 104. lib. 3. Gul de Bened. in c. Raynutius, par. 2 ver. si absq; liberis, el 2. tit. de exempl. subst. n. 38. extra de test. Menoch. libr. 4. præs. par. 2. præsum. 44. n. 3. Lancel. Polit. in tractat. subst. in materia exemplaris, num. 22. vers. circa nonum, Paul. Leon. in tract. eiusdem titul. in ma-*
2 *teria exemplaris, num. 73.* Quia cum † exemplaris, sit introducta ad similitudinem pupillaris, *§ quaratione, Instit. de pupill.* ergo, sicut lex eoniecturam fa-
3 cit, patrem † substituendo vulgariter filio, etiã voluisse pupillariter substituere, eodem modo, & fortius deberet dici, quando exemplariter substitue-
4 rit, cum † exemplaris, & pupillaris tendant ad eundem finem, vt prouideatur filio, qui ob defectũ ætatis, vel mentis sibi testamentum facere nequit, *Menoch. d. præs. 44. n. 3 vers. & huius.*

ARGVMENTVM.

Vtrum exemplaris trahatur ad bona patris, & filii vndecunq; quæsita?

SVMMARIVM.

1 *Exemplaris facta filio mente capto legitimo, & naturali, trahitur ad omnia bona patris, & ipsius filii, vndecunque quæsita, numero 1. rationes, numero 2. & 3.*
2 *Exemplaris dicitur testamentum filii, n. 2.*
3 *Pupillaris facta filio legitimo, & naturali trahitur ad omnia bona patris, & pupilli, n. 3. etiam quod fuisset facta in certa re tantum, alio non dato substituto vniuersali, n. 4.*
4 *Exemplaris facta filio arrogato, trahitur ad bona arrogatoris tantum, n. 5.*

QVÆSTIO XXXI.



Trum † exemplaris substitutio trahatur ad omnia bona patris, & filii 1
vndecunq; quæsita? Resp. distinguẽdo cum *Bart. in l. ex facto, sub n. 34. ff. de vul. & pup. subst.* Quod autem fuerit facta filio mente capto, legitimo, & naturali, & tunc trahitur ad omnia bona patris, & ipsius filii, vndecunq; quæsita, *Cephal. cons. 423. n. 97. vol 3. Menoch. cons 303. n 13. vol. 4. Sforz. Odd. in prælud. comp. par. 4. q. 9. n. 2. Gul. de Bened. in c. Raynutius, par. 2. ver. si absq; liberis, el 2. in materia exemplaris, n. 39. extra de testam. Alex. in d. l. ex facto, n. 46. Bald. in l. humanitatis, versic. quarto quæritur, C de impub. & aliis subst. Imol. in d. cap. Raynutius, in materia exemplaris, Const. Roger. in tract. substit. in materia exemplaris, q. 6. num. 1. Crass. in § substitutio, quæst. 50. n. 3. Bald. in tract. substit. in materia exemplaris, sub n. 21. Bart. de Hucio in tractat. eiusdem tit. in materia exemplaris, sub n. 18. Lancel. Polit. in tractat. eiusdem tit in materia exemplaris, num. 22. vers. secundus effectus, Zas. in tracta. eiusdem tit. in materia exemplaris, num. 8. in fin. Paul. Leon. in tract. eiusdem tit in materia exemplaris, num. 91. Canalc. decis. 80 numero 6. par. 3. Rimin. Iun. cons. 736. num. 44. vol. 7.* Tum quia
† exemplaris dicitur testamentum filii, *ex facto, ff.* 2
de vul. & pupill. subst. l. humanitatis, C. eod. Tum † 3
quia idem seruatur in pupillari, *l. sed si plures, § ad substitutos, ff. de vulg. & pup. subst.* Etiam, si † facta 4
esset in certa re tantum, alio non dato substituto vniuersali, *Gul. de Bened. d. titul. de exempl. substit. sub numero 39. per l. 1. § si ex fundo, ff. de hæred. instit. Salic. in d. l. humanitatis.* Aut † fuerit facta filio arro 5
gato, & tunc trahitur ad bona arrogatoris tantum, sicut in pupillari constitutum est, *l. si arrogator, ff. de adopt. l. sed si plures, § in arrogato, ff. de vulgar. & pupillar. substit. Gul. de Benedict. in d. t. de exemplari subst. sub numero 39. Bal. in tractat. substitut. in materia exemplaris, sub num. 21. Bartol. de Hucio in tractat. eiusdem titu. in materia exemplaris, sub num. 18. Paul. Leon. in tractat. eiusdem tit. in materia exemplaris, num 92.*

ARGVMENTVM.

Vtrum exemplaris tacita, excludat matrẽ?

SVMMARIVM.

1 *Exemplaris tacita non excludit matrem, num. 1. exemplum, n. 2. ratio, n. 3. nisi contrarium ex coniecturis appareret, num. 6. & quæ sint, nu. 7. & 8.*
2 *Exemplaris est introducta ad instar pupillaris, n. 3.*
3 *Pupillaris tacita non excludit matrem, n. 4.*
4 *Qui non excluduntur per tacitam pupillarem, non excluduntur per exemplarem, n. 5.*
5 *Exemplaris tacita, excludit matrem coniecturis, n. 6. & quæ sint, n. 7. & 8.*

6 Exemplaris comprahensa sub compẽdiosa, matrem
excludit, n. 7.

7 Exemplaris tacita excludit matrem, si fuisset substitutus magis dilectus, n. 8.

QVÆSTIO XXXII.

1 Trum † exemplaris tacita excludat matrem? Resp. quod nõ, Bar.
in l. ex facto, n. 35. ff. de vul. & pup.
subst. Menoc. lib. 4. praes. par. 2 praes.
46. n. 1. Alex. & Rip. in d. l. ex facto,
ille, n. 47. vbi ait cum Bart. omnes
* * transire, ille, n. 85. Zas. in tract. subst. c. 3. sub n. 8.
Grat. cons. 134. n. 42. lib. 1. Paul. Leon. in tract. substit.
in materia exemplaris, n. 99. Sforz. Odd. in prael. comp.
par. 4 q. 9. vers. tertius, Crass. in § substitutio, q. 50 n. 2.
2 vbi † exemplificat in patre instituente filium mẽte
captum impuberem, & si hęres nõ erit, alium substituerit, vt si mente captus adiret hæreditatem patris & in furore moreretur, mater pręferretur sub-
* stituto, secundum communem * opinionem, Frãc.
Mantica, de coniect. vlt. vol. lib. 5. tit. 16 num. 21. Lancel. Polit. in tractat. subst. in materia exemplaris, num.
22. in fin. Bart. de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia exemplaris, sub num. 18. Bal. in tractat eiusdem tit.
in materia exemplaris, sub numero 21. Gul. de Bened.
in cap. Raynutius, par. 2, rubric. de exemplar. substit.
3 numero 45. extra de testam. Quia † exemplaris, est
introducta ad instar pupillaris, § qua ratione, Instit.
4 de pupill. & sicut † tacita pupillaris nõ excludit matrem, l. precibus, C. de impub. & aliis subst. ita nec tacita exemplaris.

5 Eademq; ratione, omnes † illę personę quæ per
tacitam pupillatem non excludeotur, neq; excluderentur per tacitam exemplarem, Bart. in l. ex facto. n. 35. ff. de vulg. & pup sub. Franc. Mantica d. titul.
16. num. 21.

6 Et † ex omnib. causis, ex quibus potest pręsumpta voluotas probari, quod voluerit excludi matrem, & similes personas per tacitam pupillarem, ex eisdem causis, posset probari per tacitam exemplarem, propter easdem rationes, Bart. in d. l. ex facto, sub n. 35. Bartolus de Hucio in tract. subst. in materia exemplaris, sub nu. 18. Gul. Bened. in c. Roynutius, par. 2. ver. si absq; liberis, el 2. tit. de exempl. subst. sub n.
45. extra de test.

Et præcipuè receditur à ptincipali conclusione,
7 duabus coniecturis; prima, quando † esset exemplaris tacita, compræhensa sub compendiosa, quæ cum habeat vim expressæ, excluderet matrẽ, Bart.
cons. 134. n. 42 lib. 1. Menoch. d. praes. 46. num. 2. Franc.
8 Mantica d. titul. 16. numero 22. secunda, quando †
pater substituisset magis dilectum, puta filium, vel fratrem, furiosi, quàm esset eius vxor; quia tunc, præsumitur voluisse excludere matrem, Salic. in l. humanitatis, col. pen. versic. quaero sexto, numero 40. C.
de impub. & aliis subst. Menoch d. praesum. 46. num. 3.
* vbi testatur communem * opinionem, Franc. Mãtica d. tit. 16. n. 21.

ARGVMENTVM.

Vtrum præferatur exemplariter substitutus à patre mente capti, vel à matre?

SVMMARIVM.

1 Exemplariter substitutus a patre, praefertur exemplariter substituto a matre, n. 1. confirmatur (secundum aliquos) nn. 2. 3. 4. & 5. Alii tenuerunt, vt sit locus praeuentionis, n. 6. Alii distinguũt, n. 7. 8. & 9. Alii aliter distinguunt, n. 10. & 11. Autherplenius distinguit, n. 17. 19. & 28.

2 Vir est dignior muliere, n. 2.

3 Statuto cauente, vt in contractibus minorum, requiratur consensus coniunctorum, sub illo masculino coniunctorum, continentur faemine, numero 3.

4 Testator, si relinquit fratres suos executores testamenti, non intelligitur de sororibus, n. 4.

5 Fratrum appellatione, veniunt sorores in vltima voluntate, n. 5.

6 Mente captus quando posset decedere cũ duobus testamentis, vel cum tribus, n. 12. & 13.

7 Pater vilis non potest exemplariter substituere, numero 14. neque disponere post mortem, de bonis ipsius filii mente capti, numero 15. contra, numero 16.

8 Substitutus exemplariter à patre, praefertur substituto exemplariter a matre, quando mente captus fuisset sub patria potestate, n. 17. in bonis paternis, & aliis vndecunque quaesitis, secus in bonis maternis, num. 19. cõtra, & male, vt bona vndecunq; quaesita, etiam a matre debeant diuidi inter vtrumque substitutum, n. 20. media, n. 21. & 24. refelluntur, n. 22. 23. 26. & 27.

9 Duo praeponderant vni, n. 18.

10 Exemplari in substitutione, non curatur de patria potestate, n. 21.

11 Citatio maioris magistratus praeualeret, si concurreret cum minori, n. 22.

12 Ciuitas originis, praefertur, in imponendis muneribus, ciuitati domicilii, n. 23.

13 Frater vtrinque coniunctus praefertur natis ex matre tantum, propter duplex vinculum, n. 25. declara, n. 26.

14 Fratres vterini tantum praeferuntur in bonis quaesitis a matre, n. 27.

15 Substitutus exẽplariter à patre, non habente filium mente captum in potestate, accipit bona paterna, substitutus vero a matre, bona materna, aliunde autem quaesita, inter vtrumq; diuidentur, n. 28.

QVÆSTIO XXXIII.

Trum præferatur substitutus à patre,
vel à matre, si vterque mente capto ex-
emplariter substituisset. Respon. alios † 1
simpliciter dixisse, substitutũ à patre pręferri, inter quos fuit Iacob. de Aret. Martin. Siama.
Dyn. & Cyn. quos refert Bart. in l. ex facto, nu. 36. ff. de vul. & pup. subst. arg. l. fin. C. de curat. furio. l. nec in ea, ff. de adult. l. 1. C. si contra matr. vol. tut. dat. sit, l. 1. & l. mulier, ff. de confirm. tut. Zas. in tract. subst. in materia exemplaris, num. 2. circa fin. Pau. Leo. in tract. subst. eiusdem tit. in materia exemplaris, sub num. 54. arg. l. istis quidem, ff. de eo quod met. caus. l. de creationibus, C. de Episc. & Cler. Bal. in l. 1. ff. de senator.

Pro quorum sententia nimis confert, quia data
paritate dignitatis, dignior † est vir muliere, Bald. 2
in l. 1. ff. de senator. quem refert Iaso. in d. l. ex facto, sub n. 49 ff. de vul. & pup. subst.

Item suffragatur, quod stante † statuto, quod in 3
contractibus minorũ, requiratur consensus cõiunctorũ, sub illo masculino coniunctorũ, non veniũt fæminæ, quarum non est date consilium, & authoritates interponere, sed virorum, Bal. in l. 1. col. vlt.

C. qui

C. qui adm. per l. quidam decedens, § Papinianus, ff.
4 de adm. tut. Item, ſi † teſtator reliquerit fratres
ſuos exequutores teſtamenti, non etiam intelligi-
tur de ſororibus, Bald. in cap. ad audientiam, in fin.
5 extra de reſcr. Licèt regulariter, appellatione † fra-
trum veniant ſorores in vltima voluntate, l. tres fra-
tres, ff. de pact. l. Lucius, ff. famil. hercisc. l. Lucius, §
quaſitum, ff. de lega. 3. l. Lucius, § Mauia, el 2. vbi gloſſ.
& Bart. ff. ad Trebell. Fulgoſ. conſil. 71. Angel. & Pau.
de Caſtro in d. l. tres fratres, Anton. Gabr. lib. 6. conclu.
tit. de verb. ſignif. concl. 6. n. 9.

6 Alii verò ſcripſerunt, inter patrem, & matrem
eſſe locum præuentionis, vt ab altero prius ſubſti-
tutus præferatur, Paul. Leon. in tract. ſubſt. in mate-
ria exemplaris, ſub n. 54.

7 Alii diſtinguunt, aut † pater erat vilis perſona,
& præferretur ſubſtitutus à matre, per l. 3. ff. de lib.
exhib. l. ſed ſi vnius, § filio, ff. de iniur. l. ſi cum dotem, §
8 eo autem tempore, ff. ſol. matrim. Aut † non erat vilis
perſona, ſed honeſta, & tunc præferretur ſubſtitu-
tus à patre, qui omnia bona capiet, arg. l. 2. § obiici-
tur, ff. ad Tertull.

9 Licèt haberet neceſſe (ſecundum eos) bona
matris reſtituere ſubſtituto ex fideicommiſſo, per
ipſam matrem, arg. eorum, qua not. in l. verbis ciui-
libus, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. & l. filiusfamilias, §.
vt quis heredem, ff. de leg. 1. & l. Scæuola, ff. ad Tre-
bell. gloſſ. in l. ſi arrogator, ff. de adop. inter quos diſtin-
guentes fuit Gul. de Cun. quem refert Bartol. in d. l. ex
facto, ſub numero 36. eoſque fuit ſecutus Lancel. Po-
lit. in tractat. ſubſtit. in materia exemplaris, numero
9. circa fin.

10 Alii aliter diſtinguunt: Aut † pater erat vilis per-
ſona, & tunc præfertur ſubſtitutus à matre, qui ha-
11 beret bona materna iure directo. Aut † perſona ho-
neſta, & præferretur ſubſtitutus à patre, qui etiam
directo iure bona paterna conſequeretur. Inter
quos fuit Rayn. quem refert Bartol. in d. l. ex facto, ſub
numero 36.

12 Secundum quos, ipſe † mente captus decederet
cum duobus teſtamentis, arg. eius, quod de filio ar-
rogato dicitur in l. ſi arrogator, ff. de adopt. Bal. in l. hu-
manitatis, num. 35. C. de imp. & aliis ſubſtit. ver. ter-
tia differentia. per l. ſed ſi plures, § ſi filio, ff. eod. & ſi i-
13 dem mente † captus habuiſſet, etiam patrem arro-
gatorem, poterit decedere cum tribus teſtamentis,
Gul. Bened. in cap. Raynutius, par. 2. titu. ſi abſque li-
beris, el 2. tit. de exempl. ſubſtit. numero 13. extra de te-
ſtam. vbi ſubiicit, quemlibet ſubſtitutum vocari ad
bona peruenta furioſo, ab eo, à quo ſubſtitutus eſt.

14 Sed non eſt verum, quod † pater vilis poſſet ex-
emplariter ſubſtituere (vt videntur præſupponere
ſuperiores diſtinguentes) ſecundum Bart. in d. l. ex
facto, num. 37. quem refert, & ſequitur Bal. in tract.
ſubſtit. in materia exemplaris, num. 23. quia (inquit)
ſicut tali patri denegatur adminiſtratio in vita, l. fin.
C. de ſenten. paſſ. l. ſi cum dotem, § eo autem tempore, ff.
15 ſoluto matrim. atque ita † deberet denegari facul-
tas diſponendi poſt mortem, de bonis ipſius filii,
Bartol. de Hucio in tractat. ſubſtitut. in materia exem-
plaris, numero 19. Paul. Leon. in tractat. eiuſdem titu.
in materia exemplaris, num. 46. Alex. in d. l. ex facto,
num. 47. Gul. Bened. in cap. Raynutius, par. 2. titul. de
exemplari, numero 44. circa fin. extra de teſtament.
16 Licèt † contrariam ſententiam magis communem
* * teſtetur Craſſ. in § ſubſtitutio, quæſt. 45. nu. 2. Vaſq.

de ſucceſſ. progreſſ. § 17. num. 91. per generalitatem l.
humanitatis, C. de imp. & aliis ſubſtit. Angel. in dict. l.
ex facto, & in d. l. humanitatis, Imol. in cap. Raynuti-
us, in materia exemplaris, extra de teſtam. Bald. in d. l.
humanitatis, n. 35. verb. ſeptima differentia.

Vnde egò plenius, † & verius, ſic diſtinguerem: 17
Aut ſubſtitutio eſt facta à patre, filio mente capto,
quem habet in poteſtate, & tunc ſubſtitutus à pa-
tre præfertur, quia in eo concurreret ius proprium
patriæ poteſtatis, & etiam illud ius humanitatis, &
pietatis, arg. l. ex facto, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. &
l. humanitatis, C. eod. Duo † nanque præponderant 18
vni, cap. 1. extra de treug. & pace, Authen. itaque. C.
com. de ſucceſſ. l. ſi ſtipulatus, ff. de vſur. § ſanctiſſimas,
Authen. de alien. & emphyt. § ſed hodie, Inſtit. de ad-
opt. § ſi igitur, Auth. de conſangu. & vterin. fratribus,
quem refert Beniucaſ. in tractat. de pauper. in 3. ſpe-
ciali circa vltimas voluntates, n. 35.

Intelligo, vt talis ſubſtitutus † præferatur in bo- 19
nis paternis & in bonis vndecunque quæſitis præ-
terquam à matre; bona nanque materna habebit
is, qui ab ipſa matre, ex quadam humanitate ſubſti-
tutus fuit, arg. eius, quod dicitur de filio arrogato, l. ſi
arrogator, ff. de adopt. & eius, quod dicitur de tutore l.
mater, C. de teſtam. tut. l. mulier, & l. ſi patronus, ff. de
confir. tut.

Licèt alii † voluerint, bona aliunde quæſita, in- 20
ter vtrumque ſubſtitutum diuidi, etiam quod fuiſ-
ſet facta ſubſtitutio exemplaris mente capto, non
in poteſtate exiſtenti, Craſſ. in § ſubſtitutio, q. 45. nu.
7. in fin. vbi teſtatur eſſe verius, & receptius, * An- *
ton. Gomez. tom. 1. var. reſol. cap. 6. ſub numero 13. vbi
teſtatur hanc eſſe communem * opinionem. Bald. *
in d. l. humanitatis, num. 42. quem refert Conſt. Ro-
ger. in tractat. ſubſtit. in materia exemplaris, quæſt. 4.
n. 7. & 14. Alex. in d. l. ex facto, ſub n. 47. vbi Imol. in
cap. Raynutius, in materia exemplaris, extra de teſta.

Moti primò, quia † in exemplari ſubſtitutione, 21
non curatur de patria poteſtate, l. humanitatis, C. de
imp. & aliis ſubſt. iuncta l. illud. § ad teſtamēta fæmi-
narū, ff. de bon. poſſ. contra tab. & § fæminas, Inſt. de ad-
opt. ergò non debet curari de vinculo patriæ pote-
ſtatis, quod eſt plus in patre.

Sed reſp. Iaſ. in d. l. ex facto, ſub num. 48. quod i-
mo debet haberi ratio illius iuris patriæ poteſtatis,
quod habet pater; quia minor magiſtratus citare
poteſt aliquem, ſicut maior, habens merū, & mix-
tum imperium, & omnem iuriſdictionē; quia † ma- 22
ior iuriſdictio nō eſt de neceſſitate citationis, & ta-
men ſi ambo concurrerent, citatio maioris magi-
ſtratus præualeret, l. cū pupillū, § is qui ad maius tri-
bunal, ff. de re iud. Itē, ciuitas originis, & ciuitas do-
micilii poſſunt imponere munera, & onera, & ta-
men, ſi ſimul concurrant, præfertur ciuitas † origi- 23
nis, tamquam potentior, l. libertus, § præſcriptio, vbi
gloſſ. ff. ad municip.

Secundò, quia ſi attenderetur illud † vinculum 24
duplex in patre, eadem ratione deberet ſubſtitutus
à patre præferri in bonis maternis, arg. Auth. itaque,
& Auth. poſt fratres, C. de ſuis, & legit. vbi † vtrinque 25
coniunctus præfertur natis ex matre tantum, pro-
pter duplex vinculum.

Sed reſp. quod in dd. iuribus, nō agitur de bonis
maternis; quia † fortius eſt vinculū de per ſe, quod 26
bona proceſſerint à matre, l. de emancipatis, § exce-
ptis, C. de legit. hæred. vbi in bonis quæſitis † à ma- 27

tre præferuntur vterini tantum, *l. quod fcitis, §1. C. de bon. quæ liber.* vbi in bonis quæsitis à matre, vel à linea materna, præfertur auus maternus patruo, *Bartol. in Auth. ita, C. com. de succ.*

2 Aut † substitutio exemplaris fuisset facta filio mente capto, quem quis non habebat in potestate, & tunc, substitutus à patre habebit bona paterna, & substitutus à matre, bona materna, tanquam hæredes vniuersales dicti filii mente capti; alia vero bona aliunde quæsita, inter eos diuidentur, cum vterque patis conditionis existat, & ex quadã humanitate substitutus, *arg. l. ex facto, ff. de hæred. inst.* Hancque distinctionem scriptam reliquit *Bar. in l. ex facto, num. 37. ff. de vul. & pup. substit. post Nicol. Matarel. Gui. de Benedict. in cap. Raynutius, par. 2. tit. de exemplari, sub numero 39. extra de testamen. Sfor. Odd. in prælud. compend. par. 5. quæst. 9. circa fin.* vbi

* testatur esse communem, * *R. p. in dict. l. ex facto, numero 94. & 96. Suarez in add. ad Anto. Gomez d. cap. 6 in litera H. num. 15.* vbi etiam fatetur esse cõ-

* munem * *Salic. in d. l. humanitatis, Bal. in tract. substit. in materia exemplaris, num. 27. Bart. de Hucio in tract. eiusdem titu. in materia exemplaris, sub num.*

* *19.* & cum hac distinctione magis communiter * residete Doctores, fatetur *Paul. Leon. in tractat. eiusdem tit. in materia exemplaris, num. 52. Iason in d. l. ex facto, sub numero 48. & 49. Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. 3. cap. 3. numero 9. 10. & 11.* vbi te-

* statur hanc esse receptam, & communem * scribentium sententiam.

ARGVMENTVM.

Vtrum præferatur exemplariter substitutus à matre, vel substitutus ab auo?

SVMMARIVM.

1 *Substitutus exemplariter à matre, vtrum præferatur substituto ab auo, distinguitur, n. 1. 2. & 3. Alii aliter distinguunt, num. 4. & 5. Reiicitur eorum distinctio, n. 6.*

QVÆSTIO XXXIV.

Trũ præferatur substitutus à matre, an substitutus ab auo, si ambo contigerit exẽplariter substituere? Resp. distinguẽdo, quod † aut
1 auus fuerit paternus, & dicendum erit, pro vt supra in proxima quæstione dictum est, circa concurrentiam substitutorum patris & matris, *Sf. Od. in prælud. comp. par. 4. q.*
* *9. in fin.* vbi testatur communem * opinionẽ, *Craff. in § substitutio, q. 45. num. 8.* vbi ait hanc esse cõmu-
* nem * opinionem *Bart. in l. ex facto, num. 38. ff. de*
2 *vul. & pup. subst. vbi Alex. num 47.* Aut † auus fuerit maternus, & tunc substitutus à matre præferetur, *R. p. in l. ex facto, n. 100. ff. de vulg. & pup. substit.* quem refert, & sequitur *Craff. in d. quæst. 45. sub n. 8. Alex. in d. l. ex facto, sub num. 47. arg. l. fin. C. de in ver. significat. Bal. in l. humanitatis, vers. quinto quæritur, quis præferatur, C. de imp. & aliis subst.* nisi (inquit)
3 mater † fuisset in potestate aui materni, *Bartol. de Hucio in tractat. subst. in materia exemplaris, sub numero 20. Alex. Trentacinq. in tract. eiusdem tit. part. 3. cap. 3. num. 12.*

4 Licet alii, aliter distinguãt, quod † aut auus habebat mente captum in potestate, & præferretur substitutus ab auo, *l. 1. ff. de vul. & pup. subst. l. filius, § secundum vulgarem, ff. eod.* aut non habebat eum
5 in potestate, & præfertur † substitutus à matre; quia maius est ius matris, & maioris potentiæ, & maior est pietas circa eũ, *Bal. in tract. subst. in materia exemplaris, sub nu. 34. arg. Auth. defuncto, C. ad Tertull. l. Nesennius, ff. de negot. gest.*

Sed non est verum, quod † mater habeat poten- 6
tius ius, quia ex eo actu successionis, facultas substitutionis non attenditur, cum filio furioso, qui habet liberos, qui excludunt omnes alios successores, posset fieri ista substitutio exemplaris, *Bar. in l. ex facto, n. 38. in fi. ff. de vul. & pup. subst.* quẽ refert, & sequitur. *Bar. de Hucio in tract. subst. in materia exemplaris, n. 20. circa med.*

ARGVMENTVM.

Qualiter exemplaris finiatur?

SVMMARIVM.

1 *Exemplaris qualiter finiatur, n. 1. & 2.*
2 *Exemplaris finitur ex defectu substituti, substitutionis, & conditionis, sicut pupillaris, n. 2.*

QVÆSTIO XXXV.

Exemplaris † substitutio qualiter finiatur? Respon. si testamentum deficiat ex 1
persona testantis, vel ex defectu testamenti; puta propter hereditatẽ non aditam, vel per querelam, in omnibus finitur hæc exemplaris, sicut pupillaris, *Bar. in l. ex facto, n. 39. ff. de vul. & pup. subst. Salic. in l. humanitatis, col. 10. C. eod. Gul. de Bened. in capit. Raynutius, par. 2. tit. de exemplari, numero 46. extra de testam. Craff. in § substitutio, quæst. 51. num. 1. 2. 3. 4. 5. & 6. Bald. in tractat. subst. in materia exemplaris, sub num. 25. Bartol. de Hucio, in tract. eiusdem tit. in materia exemplaris, sub numero 20. Sfor. Odd. in prælud. compend. par. 4. quæst. 10. Zas. in tractat. subst. cap. 5. sub num. 9.* Item, sicut pupillaris deficeret † ex defectu substituti, vel ex 2
defectu ipsius substitutionis, vel conditionis ipsi substitutioni adiectæ, ita per easdem rationes, hæc exẽplaris, *Bar. in d. l. ex facto, sub n. 39. Gul. de Bened. in d. t. de exemplari, sub n. 46. Sf. Od. in prælud. comp. par. 4. q. 10. sub n. 1. Bal. in tract. subst. in materia exemplaris, sub n. 25. Bart. de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia exemplaris, sub n. 20. Lancel. Polit. in tractat. subst. in materia exemplaris, in fi.*

ARGVMENTVM.

Vtrum impedimento cessante, expiret exemplaris?

SVMMARIVM.

1 *Exemplaris expirat impedimento cessante, n. 1. exemplum, num. 3.*
2 *Pupillaris expirat pubertate adueniente, n. 2.*

QVÆSTIO XXXVI.

Trum impedimento cessante, propter quod exemplaris substitutio facta fuerit, deficiat, & ipsa exẽplaris? Resp. quod 1
sic, *Bart. in l. ex facto, sub n. 39. ff. de vul. & pup. subst. Sforz. Odd. in prælud. comp. par. 4. quæst. 10. ver. tertio, in fin.* sicut (inquit) pupillaris † extingui- 2
tur pubertate adueniente, per § *qua ratione, Instit. de pupill. Craff. in § substitutio, quæst. 51. num. 6. in fin. per l. humanitatis, C. de impub. & aliis subst. Gul. Bened. in cap. Raynutius, par. 2. ver. si absque liberis, ol 2. tit. de exemplari substit. num. 47. extra de testament.* vbi ideo subiicit, quod si † facta fuerit exemplaris 3
dementi, vel furioso vel muto, & surdo, vel prodigo, cessante dementia, furore, surditate, vel prodigalitate, cessabit etiam ipsa exẽplaris, *Tiraq. in tractat. cessante causa, par. 1. versic. furere, num. 111. fol. 63.*

Constan.

Constan. Roger. in tract. subst. in materia exemplaris,
quæstio. 8. sub num. 1. Paul. Leon. in tract. eiusdem tit.
in materia exemplaris, num. 15. Zas. in tract. eiusdem
tit. in materia exemplaris, sub num. 9. Lancel. Polit. in
tractat. eiusdem tit. in materia exemplaris, numero 25.
Anton. Pucme. in tractat. eiusdem tit. in materia exemplaris, num. 66. Bartol. de Hucio in tract. eiusdem titu.
in materia exemplaris, num. 20. in fin. Bald. in tractat.
eiusdem titu. in materia exemplaris, sub num. 25. Ant.
Gomez. tom. 1. var. resol. cap. 6. n. 11. Couarr in d. c. Raynutius, § 6. n. 7. Petr. Gregor. par. 3. Syntagm. iuris, libr.
42. cap. 24. sub n. 19. Alex. Trentacinq. in tract. subst.
par. 3. cap. 1 num. 2. in fin. & c. 6. in prin.

ARGVMENTVM.

Vtrum exemplaris remaneat firma, si furiosus factus fuerit sanæ mentis, & deinde reincidit in furorem?

SVMMARIVM.

1 *Exemplaris, vtrum remaneat firma, si furiosus factus fuerit sana mentis, & deinde reincidat in furorem, distinguitur secundum aliquos, num. 1. 2. & 3. contra, num 4. & 5. Alii indistincte, tenuerunt extingui, nu 6. Author. indistincte durare, num 8. contra, num. 11 14. & 19. solutio, n. 12. 11. 17. & 18. declara, n. 20. 22. & 23. secundum aliquos, contra, n. 24.*

2 *Substitutio semel extincta, non potest amplius reuiuiscere, num. 4.*

3 *Hominis infortunium, expectari non debet, n. 7.*

4 *Furiosus, si habet lucida interualla, officium curatoris non extinguitur, sed cessat pro tempore, quo filius appareret sana mentis, num. 9. declara, numero 10.*

5 L. humanitatis, C. de impub. & aliis substit. *declaratur, num. 11.*

6 *§ Quaratione, Instit. de pupill. substit. declaratur, num. 12.*

7 *Verbum*, cessare, *secundum subiectam materiam significat illud, quod non valet, n. 13.*

8 *Verbum* desinere, *videtur omnino extinctiuum, n. 14 & 19. declara, n. 18.*

9 *Ius speciale facilius tollitur, quam ius commune, num. 15.*

10 *Testamenti factia, non debet auferri homini sana mentis, num. 21.*

11 *Exemplaris ad validitatem, sufficit furorem extitisse tempore testamenti, n 25.*

12 *Exemplaris facta posthumo, si mẽte captus, aut surdus, vel mutus moriatur, non valet. n. 26.*

QVÆSTIO XXXVII.

VTrum, si furiosus factus sit sanæ mentis,
& postea reincidat in furorem, rema
neat firma exemplaris substitutio? Resp.
1 alios † sic distinguere: Aut † furor ces-
2 sauit in vita patris testantis, & in vita re-
3 uersus est, & tunc reconualescit substitutio; aut †
furor fuit reuersus post mortem testantis, & non
reconualescit, inter quos fuit *Gul. de Cun. & Rayn. & Ioan. Fab. in § qua ratione, col. 6. Instit. de pup. Alb. in rub. ff. eod. col. 88.* hancque non esse improbabilẽ distinctionem, dicit *Soarez. in add. ad Gomez. tom. 1. var. resol. cap. 6. in litera G. numero 14. Vasq. de success. progress. lib. 2. § 17 num. 48. argum. l. posthumus, in prin. ff. de iniust. rup. & irrit. testam. iuncta l. 2. C. de posth. hæred. inst.*

Sed distinctio prædicta nõ videtur vera; primò,
quia † substitutio semel extincta, non potest am 4
plius reuiuiscere, *Cephal. cons. 114. numero 13. vol. 4. Oldrad. cons. 21. col. 1. Socin. in l. falemus, num. 6. ff. de cond. & demonstr. Bursa consil. 51 num. 4. volu. 1. Rumin. Iun. consil. 21 n. 2. libr. 1. Menoch. cons. 413. num. 29. vol. 5. & cons. 106. num. 123. vol 2. Burs. consil. 354. sub num. 24. vol. 4. & cons 95. num. 5. vol. 1. Bonifac. Roger. cons. 27. num. 68. vol. 1. Matthe. Brun. cons. 164. n. 12. Purpur. cons. 263. n. 5.*

Secundò, quia † *d. l. posthumus, ff. de iniusto rup.* 5
testam. & d. l. 2. C. de posthu. hæred. institue. quæ faciunt distinctionem, an posthumus moriatur in vita testatoris, an post mortem, loquatur in testamẽto, quod quis sibi ipsi facit, sed in testamento, quod quis fecit alteri, puta pupillo, vel furioso, non attẽditur, vtrum impedimentum cessauerit in vita testatoris, vel non; sed an cessauerit in vita eius, cui est facta substitutio, puta in vita pupilli, vel furiosi, *Bart. in l. ex facto, sub num. 40. ff. de vul. & pup. subst. per gloss. magnam, in princip. l. si arrogator, in princip. ff. de adopt.*

Alii indistinctè † tenuerũt, exemplarem exstin- 6
gui, inter quos fuit *Dec. in l. humanitatis, numero 10. C. de impub. & aliis subst. Lancel. Polit. in tract. subst. in materia exemplaris, sub num. 23. Curt. Iun. & Corras. in d. l. humanitatis, Hieron. Verius in d. l. ex facto, Angel in § qua ratione, Instit. de pupill. Couarr. in capit. Raynutius, § 6. numero 7. extra de testament. Alexand. Trentacinq. in tractat. substit. part 3. capito 6. n. 2. ver. cum igitur, & ver. ego in puncto iuris,* vbi testatur hãc opinionem in puncto iuris esse veriorem. Quia † si non extinguererur, esset expectare 7
hominis infortunium, contra *§ sacrã, l. inter stipulantem, ff. de verb. obl.*

Ego verò † indistinctè teneo, exemplarem du- 8
rare, siue furor reuersus fuerit in vita testantis, siue post mortem, siue cessauerit post mortẽ, & reuersus fuerit eodem tempore; ita me docuit *Bart. in l. ex facto, num. 40 ff. de vul. & pupill. substit.* cuius o-
pinionem esse receptiorem * testatur *Crass. in § sub-* *
stitutio, quæst. 51. n 7. Bald. & Angel. in l. humanitatis, C. de impub. & aliis subst. Anto. in cap. Raynutius. extra de testament. Salic. Imol. & Alex. in d. l. ex facto, vbi Ias. num. 50. testatur hanc esse veriorem, & ma-
gis communem * opinionem, *Sforz. Odd. in præ-* *
lud. comp. par. 4 quæst. 10 ver. limitatur, vbi testatur
hanc esse magis communem * opinionem, *Gul. de* *
Bened. in cap. Raynutius, par. 2. titu. de exempl. substit. num. 48. extra de testam. Anto. Gomez. tom. 1. var. resol. cap. 6. sub num. 11. vbi Soarez. in add. numero 14.
fatetur esse communiter * approbatam, *Rip. in d. l.* *
ex facto. num 101. Constant. Roger. in tract. subst. in materia exemplaris, quæst. 8. num. 1. & 5. Bart. de Hucio in tracta. eiusdem tit. in materia exemplaris, sub numero 21. Bald. in tractat. eiusdem titu. in materia exemplaris, num. 26.

Ad quod optime confert *l. pen. C. de cura. furio-*
si, vbi si † furiosus habet lucida interualla, officium 9
curatoris non extinguitur, sed cessat pro tempore, quo apparet filium esse sanæ mentis.

Sed resp. *Dec. in l. humanitatis. sub numero 10. C. de imp. & aliis substit.* illum tex. nihil facere ad pro-
positum, cum loquatur in † curatore, dato habenti 10
dilucida interualla; ideo officiũ duret, & solum impeditur executio; quia si extingueretur, esset absur-

dum, quod semper officium deberet renouari: at in casu nostro, substitutio exemplaris fit mente capto perpetuo, qui non habet lucida interualla; quę si haberet, nō posset fieri substitutio, cum potestatem testandi haberet, *l. furiosum, C. qui testam. facere poss. Alex. in d. l. humanitatis, l. cum prætor, § non autem,*
11 *tem, in uita l. eum furiosus, ff. de iudic.* Et ideò † Imperator in *d. l. humanitatis*, vtitur verbo *cesset*, quādo illi, quibus fuit facta exemplaris substitutio, resipuerint, vt daretur intelligi, quod cessante impedimento, cessat exemplaris, & non extinguitur in totum, sed reincidētibus in furorem, reassumit effectum suum, *Bart. in d. l. ex facto, sub n. 40. l. qui res, § aream, ff. de solut.*

12 Sed replicant contrarii, quod † Imperator in § *qua ratione, Inst. de pupill.* expresiè dicit, sanitate superueniente, substitutionem exemplarem infirmari, ad exemplum pupillaris, adueniente pobertate, & sic penitus videtur extincta, *Dec. in l. huma-*
13 *nitatis, num. 10. ver. sed tamen.* Item, quia verbum † *cessare*, secundum subiectam materiam, dicitur illud, quod non valet, *l. inter stipulantem, § sacram, in tex. ibi, ait cessaturam, aut valiturā, ff. de verb. obl. l. non valere, ff. de fideicom. libert.*

Et si dicatur, Paulus iurisconsultus in *l. ex facto,*
14 *ff. de vul. & pupill. substit.* vsus fuit † verbo desinere valere, si furiosus resipuisset, quasi omnino extinctiuo, vt semel exēplari extincta, sanitate eius, cui facta fuisset, si iterum is, in pristinum morbū incideret, vita functo testatore, non potest reuiuiscere, *arg. l. inter stipulantem, § sacram, ff. de verb. obl. l. eius qui, § fin. ff. de iure fisci, quem refert Surd. in tract. de alim. tit. 8. priuil. 65. num. 2. gloss. l. si cum quis, § fin. ff. de furt. Tiraq. in l. si vnquam, verb. susceperit liberos, nu. 191. in fin. C. de reuoc. don. Zanch. in l. heredes mei, § cum ita, par. 8. n. 101. ff. ad Trebell.*

Respondetur primò, quod si exemplaris fieret ex rescripto principis, staretur dispositioni *d. l. ex facto*, si verò fieret authoritate *d. l. humanitatis*, staretur eidem, *Bar. in d. l. ex facto, sub n. 42.* quasi fa-
15 cta per rescriptum, & sic iure speciali, facilius † tollatur, quam facta authoritate iuris communis, *l. eius militis, § militia missus, ff. de testam. milit.*

Sed replicant contrarii, quod *text. d. l. ex facto,*
16 fundatur super ratione, quæ etiam † habet locum de iure communi, dum inquit, non valere substitutionem; quia ille potest facere testamētum, ex quo furor cessat, *Dec. in d. l. humanitatis, num. 10. versic. non obstat.*

17 Secundò resp. quod, & si † deficeret consideratio illa, de verbo cessare, remanebit doctrina glossę allegatæ, *l. si arrogator, in prin. ff. de adopt.* vt non debeat attendi, si impedimentum cessauerit nec ne, in vita testatoris; sed an cessauerit in vita eius, cui fuisset facta substitutio, puta pupilli, vel furiosi, *Bar. in d. l. ex facto, sub n. 42.*

18 Tertiò resp. quod illud † verbum desinere, adiectum in *d. l. ex facto*, intelligitur interim, non autem, quod in totum extinguatur, *Imo. & Ias. in d. l. ex facto, sub n. 50. vbi etiam Alex. sub n. 47.*

19 Sed replicant contrarii, quod † verbum, *desinere*, intelligitur perpetuo, *Dec. in d. l. humanitatis, sub n. 10. per l. fin. § quod inquit, ff. de assign. liber. l. si is qui, § quod dicitur, ff. de iure dot.*

Declara primò, nostram, & communissimam sententiam non procedere, quoties, medio illo tempore, quo † filius erat in dilucido interuallo, testa- 20 mentum sibi fecisset; quia tunc reincidente in furore, exemplares tabulę prius factę omninò remanerent extinctæ, *Bartol. in d. l. ex facto, sub n. 41. Gul. Bened. in cap. Raynutius, par. 2. rub. de exempl. substit. sub numero 48. extra de testam. Const. Roger. in tract. substit. in materia exemplaris, quæstio. 8. num. 7. Bart. de Hucte in tracta. eiusdem titu. in materia exemplaris, sub num. 21. Bal. in tract. eiusdem tit. in materia exemplaris, num. 26. Alex. Trentacinq. in tract. eiusdem titul. par. 3. cap. 5. num. 1. in fin.* Quia † non debet 21 auferri testamenti factio homini sanæ mentis, *l. ex facto, ff. de vul. & pupill. substit.* Idemq; esset, si † fili- 22 us fecisset testamētum ante furorem; quia eo effecto furioso, ex proxima addocta ratione, nō posset eidem exemplariter substitui, *Bart. in d. l. ex facto, n. 42. Gul. de Bened. in c. Raynutius, par. 2. tit. de exempl. substit. sub n. 48 extra de testam. Anto. Gomez. tom. 1. var. resol. cap. 1. numero 11. in fin. Alber. in rub. ff. de vulgar. & pupillar. substit. numero 62. Bartol. de Hucte in tract. subst. in materia exemplaris, sub nu. 21. Bal. in tract. eiusdem tit. in materia exemplaris, n. 27.*

Declara secundo non procedere (secundum aliquos) quādo ex † noua causa in morbum reincide- 23 rer, quod præsumitur, si post longum tempus renersus fuerit; secus, si ex vereri, quodq; in dubio iudicatur, si infra breue spacium in eum reinciderit, *Bald. in d. l. humanitatis, per gloss. & Bart. in l. maritus, ff. loca. Angel. Aret. in § qua ratione, Instit. de pupillar. Constant. Roger. in tractat. substit. in materia exemplaris, quæstio. 8. numero 6. Couarr. in capit. Raynutius, § 6. sub numero 7. extra de testament. Steph. Forcat. in Necroman. capit. 16. Zos. in tract. subst. cap. 3. cir. ca fin. num. 10.*

Ego † autem indistinctè semper docui contrari- 24 um, siue ille, cui fuisset facta substitutio, reinciderit in morbum ex noua causa, siue ex veteri, siue post longum interuallum, siue breue; quod etiam probauit *Alex. in d. l. ex facto, sub numero 47. Gul. de Bened. in capite Raynutius, part. 2. titul. de exempl. substit. sub numero 48. extra de testament.* Quia satis erit ad † validitatem exemplaris, furorem extitisse 25 tempore testamenti, *Sforz. Oddo in d. quæstion. 10. sub versic. limitatur, Crass. d. quæstion. 51. numero 7. in fin.* vbi restatur communem * opinionem. Quin * imo adeo requiritur morbum extare, vt † facta e- 26 xemplaris posthumo, si mente captus, vel surdus, aut mutus moriatur, non valeat, *Bal. in l. humanitatis, numero 49. C. de impub. & aliis substit. arg. l. pater Seuerinam, § conditionum, ff. de condit. & demonstration.*

ARGVMENTVM.

Vtrum exemplaris desinat, procreatis filiis per mente captum?

SVMMARIVM.

1 *Exemplaris desinit, procreatis filiis per mente captum, numero 1. limita, numero 3. declara, numero 4.*
2 *Pupillaris rumpitur, pupillo liberos suscipiente, numero 2.*
3 *Exemplari in substitutione debent institui, vel exheredari nati, vel nascituri, n. 3.*
4 *Exemplaris reconualescit, si filius natus non post substitutionem moreretur ante substitutionem, vel patrem dementem, n. 4.*

QVÆ-

QVÆSTIO XXXVIII.

1 Vtrum † procreatis filiis per mente
captum, desinat exemplaris substitu-
tio? Resp. quod sic, *Bar. in l. ex facto,
n. 39. vers. secundo, per illum tex. ff. de
de vul. & pup. subst. Gul. de Bened. in c.
Raynutius, par. 2 tit. de exempl. subst. n. 50. extra de te-
stament. Sforz. Odd. in praelud. compend. par. 4. quaest.
10. num. 2. Const. Roger. in tractat. substit. in materia
exemplaris, quaest. 8 num. 8. Crass. in § substitutio, q.
51. num. 8.* vbi intelligit, & bene, in filiis susceptis ex
matrimonio ante furorem contracto, quod per
subsequentem furorem non dirimitur, *Bal. in tra-
ctat. substit. in materia exemplaris, sub num. 25. Bart.
de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia exemplaris,
num. 20. in fin. Lancel. Polit. in tractat. eiusdem titul.
in materia exemplaris, numero 24. Zas. in tractat. e-
iusdem titul. in materia exemplaris, in fin. Paul. Leon.
in tractat. eiusdem tit. in materia exemplaris, numero*
2 *119.* Sicut etiam rumpitur † pupillaris, si pupillus
liberos suscipiat, licèt rarò accidat, *Bart. in l. in pu-*
3 *pillari, circa fin. ff. de vul. & pup. substit.* Nisi in † le-
gitima fuissent instituti nascituri, sicut iam nati in-
stitui, vel ex causa exhæredati necesse patentes ha
bebunt, hac in exemplari, *Bart. in d. l. ex facto, n. 42.
per l. humanitatis, C. de impub. & aliis substit. Bal. in
tract. subst. in materia exemplaris, sub n. 27.*

4 Verum tamen, si † filius natus post substitutio-
nem, moreretur ante substitutionem, vel patrem
dementem, reconualesceret exemplaris substitu-
tio; secus, si moreretur post morte substituentis,
& dementis filii, *Crass. in § substitutio, quaest. 51. n. 10.*
* vbi testatur communem * opinionem, *Capra in
tract. exemplaris, num. 152. Bal. in l. humanitatis, n.
72. C. de impub. & aliis subst. Constan. Roger. in tract.
subst. in materia exemplaris, q. 8. n. 9. & 10.*

ARGVMENTVM.

Vtrum exemplaris extinguatur natiuitate
filii naturalis?

SVMMARIVM.

1 *Exemplaris (secundum aliquos) extinguitur nati-
uitate filii naturalis, n. 1. media, num. 2. & 9. dis-
soluuntur, num. 3. 4. & 10. Author, vt non ex-
tinguatur, n. 11. ratio, n. 12. Alii distinguunt, n.
13. & 14. & alii aliter, n. 15. & 16.*

2 *Mente captus non potest contrahere matrimoni-
um, num. 2.*

3 *Surdus, & mutus matrimonium contrahere potest,
numero 3*

4 *Prodigus potest matrimonium contrahere, n. 5.*

5 § Fin. l. hæredibus, ff. ad Trebell. *declaratur, nu-
mero 6.*

6 *Naturales filii proprie, qui dicantur? n. 7.*

7 *Naturales faciunt deficere substitutionem, alicui
factam, si absque liberis decesserit, num 9 declu-
ra, num. 10.*

8 *Naturalis non est necesse, vt instituatur, atque
ita praeteritus, non rumpit testamentum, nu-
mero 12.*

8 *Sforz. Odd. aliorum distinctiones, authoribus taci-
tis, sæpius refert, n. 16.*

QVÆSTIO XXXIX.

Vtrum exemplaris substitutio extin-
guatur natiuitate filii naturalis?
Resp. alios dixisse, quod † sic; inter 1
quos fuit *Bart. in l. ex facto, n. 44. ff. de
vul. & pupill. subst. Bart. de Hucio in
tract. subst. in materia exemplaris, num. 22. Bald. in
in tract. eiusdem tit. in materia exemplaris, sub n. 28.
Alex. & Ias. in d. l. ex facto, ille, sub n. 48. iste, sub n.
49. Ceras. in l. humanitatis, n. 19. C. de impub. & aliis
subst.* vbi testatur communem * opinionem. *

Moti primo, quia quando lex vel homo facit
mentionem de filiis mête captis, debet intelligi de
his, quos habere potest, & sic de filiis naturalibus, *l.
haeredibus § fin. ff. ad Trebell.* Cum † matrimonium 2
defectu consensus, contrahere non posset, *l. nupti-
as, ff. de reg. iur.*

Sed resp. ad hoc medium, quod non † est gene- 3
ralis ratio, cum solum apprehendat furiosum, non
autem mutum, & surdum, qui † matrimonium cô- 4
trahere possent, *l. mutus, ff. de iure dot. Canonista* * *
*in c. tuae fraternitatis, extra de spons. & in c. cum apud,
extra eod. Alexa. in l. 1. ff. de verb. obl. & in l. ex facto,
sub n. 48. ff. de vulg. & pupill. substit.* nec prodigum,
qui etiam posset † matrimonio se copulare, vt fa- 5
tetur *Bart. in d. l. ex facto, sub n. 44. Constant. Roger.
in tractat. substit. in materia exemplaris, quaest. 8. nu-
mero 15. in fin. Bal. in tract. subst. in materia exempla-
ris, sub n. 28.*

Secundo, quia *d. l. haeredibus, § fin. ff. ad Trebell.*
loquitur in † filia furiosa, quæ nondum contraxe- 6
rat matrimonium; ideo testator sentiit de filiis na-
turalib tantum, cum matrimonium côtrahere nô
poteratat; furiosus potuerat contrahere matrimo-
nium ante furorem, & habere filios legitimos &
naturales, *l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel ali.
iur. l. oratione § fin. ff de rit. nupt. cap. neque furiosus,
32. quaest. 7. Canonista, in c. cum dilectus filius, extra de
sponsal.*

Tertiò, quia furiosus non potest habere filios
naturales, qui propriè loquendo sunt hi, qui ex † 7
concubina, affectu concubinandi domi retinetur
(quę affectio cadit in furioso) *l. in concubinatu, ff. de
concub. Ias. in d. l. ex facto, in fin. prin. Bal. in l. eam
quam, col. 12. C. de fideicomm. Surd. in tract. de alim.
tit. 1 q 9. n. 9.*

Sed posset replicari, quod † habebat concubinã 8
ante furorem, & præsumitur in affectione durare,
*arg. l. is qui, ff. de acq. poss. l. nunquã, ff. de vsucap. Bart.
in l. fin, ff. de concub.*

Quartò, quia † filii naturales faciunt deficere 9
substitutionem alicui factam, si absq; liberis deces-
serit, *l. ex facto, § ex facto, & § si quis rogatus, ff. ad
Trebel.*

Sed resp. verum esse in † dispositione testatoris, 10
non autem, quando filii ex dispositione legis face-
rent deficere substitutionem, vt in terminis *d. l. ex
facto, & d. l. humanitatis,* quia tunc non sufficerent
naturales tantum, aut spurii, *Gul. Bened. in c. Ray-
nutius, par. 2. ver. si absq; liberis, el 2. tit. de exemplar.
subst n. 50. in fi. extra de test per l. generaliter, § cũ autê,
C. de Inst. & subst. Bal. in l. nec ei, § eorũ, ff. de adopt. &
in d. l. humanitatis, in 4 differentia, Ias. in d. l. ex fa-
cto, sub n. 50.*

Ego autem etiam scholaris, semper defendi cô-
trariam sententiam, vt natiuitate filii naturalis

non extinguatur exemplaris substitutio, quam etiam tenuit *Bald. in l. humanitatis, numero 71. C. de impub. & aliis substit. Fern. Vasq. de success. progress.*
* *libro 2.* § 17. *num.* 82. vbi testatur eam esse veriorem, & receptiorem * *Dec consil.412.num.8. Crass. in § substitutio, quaestio. 51. num. 9. Gulie. de Bened. in cap. Raynutius, par. 2. in materia exemplaris, sub numero 50. extra de testament. Constant. Roger. in tractatu substit. in materia exemplaris, quaestio. 8. num. 11. & 13 Zas. in tractat. eiusdem titul cap. 3. in fin. Lancell. Polit. in tractat. eiusdem titul. in materia exemplaris, in fine, Alexand. Trentacinq. in tractatu eius-*
* *dem titul. par. 3. cap 6. num. 2. versic. ex predictis*, vbi
12 testatur communem * opinionem. Quia † si eorum pater furiosus non esset, non teneretur eos instituere, *gloss. l. 1. § 1 ff. de bon poss. contra tab. Bald. in l. fin. C. de nat. liber. Iaso. in d. l. ex facto, circa fin. vbi etiam Alex. sub num. 48. Natt. in l. hac consultissima, § ex imperfecto, nume. 72. C. qui testament. facere poss.*
* *Crass. in § testamentum, quaest. 36. num. 9* vbi testatur communem * opinionem, & in § *institutio. quaest. 7. num. 5. Surd. in tractat. de alim. titul. 3. quaest 15. numero 9. Tiraq. in l. si vnquam, in ver. susceperit liberos, num. 47. C. de revoc. donat. Paleott. de noth. & spur. c. 38. num. 7.*

13 Alii ſœdere distinctionis, vtramque opinionem concordarunt, vt prima procederet, quando † substitutio facta fuisset filiæ furiosæ; quia naturales tantum, respectu matris, sunt sicut legitimi, & naturales, respectu patris, *l. cum legitima. ff. de stat. hom.*
14 secunda verò opinio locum † sibi vendicaret, quando exemplaris fuisset facta filio furioso.

15 Et alii aliter cōcordarunt, vt prima procederet, quando † extranei fuissent substituti; secunda vero, quando alii filii testatoris, inter quos fuit *Sforz. Odd. in prelud. compend par. 4. quaest. 10. circa fin* prę-
16 dictam † suscipiens distinctionem (tacito authore) à *Paul. Leon. in tractat. substit. in materia exemplaris, sub num. 123.*

ARGVMENTVM.

Vtrum exemplaris finiatur ex defectu eius, cui facta fuisset?

SVMMARIVM.

1 *Exēplaris finitur ex defectu eius, cui facta fuisset, n. 1. exempla. n. 2. 4. & 5.*
2 *Prodigus obligatur ex delicto, n. 3.*

QVÆSTIO XL.

1 VTrum exemplaris finiatur ex † defectu eius, cui facta fuisset? Resp. quod sic, *Bartol. in l. ex facto, num. 45. ff. de vulg. & pupill. substit. Bal. in tractat. substit. in materia exemplaris, sub num. 29. Bartol. de Hucio in tractat. eiusdem titu. in mater. exemplaris, sub n. 23.* Ver-
2 bi gratia, si † prodigus, cui fuisset facta exemplaris, commisisset delictum, propter quod esset de-
3 portatus, vel seruus pœnæ effectus; obligatur † nāque prodigus ex delicto, *gloss. l. si quis in tantam, C. vnde vi, Bertacch. in reper. in vers. prodigus, numero 20. Constant. Roger. in tractat. subst. in materia exemplaris, quaestio 8. num. 20. Bald. in tractat. eiusdem tit.*
4 *in materia exemplaris, in fin. sub numero 29.* Vel † furiosus habens dilucida interualla, delictum commisisset, propter quod intestabilis efficeretur, vel
5 religionem intrasset; quia † tunc facta exemplaris extingueretur, *Bart. in l. ex facto, in fin. prin. ff. de vul. & pupill. Sforz. Odd. in prelud. comp. par. 5. quaestio. 4. circa fin. Const. Roger. in tractat. substit. in materia exemplaris quaest. 8. num. 19 Bald. in tractat. substit. in materia exemplaris, in fin Bar. de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia exemplaris, n. 23.*

ARGVMENTVM.

Exemplaris, in quibus differat à vulgari?

SVMMARIVM.

1 *Exemplaris, in quibus differat à vulgari, n. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13 14. 15. & 16.*
2 *Exemplaris, differt à vulgari, formali conceptione, num. 2. & 3.*
3 *Vulgaris habet duo capita, si noluerit, vel non potuerit, num. 4.*
4 *Exemplaris non habet caput voluntatis, cum fiat insipienti, num. 5.*
5 *Exemplaris differt à vulgari, hereditatum acquisitione, num 6.*
6 *Exemplaris differt à vulgari, in qualitate substituendorum, num. 7.*
7 *Exemplaris differt à vulgari, in qualitate testatorum, num. 8.*
8 *Exemplaris differt à vulgari, in qualitate haredis, num. 9.*
9 *Vulgaris tollit existentiam sui haredis, n. 10.*
10 *Exemplaris non tollit existentiam sui, & necessarii haredis, num. 11.*
11 *Exemplaris differt à vulgari, in hereditatis transmissione, num. 12.*
12 *Vulgaris potest fieri per matrem, filio ab intestato venienti, n 13. secus in exemplari, n. 14.*
13 *Vulgaris potest expugnari per querelam, n. 15. secus in exemplari, n. 16.*

QVÆSTIO XLI.

INquibus † exemplaris substitutio differat à vulgari? Respon. quod primò 1
differt à † vulgari, formali conceptione; quia vulgaris concipitur, si hæres 2
† non erit; exemplaris vero concipitur, si non sanæ mentis decesserit; vel si nō suæ mētis decesserit; vel si in alienatione mētis permansérit; vel si intestabilis decesserit; vel per similia verba, quia magis inspicimus mentem, quam verba, *Bal. in l. humanitatis, n. 33. C de imp. & aliis substit. l. quoniam indignū, de test. l. si de legibus, l quedā de necessa. seru l. si quis heredē, de inst. & subst. l. 2. de liber. prat. Gul. de Bene. in c. Raynutius, par. 2. ver. si absq; liberis, el 2. t. de exempl. subst n. 5 . extra de testa. Const. Roger. in tract. subst. in materia exemplaris, quaest. 2. numero 8.* 3

Secundo differt à vulgari, quia † vulgaris habet 4
duo capita, si hæres non erit. quia noluerit, vel non potuerit, & sic impletur bimembri conditione; sed
in † exemplari non potest considerari conditio vo- 5
luntatis, cum insipienti fiat, *Bal. in d. l. humanitatis, sub n. 33. Gul. de Bene. in d. tit. de exempl. sub n. 53. Cōst. Reg. d. q. 2. n. 9.*

Tertio differt à † vulgari, hæreditatum acquisi- 6
tione; quia per exemplarem duæ hæreditates quęrūtur, scilicet patris, vel matris, & filii, sed per vulgarē solius testatoris, *Bald. in d. l. humanitatis, sub n. 33. per l. si. C. de inst. & subst Gul. de Bened. in d. tit. de exemplari subst. n. 53. ver. 3. differt. Cōst. Rog. d. q. 2. n. 10.*

Quarto differt à † vulgari, in qualitate substitu- 7
endorū; quia vulgariter poterit quilibet substitui; exēplariter vero, nisi certæ personæ, puta filii, vel

fratres

fratres mente capti, *Bal. in d. l. humanitatis, sub num. 3. Gul. Bened. in d. tit. de exempl. subst. sub num. 53. ver. quarto differt.*

8 Quinto differt à † vulgari, in qualitate testamẽtorum; quia vulgaris fit ab omni testatore, exẽplaris vero, à solis ascendentibus, *Bal. in d. l. humanitatis, sub n. 33. Gul. de Bene. in d. t. de exempl. sub num. 53. Consi. Roger. d. quaest. 2. n. 11. Alex. Trentac. in tracta. subst. par. 3. c. 5. n. 4. in fi.*

9 Sexto differt à † vulgari, in qualitate hæredis; quia omni hæredi potest vulgariter substitui, sed exemplariter non potest substitui, nisi mente carentibus ab ipsa natiuitate, vel per accidens, *Bal. in d. l. humanitatis, sub n. 33. Gul. de Bene. in d. tit. de exempl. sub num. 53.*

10 Septimo differt à † vulgari; quia vulgaris expressa tollit existentiam sui, & necessarii hæredis, secus

11 † in exemplari; quia in dubio non videtur testator dare velle hæredi licentiam abstinendi, *Bald. in d. l. humanitatis, sub num. 33. per l. cum quidam, in ratione sui, C. de necess. seru. Gul. de Bened. in d. tit. de exempl. sub num. 53.*

12 Octauo differt † à vulgari, in hæreditaris transmissione; quia exẽplaris non derogat trãsmissioni, sed vulgaris expressa, licèt nõ deroget iuri deliberãdi, quod à quocunq; extraneo transmittitur, *l. cum antiquioribus, C. de iure delib.* tamẽ derogat suitati, *Bal. in d. l. humanitatis, sub n. 33. per l. si filius hæres, ff. de liber. & posthum. Gul. de Bened. in d. tit. de exempl. sub n. 53. Consi. Roger. d. q. 2. n. 12.*

13 Nono differt à vulgari; quia † vulgaris substitutio potest fieri per matrem, filio ab intestato venienti, *l. si quis ita hæres instituatur, § legitimus, ff. de hæ-*

14 *red. inst.* secus † in exemplari, *Bald. in d. l. humanitatis, sub n. 33. Gul. de Bened. in d. tit. de exempl. sub n. 53. Consi. Rog. d. q. 2. n. 13.*

Decimo differt à vulgari, quia † substitutio vul-

15 garis potest expugnari per querelã; sec⁹ in † exẽpla-

16 ri, *Bal. in d. l. humanitatis, sub n. 33. Gul. de Bened. in d. tit. de exemplari, sub n. 53. Consi. Rog. d. quaest. 2. n. 14.*

ARGVMENTVM.

Exemplaris in quibus differat à pupillari?

SVMMARIVM.

1 *Exemplaris in quibus differat à pupillari, numero 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. & 19.*
2 *Exemplaris differt à pupillari, in potentia actiua, numero 2.*
3 *Exemplaris differt à pupillari, in potentia passiua, siue susceptiua, n. 3.*
4 *Exemplaris differt à pupillari, in potentia acquisitiua, num. 4.*
5 *Exemplaris non potest fieri exhæredate, secus pupillaris, num. 5.*
6 *Paul. Leon. in tract. subst. reiicitur, n. 6.*
7 *Exemplaris nõ potest fieri filio præterito, secus in pupillari, num. 7. & 8. contra n. 9.*
8 *Pupillaris non potest fieri, nisi impuberi, secus in exemplari, n. 10.*
9 *Exemplaris differt à pupillari, in forma, n. 11.*
10 *Pupillaris differt ab exemplari, in rerum acquisitione, n. 12.*
11 *Exemplaris rumpitur, si superleste nascatur frater posthumus, secus in pupillari, numero 13. contra, num. 14.*
12 *Pupillaris non poterit reuocari à pupillo, etiam si saperet vti Salomon, n. 15.*
13 *Exemplaris reuocatur per lucida interualla furiosi, numero 16.*
14 *Exemplaris fuit introducta iure scripto, sed pupillaris moribus, n. 17.*
15 *Exemplaris habet tempus indeterminatum, sed pupillaris est restricta vsque ad tempus pubertatis, numero 18.*
16 *Differens nomine, censetur differre specie, & re, numero 19.*

QVÆSTIO XLII.

Exemplaris in † quibus differat à pupillari? Resp. quod primò differt à † pu- 1 2 pillari, in potentia actiua; quia pupillarẽ facit sola linea paterna, habens in potestate, sed exemplarem linea paterna, & materna, *Bal. in l. humanitatis, nu. 34. C. de imp. & aliis subst. Pau. Leo. in tract. subst. in materia exemplaris n. 104.*

Secundò differt † à pupillari, in potentia passiua, siue susceptiua; quia pupillaris fit existentibus in plena potestate substituentis, exemplaris vero, mente captis, etiam patria potestate liberatis, *Baldus in d. l. humanitatis, sub n. 34. Paul. Leon in tract. subst. in materia exemplaris, n. 103.* 3

Tertio differt à † pupillari, in potentia acquisitiua; quia ex substitutione exemplari non possunt acquirere ius, nisi certæ personæ, ex pupillari vero, omnes, *Bal. in d. l. humanitatis, sub num. 34. per l. Papinianus, § sed nec impuberes, ff. de inoff. testamen. & l. cum quidam, C. de impub. & aliis subst. Paul. Leon. in tract. subst. in materia exemplaris, n. 105.* 4

Quarto differt à pupillari, quia † pupillaris potest fieri exhæredato, sed exemplaris, non, *Bal. in d. l. humanitatis, n. 54. per l. moribus, ff. de vulg. & pupill. subst. Gul. de Bened. in cap. Raynutius, par. 2. ver. si absq. liberis, el 2. tit. de exempl. subst. sub num. 54. extra de testam. § non solum, Instit. de pupill.* Quicquid † dixerit *Paul. Leon. in tractat. subst. in materia exemplaris, n. 108.* 5 6

Quinto differt, quia † pupillaris hodie potest fieri pupillo præterito *Bar. Ang. & Fulgos. in Auth. ex causa, C. de liber. præter. Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. 2. cap. 14. numero 11.* vbi testatur hanc esse communem, * & receptam scribentium sententiam; secus in † exemplari, *Bald. in d. l. humanitatis, sub. 34. C. de impub. & aliis subst.* 7 * 8

Licet contrarium, videm seruetur † in exemplari, quod in pupillari, tenuerit *Imol. in capit. Raynutius, extra de testa.* quem adducit additio ad *Bald. in d. l. humanitatis sub n. 34. in litera C.* 9

Sexto differt, quia † pupillaris non potest fieri, nisi impuberi, exemplaris vero, maiori, vel pupillo, cui alia ordinaria substitutio fieri nõ posset; puta, quia fuisset emancipatus, *Bal. in d. l. humanitatis, num. 34. circa fin. Gul. de Benedict. in d. tit. de exempl. sub num. 54. vers. tertio illa, Pau. Leo. in tract. subst. in materia exemplaris, n. 102.* 10

Septimo differt, quia in † pupillari, est forma complectens totũ suum esse, si hæres erit, & in pupillari ætate decesserit; sed in exemplari, est forma completa, si in furore decesserit, *Bald. in d. l. humanitatis, num. 35.* 11

Octauò differt, in † ipsarum rerũ acquisitione; quia pupillaris substitutio non potest fieri, nisi ab vno, & in solidũ. sed exẽplaris à pluribus, scilicet à patre, & à matre, *Bal. in d. l. humanitatis, sub num. 35. Consi. Roger. in tract. subst. in materia exemplaris, q. 2. num. 5.* 12

13 Nonò differt, quia si † furioso, nascitur frater posthumus, rumpitur substitutio exemplaris; secus in pupillari, nisi totum testamentum per querelam rumperetur, *Bal in d l.humanitatis, num. 35. versic. quinto, per l. Papinianus, § sed nec impuberis. ff. de inof. testam. & per d.tex. l. humanitatis, in fin. Paul. Leon. in tract. subst. in materia exemplaris, n. 114.* Licèt non
14 † videri iure cautum in fratre, sed bene in filiis, tenetur *Imol. in cap. Raynutius, extra de testa.* quem refert *add. ad Bald in d l. humanitatis, n. 35. in litera l.*

15 Decimò differt, quia † pupillus nunquam potesit reuocare substitutionem pupillarem, etiam si saperet vt Salomon *l. fin. C. de testa. milit. Constant. Roger in tract. subst. in materia exemplaris, quæst 2. n.*
16 *7.* Sed † exemplaris reuocatur per dilucida interualla furiosi. *Bal. in d l. humanitatis, n. 25. ver. octaua differentia.*

17 Vndecimo differt, quia † pupillaris moribus introducta fuit, exēplaris verò iure scripto, *l. 2. & l. ex facto, ff. de vul & pup. subst. l. humanitatis, C. eod. § qua ratione. Instit. de pupill. subst. Paul. Leo. in tract. subst. in materia exemplaris, n. 101.*

18 Duodecimò differt, quia † pupillaris est restricta vsque ad tempus pubertatis; sed exemplaris habet tempus indeterminatum, scilicet vsque quo resipuerint, *Paul. Leon. in tract. subst. in materia exemplaris, nu. 106. l. in pupillari, & l verbis ciuilibus, ff. de vulg. & pupill subst. l. ex facto ff. eod. § qua ratione, Instit. eod.*

19 Decimotertiò differt † nomine, &, per consequens censetur differre specie, & re, *l. fidem, C. de codicill. Gul. Bened. in cap. Raynutius, par. 2. tit. de exempl subst. n 54. in fi extra de testam.*

ARGVMENTVM.

Vtrum exemplaris, facta furioso, qui ante furorem erat manifestus vsurarius, valeat?

SVMMARIVM.

1 Exemplaris facta furioso, qui ante furorem erat manifestus vsurarius, valeat in bonis substituentis tantum, non in aliis, n. 1.

QVÆSTIO XLIII.

1 Vtrum valeat † exemplaris substitutio, facta furioso, qui ante furorem erat manifestus vsurarius? Resp. quod valebit in bonis substituentis tantum, non in aliis, *Bald. in l. humanitatis, num. 73 C. de impub. & aliis subst. arg. l. si quis, ff. eod Constant. Roger. in tract subst. in materia exemplaris, q 8. n 21.*

ARGVMENTVM.

Vtrum ad confirmationem exemplaris, factæ à patre, & matre filio furioso, requiratur mors vtriusque?

SVMMARIVM.

1 Exemplaris ad cōfirmationem, facta a patre, & matre furioso filio, non requiritur mors vtriusque, n. 1. ratio, n. 2.

QVÆSTIO XLIV.

Vtrum si pater, & mater fecerint eandem substitutionem exemplarem, simul filio furioso, ad confirmationem eius, requiratur mors vtriusque? Respon. quod † non, *Bal in l humanita-*
1 *tis, num. 41. C. de impub. C. aliis substit.* quia (inquit) consensus † viuentis accedit iudicio morientis, per 2
l. sicut, § venditionis, ff. quib. mod pign. vel hyp solu. & not. in l. nec fratris, C. de don. causa mort. & l cum quis decedens, § 1. ff. de lega. 3.

ARGVMENTVM.

Vtrum legata relicta ab instituto, præsumantur repetita à substituto exemplariter?

SVMMARIVM.

1 Legata relicta ab instituto, præsumuntur repetita à substituto exemplariter, n. 1.

QVÆSTIO XLV.

Vtrum † legata relicta ab instituto, 1
præsumantur repetita à substituto, exemplariter? Resp. quod sic, *Menoch. lib. 4 præsum. par. 2. præsump 108. num. 42. Ias. in l. licèt imperator, num. 54. in fin. ff. de lega. 1. vbi etiam Angel. Imol. Raphael. Angel. de Perill. & Flor.*

ARGVMENTVM.

Vtrum prælegata, veniant restituenda exemplariter substituto?

SVMMARIVM.

1 Prælegata veniunt restituenda exemplariter substituto, num. 1. exemplum, num 2. idem in pupillari, n. 3.

2 Exemplaris fuit introducta ad exemplum pupillaris, n 4.

QVÆSTIO XLVI.

Vtrum † prælegata restituenda sint 1
exemplariter substituto, puta si † 2
testator filio mente capto prælegata fecerit, eique substituerit, si sanæ mentis non effectus, decederet Resp. quod sic, *Menoch. lib. 4. præsum. par. 2. præsum. 195. num. 10. Angel. Aret. in tract. de testam gloss. 81. num 17 Corras & Padill. in l. cum virum, n. 28. C. de fideicom.* Quia † si ita obser- 3
uatum est in pupillari, vt dixi in 1. *cent. quæst. vlt.* pari ratione in exemplari, ita constitutum esse, credere
debemus, cum ad † exemplum pupillaris fuerit in- 4
troducta, *§ qua ratione, Instit. de pup. l. ex facto, ff. eod. l. humanitatis, C. eod.*

ARGVMENTVM.

Quid est Reciproca substitutio?

SVMMARIVM.

1 Reciproca, est substitutio, pluribus institutis inuicem facta, sub se plures substitutiones apta continere, secundum qualitatem eorum, quibus fit, numero 1.

2 Diffinitio bona constat ex genere, & differentiis, n. 2.

3 Reciproca, est dispositio testatoris, apta sub se plures substitutionum species, in personis plurium institutorum, secundum eorum qualitatem inuicem comprehendere n. 3.

4 Reciproca, est quædam conditionalis institutio, facta pluribus heredibus vicissim, seu inuicem institutis, n. 4.

5 Reciproca, est substitutio, qua breuiloquio plures æqualiter, & reciprocè complectitur substitutiones, numero 5.

6 Reciproca, est substitutio, qua pluribus heredibus institutis, aut exhæredatis, alterum, in alterius locum submittit, n. 6.

7 Re-

7 *Reciproca, eſt ſubſtitutio, in qua ſub vnica verborum conceptione, plures inſtituti, ſibi ad inuicem ſubſtituuntur, n.7.*

8 *Reciproca eſt illa, quæ dumtaxat pluribus inſtitutis breui oratione fit, & quo inuicem alterum, in alterius defectum, vel obitum vocat, n.8.*

9 *Reciproca, eſt quoties duobus, vel pluribus hæredibus inſtitutis, eos inuicem ſubſtituit teſtator, num.9.*

QVÆSTIO XLVII.

1 Qvid eſt ſubſtitutio Breuiloqua, ſeu
Reciproca? Reſp. eſſe † ſubſtitutionem, pluribus inſtitutis inuicem factam, ſub ſe plures ſubſtitutiones aptam continere, ſecundum qualitatē
eorum, quibus fit, *Paul. Leon. in tract. ſubſt. in materia*
2 *ria reciproca ſubſt. ſub n.1.2 & 3.* vbi † ſubiicit, vti bonam diffinitionem, conſtare ex genere, & differentiis, & conuerti cum ſuo diffinito, iuxta ea quæ diximus in *3. cent. q.1.*

3 Vel eſt, diſpoſitio † teſtatoris, apta ſub ſe plures ſubſtitutionum ſpecies, in perſonis plurium inſtitutorum, ſecundum eorum qualitates, inuicem comprehendere, *Paul. Leon. in tract. ſubſt. in materia reciproca, ſub n.1.*

4 Vel eſt, quędam conditionalis inſtitutio, † facta pluribus hæredib. inſtitutis, viciſſim, ſeu inuicem, *Bart. de Hucio in tract. ſubſt. in materia reciproca, n.1 & in fin.*

5 Vel eſt ſubſtitutio, † quæ breuiloquio, plures æqualiter; & reciprocé complectitur ſubſtitutiones, *Franc. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 4. numero 4. Salic. in l. teſtamento, numero 17. C. de teſtam. milit. Gul. de Bened. in cap. Raynutius, par. 2. ver. ſi abſque liberis moreretur, el 2. tit. de breuil. ſubſt. n.4. extra de teſt.*

6 Vel eſt † ſubſtitutio, quæ pluribus hæredibus inſtitutis, aut exhæredatis, alterum in alterius locum ſubmittit, *Conar. in cap. Raynutius, § 7. numero 1. extra de teſtam arg. l. iam hoc iure, & l. Lucius, ff. de vul. & pup. ſubſtit. Menoch. lib. 4. præſum. par. 2. præſ. 59. n.2.*

7 Vel eſt † ſubſtitutio, in qua ſub vnica verborum cōceptione, plures inſtituti ſibi ad inuicem ſubſtituuntur, *Sforz. Od. in prælud. comp. part. 6. q.1.*

8 Vel eſt illa, † quæ dumtaxat pluribus inſtitutis,
breui oratione fit inuicem alterum, atq; in alterius defectum, vel obitum vocat, *Lancel. Polit. in tract. ſubſt. in materia reciproca, ſeu breuiloquo ſubſtitutionis, n.1.* quem refert & ſequitur *Alex. Trentacinq. in tract. eiuſdem tit. par. 5 c.1. ſub n.1.*

9 Vel eſt, quoties † duobus, vel plurib. hæredib. inſtitutis, eos inuicem ſubſtituit teſtator, *Alexan. Trentacinq. in tract ſubſt. par. 5. c.1. n.1.*

ARGVMENTVM.

Quare vocetur Breuiloqua, ſeu Reciproca?

SVMMARIVM.

1 *Breuiloqua quare dicatur, numero 1. 2. 3 4. 5. 6 7 & 8.*

2 *Breuiloqua dicitur, quia breuibus verbis fit, numero 2.*

3 *Breuiloqua dicitur, quia ſub breui loquutione, plures ſubſtitutiones comprahendit, n.3.*

4 *Reciproca dicitur, quaſi repetita, quia de vno, in alium repetitur, n.4.*

5 *Reciproca repetit, & reciprocat perſonas, & inſtitutionem præcedentem reflectit in ſe ipſas, numero 5.*

6 *Dictio, inuicem, inter ſe facit reflexam geminationem, n.6.*

7 *Grammatici illam conſtructionem reciprocam appellant, in qua eadem perſona agit, & patitur, num.7.*

8 *Reciproca dicitur, quia perſonæ in ea contēta agunt, & patiuntur, quaſi eædem ſunt inſtituta, & viciſſim ſubſtituta, n.8.*

9 *Reciproca, magis propriè vocatur à Iuriſconſultis, n. 9. & ita appellari debet, num.10. rationes, num. 11. & 12.*

10 *Compendioſa dicitur, quia ſub compendio, ſeu breuitate verborum fit, n.13.*

11 *Breuiloqua appellatur a noſtris Doctoribus magiſtraliter, n.14.*

12 *Reciproca vocatur à lege, ratione paritatis, numero 15.*

13 *Reciproca poſſet dici mutua, n.16.*

14 *Reciproca, poteſt dici compoſitio ſubſtitutionum, vel ſubſtitutio compoſita, n.17.*

15 *Reciproca dicitur omnis breuiloqua, non autem è conuerſo, n.18. exemplum, n.19.*

QVÆSTIO XLVIII.

Qvare vocetur † Breuiloqua, ſeu Reci- 1
proca? Reſp. dicitur † Breuiloqua, quia 2
breuibus verbis fit, *Bart. poſt gloſſ. in ver. matrem, in l. Lucius, n.3 ff de vul. & pup.*
ſubſt. quem ſequi communiter * Doctores teſtatur *
Croſſ. in § ſubſtitutio q.52. n 1. vbi dicit communem
* opinionem, *Conſt. Roger. in tract. ſubſt. in materia* *
reciproca, q.2. n.2. Gul. de Bened. in c. Raynutius, par. 2. tit. de breuiloqua ſub, t. ſub n. 3. extra de teſt. Bartol. de Hucio in tract. ſubſtit. in mater. breuiloqua, ſub n.1. Bal. in tractat. eiuſdem titul. in materia breuiloqua, ſub n.2. Aret. Inſt. in tractat. de ſubſtit. in materia breuiloqua, ſub n. 1. Vel quia ſub breui † loquutione, 3
plures ſubſtitutiones comprǽhendit, *Bart. de Hucio in tract. ſubſt. in materia breuiloquo, ſub n. 1. Bal. in tractat. eiuſdem tit. in materia breuiloqua, numero 2 in fin. Paul. Leon. in tract. eiuſdem tit. in materia reciproca, n.7. Pract. Papię. in tit. de form. libell. quo agit ex ſubſtit. reciproco, num.1 fol.199. Bolognet. in rub ff. de vul. & pup. ſubſt. ſub n. 18.*

Reciproca † verò dicitur, quaſi repetita, quia de 4
vno, in alium repetitur, *Bartol.* (poſt Hug.) *in d. l. Lucius, n.3 Conſt. Reg quæſt. 2. num.1. Menoch. l b 4. præſ. par. 2. præſ. 59. ſub n.2. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 4. n 2. Sforz. Odd in prælud. comp par. 6. quæſt. 2. Bart. de Hucio in tract. ſubſt. in materia breuiloquo, ſub numero 1. Zaſ. in tractat eiuſdem tit. cap. 4. ſub n.1. Alex. Trentacinq. in tract. eiuſdem tit. par. 5. cap.1 num. 2.* Namq; † repetit, & reciprocat perſo- 5
nas, & inſtitutionem præcedentem reflectit in ſeipſas, *Mantica d. tit. 4. num. 2. circa med. Salic. in l. in teſtamento, num. 13. C. de teſtam. milit. Gul de Bened. d. tit. de breuiloqua, ſub num. 3.* maximè quando apponitur in ſubſtitutione dictio, inuicem, quæ † in- 6
ter ſe facit reflexam geminationē, *§ 2. Inſt. de auth. tuto. §. 1. Inſt. de legit. agnat. ſucceſſ. § 1. Inſt. quib. mod. tol. obl. l. 1. ff. de compen.* Vel ſicut † Grammatici ap- 7
pellant illam conſtructionem reciprocam, in qua
perſonæ † contentæ in ea agunt, & patiuntur; qua- 8
ſi eædem ſunt inſtitutæ, & viciſſim ſubſtitutæ, *Cōſt.*

Q

Roger. in tract. subst. in materia reciproca, q.2. sub n.1. Paul. Leon. in tract. eiusdē tit. in mater. reciproca, n.6.

Verum tamen eam substitutionem Recipro-
9 cam † vocat, & magis propriè, Modestinus iuris-
consultus in *l. iam hoc iure, ff. de vul. & pup. substit. Bart. in d. l. Lucius, sub n.2. Crass. in § substitutio, q.52.*
* *n.1.* vbi testatur communem * opinionem, *Const. Roger. d. q.2. in prin. Menoch. lib.4. praesum. par.4 praesum. 60. n.1. Sforz. Odd. in pralud. comp. par.6 quaest.*
* *2.* vbi secundum communem * opinionem, subii-
10 cit, potius esse † appellandam reciprocam; tum,
11 quia † ita à legislatore nominatur; tum † quia
12 huius etymologia non conuenit aliæ substitutio-
ni, sicut etymon Breuiloquæ, quod etiam con-
13 uenit compendiosæ; quæ ideo † dicitur compen-
diosa, quia sub compēdio, seu breuitate verborum fit, *Gul. de Bened. in c. Raynutius, par.2. tit. de breuiloqua, sub n.2. & 3. extra de test. Rip. in d. l. Lucius, n.12.*
* *Ant. Gomez. 1. var. resol. c.8, n.1.* vbi dicit cōmunē * opinionē *Imol. in d. l. Lucius, col.1. Lancel. in tractat. subst. in mat. reciproca, sub n.1. Ias. in d. l. Lucius, n.8.*

14 Breuiloquam † verò magistraliter appellarunt nostri Doctores, vt dicit *glos. in verb. reciprocam, d. l. iam hoc iure, & gloss. in ver. matrem, d. l. Lucius, & in l. precibus, C. de impub. & aliis subst. & in § qua ratione, Inst. de pupill. subst. Const. Roger. d. quaest. 2. num. 2. & 3 per l. cum in testamento, § haeredes, ff. de hered. instit. in tex. ibi, vt breuiter videretur, Menoch. d. praes. 60. num.2 Alciat. in d. l. Lucius, n.17. Bald. in tract. subst. in materia breuiloqua, sub num. 1. Zas. in tract. eiusdem titul. cap.4. sub num.1. Paul. Leon. in tractat. eiusdem titul. in materia breuiloqua, in prin. Ias. in d. l. Lucius, n 8.*

15 Et quia † lex, non ob aliam causam vocat eam
reciprocam, nisi ratione paritatis, *Bal. in l. iam hoc iure, vers. sed si alter, in fin. ff. de vulg. & pup. subst.* Nō
16 inepte videtur, eadem † substitutio, etiā posse dici
mutua, *Franc. Mantica de coniect. vlt. vol. lib.7 tit.4. sub n.2. per l. cohaeredi, § qui discretus, ff. de vul. & pup.*
17 *subst. l. cū proponebatur, ff. de leg.2.* posset † etiam di-
ci cōpositio substitutionum, vel substitutio composita, sicuti compendiosa, *Franc. de cap. lista inter cons. Laur. Calcan. cons.106. num.3.* quem refert & sequitur *Mantica d. tit.4. n.3.*

18 Et licèt † omnis Breuiloqua sit Reciproca, non
tamē è cōuerso; quia latior terminus est Reciproca, quam Breuiloqua, *Const. Roger. in tractat. substitut. in materia reciproca, quaestion. 2. numero 4. 5. & 6.*
19 verbi gratia (inquit) si testator † institutis duobus
impuberibus, dixerit, vos inuicem substituo, sub breuitate verborum, continerentur quatuor substitutiones, duæ scilicet vulgares, & duę pupillares, & dicitur etiam Reciproca, cum duo impuberes inuicem sint substituti; cæterum, si testator non vteretur tali breui locutione, sed diceret, Titium filium meum substituo Seio filio meo impuberi, & Seium substituo ipsi Titio, tunc esset reciproca, sed non Breuiloqua.

ARGVMENTVM.

Vtrum Reciproca, per se sit propria species substitutionis?

SVMMARIVM.

1 *Reciproca per se, non est propria species substitutionis, num.1. sed bene quadam adiectio, seu qualitas, siue cumulum substitutionis, sicut in actione de Peculio, institutoria, & tributoria, n.2. cōtra, n.6. soluitur, n.8. alii, vt largè, sit species substitutionis de per se, num.9. media, 10. & 12. dissoluuntur, n.11. & alii distinguunt, vt quo ad effectum nō sit species de per se, secus quo ad formam, n.13.*
2 *Reciproca continet vulgares, pupillares, exemplares, & fideicommissarias, n.3.*
3 *Reciproca, dicitur potius nomen accidentale, quàm substantiale, n.5.*
4 *Dominus, ex contractu de peculio, condemnatur quatenus est in eo, n.7.*
5 *Reciproca, semper debet fieri pluribus, n.12.*
6 *Reciprocam inducendi modus, est separatus ab aliis substitutionibus, licet quo ad materiam, ab aliis non distinguatur, n.14.*

QVÆSTIO XLIX.

VTrum † Reciproca per se sit pro- 1
pria species substitutionis? Resp.
quod non, *Bart. in l. Lucius, n.2. ff. de vul. & pup. subst. Bal. in c. si pater, in mater. reciproca substitutionis, de testa. lib.6. Ias. in d. l. Lucius, n.7. Alber. in rub. ff. de vul. & pup. subst. col 91.* hancq;
esse communem * opinionem fatetur *Lancel. Polit. in tract. subst. in materia reciproca, sub n.1. Bal. in* *
tract. eiusdem titul. in materia reciproca, n 1. Crass. in § substitutio, q.52. n.1. vbi testatur hanc esse commu- *
nem * opinionem, *Lanfranc. in l. centurio, n.45. ff. de vul. & pup. subst. Franc. Mantica de coniect. vlt. vol.*
lib.8. tit.4. n.3. in fin. vbi testatur communem * opi- *
nionem, *Bolognet. in rub. ff. de vul. & pup. subst. sub n. 22. & 68. Rayn. de Ferl. in tract. subst. in mater. breuiloqua, col 2. Salic. in l. in testamēto, C. de test. mil. Bellon. in § qua ratione, Instit. de pup. vbi etiam Port. nu. 11.*
Benè tamen † dicetur quædā adiectio, seu qualitas, 2
siue cumulum substitutionis, cū † vulgares, pupil- 3
lares, fideicommissarias, & exemplares contineat, *Bart. in d. l. Lucius, sub n.2. Bart. de Hucio in tractat. subst. c.4. n.1. Bal. in tract. eiusdem tit. in materia breuiloqua, n.1.1. Sforz. Odd. in prael. comp. par.6. q.3.* vbi
testatur communem * opinionem, sicut in † simili 4
dicit de actione de peculio, institutoria, & tributoria, *l.3. § cui cōgruit, ff. de pecul.* & sic poti° erit nomē
† accidentale, quam substantiale, *Bart. in d. l. Luci-* 5
us, n.2. Ant. Fum. in tract. subst. in materia exemplaris, sub n.68.

Sed resp. *Aret. in rub. ff. de vul. & pup. subst.* quod † 6
Breuiloqua non potest dici quædam adiectio, seu qualitas, sicut actio de peculio; quia illa qualitas de peculio licèt nō alteret essentiā actionis, tamē mo- 6
deratur, & diminuit effectū cōdēnationis, & exa-
ctionis, cū † Dominus cōuētus ex cōtractu de pecu- 7
lio, nō cōdēnetur in totū, sed quatenus est in peculio, *l. in delictis, § si detracta, ff. de noxal.* Quod non est in Breuiloq. quo ad effectū aliarū substitutionū.

Replicat *Ias. in d. l. Lucius, n.7. in fin.* quia Bart.
non vult † dicere, quod Breuiloqua sit adiectio, & 8
qualitas, eodem modo quo actio de peculio, vt eas videatur æquiparare, sed per similitudinem declarare.

Contrariam sententiam, quod † Reciproca lar- 9
gè loquendo, sit species substitutionis de per se, licet proprie, & strictè non, cum semper cadat in aliqua de specieb. quæ sub ea comprehenduntur, tenuit *Imol. in d. l. Lucius, Rom. in l. in testam. C. de test. milit. Raphael Cuma. consil.16 Bald.* (sibi contrarius) *in l. precibus, versicul. iuxta hoc quaero, C. de impub.*

pub. & aliis substitut. gloss. in rub. ff. eod. & in § qua ratione, Instit. de pupill. Barth. d. Salic. (post eius patruum Riccardum de Salic. *in d. l. in testamento, Rip. in d l. Lucius, num. 11. Aret. instit, in tract. de subst. in materia reciproca, n. 5. Faber. Port. & Ozerius, in d. § qua ratione, Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. 5. c. 3. circa fin.*

Moti primò, quia Iurisc͠osultus in *l. iam hoc iure,*
10 *ff. de vulg. & pup. subst.* vocat † Reciprocam, tertium genus, quasi sit distinctum à pupillari, & vulgari, *arg. l. 1. § 3. & l. Iurisconsultus, § 3. ff. de grad.*

Sed resp. quod legislator vtitur verbo videtur,
11 quod † impropriietatem significat, *l. non videtur, ff. de reg. iur.* si enim esset species distincta substantialiter, & essentialiter, legislator vsus fuisset verbis propriis, & habilibus, differentiam essentialem importantibus, *Bart. in c. Raynutius, extra de test. Ias. in d. l. in testamento.*

12 Secundò, quia † dicta substitutio semper deberet fieri pluribus, & reciprocé, quod non est necesse in aliqua aliatum substitutionum, *Imol. in d. l. Lucius, col. 4.*

Alii distinctione, prædictas concordarunt opi-
13 niones, vt prima procederet, quo † ad effectũ; secũda verò, quo ad formam, inter quos fuit *Alex. in d. l. Lucius, n. 9. in fin. Raphael Cum. in l. iam hoc iure, col. 2. ff. de vulg. & pupill substit. & in rub. ff. eod. add. ad Bart. in d. l. Lucius, in litera B. Paul. Lean. in tractat. subst. in materia breuiloqua, num. 10. Soc. Iun. in d. l. centurio, num. 28. ff. de vulg & pupillar. substitut. Petr. Gregor. par. 3. Syntagm. iuris, lib. 4. cap. 27 col. 2. vers. & verius, fol. 553. Sebast. Medices, in tract. d. fin.*
14 *quæst. 4. sub n. 7.* Inde etiam dixerunt † modum inducendi Reciprocam, esse separatam ab aliis substitutionibus, sed quoad materiam, á cæteris non distiugui, *Ias. in tract. subst. in materia breuiloqua, n. 1. in fin. Franc. Aret. in rub. ff. de vulg. & pup. substit. quem refert Gul. Bened. in cap. Raynutius, par. 2. ver. si absq; liberis moreretur, el 2. tit. de substit. breuiloqua, sub n. 28. extra de testam.*

ARGVMENTVM.

Quibus verbis Reciproca fiat?

SVMMARIVM.

1 *Reciproca quibus verbis fiat, nu. 1. 2. 3. 8. 10. 11. 13. 16. 17. 18. 19 & 20.*
2 *Reciproca verbis specialibus facta dicetur, si testator dixerit, Titium, & Sempronium instituo, & vos inuicem substituo, n. 2.*
3 *Reciproca verbis generalibus concepta dicetur, si testator ita substituerit, Titius, & Seius, vter eorum viuet, hæres mihi esto, n. 3. contra, n. 4. dissoluitur, n. 5. 6. & 7.*
4 *Reciproca, vt dicatur, est necesse, quod contineat pupillarem, n. 4. contra, & receptius, n 6.*
5 *Verba*, mihi hæres esto, *non impediunt pupillarem, num. 7.*
6 *Reciproca dicetur, quando testator dixerit, Titius, & Mauius inuicem instituti, & substituti, mihi hæredes sunto, n. 8. declara n. 9.*
7 *Reciproca verbis singularibus dicetur, quando testator dixerit, Titium, & Sempronium instituo, & Titio substituo Sempronium, & Sempronio substituo Titium, n. 10.*
8 *Reciproca dicetur, testatore ita disponente, Lucio Titio eorumve, cui fundum do, lego, si vterque vixerit, vtrique, si alter, alteri totum debebitur, numero 11.*
9 *Reciproca potest fieri in legatis, n. 12.*
10 *Reciproca dicetur, testatore ita substituente, & si quis hæredum meorum decesserit, volo bona ad superstites peruenire, num. 13. idem, si testator vsus fuisset verbo deuenire, n. 15.*
11 *Verbum*, peruenire, *est commune, n. 14.*
12 *Verbum*, deuenire, *est commune, n. 15.*
13 *Reciproca dicetur, continens vulgarem directam, & fideicommissariam, testatore ita substituente, & si quis hæredum meorum decesserit, bona mea vadant de vno, in alterum, n. 16.*
14 *Reciproca dicetur inter illos primos vocatos, quando testator dixerit, Instituo Caium, & Sempronium, & eorum liberos, & descendentes, & eos, & præmortuorum filios, inuicem substituo vulgariter pupillariter, & per fideicommissum, numero 17.*
15 *Reciproca dicetur, testatore sic substituente, Instituo Caium, Seium, Titium, & Sempronium, & vltimo eorum decedenti substituo Lucium, num 18.*
16 *Reciproca inducta censetur, inter illos liberos, & descendentes, testatore dicente, Instituo, & substituo Caium, Seium, & Sempronium, & eorum liberos, & descendentes, vt succederent in stirpes, & non in capita, n. 19.*
17 *Reciproca mixta cum compendiosa dicetur, testatore ita disponente, & si quis eorum sine liberis decesserit, alium substituo, n. 20.*
18 *Reciproca induci potest, quoties vnica conceptione verborum plures hæredes instituuntur, & substituuntur, n. 21.*

QVÆSTIO L.



Vibus † verbis Reciproca substitutio 1
fiat? Resp. distinguendo plures casus:
primus erit, si † testator dixerit Titium, 2
& Sẽpronium instituo, & eos inuicem substituo; tunc enim dicetur reciproca facta verbis specialibus, *Menoch. par. 2 præsumpt. libro 4 præsum. 59. num. 4 Alber. in rub. ff. de vul. & pupill. subst. num. 82. Bart. in l. Lucius, n. 4. ff. eod per illum tex. & per l. iam hoc iure, & l. qui plures, & l. cohæredi. § qui discretas, & § qui patrem, ff. eodem, l. hæreditatem, C. de impub. & aliis subst. l. in testamento, C. de testamen. milit. Rip. in d. l. Lucius, n. 13 Couarr. in cap. Raynutius, § 7. n. 2. circa fin. extra de testam. Paul. Leon. in tractat. substit. in materia reciproca, num. 11. Sforz. Odd. in prælud. compen. par. 6 quæst. 4. n. 1. vers. exemplum, Crass. in § substitutio, quæst. 52. sub num. 1. Gul. de Benedict. in cap. Raynutius, par. 2 in materia reciproca, numero 1. extra de testament. Constant. Roger. in tractat. substit. in materia reciproca, quæst. 3. sub num. 1. Zas. in tractat. eiusdem titul. cap. 4. numero 2. Lancel. Polit. in tractat. eiusdem titul. in materia reciproca, sub num. 1. Ante Fume. in tractat. eiusdem titu. in materia reciproca, sub num. 63. Bartol. de Hucio, & Bald. in eorum tractat. subst. vterque in materia reciproca, ille, num. 2. iste, num. 3. Mantica in tract. de coniect. vltima. vol. lib. 7. titu. 5 num. 1. circa med. Vegius cons. 74. num. 2. Bolognett in rub. ff de vulg. & pup. subst. n. 68. circa prin. Alex. Trentacinq. in tracta. subst. par. 5. cap. 12. num. 1.*

3 Secundus casus erit, quando testator, sic † substituerit, Titius, & Seius, vter eorũ viuet, hæres mihi esto; tunc enim dicetur concepta reciproca verbis generalibus, Bart. in l. Lucius, n 4. ff. de vulga. & pupill. substit. per l. Titius, & Seius, cum l. seq. ff. de hered. inst. l. si fundum sub conditione, § his verbis, ff. de leg. 1. Baldus, Imol in d l. Titius, & Seius, Rip. in dict. l. Lucius, num. 13. Paul. Leon. in tractat. substit. tit. de reciproca sub num 11. Couarr. in cap. Raynutius, § 7. sub numero 2. extra de testam. vbi dicit communem
* * opinionem, Sforz. Odd. d. quæst. 4. nu. 1. ver. secundum. Crass. d quæst. 52. n. 2. vbi testatur communem
* * opinionem, Gul. de Benedict. in d. cap. Raynutius, par 2 tit. de reciproca, sub num. 1. Const. Roger. d. quæst. 3. sub num. 1. Zas. d. cap. 4. sub num 2. Bartol. de Hucio in tractat. eiusdem titul. in materia reciproca, sub num. 2. Bald in tractat. eiusdem titul. in materia reciproca, sub num. 3 Alexand. Trentacinq in tract. eiusdem tit par. 5. c. 12. n. 2.

Et licèt alii dixerint, formam prædictam, non
4 inducere reciprocam, quia non † potest continere pupillarem, etiam quod personis conueniret, sed contineret tantum vulgarem in personam cuiuslibet, quasi contra naturam reciprocæ, vt refert Alber. in rub ff de vul. & pup. subst. n. 68.

5 Respondetur primò, quod † saltem largo modo dicitur breuiloqua, quasi breuibus cõcepta verbis, Alber. in rub ff de vul. & pup. subst. n. 78.

6 Secundò, quia imò proprie † dicitur reciproca, quasi hinc inde reciprocat vulgarem, nec, vt dici posset reciproca, necessariò requiritur, quod contineat pupillarem Rip. in l Lucius, sub num. 13. ff. de vul. & pup. subst. Menoch. d. præsumpt. 59. numero 5. circa fin.

Tertiò, quia formula prædicta continet etiam pupillarem expressam in genere, si qualitas perso-
7 narum hoc patitur; nõ enim † illa verba, hæres mihi est, pupillarem induci impediunt, Menoch. lib. 4. præsu. par. 2. præsum. 59. n. 5. circa fin. gloss. in verb. Catus, l. 1. ff de vulgar. & pupillar. substit. Roma. sing. 109. Caccialup in l. precibus, num. 23. C. de impub. & aliis substit. Couarr. in capit. Raynutius, § 7. sub num. 2. vbi
* testatur communem * opinionem, extra de testam. Pau. Leo. in tract. subst. tit. de vulgari, sub n. 21.

8 Tertius casus erit, quando † testator dixerit Titius, & Mæuius inuicem instituti, & substituti mihi hæredes sunto; quia per hæc verba, concepta reciproca dicetur, Bart. in l. Lucius, sub n 4. ff. de vul. & pupillar. substit. per l. cum in testamento, § hæc verba, ff de hered. inst. l. si pater impuberes (secundum vnam lecturam gloss) ff. de vulgar. & pupillar subst. 1. Menoch. d præsum 59. num. 7. Rip. in d. l. Lucius, numero 13 in fin. versic. tertio resp. Capra consil 7. col. 2. Sforz. Odd. d quæstio. 4. num. 1. versic tertium, Constan Roger. d. quæstio 3. sub num. 1. Zas. d. cap. 4. sub num. 2. vbi subiicit, perinde esset, ac si dixisset, Titius, & Mæ-
9 uius hæredes † sunto, quos inuicem substituo, Bar. de Hucio in tractat substitut. in materia reciproca, sub num. 2. Bald. in tractat. eiusdem titul. in materia reciproca, sub num. 3. Alex. Trentacinq. in tract. eiusdem tit. par. 5. c. 12. n. 3.

10 Quartus casus erit, quando † testator dixerit, Titium, & Sempronium instituo; & Titio substituo Sempronium, & Sempronio substituo Titiũ; quia hoc casu dicetur facta substitutio reciproca verbis singularibus, Alber. in rub. ff. de vul. & pup. subst. n. 8. per l. iam hoc iure ff. eod. Menoch. d. præsumpt. 59. numero 3. Couarr. in cap. Raynutius, § 7. num. 2. in fin. extra de testam.

Quintus casus erit, quando † testator ita dixerit, 11
Lucio Titio, eorumve, cui fundum do lego, si vterque vixerit, vtrique; si alter, alteri totũ debebitur, Couarr. in cap. Raynutius, § 7 num 3. extra de testam. Menoch. d præsumpt. 59. num. 6. Paul. Leon. in tracta. substit. in materia reciproca, num. 12. vbi infert reci-
procam † substitutionem fieri posse, etiam in lega 12
tis, per l si fundum sub conditione, § his verbis, ff. de legat. 1.

Sextus casus erit, quando † testator ita dixerit, 13
Et si quis hæredum meorum decesserit, volo bona mea ad superstites peruenire; quia etiam tunc dicetur substitutio reciproca, Bortol. in l. Lucius, sub n. 4. ff. de vul. & pup. substit. post Gul. Menoch. d. præsum. *
59. n. 8. vbi testatur communem * opinionem Rip. in d. l. Lucius, sub num. 14. vbi testatur communem *
* opinionem, Zas. in tract. subst. in materia reciproca, ver. secundo dixi, n. 2 vbi testatur communem * *
opinionem, Crass. in d quæst. 52. sub n. 3. vbi testatur
communem * opinionem, Bart. de Hucio in tracta. *
subst. in materia reciproca, sub num. 2. Bald. in tract. eiusdem tit. in materia reciproca sub num. 3. Alexand. Trentacinq in tract eiusdem tit. par. 5. cap. 12 n. 4. vbi
testatur communem * opinionem. Nam † verbum 14
peruenire, est commune. atq; ita aptum comprehẽ- *
dere directã, sicut fideicommissariam, Menoch lib. 4. præs. par. 2. præsu. 59. n. 9. Bar. in d. l. Lucius, n. 4. & in l. centurio, n. 48. ff. de vul. & pup. subst. Bal. in d. l. cẽturio, col. fi. ver. idem etiam dico, vbi Aret. n. 8. Iaso. n. 63. Rip. num. 88 Soc. Iun. n. 332. Imol. in d. l. Lucius, n. 8. ver. circa tertium, Bartol. in l. cogi, in princip. num. 5. ff. ad Trebell. & in l. hereditatis, C. de impub. & aliis substit & cons 22. nu. 2. & consil. 41. Bal. in l. iam hoc iure, § sed si alteri, circa prin. ff. de vulga. & pup. subst. Alexan. in l. precibus, nu. 9. C. eod. vbi Corn. num. 108. & Curt. n. 39. idem Alexa. in l hæredes mei, § cum ita, n. 2. ff. ad Trebell. Dec. in l. qui se patris, n. 15. C. vnde liberi, & in l. cum quidam, num. 2. C. de impub. & aliis substitut Alciat. in l. peruenisse, num. 5. ff. de verb. significat. Gul. de Beno in cap. Raynutius, ver. succederent, num. 14. in fin. extra de testament. Franc. in cap. si pater, col. 31. versic. tertio est, de testament libro 6. Imol. in d. cap. Raynutius, num. 196. Sforz. Odd. in tractat. compendiosa, par. 4. in verb. perueniat, fol. 48. à
tergo, vbi testatur communem * opinionem, Bald. *
consil. 464 num. 1. in fin. lib. 2. Paul. de Cast. cons. 172. in prin lib. 1. & consil 342. nu. 1. eod. lib. Alex cons. 36. num. 2. lib. 3. Socin. Sen. consil. 249. num. 18. Curt. Iun. consil. 15. num. 1. Bertrand. consil. 135. num. 4. & consil. 228. num. 2 lib 1. & consil. 23. num 6. lib. 3. Rip. Ias. & Alciat. in d. l. centurio, Tiraq. in l. si vnquam, in verb. succederent, num. 198. C. de reuoca. donat. l. si quis seruo, ff de manum. testam. Const. Roger. in tractat. subst. in materia reciproca, quæst 3. sub num. 2 Bart. de Hucio in tractat. eiusdem tit. in materia reciproca, sub nu. 2. Bal. in tract. eiusdem tit. in materia reciproca, sub n. 3. Alex. Trentacinq. in tract. eiusdem tit. par. 5. c. 12. n. 4. circa med.

Idemque esset, si † testator vsus fuisset verbo de- 15
uenire, tanquam communi, Sfor Od. in tract. comp.
par. 4. in ver. deueniat, vbi testatur communem * o- *
pinionem, Bal. in l. si n. 17. C. de sacrosanct. Eccl. & in d. l. centurio, col. 2. ver. idem etiã dico, Caccialup in d. l.

precibus,

precibus, colu. pen. C. de impub. & aliis subst. Barto. in l. cogi, in princip. ff. ad Trebell. & in d. l. Lucius, sub n. 4. Gul. de Bened. in cap. Raynutius, in verb. succederent, num. 14. in fin. extra de testamen. Ang. in l. 2. C. de bon. qualiber. & in l. 1. col. penult. C. de impub. & aliis substit. & in d. l. precibus, n. 2. Alex. consil. 171. numero 1. lib. 2. & consil. 57. num. 1. eod. volu. Constant. Reger. d. quaest. 3. sub num. 2. Bal. in tract. subst. in materia reciproca, sub n. 3.

16 Septimus casus est, quando † testator sic substituit, & si quis hæredum meorum decesserit, bona mea vadant de vno, in alterum; quia tunc dicetur reciproca, continens vulgarem directam, & fideicommissariam, *Menoch d. praesu. 59. n. 10. Guid. Pap. cons. 227. Rip. in d. l. Lucius, n. 14. in fin.*

17 Octauus casus est, quando † testator dixerit, Instituo Caium, & Sempronium, & eorum liberos, & descendentes, & eos, & præmortuorum filios, inuicem substituo vulgariter, pupillariter, & per fideicõmissum; quia hoc casu dicetur facta reciproca inter primos illos vocatos, *Menoch. d. praesu. 59. n. 11. Curt. iun. cons. 2. n. 5. lib. 1.*

18 Nonus casus est, quãdo † testator ita dixerit, Instituo Caium, Seium, Titium, & Sempronium, & vltimo eorum decedenti, substituo Luciũ; quia inter illos quatuor institutos, præsumitur facta substitutio reciproca, *Menoch. d praes. 59. n. 12.*

19 Decimus casus est, quando † testator instituit, & substituit Caium, Seium, & Semproniũ, & eorum liberos, & descendentes, vt succederent in stirpes, & non in capita; quia tunc illi liberi, & descendentes censentur reciprocè vocati, & inuicẽ substituti, *Menoch. d praesum. 59. n. 13. Alciat. cons. 546. Menoch. cons. 376. n. 33. vol. 4.*

20 Vndecimus casus est, quando † testator dixerit, Et si quis eorum sine liberis decesserit, alium substituo; quia tunc dicetur reciproca mixta, cum cõpendiosa, etiam fideicommissariam continens, *Sf. Odd. in praelud. comp. par. 6. quaestio. 4. in fin. Crass. in § substitutio, quaest. 54. in fin.*

Et denique reciproca induci posset, quoties v-
21 nica conceptione † verborum, plures hinc inde instituuntur, & substituuntur, *Bart in l. Lucius, num. 4. in fin. ff. de vulg. & pupill. subst.* quem refert, & sequitur *Sforz. Odd. in praelud. comp. par. 6. quaest. 4. nu. 1. Crass. in § substitutio, quaest. 52. num. 1.* vbi testatur
* hanc esse cõmunem * & vulgatem regulam, *Gul. de Bened. in d. tit. de reciproca, n. 2. Const. Rog. in tract. subst. in materia reciproca, quaest. 3. sub numero 1. Pau. Leon. in tractat. subst. in materia reciproca, numero 12. Zas. in tractat. eiusdem tit. cap. 4. num. 2. in fin. Bar. de Hucia in tractat. eiusdem tit in materia reciproca, nu. 2. in fin. Bal. in tractat. eiusdem tit. in materia reciproca, num. 3. in fin.*

ARGVMENTVM.

Quotuplex sit reciproca?

SVMMARIVM.

1 *Reciproca est duplex, expressa scilicet, & tacita, n. 1. declara, n. 2.*

QVÆSTIO LI.

1 Quotuplex † sit Reciproca? Resp. duplex, alia expressa, quæ fit † ex-
2 pressis verbis formalibus, & specificis ipsius testatoris, & alia tacita, quæ virtualiter ex quibusdam verbis ipsius, seu probabilibus cõiecturis depræhenditur, *Lanc. Polit. in tract. subst. in materia reciproca, n. 1. ¶. circa tertiam, per l. iã hoc iure. ff. de vul. & pup. subst. & l. Titius, ff. de har. inst. Pau. Leo. in tract. subst. in materia reciproca, n. 4. & 5. arg. l. cũ proponebatur, ff. de leg. 2. l. si fundum, sub conditione, § his verbis, ff. de leg. 1. Aret. inst. in tract. subst. in materia reciproca, n. 4. fol. 104. Alex. Trentac. in tractat. eiusdem tit. par. 5. c. 2. n. 1.*

ARGVMENTVM.

Quando Reciproca contineat duas vulgares tantum?

SVMMARIVM.

1 *Reciproca continet duas vulgares tantum, quando fuisset facta duabus personis imparibus, quarum vni non posset substitui pupillariter, nec exemplariter, n. 1. Idem, si fieret duobus maioribus, n. 2 siue filius, siue extraneus, n. 3. exemplum, n. 4. Idemque, si filii fuissent impuberes, sed emancipati, n 5 ratio, n. 6.*

2 *Reciproca regulariter fit personis aequalibus, numero 7.*

3 *Reciproca nunquam continet singularem substitutionem, sed ad minus duas, vel plures, n. 8.*

4 *Reciproca facta duobus imparibus, continet duas vulgares tantum, etiam quod fuisset admixta cum compendiosa, num. 9. ratio, num. 10. & 11. contra, vt etiam contineat pupillarem, numero 12. ratio, numero 13. 14. & 15. resoluitur, numero 16. & 17.*

5 *Reciproca, illas substitutiones, & tempora solum cõplectitur, quae personis, quibus fit, possunt conuenire, num. 10.*

6 *Reciproca admixta compendiosa, continet fideicommissariam, n. 13.*

7 *Fideicommissaria substitutio est onerosa, n. 14.*

8 *Pupillaris est fauorabilis, n. 15.*

9 *Pupillaris non conuenit puberi, n. 17.*

10 *Reciproca contineret, etiam pupillarem, respectu impuberis, quando testator dixisset, si quis in pupillari aetate, vel alias quandocunque decesserit, superuenientes succedant, num. 18. rationes, num. 19. & 20. contra, & male, num. 21. media, num. 22. & 23.*

11 *Verbum,* quodlibet, *in testamẽtis debet aliquid operari, num. 19.*

12 *Substitutio in dubio est interpretanda directa, numero 20.*

13 *Substitutio, vt trahatur ad pupillarem, debent concurrere verba & qualitas persona, n. 25.*

14 *Reciproca facta duobus imparibus, continet etiam pupillarem, ex coniecturata mente testatoris, nu. 24. exempla, n. 25. & 26.*

15 *Reciproca facta duabus imparibus, vltra duas vulgares (secundum aliquos) continet etiam duas fideicommissarias, num. 27. declaratur secundum eosdem, num. 28. contra, & receptius, n. 30.*

16 *Verbum,* substituo, *est commune, n 29.*

QVÆSTIO LII.

Quando Reciproca contineat duas vulgares tantum? Respond. si † appareat facta duabus personis imparibus. quarum vni non posset substitui pupillariter, nec exemplariter; quia nec pupillus, nec mente ca-

ptus fuisset, Bart.in l.Lucius,n.5 per illum tex. ff. de
vulg. & pup. subst l.iam hoc iure, §.1.ff.eod.l.haredi-
tatem,C. de impub. & alius subst. Menoch. lib. 4.praf.
par 2.prasu.60.n.4.8.& 24.vbi testatur id ab omni-
* bus * esse receptum, Sf. Od.in pralud.comp par.6.
q.5.n.3.in fin. Gul. de Bened.in cap.Raynutius, par.2.
vers si absque liberis,ol. 2.tit.de substit. breuiloq.num.
16.extra de testamo.Paul.Leon.in tract. subst. in ma-
teria breuiloqua, num.14. Crass.in § substitutio,q.55.
* n.1.vbi dicit communem * opinionem, Ant. Go-
mez tom.1. var.resol.c.2.num.2.vers.pro cuius, Zas.
in tract. substit. in materia breuiloqua, sub n. 5. Bart.
de Hucio in tract.eiusdem tit.c.4 n 3. Bald.in tract.
eiusdem tit. in materia exemplaris n.4.Cōstin. Roger.
in tract.eiusdem tit. in materia reciproca q.n.2.
2 Idemq; dicendum erit, quando fieret † duobus
ætate maioribus, Menoch. d praf 60.sub n.4.per
d l.iam hoc iure, Gul.Bened.d.titul.de subst.reciproca,
num 16.Paul Leon d.tit.de reciproca,num 14.Crass.
in § substitutio, quest.55.sub num.1.vbi testatur cō-
* munem opinionem, Ant.Gomez in d cap.8.num.
3 2 fine † filius,siue extraneus.Couarr.in cap.Raynutius,
4 § 7.sub num.3.extra de test puta(inquit)si † testator
Titium,& Semptonium instituerit,eosq; inuicem
substituerit; quia vtriq;, substitutio alterius facta
censetur, eo casu, quo hæres non fuerit. Ac idem
5 obiectuabitur, si † filii fuissent impuberes,sed emā-
cipati,quibus pupillaris non conueniret; Paul Le-
on.in d t.de reciproca,n 14.per l.1.in prin ff.de vul.&
pup.subst.Zas.in tract subst.c.4.sub n.3.
6 Quia non est † verisimile, testatorem voluisse,
eadem verborum conceptione inæqualiter plures
illos hæredes vocare,& substituere, Menoch.lib 4.
prasumpt. par.2 prasumpt.60.num.3.arg.l.in testa-
7 mento,la 1.C.de test. milit. cum regulariter recipro-
ca fiat personis æqualibus, Bar. Alex.& Ias in d.L
Lucius, vbi Rip.num.15.& Alciat.num.24 Menoch.
d.prasum.60 sub num.2.Gul.de Bened.in cap.Raynu-
tius,par 2.tit de subst reciproca, num.24.extra de te-
stam Crass.in § substitutio, quest.55.in prin.Couar in
8 d cap.Raynutius, § 7.num.3. Ideoque breuiloqua †
nunquam cōtinet singularem substitutionem, sed
ad minus duas, vel plures, Gul.de Bened in d.tit.de
substit.breuiloq.sub n.15.Petr. Gregor.par.3.Syntagm.
iuris,lib.42.c 27.circa prin.

Declara primò procedere principalem conclu-
9 sionem, etiam quod † reciproca fuisset admixta cū
compendiosa; quia tunc, etiam facta imparibus, nō
contineret pupillarem, Menoch.d.prasump.60.n.
* 26.vbi testatur communem * opinionem, Bart.in
d l.Lucius,n.8.& conf.41.num.1.& conf.57.n.4.lib.1.
Bald. Rom Imol.& Alex. in l.testam.C.de test.milit.
Corn.conf.180.lib.1.& conf.114.num.4.& conf.197.
num.2.lib.3.& conf.160.nu.1.lib.4.Socc.Sen.conf.
* 290.lib.2.vbi dicit communem * opinionem, &
in l.1.n.38.vers.secundo limita,ff de vulg.& pup.subst.
Rip.in d.l. Lucius,n.17.vers.quod tenendum, Ang.cōs.
97.in fin. Rum. conf.107.n.4.lib 2.Alex.Galiaul &
Rip.in l.cēturio,ff.de vulg.& pup subst.ille,n.90.iste,
n.352 hic,n.139. Rimin. Sen.in l.in testamento,la 1.n.
4.C.de milit.test.Alciat.in d l.Lucius,n.26.& in l.vel
singulis,n.41.ff.de vulg.& pup.substit.Emanuel a Co-
sta. in cap.si pater, 3 par.ver.personis,num.3.vers.ve-
rum tamen, de testā. lib. 6.vbi ait non esse receden-
* dum ab hac communi * opinione in iudicando,
aut consulendo, Franc. Mantica de coniect. vlt. vol.
lib.5.tit.8.sub n.6.

Quia † reciproca illas solas substitutiones & illa 10
tempora complectitur, quæ personis, quibus fit,
possunt conuenire, d.l iam hoc iure,ff.de vul & pup.
subst.cap.si pater, de test.6.& ratio † æqualitatis dis- 11
positionis seruandę.ita militat in simplici recipro-
ca,sicut in reciproca admixta compendiosæ, Me-
noch lib.4.prasum.par.2 prasum.60 sub n.26.

Licet contrariam sententiam, vt hæc † recipro- 12
ca compendiosæ admixta, contineat pupillarem,
tenuerit Paul de Cast in l.in testamento, nu.4.C.de
milit.testament.& in consil.254.libr.2 Aret.in l.iam
hoc iure,circa fin.ff.de vul.& pupill.substit Dec.in d.
l.in testamento, num.7 vers.& retenta, Paris.consil.
36.num.36.vol.2.Soc. Iun.cons 121.num.28.& 29 lib.
1.Ioan. Corral.in l.2.num.12.versic.ego autem,C.de
impub.& alius subst. Natt.cons.326.num.1.Simon de
Prat.cons.61.num.21 Aquil.in d.l.centurio,par.4.n.
164.Sforz Odd.in tract.compend.par.5.fol.154.vers.
contrarium igitur.

Quia † reciproca admixta compendiosæ, conti- 13
net fideicommissariam, l precibus, C.de impub. &
alius subst.l.centurio ff.eod. quæ † onerosa est, vt di- 14
xi in 3.cent.quest.74.circa finem: ergo multo magis
deberet continere † pupillarem, quæ est fauorabi- 15
lis, gloss l.ex tribus, C.de inoff.testam.l.cohaeredis, § cum
filio ff.de vulg.& pup subst.

Sed resp. non esse mirum, vt † comprehendat 16
fideicommissariam, cum vtriq; æqualiter conue-
niat, & æquè vnus, ac alter censetur grauatus, quæ
æqualitas non est respectu pupillaris, quæ † puberi 17
non conuenit, l.2 ff.de vul.& pup.subst.

Declara secundo non procedere, quando † fa- 18
cta esset mentio pupillaris ætatis, hoc modo: siquis
in pupillari ætate, vel aliàs quandocunq; decesse-
rit, superuenientes succedant. quia tunc prædicta
reciproca contineret pupillarem, in personam im-
puberis, Menoch.d.pra.60.n.30.vbi testatur com-
munem * opinionem, Cuma.cōs.16.circa med.Pau. *
de Cast.cons.254 lib.2. Guid. Pap questio.533. Capra
cons.50. Corn.cons.142.in fin.lib.4. Dec.in l in testa-
mento, la 1.num.7.C. de testam. milit. Curt iun.in l.
2.num.10.C. de imp. & alius subst. Rum.cons 107.n.
4.vol.2.vbi dicit communem * opinionem, Paris. *
cons.36.n.55.lib 2 Beroius cons.47.n.6 lib.4.Natt,cōs.
366 n.4.Alcia, in d l.Lucius,num.28 & 239 Ema-
nuel a Costa, in cap.si pater,par.3.in verb.personis,n.7.
de testamen.lib 6.

Mouemur, quia † aliàs frustra facta fuisset men- 19
tio pupillaris ætatis, glo.l.1.ff.de eo quod met.causa.
Bald in rub.C de contrah empt.& vend.l.si quando,
in prin ff.de l.1.

Secundò, quia † in dubio substitutio est inter- 20
pretanda directa, cap.si pater, de testam.lib 6.Bursa.
cons.221.num.17.vol.2. vbi ait hanc regulam omnes
* passim admittere, gloss.in verb obligatur, in fin.l. *
Scauola, ff.ad Trebell. Ostie.cons.74.num.33 Panci-
rol.cons.155.num.4. Alex. Trontacinq in tract.subst.
par.5.c.10.nu.2.in fin.vers.tertio,& vltimo.

Licèt contrariam sententiam, vt neque tunc † 21
contineatur pupillaris in persona impuberis, tenu-
erit Alex.in d.l.in testamento,circa fin.Corn.cons.180.
n.5.vol.1.Ias.in d.l.in testamento,n.4.Rip.in l.Luci-
us,n.18.vers.mihi ergo, Gul.Bened.in cap.Raynutius,
par.2.

par.2 ver si ab'que liberis, col.2.tit.de Breuiloq.numero
36.extra de testam. Durans de ar. testan. tit. de substit.
Cautela 7. Sforz. Od. in tract. compen. par.5. fol.154.
* *ver.3.* vbi eam testatur commuoem. *

22 Moti primò, quia † deficit ratio seruãdæ æqua-
litatis, quæ præponderat aliis eonsiderationib. cõ-
trariis, *Ias. & Alex. in d. l. in testamento.*

23 Secundò, quia, vt † substitutio trahatur ad pu-
pillarem, debent coocurrere verba, & qualitas per-
sonæ, *l. cohæredi, § cum filia, ff. de vulga. & pupil. subst.*
cap. si pater, de testam. lib.6.

Declara tertiò, vt non procedat, quando esset a-
24 liqua contraria coniectura, quæ † suaderet testato-
rem voluisse facere pupillarem, *Paul. de Cast. in d. l.*
in testamento, n.8. in fi. & cons.18. lib.2. Io. Anan. consi.
89. in fi. Paris. cons.36. n.35. lib.2. Curt. Iun. in l.2. n.10.
in fin. C. de imp. & aliis subst. Ruin. cons.107. n.4. ver.
& quamuis, vol.2. Simon. de Prat. cons. 61. n.25. & 30.
Natt. cons.326. num.3. Menoch. d. praesu. 60. nu. 34.
25 vbi exemplificat, quando † testator grauasset substi-
tutum post mortem suam restitoere, etiam hęredi-
tatem pupilli; qoia tunc coniecturatur popillariter
26 substituisse ipsi popillo; idemq;, si † testator insti-
tuerit masculos & excluserit fæminas, & voloerit
booa peruenire ad masculos, dooec aliquis eorum
extabit.

Declara quartò (secundũ aliquos) dictã recipro-
cam, etiam eootioere vltra prædictas duas vulga-
27 res, duas † fideicommissarias, ita vt, si adioerint hę-
reditatẽ, & sic vulgares ipsæ exspirauerint, & post-
ea contigerit alterum eorum decedere, admittatur
alter ex sobstitutione fideicommissaria, *Paul. Leo.*
in tract. subst. in materia reciproca, num.15. Gul. de Be-
ned. in cap. Raynutius, par.2. tit. de substit. breuil. n.17.
extra de test. a. vbi ita intelligit Bar. in l. Lucius, n. 20.
ver. sed non placet haec ratio, ibique Ang. & Imol. ff. de
vulg. & pupill. subst. Salic. in l. in testamento, C. de test.
milit. Aret. in § & plures, Inst. de vul. substitutione.

Quam declaratiooem intelligunt procedere,
28 quãdo † testator in reciproca vsus fuisset verbo cõ-
muoi; puta, vos inuicem sobstituo, aliàs secus, *Paul.*
Leon. in tractat. subst. in materia breuiloqua, numero
16. Bartol. in d. l. Lucius, n. 20. circa med. quem alibi
29 medullitus declarabimus. Verbum enim † *substi-*
tuo, est commuoe, & si aptum cõpræhendere dire-
ctas, & fideicommissarias substitutiones, *Sf. Od. in*
tract. comp. par.4. ver. substituo, vbi testatur cõmu-
* nem* opinionem, à qua nonputat recedendũ con-
sulendo, & iudicando, *Bart. in l. centurio, n.47. ff. de*
vul. & pup. subst. vbi Ias. n.62. Rip. n.187 Soc. Iun.331.
Galiaul. num.511. Bal. in l. precibus, num. 50. C. de imp.
& aliis substit. & in rub. in fin. C. eod. Bart. cons.241.
num.3. Alex. cons.36. num.2. lib.3. & consil.3. nume.1.
lib.7. & cons.51. num.16. lib.7. Bertrand. cons.228. nu.
2. lib.1. Capra, cons.141. num. 2. & cons. 52. numero 19.
Nenizz. cons.26. num.36. & cons.53. num.3. Dec. cons.
253. & cons.227. & cons.643. n.3. Curt. Iun. consil.13.
num.3. Paris. cons.17. num.3. lib 2. & cons.27. n. 4. &
cons.30. num.16. vol. eod. Anall. cons.69. num. 3. vol.1.
Affl. decis.367. col.1. Bartol. in d. l. Lucius, numero 4.
* *circa fin.*

Licèt cootrariam seotentiam, & receptiorem *
30 vt non cõtineat † fideicommissarias, tenuerit *Bar-*
tol. in d. l. Lucius, n.20. quem in seosum compendio-
se, & noo prædictæ reciprocæ, trahit *Aret. in § &*
plures, sub n.10. Inst. de vul. subst. Menoch. lib.4. praesu.
par.2. praes.60. n. 67. & 98. vbi testatur hanc esse re-
ceptissimam * opinionem, *Alciat. in d. l. Lucius, n.* *
47. Paris. cons.82. n.4. lib.2. Soc. sen. cons.6. n. 2. libr.3.
Ant. Gomez. tom.1. var. resol. c.8. sub n.2. vbi dicit cõ-
munem * opioionem, *Sf. Od. in praelud. comp. par.6.* *
q.5. n.2. ver. de fideicõmissaria, vbi testatur commu-
nem * opinionem, *cap. si pater, de testam. lib.6. Mã-* *
tica de coniect. vlt. vol. lib.7. tit.4. n.5. Lancel. Polit. in
tract. subst. in materia reciproca, sub n.1. Couarr. in cap.
Raynutius, § 7. n.5. circa med. extra de testam.

ARGVMENTVM.

Quando reciproca contineat duas pupil-
lares tantum?

SVMMARIVM.

1 Reciproca facta duobus impuberibus exhaeredatis
continet duas pupillares tantum, num.1. Idem, si
duobus pupillis facta fuisset, sed vni exhaereda-
to, & alteri instituto, n.2.

QVÆSTIO LIII.

QVando Reciproca cootineat duas pupil-
lares tantum? Resp. si † facta appareret 1
duobus impuberibus exhæredatis, *Bar-*
tol. in l. Lucius, sub num.5. ff. de vulg. & pup.
subst. arg. § non solum, Inst. de pupil. substit. Alexan. &
Ias. in d. l. Lucius, vterque, num. 10. Bald. in tract. sub-
stit. in materia reciproca, num.5. Gul. de Bened. in cap.
Raynutius, par.2. vers. si absque liberis, col.2. tit. de reci-
proca substit. num. 21. extra de testam. Aret. institut. in
tracta. subst. in materia reciproca, n. 6. circa fin. Paul.
Leon. in tracta. subst. in materia reciproca, sub numero
23. Constan. Roger. in tract. substit. in materia recipro-
ca, quaest.4. sub num.1. Zas. in tractat. eiusdem tit. c. 4.
sub num. 3. Idem, si † duobus pupillis facta fuisset, 2
sed vni exhæredato, & alteri instituto, *Sfor. Odd. in*
praelud. comp par.6. q.5. n.3. in fi.

ARGVMENTVM.

Reciproca quando cõtineat duas fideicõ-
missarias tantum?

SVMMARIVM.

1 Reciproca duobus facta in codicillis, continet duas
fideicommissarias tantum, numero 1. ratio, nu-
mero 2.

2 Codicillis non potest fieri directa institutio, vel sub-
stitutio, num.2. nisi permittente statuto, vel con-
suetudine, n.3.

3 Exemplaris, in codicillis neque fieri, neque reuocari
potest, n.4.

QVÆSTIO LIV.

QVando † Reciproca cootioeat doas fidei- 1
commissarias tantum? Resp. si fieret io
codicillis, *Bartol. in l. Lucius, sub numero*
5. ff. de vulg. & pupill. substit. Franc. Mant.
de coniect. vlt. vol. lib.7. tit.4. nu.8. per l. Scaeuola, ff. ad
Trebell. Bart. de Hucio in tractat. subst. in materia re-
ciproca, num.3. in fin. Bald. in tractat. eiusdem titu. in
materia reciproca, sub num.5. Zas. in tract. eiusdem t.
c.4. n.3. Paul. Leon. in tract. eiusdem tit. in materia re-
ciproca, numero 32. vbi testatur communem * opi- *
nionem, *Const. Roger. in tract. eiusdem tit. in materia*
reciproca. quaest.4. num 1. in fin. Couarr. in cap Raynu-
tius, § 9. sub num.3. extra de testam. Alex. Trentacinq.
in tract. substit. par.5. c.10. n.8. Vasq. de success. progress.
lib.2. § 19. num.16. & 17. Corn. cons.44. num 1. volu.3.
Curtius Iun. consil.114. numero 10. & consil.115. nu-
mero 8.

2 Quia in † codicillis non potest directa institu-
tio, aut substitutio fieri. *l. hereditatem, C. de codicill. Gul. de Bened. in c. Raynutius, par. 2 tit. de substit. reci-
proca, n. 17. in fin. extra de testam. Menoch. lib. 4. praes.
par. 2. praesum. 60. num. 72. l. non codicillum, C. de test.
l. 2. § fin. ff. de iure codicill. § codicillis, Institut. eod. l.
hereditas, vbi Bart. & Bald. C. quib. vt indignis, Paris.
cons. 35. numero 5. lib. 2. Crass. in § codicillis, in princip.*
* *num. 13.* vbi restatur id omnes * tradere, *Mascar.
vol. 2. de prob. concl. 780. sub n. 15.* Nisi consuetudo
3 vel statutum permitteret, *Bald. in l. de quibus, ff. de
legib. Gul. de Bened. in d. tit. de reciproca subst. sub n. 17.
Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. 5. cap. 10 sub nu. 8.*
4 Ideo alias docui, exemplarem † substitutionem,
vti directam, in codicillis nec fieri, nec reuocari
posse, *Salic. in l. humanitatis, col. 4. C. de imp. & aliis
substit. Gul. de Bened. in c. Raynutius, tit. de exempl.
subst. sub n. 2. extra de test. Aret. Inst. in tract. subst. in
materia exemplaris, sub n. 1.*

ARGVMENTVM.

Reciproca quando contineat duas vulgares, & duas pupillares?

SVMMARIVM.

1 *Reciproca continet duas vulgares, & duas pupillares, si fuerit facta duobus impuberibus institutis, & in potestate constitutis, num. 1. declara, numero 2.*

QVÆSTIO LV.

1 QVando † Reciproca contineat duas vul-
gares, & duas pupillares? Resp. si fieret
duobus impuberibus institutis, & inpo-
testate constitutis, *Bart. in l. Lucius, sub
num. 5. per illum tex. in 2. respons. ff. de vulg. & pupill.
substit. l. iam hoc iure, ff. eod. Crass. in § substitutio, q.*
* *55. sub numero 1.* vbi testatur id passim Doctores *
fateri, *Aret. institut. in tractat. substitut. in materia
reciproca, numero 7. Gul. de Benedict. in cap. Raynuti-
us, par. 2. versic. si absque liberis, el. 2. titul. de reciproca
substitut. numero 22. versic. secundo dixi, extra de te-
stament. Constant. Roger. in tractat. substitut. in mate-
ria reciproca, quaestio. 4. sub numero 3. Couar. in d.
cap. Raynutius, § 7. num. 3 circa fin.* vbi ait Doctores
* * id passim fateri, *Paulus Leon. in tractat. substit. in*
2 *materia reciproca, num. 22* vbi subiicit, continere †
vulgares, si decedant ante aditam haereditatem;
pupillares veró, si postquam adiuerint, vnus eorũ
in pupllari aetate adhuc constitutus, decesserit,
*Bart. de Hucio in tract. subst. in materia reciproca, n.
4. Bal. in tract. eiusdem tit. in materia Breuiloqua, sub
num. 5.*

ARGVMENTVM.

Reciproca quando contineat sex substitutiones?

SVMMARIVM.

1 *Reciproca continet sex substitutiones, si testator dixerit, Filios meos instituo, eosque inuicem substituo, si decesserint in pupillari aetate, vel quandocunque, numero 1. Declara, n. 2.*

QVÆSTIO LVI.

1 QVando Reciproca † contineat sex sub-
stitutiones? Resp. si testator dixerit filios
meos impuberes instituo, eosque inui-
cem substituo, si decesserint in pupillari
2 aetate, vel quandocunque; contineret namque †
duas vulgares, si non adeatur haereditas, & duas pu-
pillares, si decesserit in pupillari ętate, & duas fidei-
commissarias, si decesserit postea, *Bartol. in d. l.
Lucius, sub numero 5. ff. de vulgar. & pupillar. sub-
stit. Gul. de Benedict. in capit. Raynutius, par. 2. verb.
si absque liberis, el 2. titul. de priuil. substit. numero 23
circa med. extra de testament. Aret. instit. in tractat.
substit. in materia breuiloqua. sub num. 7. Constan. Ro-
ger. in tractat. substitut. in materia breuiloqua, quae-
stio. 4. sub num. 4. Bald. in tractat. eiusdem titu. in ma-
teria breuiloqua, sub num. 5. Bartol. de Hucio in tra-
ctatu eiusdem titul. in materia breuiloqua, sub nu-
mero 4. Zas. in tractat. eiusdem titul. cap. 4. Anton.
Gomez tom. var. resol. cap. 8. in fin.* vbi restatur com-
munem * opinionem. *

ARGVMENTVM.

Reciproca, quando contineat octo substitutiones?

SVMMARIVM.

1 *Reciproca continet octo substitutiones, quando aliquis habens duos filios impuberes mente captos, eosque instituerat, & substitueret per haec verba, Si decesserint in pupillari aetate, vel postea in dementia, vel alias quandocunque, inuicem substituo, n. 1. declara, num 2. limita, n. 3. & 4. contra, & male, n. 5. & 6.*

2 *Reciproca, quando posset continere octo vulgares, octo pupillares, octo exemplares, & octo fideicommissarias, n. 4.*

3 *Fideicommissaria, in defectum directarũ introducta fuerint, n. 6.*

QVÆSTIO LVII.

QVando † Reciproca continent octo sub- 1
stitutiones? Respon. si quis haberet du-
os filios impuberes mente captos, eos-
que institueret, & substitueret per haec
verba, Si decesserit in pupillari aetate, vel postea
in dementia, vel aliàs quandocunque inuicem
substituo; contineret namque dicta † substitutio 2
duas vulgares, duas pupillares, duas exemplares
& duas fideicommissarias; vulgares in qualibet
persona, si non adeatur haereditas; pupillares, si ad-
eatur haereditas, & moriantur in pupillari; exem-
plares, si post tempora pubertatis in furore deces-
serint; fideicommissarias, quando cessante furo-
re, post tempora pubertatis moriantur, *Bartolus
in l. Lucius, sub nume. 5. ff. de vulgar. & pupillar. sub-
stitut. Couarr. in capit. Raynutius, § 7. numero 3. in fin.
extra de testament. Constant. Roger. in tractatu sub-
stitut. in materia reciproca, quaestio. 4. numero 5. A-
ret. institut. in tractat. substitut in materia reciproca,
sub numero 7. Gul. de Benedict. in dict. capit. Raynu-
tius, par. 2. titul. de reciproca substitut. num. 23. circa
med. Baldus in tractat. substitut. in materia reciproca,
numero 5. Bartol. de Hucio in tractat. eiusdem titul. in
materia reciproca, sub num. 4. Zas. in tractat. eiusdem
tit. cap. 4. n. 4. in fin.*

Intelligo primò non procedere praedicta, si di- 3
ctis duobus filiis † dementibus substitueretur sim-
pliciter per haec verba, Vos inuicé substituo; quia
tunc continerentur tantummodo sex substitutio-
nes directae; duae scilicet vulgares, & pupillares, &
duae exemplares, *Bartol. in d. l. Lucius, sub numero 5.
Couarr. in cap. Raynutius, § 7. num. 3. circa fin. extra
de testament. Aret. in d. tractat. substit. in materia re-
ciproca, sub numero 7. Gul. de Benedict. dict. titul. de
reci-*

reciproca, sub num.23. Bald. in tractat. substit. in materia reciproca, sub n.5 Bartol. de Hucio in tract. subst. in materia reciproca, sub n.4.

Intelligo secundò prædicta procedere, quando
4 dicta substitutio fieret duobus tantum, quia † si pluribus facta appareret, puta tribus, quatuor, sex, vel octo pupillis, numerus substitutionũ multum ascenderet, vt etiam compræhenderet octo vulgares, octo pupillares & sic de singolis, *Bar. in d. l. Lucius, n.5. in fin. Constant. Roger. d. quaest. 4. num. 6. Gul. Benedict. in d. titul. de breuiloqua, num. 23. in fin. Bal. in tractat. substitut. in materia reciproca, sub numero 5. Bartol. de Hucio in tractat. eiusdem titul. in materia reciproca, sub num. 4. Zas. in tractat. eiusdem tituli, cap. 4. num. 5.*

5 Licèt alii negent primam facti speciem, vti † reciprocam continere octo substitutiones, cum magis videatur pupillaris expressa, & expressa exẽplaris, & fideicommissaria, *Lancel. Polit. in tract. subst. in materia reciproca, n. 2. circa med.*

Et alii, vt sex tantum contineat, & non octo sub-
6 stitutiones, cum † fideicommissariæ in defectum directatum introductæ fuerint, inter quos fuit *Paul. Leon. in tractat. substitut. in materia reciproca, num. 36.*

ARGVMENTVM.

Vtrum reciproca posset continere substitutiones imparis numeri?

SVMMARIVM.

1 *Reciproca non potest continere substitutiones imparis numeri, puta tres, quinque, vel septem, num. 1. nisi ex probata voluntate testatoris, numero 2. exemplum, n. 3.*

QVÆSTIO LVIII.

1 VTrum † Reciproca possit cõtinere substitutiones imparis numeri, puta tres, quinque, vel septem? Resp. quod non, *Bart. in l. Lucius, num. 6. ff. de vulg & pup. subst. Gul. de Bened. in cap. Raynutius par. 2. tit. de subst. reciproca, num. 24. extra de testam. Constan. Roger. in tractat. subst. in materia reciproca, quaest. 4. n. 6. Bald. in tract. eiusdem tit. in materia reciproca, num. 6. Zas. in tracta. substit. in materia reciproca num. 5 & 6. per l. iam hoc iure, in 2. resp. ff. de vulg. & pupill. subst. in tex. ibi, incongruũ enim videbatur, Pau. Leo. in tractat. substit. in materia reciproca, num. 42 per l. hereditatem, & l. quamuis, C. de impub. & aliis substit.* Ni-
2 si † ex probata voluntate testatoris; puta quia inui-
3 cem substituisset † duos filios, quorũ vnus erat impubes, & probetur, quod voluit impuberi pupillariter substituere, *Bar. in d. l. Lucius, n. 6. in fin. Arg. l. in testamento, in fin. C. de testament. milit. Baldus in tractat. substitut. in materia reciproca, sub numero 6. Bartol. de Hucio in tractat. eiusdem tituli, in materia reciproca, sub num. 5. Paul. Leon. in tractatu eiusdem tit. in materia reciproca, n. 43.*

ARGVMENTVM.

Vtrum Reciproca contineat substitutiones expressas, vel tacitas?

SVMMARIVM.

1 *Reciproca continet substitutiones expressas verbis generalibus, sed tacitas verbis specialibus, numero 1.*

2 *Substitutiones comprahensa sub reciproca, vti verbis generalibus expressa, matrem excludunt, numero 2.*

3 *Pupillaris comprahensa sub reciproca (secundum aliquot) reputatur tacita, n. 3. 4. 5. & 9. contra, & receptius, n 6. & 10.*

4 L. iam hoc iure, ff. de vul. & pup. subst. *declaratur, n. 4. 7. & 8.*

5 *Relatiuum, quod, est relatiuum eiusdem substantia, numero 5.*

6 *Expressum facit cessare tacitum, n. 6.*

7 L. precibus, C. de impob. & aliis subst. *secundum aliquot exponitur n. 9.*

QVÆSTIO LIX.

VTrum reciproca † contineat substi- 1
tutiones expressas, vel tacitas? Resp. continere expressas verbis generalibus, sed tacitas verbis specialibus, *Bart. in l. Lucius, sub n. 7. ff. de vulg. & pup. subst. vbi ita concordat glossas, l. iam hoc iure, ver. tacitè, & d. l. Lucius, ff. eod. & l. precibus, C. de imp. & aliis subst. Ias. in d. l. Lucius, n 13. vbi etiam Alex. eod. n. 13. Bal. & Ang in d. l. iam hoc iure, idẽ Ang. & Salic. in l. in testamento, C. de milit. test. Crass. in § substitutio. q. 56. nu. 1.* vbi testatur communem * opinionem, *
Rip. in d. l. Lucius, n. 77 Const Roger. in tract. subst. in mater. reciproca, q. 5. n. 7. Sforz. Od. in prael. comp. par. 6. q. 5. nu. 5. vbi testatur communem * opinionem, *
Dec. in d. l. in testamento, n. 16. Gul. de Bened. in c. Raynutius, par. 2 tit. de subst. reciproca, nu. 15. extra de test. Bart. de Hucio in tract. subst. in materia reciproca, n. 6. Bart. in d. l. precibus, & in l. 1. in prin. 2. q. prin. ff. de vul. & pup. substit. Zas. in tract substit. in materia reciproca, num. 18.

Vnde infertur, substitutiones sub † reciproca 2
compræhensas, vti verbis generalibus saltem expressas, matrem excludere, *Bartol. in l. d. Lucius, sub num. 7. Crass. d. quaest. 56. n. 2.* vbi testatur hanc opinionem, vero veriorem esse, *Const. Roger. d. q. 7. n. 8. Gul. Bened. in d. titul. de reciproca substit. sub num. 25. Paul. Leon. in tractat. substitut. in materia reciproca, num. 55.* vbi ait hoc omnes * fateri, *Zas. in tractat.* *
subst. caput. 4. sub num. 13. Bartol. de Hucio in tractat. substitut. in materia reciproca, sub numero 6. Bald. in tractat. eiusdem titul. in materia reciproca, sub numero 6.

Licèt alii minus rectè senserint, pupillarem † 3
sub reciproca compræhensam, tacitam reputari, inter quos fuit *Paul. Leon. in tractat substitut. titul. de reciproca, num. 56. per l. iam hoc iure. ff. de vulgari, & pupillari substitut.* quasi. si † reciproca tra- 4
heretur ad pupillarem expressam, non esset necessaria constitutio diui Pii, quem tex. induxit fortius ad idem *Raphael Fulgos. in l. in testamento, C. de milit. test.* vbi primo dicitur, qood in expressa vulgari, continetur tacita pupillaris, & è contra; deinde subiicitur, quod ius tacitæ substitutionis tractum est ad reciprocam, quasi illud † relatiuum *quod*, est 5
relatiuum eiusdem substantiæ, & in reciproca eodem modo tacita pupillaris contineatur, sicut supra proximè dictum fuerat, sic quoq; induxit *Aret. in d. l. Lucius, col. 2. & Soc. Sen. in l. 1. col 10. ff. de vulg. & pup subst.*

Sed resp. subtilissimus *Dec in l. in testamento, n. 15. versic sed tenendo, C. de milit. testament.* quod † reci- 6
proca in generalitate verborum, quando esset facta paribus personis, compræhendit vulgarem,

& pupillarem æqualiter, vnde cum ęqualiter compræhendatur vulgaris, & pupillaris, non potest dici, quod vulgaris contineat pupillarem tacitam, vel è contra; quia quando est facta prouisio à testatore de vtraque, tunc vulgaris non continet pupil-
7 larem, nec è conuerso, cum † expressum faciat cessare tacitum, *l. cum ex filia, § 1. ff. de vulgar. & pupill. subst.* Ideoque non est possibile, quod illa tacita pupillaris, quæ aliàs continetur in expressa vulgari, trahatur ad reciprocam, in qua non posset habere locum, cum in ea reperiatur de vtraque facta prouisio, saltem generaliter, ita vt prædicta verba, quod ius tractum est, debeant adaptari ad illud, quod potest haberi locum, *arg. eorum quæ not. Bartolus in l. 1. § lex falcidia. ff. ad l. falcid. cap. indemnitatibus. § pen. de elect. lib. 6.*

8 Vel resp. quod illud † verbum tractum est, non stat proprie, sed exponitur id est declaratum, *Aret. in l. Lucius, ff. de vul. & pup. subst.*

Adducitur, etiam in contrarium à *Fulgos. in d. l. in testamento, textus l. precibus, C. de impuber. & a-*
9 *lius substit.* vbi † alternatiuè dicitur de pupillari expressa, & compendiosa, quasi colligatur ex illa alternatiua, quod pupillaris, quæ sub compendiosa continetur, dicitur tacita, & non expressa; ergò idē
10 videtur in breuiloqua, cui † quidem inductioni etiam satisfecit ingeniosissimus *Dec. in d. l. in testamēto, sub num. 16. quam refert Sforz. Odd. in prælud. compend. par. 6. quæst. 5. n. 5.*

ARGVMENTVM.

Si testator habens tres filios, vnum puberem, & duos impuberes, eosq; inuicem instituerit, & substituerit, vtrum inter filios impuberes contineatur pupillaris?

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris non continetur inter filios impuberes, si testator habens tres filios, vnum puberem, & duos impuberes, eos inuicem instituerit, & substituerit, num. 1. Rationes, num. 2. 3. & 7. contra, & perperam, num. 8. media, num 9. 11. & 13 dissoluūtur, n. 10 12. & 14. aliorum distinctio, n. 15. contra, n. 16. limita, n. 17. declara n. 18.*

2 *Æqualitas est inter fratres seruanda, n. 4.*

3 *Diuisio præsumitur inter fratres ex cursu temporis, n. 5. nisi insurgeret inæqualis diuisio, n. 6.*

4 § Item quæritur, l. 1. ff. de aqua quot. & æstiua, *declaratur, n. 7.*

5 *Dispositio relata ad personas, debet intelligi secundum conditionem personæ, ad quam refertur, n. 13. declara, n. 14.*

QVÆSTIO LX.

1 SI † testator habens tres filios, vnum puberem, & duos impuberes, eosque inuicē instituerit, & substituerit, licèt absque dubio in persona omniū contineatur vulgaris, dubitari tamen contingit, vtrum inter filios impuberes contineatur pupillaris? Respon. quod non, *Bart. in d. l. Lucius, nu. 8. ff. de vul. & pup.*
* *subst. vbi Ias. n. 14.* testatur hanc esse communem, *
& veram opinionem, *Alexa. n. 14. Rip. num. 22. Alciat. n. 30. Zas. num. 16. in fin.* vbi etiam testatur com-
* munem * opinionem, *Aret. in l. iam hoc iure, num. 6. ff. eod. & in l. in testamento, la 1. num. 4. C. de testam. milit. Gul. de Bened. in cap. Raynutius, par. 2. ver. si absque liberis, el. 2. in materia reciproca, n. 37. extra de testam. Menoch. lib. 4. præsum. par. 2. præsum. 60. num. 35.* vbi dicit communem * opinionem, *Zas. in tract.* *
subst. c. 4. n. 6. & 7. vbi testatur hāc opinionem esse veriorem, *Pau. Leon. in tract. eiusdem tit. in materia reciprocæ, num. 44. 45. 46. & 47. Salic. in d. l. Lucius, & in d. l. in testamento, Aret. in § sed, & plures, col. 9. Instit. de vulg. substitut. Ludou. Roma. in d. l. in testamento, Crass. in § substitutio, quæst. 55. n. 4.* vbi ait hāc
esse communem * opinionem, *Crass. in l. 1. C. de im-* *
pub. & aliis subst. Sfor. Odd. in prælud. compend. par. 6. quæst. 5. n. 4. vers. ampliatur primo, vbi testatur communem * opinionem, *Bal. in tract. subst. in materia reciproca, num 8. Bar. de Hucio in tractat. eiusdem tit. in materia reciproca, sub n 7. Alex. Trentacinq. in tra-*
ctat. eiusdem tit. par. 5. n. 1. vbi testatur communem * *
opinionem.

Mouemur primò, quia ratio † seruandæ æqua 2
litatis, ita militat, quando vnus ex decem esset pubes, sicuti quando vnus ex duobus, vel tribus; ergò vtroq; casu reciproca nō continebit pupillarem, *l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupill. substit. Barto. in d. l. Lucius, num. 8. Menoch. d. præsum. 60. num. 35. vers. eo argumento, Bart. de Hucio in tractat. substit. in materia reciprocæ, sub num. 7. Zas. in tract. eiusdem tit. c. 4. sub num 7.*

Secundò, quia non est † verisimile, testatorem 3
voluisse, vnum filium impuberem præferri in successione, alterius impuberis, sed potius est verisimile, quod voluerit alios filios concurrere in successione præcedentis, vt seruaret inter eos ius legitimarum hæreditatū, *l. vel singulis, ff. de vul. & pup.*
substit. maxime ne inæqualitas † inter fratres im- 4
mineat, *arg. l. illud. in fi. C. de collat. Bal. in tract. subst. in materia reciproca, n. 8. l. cum pater, § dulcissimis, ff. de leg. 1.* Quapropter aliàs consului, quod licèt ex
cursu temporis præsumatur † inter fratres diuisio, 5
gloss. in ver. instrumentis, l. pen. C. comm. diui. Bartol. in l. cum in rem verso, in princ. col. 3. ff. de vsur. & in l. solent. § si col. penult. ff. de off. procons. & in l. qui aliena, in princip. ff. de acquir. hæred. & in l. fin. C. de vsucap. pro dote, Paul. de Castr. consil 126. vol. 2. vbi testa-
tur communem * opinionem, *Ia. consil. 172. colu. 3.* *
vol 4. & in l. si certis annis, colu. 3. C. de pactis, & in l. sciendum, col. 6 ff de verb. obl. vbi testatur communē
* opinionem: Tamen † non procederet, si ex præ- *
sumpta diuisione insurgeret inæqualitas, *Ant. Gab.* 6
lib. 1. concl. tit. de præsum. concl. 1. n. 30. vbi testatur cō-
mūnem * opinionē, *Pau. de Cast. in l. filius familias,* *
C. de pet. hær. Alex. cons. 25. col. 5. vol. 5. Balb. in tract. præsc. par. 3. n. 43. Trigon. sing. 23. Bal. in l. pen. C. com. diuidundo.

Tertiò *arg. l. 1. § item quæritur, ff. de aqua quotid.*
& æstiua, vbi si aliquis habeat † ius aquæ ducendæ, 7
quia hoc anno duxit, si immisceat aliam aquam, qua nunquam vsus est, prohibebit in totū ab aqua, ita ratione immixtionis istius puberis, deberet in totum reciproca carere pupillari.

Licèt contrariam sententiam, vt imo † inter im- 8
puberes contineatur pupillaris, tenuerint *Gul. de Cun. & Rayn. quos refert Bar. in d. l. Lucius, sub num. 8. Comens. consil. 16. Alber. in d. l. Lucius, vbi Bal. n. 7. Emanuel a Costa in cap. si pater, 3. par. vers. personis, n. 5. & 7. de testam. lib. 6.*

Adstricti primò *arg.* † *l. cohæredi, § qui discretas,* 9
& § qui patrem, ff. de vul. & pup. subst.

Sed resp. *Bar. in d. l. Lucius, sub n. 8 quid. in d. § qui*

discre-

discretas, euenit propter vnionem; quam testator fecit io institutione, ideoque præsumitur defuncti voluntatem talē esse in substitutione, quod in quæ-
10 stione nostra noo præsupponitur, Et † quod in *d. § qui patrem*, nulla interuenit specialis prouisio.

11 Secuodò † *arg. l. 1. § fi. ff. de collat. bon. & l. prætor, § Iulianus, ff. eod.*

Sed resp. *Bar. in d. l. Lucius, sub num.* 8. quod ibi,
12 ratio † quæ mouet legislatorem, habet locum, siue sint duo, siue plures permixtim, vt emancipatus conferat suo noo autem emancipato, cui emancipato nullam fecit iniuriam; at io quæstione nostra propter immistionem alterius, cessat ratio, quæ mouet legislatorem seruandæ æqualitatis.

13 Tertiò, quia † dispositio relata ad personas, debet intelligi secundum conditionem personæ, ad quam refertur, *l. si q'uis filio, § irritū, ff. de iniust. rupt. testam. l. ex militari, ff. de milit. test.*

Sed resp. *Bart. in d. l. Lucius, num. 8. in fin.* verum
14 esse, si † vniformiter referantur, non autem difformiter.

15 Et alii, distinctione vtramq; † opinionem concordauerint, vt prima procederet, quaodo pubes, esset frater aliorū impuberum; secunda verò, quando esset extraneus; inter quos fuit *Bald. in l. in testamento, quæst. 4. C. de testam. milit. Ang. cons. 307 testator de Verona, num. 3. Aretin. in d. l. in testamento, Rip. in d. l. Lucius num. 24. ver. sed certè, Vasq. de success. creat. lib. 2. § 19. titu. de reciproca, num. 4. Hippol. Rimonal. in l. precibus, n. 128. C. de impub. & aliis subst.*

Aduersus quam distinctionem, & per conse-
16 quens, vt neque pupillaris † facta præsumat inter illos impube. es fratres, etiā quod terti' pubes fuisset extraneus, tenuit *Menoch. d. præsum. 60. numero 37. Bart. cons. 57. Annacellus de Castro, num. 4. libro 1. Salic. & Roma. in d. l. in testamento, Aret.* (sibi contrarius) in *d. l. Lucius, Imol. in capit. Raynutium, extra de testam. Emanuel a Costa in cap. si pater, 3. part. verb. personis, n. 8. de testam. lib. 6. Rum. consil. 3. n. 14. lib. 2. Alex. & Ias. in d. l. Lucius, vterque, num. 14.* Ni-
17 si † coniecturis constaret, testatorem sub hac reciproca facta, etiā extraneo, voluisse compræhēdere pupillarem, *Alex. Dec. & Curt. Iun. in l. precibus, C. de impub. & aliis subst. Menoch. lib. 4. præsum. par. 2. præsum. 60. n. 38.*

Restringe tamen principalem conclusionem
18 non procedere, quando † ipsi impuberes fuissent coniuncti in institutione, quia tunc, etiam in reciproca præsumerentur coniunctim vocati, eorūq; respectu sob ea cōtineretur pupillaris, *Bar. in l. Lucius, sub n. 8. ff. de vulg. & pupill. subst. Menoch. lib. 4. præsumpt. par. 2. præsum. 60. num. 36. Imol. in cap. Raynutium, extra de testam. Paul. Leon. in tractatu substit. in materia reciproca, sub num. 48. per dict. l. coheredi, § quis discretas, ff. de vulg. & pupill. substit. Sforz. Odd. in prælud. comp. par. 6. quæst. 5. nu. 4. vers. quod tamen,*
* vbi ait ita omnes * concludere, *Bal. in tract. substit. in materia reciproca, sub num. 8. Bar. de Hoctio in tractat. eiusdem titul. in materia reciproca, sub n. 7. Lancel. Polit. in tractat. eiusdem titu. in materia reciproca, sub num. 8. ver. quarto quæritur, Alexan. Trentacinq. in tract. eiusdem tit. par. 5. c. 5. n. 2.*

ARGVMENTVM.

Si habens duos filios impuberes, quorum vnus habet vnū annum, alius verò duodecim, eosque instituerim, & inuicem substituerim, & ille qui duodecim annos habet, efficiatur citò pubes, vtrum pupillaris, etiam expirabit in persona alterius, qui remansit impubes?

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris non expirabit in persona alterius, qui remanserit impubes, si habēs duos filios impuberes, quorū vnus habeat vnū annum, alius verò duodecim, eos instituerit, & inuicē substituerit, habensq; duodecim annos, efficiatur citò pubes, atq; ita in eius persona expirasset pupillaris, n. 1. rationes. n. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. contra, & malè, n. 9. fundamenta, n. 10. 11. 12. 14. 17. & 18 diruuntur, nu. 13. 15. 16. & 19. aliorum distinctio, n. 20. impugnatur, n. 21.*

2 *Breuiloqua continēs illas substitutiones, quæ omnibus conuenire possent, n. 3.*

3 *Pater præsumitur scire ætatem filiorum, n. 6.*

4 *Voluntas testatoris non præsumitur mutata, n. 7.*

5 *Res deueniens ad eum casum, a quo incipere non potest, est inutilis, n. 10.*

6 *Pupillaris potest fieri in breuius tempus pubertate, num. 11.*

7 § 1. l. Si tutor reipublicæ, ff. de tutel. & ratio. distrah. *exponitur. n. 2. & 13.*

8 L. alteri, ff. de adim. lega. *declaratur, n. 14. & 15.*

9 *Legata reuocantur nuda voluntate, n. 15.*

10 *Pupillaris non potest reuocari, nisi cum altera solenni voluntate, n. 16.*

11 L. Lucius, ff. de vulgar. & pupill. subst. *declaratur, n. 18. & 19.*

QVÆSTIO LXI.

Si habēs † duos filios impuberes, quo- 1
rum vnius habeat vnū annum, alius verò doodecim, eosq; instituerim, & inuicem substituerim, & ille, qui duodecim aonos habet, efficiatur citò pubes, ita quod in ei' persona exspirat substitutio pupillaris, vt. ū etiā expirabit in persona alterius, qui remansit impubes? Respondeo quod non expirabit, sed durabit in persona alterius impuberis, *Bar. in l. Lucius, n. 9. ff. de vul. & pup. subst. post Gul. de Cun. & gloss. in ver. ætatis Bald. in l. in testamento, q. 8. C. de test. mil. vbi Salic. idem Bal. post Alb. de Cremo in d. l. Lucius, vbi Alex. n. 14. in fin. Roma. in d. l. in testamento, Pau. de Cast. in d. l. Lucius, vbi Ias. num. 16.* testatur
hanc esse communem * & veram opinionem, *Angel. de Aret. in § sed si plures, col. 2. Instit. de vul. & pup. Salic. Imo Raphael Cuma. & Aret. in d. l. Lucius, Gul. de Bene. in c. Raynutius, par. 2. vers. si absque liberis, el a titu. de substit. breuiloqua, num. 54. extra de test.* vbi *
testatur communem * opinionem, *Conf. Roger. in tract. subst. in materia reciproca, quæst. 4. nu. 10. & 11.* *
vbi ait ita omnes * sequi, *Crass. in § substitutio, q. 55.* *
n. 8. vbi testatur hanc esse communem * & æquiorem opinionem, *Rip. in d. l. Lucius, n. 25. Io. Coras. in l. num. 35. ff. de vul. & pup. substit. Anto. Gomez. tom. 1. var. resol. cap. 8. sub num. 2.* vbi etiam dicit commu- *
nem * opinionem, *Sforz. Odd. in prælud. comp. par. 6. quæst. 5. n. 4. ver. limitatur autem primo*, vbi ait cō- *
munem * opinionē, *Zas. in tract. subst. c. 4. n. 7. & 8.* *
vbi testatur hanc esse veritatem, *Lanc. Polit. in tract. eiusdem tit. in materia reciproca, n. 9. in fin. Bal. in tra-*

ctat.eiusdem tit.in materia reciproca, *nu. 9. Bartolus*
de Hucio in tractat.eiusdem tit. c.4.num.8. Alexand.
Trentacinq.in tractat.eiusdem tit.par.5.cap.6.num.1.
* vbi testatur hanc esse communem, * & receptam
sententiam, *Vasq.de success.progress.lib 2.§ 19.n.11.*

2 Mouemur primò, quia † inæqualitas, quæ inci-
pit ab initio, ex post facto superueniens, nõ infrin-
git dispositiones, *l. eãdem, § 1 ff. de duobus reis, l 3.§*
3 *ibidem ff. ad Carbon.* Vnde, licèt † reciproca sub-
stitutio in se tantum illas contineat substitutiones,
quæ omnibus conuenire possunt, *l. iam hoc iure, ff.*
de vul. & pup subst. l. 2. & 4. C. eod. l. in testamẽto, la 1.
C. de mil t. testa. sufficiet æqualitatem subesse ab in-
itio substitutionis.

4 Secundò, quia † casus, qui facit ab initio præsu-
mi voluntatem cessare, si superuenerit ex post fa-
cto, nõ inducit præsumptionem, quod cessauit vo-
luntas, si præter voluntatem defuncti superuene-
rit, *l. fideicommissa, § si rem, ff de leg 3. l. rem legatã, ff.*
de adim. lega. at pubertas in nostro themate super-
uenit à natura, non ex dispositione defuncti; ergò,
licèt cessauerit æqualitas, non cessauit voluntas.

5 Tertiò, quia dicta † substitutio reciproca, intel-
ligitur ab initio in persona vtriusque, sub hac for-
ma. Si quis eorum impubes decesserit, *l. Lucius, in*
2. resp. ff. de vulg. & pupill. substit. non autem intelli-
gitur limitatè, si quis intra tot annos decesserit.

6 Quarto, ex quo testator † sciebat ætatẽ vtriusq;
filii *l. Lectam, ff. vnde cogn. l. de tutela, C. de in integr.*
rest. simpliciter substituendo, nec aliter in specie
prouidendo, videtur, etiam voluisse substituere in
casu æqualitatis, postea contingentis, *l. vnica, § sin*
autem, C. de caduc. tolle.

7 Quintò, non † præsumitur mutata voluntas te-
statoris, *l. cum tacitum, & l. eum qui, ff. de probatio. l.*
qui liberis, § testamento, ff. de bon. poss. secundum tab.
ergò pupillaris semel inclusa ex voluntate testato-
ris, præsumitur semper durare.

Sextò, quia aliter concludendo, semper vitiare-
8 tur † substitutio pupillaris, sub reciproca contenta,
cum necessario vnus efficiatur prius pubes, quam
alter, nisi in gemellis, nimisq; restringeretur, *l. iam*
hoc iure, ff de vulg. & pupill. substit. Paul. Leon. in tra-
ctat. subst. in materia reciproca, n. 62. Zas. in tract. eius-
dem tit. c. 4. sub n. 8.

9 Contrariam sententiam, vt † videatur extincta
pupillaris, etiam in personam alterius impuberis,
tenuerunt alii non contemnendæ authoritatis, in-
ter quos fuit *Ioan. Faber, in § qua ratione, col. 7. Inst.*
de pupill. substit.

10 Moti primò, quia † res deuenit ad eum casum, à
quo incipere non potest, *l. Vranius, § sed cum duo, ff.*
de fideiussor. l. si sub vna. § 1. & l. pluribus, § & si place-
at, ff. de verb. obl. ergò, &c.

11 Secundò, quia † pupillaris substitutio potest fie-
ri in tempus breuius pubertate, *l. si ita quis, & l. ex*
facto, § item quæro ff. de vul. & pup. subst at in d. the-
mate facta videtur in tempus breuius pubertate, vt
omnino sit æqualitas inter substitutos, *arg. l. illud,*
in fin. C. de collat.

Tertiò, *arg. l. si tutor reipublicæ, § 1. ff de tutel. &*
12 *rat. distrah.* vbi † tutela propter pubertatem vnius,
extinguitur etiam in persona alterius.

Sed resp. *Roma. in d. l. in testamento, C. de testa. mil.*
Aret. & Ias. in d. l. Lucius, ille, col. 5. iste, sub numero 15.
13 quod in illo § 1. extinctio † tutelæ in persona vnius
fratris, de necessitate influit extensionem alterius;
quia, ex quo frater est effectꝰ maior, incipit esse lo-
cus legitimæ tutelæ, quæ extinguit datiuam a iudi-
ce, *l. si quis sub conditione, ff. de testam. tut.* Quod non
est in themate nostro; quia extinctio pupillaris in
persona vnius, de necessitate non influit extensio-
nem in personam alterius, ex quo à principio am-
bo fuerunt impuberes.

Quartò, *arg. l. alteri, ff. de adim. lega.* vbi per ad- 14
emptionem prælegati, vni ex heredibus facta, cau-
sa adæquationis, prælegatum alteri factum, intel-
ligitur reuocatum.

Sed resp. *Ias. in d. l. Lucius, sub num.* 17. quod illa
l. alteri, loquitur in † legatis, quæ reuocantur nu- 15
da voluntate, etiam tacita, *l. 3. § fin. cum l. seq. ff. de*
adim. legat. secus est in directa † pupillari, quæ non 16
potest reuocari, nisi cum alia voluntate solenni. *l.*
militis codicillis, § veteranus, ff. de testam. milit. § ex
eo autem solo, Instit. quib. mod. testa. infirm. hancque
differentiam sensit iurisconsultus in *l. si ex parte, ff.*
de adim. legat. Bal. & Ang. in l. hereditas, C. de his qui-
bus vt indign.

Replicat *Paul. Leon. in tractat. substit. in materia*
reciproca, num. 69. quod hic non agitur de mutatio-
ne voluntatis; non enim reuocatur testamentũ, vel
reciproca substitutio, sed † agitur de declaratione, 17
quam facit lex ad ipsam substitutionem, vt quando
sint impares, non censeatur testator voluisse talem
facere substitutionem.

Quintò, per *d. l. Lucius, in text. ibi, aliter, si eius-*
dem ætatis liberi, ff. de vulg. & pup. substit. quasi in † 18
themate proposito esset maxima inæqualitas inter
liberos, vt debeat cessare pupillaris.

Sed resp. *Zas. in tractat. substit. cap. 4. sub num* 8.
dicta † verba, intelligi de ætate infra pubertatem 19
in genere, non autem in indiuiduo, quasi sufficiet
omnes esse impuberes, licèt vnꝰ, plus altero habe-
at, ita etiam sentit *Accur. in d. l. Lucius, in ver. ætatis,*
Const. Rog. in tract. subst. in materia reciproca, quæst.
4. sub num. 6.

Alii distinguunt, inter quos fuit *Rayn.* quem re-
fert *Bar. in d. l. Lucius, sub num. 9. & sequitur Alber.*
de Ros. in rub. ff. de vul. & pupill. substit. in materia re-
ciproca. Paul. Leon. in tractat. substit. in materia reci-
proca, n. 63. Aut † illa inæqualitas superuenit testa- 20
tore viuo, & sic ante dispositionem cõsummatam,
& procederet secunda opinio; Aut superuenerit
post mortem testatoris, & procederet prima, *arg. l.*
si sub vna, § quis viam, & l. pluribus, § & si placeat, ff.
de ver. obl. & not. per Dyn. in cap. factum legitima, de
reg. iur. lib. 6 l. tractabatur, ff de mil. testam. l. cohære-
di, § cũ filio, in 1. resp ff de vul. & pup. subst.

Sed resp. *Bartol. in d. l. Lucius. sub num. 9.* quod li-
cèt in persona vnius, superuenerit pubertas, non
esset hic casus, in quo † impediret pupillarem sub- 21
stitutionem in persona alterius; sed est casus, in quo
facit præsumi testatorem, non voluisse in dubio, si
ab initio interfuisset, *Bal. in tractat. substit. in mate-*
ria reciproca, numero 9. in fin. Bartol. de Hucio in tra-
ctat. eiusdem tit. in materia reciproca, n. 8. in fi.

ARGVMENTVM.

Si duos filios impuberes instituo, & inui-
cem substituo, demum vnum ex eis e-
mancipo, atq; ita pupillaris finiatur in e-
ius persona, vtrũ etiã eadem pupillaris
extin-

extinguatur in persona alterius, retenti
in potestate?

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris in persona alterius retenti in potestate,
etiam extinguitur, duobus filiis impuberibus in-
stitutis, eisque inuicem substitutis, eorumq; al-
tero emãcipato, atque ita in eius persona pupilla-
ris extincta, n.1. rationes, num. 2.3.4.5.6.7.8.9.
& 10. oppositiones, n.11. & 14. resoluuntur, n. 12.
13.15. & 16. contra, & malè, vt non extinguatur
pupillaris in persona alterius impuberis, n.17. me-
dia, nu.18.19.22.24.25.26.27.28.30.31.35.38. &
39. cluduntur, n.20.21.23.29.33. & 34. limita, ni-
si pater fuisset coactus emancipare, nu. 40. cõtra,
& perperam, num. 41 fundamenta, n.42 & 46.
diruuntur, nu.43.44. & 45. Item limita in mi-
lite, num.48.*
2 *Testamentum pendet à voluntate testatoris, n.4.*
3 *Voluntas declaratur factis, & verbis, n.5.*
4 *Facto plus est declarare, quam verbo, n.6.*
5 *Substitutiones in breuiloqua sunt correlatiua, n.7.*
6 *Correlatiuorum vnius destructio, est destructio al-
terius, n.8.*
7 *Substitutiones in breuiloqua sunt ad inuicem respe-
ctiua, n.9.*
8 *Declaratio potest fieri sine noua solennitate, nu.13.*
9 *Inæqualitas superueniens ex post facto, non impedit,
n.14. declara, n.15.*
10 *Substitutio morte confirmatur, n.16.*
11 L. fin. ff. de duob. reis, *casus, n.18.*
12 *Æqualitas in duobus reis exponitur, n.19.*
13 § fin. l. tribunus, ff. de milit. testam. *casus, n.22.*
14 *Pupillaris est fauor pupilli, num 24. & 43.*
15 *Dispositio noua dicitur, vbi declaratur substantia
directa ipsius actus, n.23.*
16 *Testator non præsumitur mutasse voluntatem su-
am, num.28.*
17 *Pupillaris, vt inducatur sub breuiloqua, quæ requi-
rantur, n.32.*
18 *Dispositio non deficit, deficiente vna ex duabus ra-
tionibus, n.34.*
19 *Hæreditas non potest adimi alio actu, quàm testa-
mento, n.36. nisi ope exceptionis, n.37.*
20 *Reformatio facta per testatorem in vno capitulo,
non immutat in alio dispositionem, n.38.*
21 *Pater cogitur emancipare filium ex culpa ipsius pa-
tris, non ex delicto filii, n.45.*
22 *Legatum reuocatur per ipsius alienationem neces-
sariam, n.47.*
23 *Miles si emancipauerit alterum ex impuberibus,
quibus reciproce substituerat; pupillaris non ex-
pirabit in persona impuberis, retenti in potesta-
te, neque in persona alterius emancipati, nu.48.
contra, & male, n.50.*
24 *Miles potest pupillariter substituere emancipato,
n.49. contra, n.51.*

QVÆSTIO LXII.

1 SI duos † filios impuberes instituo, & eos
inuicem substituo, demum vnum ex eis
emancipo, ita quod pupillaris substitu-
tio finiatur in eius persona, vtrum etiam
eadem pupillaris extinguatur in persona alterius,
retenti in potestate? Resp. quod sic, *Bar. in l. Luci-
us, n.10. ff. de vul. & pup. subst. post Gul. de Cun. & Ray.
quo refert, & sequitur Cõst. Rog. in tract. subst. in ma-
teria reciproca, q.4 n.13. Sf. Od. in prælud. comp. par. 6.
q.5. ver. ampliatur secundo,* vbi testatur communem
* opinionem, *add. ad Bar. in d. l. Lucius, in litera C.* *
vbi restatur hanc opinionem * esse veriorem, *Al-* *
*ber. in rub. ff. de vul & pup. subst. in materia reciproca,
q.10. Io. Faber in § qua ratione, col.8 Inst. de pup subst.
Alciat. & Zas. in d. l. Lucius, ille, n.32. iste, n.13. Paul.
Leon. in tract. subst. in materia reciproca, n.76. & 77.
Zas. in tracta. eiusdem titul. in materia reciproca, sub
num. 9. Dec. consil. 361. numero 8. ver. sicut ergo, & cõs.
456. num.5. Menoch lib. 4. præsum. par. 2. præsumpt.
60. num. 54.* vbi testatur communem * opinionem, *
*Gul. de Bened. in cap. Raynutius, par. 2. tit. de subst. re-
ciproca, n.54. ver. secundo modo, extra de testa.* vbi di-
cit hanc esse communem * opinionẽ, *Bal. in tract.* *
subst. in materia reciproca, sub n.10.

Mouemur primò, quia cum † mutatio fit in v- 2
no, videtur etiam fieri in alio, eadem ratione, *arg.
l.1. C. de diuers. rescr. § ad hoc, Auth. vt liceat matri, &
auiæ, l. alteri, ff. de adim. lega. l. cum eiusdem, l. plerun-
que ff de adil. ed. l. Pamphilo, § fin. ff. de lega. 3.*

Secundò, quia peruentum in † eam causam, à 3
qua incipere non potest, vitiosum redditur, *l. pluri-
bus, § & si plures, ff. de verb. obl.*

Tertiò, quia † testamentum pendet à voluntate 4
testatoris, *l. in conditionibus, ff. de cond. & demonstr.
l.1. ff. de testament.* cuius † voluntas non minus de- 5
claratur factis, quàm verbis, *l. de quibus, ff. de legi-
bus, l. Paulus, ff. rem ratam habe. Rimin. iun. consil. 23.
numero 285. vol. 1. Dec. consil. 316. & consil. 367. So-
cin. Iun. consil. 77. numero 29. volu. 2.* Quin imò plus
† est facto declarare, quàm verbo, *l. si tamen, § ei* 6
*qui, ff. de adil. edi. l. si vt certo, § custodiam, ff. commo-
dat. l. si a bonæ fidei, in text. ibi, vt non debuerit custo-
diri, ff. de rei vendica. Rimin. Iun. cons. 9. sub numero
142. vol. 1. Dec. in cap. dilecti filii, el 2. not. 2. extra de
appell. Crauett. consil. 158. numero 3.* meritò videtur
testator ex facto suo reuocare pupillarem substi-
tutionem, cum ex post facto inæqualitatem fece-
rit emancipando.

Quartò, in † breuiloqua substitutiones sunt cor- 7
relatiuæ, *l. iam hoc iure, § 1. ff. de vulg. & pup. substit.*
at † destructio vnius correlatiuorum, est destructio 8
alterius, *l. fin. ff. de accept. l. fin. C. de ind. vid. toll.* ergò
destructa vna substitutione pupillari in breuilo-
qua, destruitur & alia.

Quintò, quia † substitutiones in reciproca sunt 9
ad inuicem respectiuæ, vna ad aliam, ex quo æqua-
litatem exigunt, *d. l. iam hoc iure, Alexand. Trenta-
cinq. in tractat. substitut. par 5. cap. 4. num. 3. ver. in re-
ciproca.* sed in his, quæ † respectiua sunt, si vnum 10
postea cessat, debet cessare & aliud, *l. filiæ, § nostra,
& l. alumna, § Seia, ff. de adim. lega.*

Nec obstabit, quod illa † pupillaris continetur 11
ab initio sub breuiloqua; ergò videtur non posse
reuocari, sine noua solennitate, *l. hæredes palam, in
prin. ff. de testam.* Quia Respond. quod illud, quod † 12
continetur in breuiloqua, est quædam declaratio
huius generalitatis, *Bartol. in d. l. Lucius, numero 10.
in fin. Bald. in tractat. substitut. in materia reciproca,
num. 10. in fin. Bartol. de Hucio in tract. eiusdem titul.
in materia reciproca, sub num. 9.* sed † declaratio po- 13
test fieri sine noua solennitate, *l. hæredes palam, § sed
& si notam, ff. de testam.*

Neque obstabit, quod † inæqualitas, quę super- 14
uenerit ex post facto, non debeat impedire, *l. si post*

mortem, § *1. ff. de bon poss. contra tab. l. eamdem*, § 1 *ff. de duob. reis.* Qu'a respon. procedere contrarium,
15 quando † inæqualitas de voluntate contrahentium, ex post facto superuenisset, cum dispositio iam fuisset perfecta, & consummata, *Bar. in d. l. Lucius, sub num. 10. Bald. in tractat. substit. in materia reciproca, num. 10. vers. non obstat, Bart. de Hucio in tractat eiusdem tit. in materia reciproca. sub num. 9 (cost. Roger. in d quæst. 4. sub num. 14.* sed in themate proposito superuenit inæqualitas, licèt de voluntate
16 testatoris, eo viuo; & sic quando testamētum, † seu substitutio non erat confirmata, cum morte cōfirmetur, *l. cum hic status*, § *aut oratio, ff. de donat. inter vir. & uxor. l. 1. ff. de testament. l. 1.* § *cum igitur, ff. de caduc. tollen.*

17 Licèt contrariam sententiam, vt † emancipato altero impubere, non extinguatur substitutio pupillaris in personam alterius, in potestate retenti, tenuerit *Bal.* (sibi contrarius) in *l. in testamento, quæst. 10. C de milit. testam. Ias. in d. l. Lucius, n. 17. 18. & 19.* vbi testatur eam esse æquiorem, & in iure veriorem, respondetque ad fundamenta prioris, no-
* stræ, & communissimæ * sententiæ, *Ang. in d. l. in testamento, & in d. l. Lucius. & in l. hereditatē, col 2. C. de impub. & aliis substit. Raphael Cum. in d. l. Lucius, Polit. in tract. subst. in materia reciproca, quæstio. vlt. Vasq. de success. progress. lib. 2.* § *19. n. 8. Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. 5. cap. 5. nu. 9. ver. ex prædictis*, vbi testatur eam esse in puncto iuris veriorem.

18 Adstricti primò, per † *tex. l. fin. ff de duob. reis*, vbi licèt vnus ex pluribus reis debendi eximatur ab obligatione, tamen per hoc non eximitur alius; vnde ita in proposito dici deberet, quod licèt vnus impubes eximatur à substitutione pupillari per emancipationem, tamen non deberet eximi alius,
19 tanto fortius; quia, etiam in † duobus reis desideratur æqualitas, hinc inde, sicut cōsideratur in breuiloqua, *l. reos*, § *cum in tabulis ff. de duob. reis*, § *1. & 2. Instit. eod.*

20 Sed respon. primò, quod *d. l. fin.* loquitur † in cōtractibus, vbi actus est perfectus, & consummatus, merito, licèt vnus postea eximatur, non eximitur alius; at in themate nostro substitutio viuente testatore non est consummata.

21 Resp. secundò, quod in *d. l. fin.* exceptio † vnius correorum, non processit facto creditoris, sed per deportationē, vel capitis diminutionem; at in nostra facti specie, exceptio vnius impuberis, processit ex facto testatoris emancipantis, à cuius voluntate dependet, an sub breuiloqua contineatur pupillaris, *d. l. iam hoc iure.*

Secundo mouetur, per *tex. l. tribunus*, § *fin. ff. de*
22 *milit. testament.* vbi † si miles in aliquibus partibus cassat testamentum, prius factum, & in aliis nō cassat, videtur in eis confirmare dispositionem; ita videbatur dicēdum in casu nostro, quod testator annullando ex post facto vnam substitutionem pupillarem, non videtur aliam infirmare, sed cōfirmare.

23 Sed respon. quod in § *fin.* cessat † ratio æqualitatis, quæ in nostro themate consideratur, *d. l. iam hoc iure.*

24 Tertio, quia † substitutio pupillaris est prouisio, & fauor ipsius pupilli in potestate retenti, vt sæpius dictum fuit in 1. *cont. & est gloss. in l. ex tribus, C. de inoff. testamen. l. 2. ff. de vulgar. & pupillar. substit.* § *1. Instit. eod.* ergo non debet sibi auferri per emancipationem alterius filii, *arg. l. non debet alteri, ff. de reg. iur. l. fin.* § *sin autem, C. de acqui. poss. l. transactione matris, C. de transact. l. seruus, & l. filius, C. de pact. l. 1. C. de alien. iud. muta. causa facta, l. si filia, ff. de diuort. l. 1.* § *de eo opere, ff. de aq. pluu. arc.* neque debebit operari contrarium effectum, *l. quod fauore, C. de legibus.*

Quarto, quia ab initio sub ista † reciproca con- 25
tinebatur pupillaris in personam amborum, concurrente æqualitate, seu paritate filiorum, & coniectutata volūtate testatoris; ergo ex post facto paganus non potest eam tollere, nuda voluntate, seu per talem actum emancipationis, *l. sancimus, C. de testam.* § *ex eo autem solo, Instit. quib. mod. testam. infir.* licèt, si fuisset miles, potuisset, *l. eius militis*, § *1. ff. de milit. testam.*

Nec posset dici (secundum eos) vt supra firmauimus secundum Bart. & benè, quod ista est † de- 26
claratio volūtatis, & minimè noua dispositio, cum potius dicatur noua dispositio, *Bald. & Paul. de Castr. in d. l in testamento, ille, col. 2. & 3. iste, col. vltim.* Quia declaratio fit circa actus circumstantias, sed
vbi † declaratur substantia directa ipsius actus di- 27
cetur potius noua dispositio, *Ioan. de Anan. cōs. 84. col. 2.* quem refert & sequitur *Iaso. in d. l. Lucius, sub num. 17.*

Quinto, quia † testator circa voluntatem nihil 28
egit, vnde non præsumitur eam mutasse, *l. fideicommissa*, § *si rem, ff. de lig. 3.*

Sed resp. licèt † testator verbis voluntatem non 29
declarauerit, bene tamen, & fortius facto, impuberem emancipando, declarauerit, *arg. l. tamen*, § *ei qui, ff. de adil. ed.*

Sexto, quia à principio † continetur breuiloqua 30
in persona vtriusque, vnde licèt postea vnus emancipatur, tamen in persona alterius, debet durare, cum facilius duret aliquid, quādo est in esse deductum, quam de nouo inducatur, *arg. l. patre furioso, ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. cap. ad apostolicam, extra de regular.*

Septimo, quia quando duo † extrema sunt ne- 31
cessaria ad causandū vnum actum, si illa duo extrema ab initio concurrerent, & actus causetur, & si postea vnum deficeret, non corruit actus, *l. si vēri*, § *in bonis, ff. de priuil. cred.* § *affinitatis, vbi gloss. Instit. de nupt. l. non Ælia Sentia, ff. de hered. inst.* sed ad cau-
sandum † pupillarem substitutionem sub breuilo- 32
qua, requiruntur primo, paritas personarum; secundo, quod voluntas testatoris non refragetur, *d. l. iam hoc iure*, § 1. at in themate proposito, ista duo ab initio concurrunt, vnde licet postea deficiat vnum per emancipationem sequutam, non per hoc deficiet pupillaris in persona impuberis, in potestate retenti.

Sed resp primo arg. procedere, quando † actus 33
esset perfecte causatus in esse, quod non est in nostro themate.

Secundo, quod in nostra specie deficiunt ambo extrema, scilicet paritas personarum, & voluntas testatoris.

Tertio, quia vbicunque testator † vel legislator 34
mouetur ex duabus causis, deficiente vna, non deficit dispositio, meus *Abb. in cap. quoniā frequenter*, § *porro, in fin. extra vt lite non contest. & consil. 178. quē refert Ias. in l. Lucius, n. 18. in fi. ff. de vul. & pup. subst.*

Octauo, quia si † per emancipationem vnius de 35
filius,

filiis, tolleretur pupillaris ſubſtitutio in perſonam
alterius, in poteſtate retenti, ſequeretur, quod hæ-
reditas poſſet adimi alio actu, quam teſtamento;
36 ſed † conſequens eſt falſum, *l. quidam in ſuo, § fin. ff.*
37 *de cond. inſt.* niſi in † certis caſibus, in quib. ope ex-
ceptionis tacita voluntate, quis excluderetur, *l. no-
ſtra. C. de teſt. l. ex parte, ff. de adim. legat.* ergo, & an-
tecedens.

38 Nono, quia † reformatio facta per teſtatorem
in vno capitulo, in alio diſpoſitionem non immu-
tat, *l. alumna, § qui filias, vbi Bartol. ff. de adim. lega.*
ergo reformatio ſubſtitutionis facta in vno filio-
rum non debet in altero mutare.

39 Decimò, quia † ſemel incluſum ex voluntate
teſtatoris, ſemper præſumitur durare, niſi probe-
tur mutata, *l. cum tacitum, l. cum quis, ff. de probat.*

Intelligo tamen primò, principalem concluſio-
nem procedere, quando iſta emancipatio fuiſſet
facta de voluntate teſtatoris propriè; ſecus ſi ex alia
40 cauſa fuiſſet † coactus emancipare; quia tunc in
perſona alterius, in poteſtate retenti, pupillaris
non expiraret, *Bart in d. l. Lucius, ſub n. 10. arg. l. rem
legatam, ff. de adim. lega. l. fideicommiſſa. § ſi rem, ff. de
lega 3. Conſtant. Roger. in tractat. ſubſtit. in materia
reciproca, quæſtio 4. num. 14. Craſſ. in § ſubſtitutio, q.*
* *55. num. 6. in fin.* vbi dicit hanc eſſe communem * o-
pinionem, *Aret. in l. in teſtamento, C. de teſtament.
milit. Zaſ. in tractat. ſubſtit. cap. 4. ſub num. 9. Salic.
Imol. Alexan. & Paul. de Caſt. in d. l. Lucius, Salic. &
Ludou. Roma. in d. l. in teſtamento, Aret. in § ſed ſi plu-
res, col. 2. Inſtitut. de vulgar. ſubſtit. Imol. & Petr. de
Vbald. Peruſ. in cap. Raynutius, extra de teſtament.
Rip. & Alciat. in d. l. Lucius, illo, num. 27. iſte, n. 34.
Paul. Leon. in tractat. ſubſtit. in materia reciproca, n.
78. Menoch. d. præſump. 60. n. 59.* vbi teſtatur hanc
* eſſe communem * opinionem, *Gul. de Benedict. in
cap. Raynutius, par. 2. ver. ſi abſque liberis, el 2. titul.
de ſubſtitutione reciproca, num 54. verſ. ſecundo mo-
do, extra de teſt. Bal. in tract ſubſt. in materia recipro-
ca. ſub n. 10.*

41 Licèt alii perperam tenuerint, pupillarem † ex-
tingui, etiam quod emancipatio coactè à patre fa-
cta fuerit, inter quos fuit *Ang. in d. l. Lucius, col. 3.*

42 Moti primò, quia ex quo † emãcipatio præceſ-
ſit culpa, vel facto filii, fortius pupillaris ſubſtitutio
deberet reuocari in perſona alterius fratris, ne iſte
filius, qui coegit patrem, vt eum emanciparet, ſen-
tiret commodum dictæ pupillaris ſubſtitutionis,
contra *l. is qui contra, ff. de vulg. & pup ſubſt.*

43 Sed reſpon quod † pupillaris ſubſtitutio eſt fa-
uor, & prouiſio pupilli, cui fit, vnde propter factum
fratris emancipati, non debet ipſe grauari, *l. ſi quis
44 in ſuo, § legis, C. de inoff. teſtament.* Item, quod Sub-
ſtitutio pupillaris cõtineatur ſub breuiloqua, pen-
det à præſumpta voluntate teſtatoris, non autem
facto fratris, *l. iam hoc iure, ff. de vulgar. & pupillar.
ſubſt.* vnde pater voluntariè emancipando, videtur
reuocare ſubſtitutionem; ſecus ſi ex neceſſitate. hĩc
45 pater † cogitur emancipare filium, non ex culpa
filii, ſed ex culpa, & delicto ipſius patris, *gloſſ. § fin.
quib. mod. ius patr. poteſt. ſolua.*

46 Secundò, quia in emancipationis actu, nõ debet
47 inſpici neceſſitas, quæ à Bart. inſpicitur in † legato,
quod reuocatur per alienationem neceſſariam, *d.
l. rem legatam, ff. de adim. lega.* quia illa neceſſitas
in legato, conſideratur ratione rei familiaris; ſed in
emancipatione cõſideratur neceſſitas, tãquam per
legem impoſita, ob quam pater cogitur emanci-
pare filium: hoc diſcrimen probauit *Nicol. de Mu-
tina, & Alber. in l. filia legatorum, C. de legat. Iaſ. in
d. l. Lucius, ſub num. 17. verſic. ego autem, arg. d. l. filia
legatorum, iuncta l. fin. C. de dot. promiſſion.*

Intelligo ſecundo principalem concluſionem
procedere, in pagano, non autem in † militem, qui 48
ſi poſt reciprocam emancipauerit, non ſolum non
exſpirabit pupillaris in perſonam alterius, in pote-
ſtate retenti, verum etiam neque in perſonam ipſi-
us emancipati, cum etiam † emancipato, miles 49
poſſet pupillariter ſubſtituere, *Menoch. lib. 4. præ-
ſumpt par. 2. præſumpt. 60. per l. miles ita, § exhæreda-
to. ff. de milit. teſtament. Salic. in l. in teſtamento, la 1.
C. de teſtament. milit. Rip. in d. l. Lucius, n 28.*

Licèt contrarium, etiam in † milite, tenuerit *A-* 50
lexan. in d. l. Lucius, num. 15. circa med. tum quia † 51
miles non poteſt ſubſtituere pupillariter eman-
cipato, licèt bene poſſet directò ſubſtituere, tum
etiam, quia præſuppoſito, quod † poſſit, non vide- 52
tur poſſe, niſi exprimat, *l. in teſtamento C. de mil. teſt.*

ARGVMENTVM.

Vtrum contineatur pupillaris, ſi quis inſti-
tuerit duos impuberes, vnum in pote-
ſtate, & alium emancipatum, eoſque in-
uicem ſubſtituerit, & poſtea emãcipa-
tum adoptauerit?

SVMMARIVM.

*1 Pupillaris non continetur, ſi quis inſtituerit duos
impuberes, vnum in poteſtate, alium emancipa-
tum, eoſque inuicem ſubſtituerit, & poſtea emã-
cipatum adoptauerit, nu. 1. rationes, n. 4. & 6. de-
fenditur ab oppugna. n. 5. cõtra, n. 7. media, n 8. 10.
& 11. diſſoluũtur, n. 9. limita, quando ex conie-
cturis aliud appareat, n. 12. exemplũ, n. 13. & 14.*

*2 Legitimatio non retrotrahitur, quo ad interpretan-
dum voluntatem teſtatoris, n. 3.*

*3 Diſpoſitio inutilis ab initio, non confirmatur ex poſt
facto, n. 6.*

QVÆSTIO LXIII.

SI † quis inſtituerit duos impuberes, v- 1
num in poteſtate, alium emancipatum,
eoſque inuicem ſubſtituerit, & poſtea
emancipatum adoptauerit, vtrum con-
tineatur pupillaris ſubſtitutio? Reſpon. quod non,
*Bartol. in l. Lucius, num. 12. ff. de vulg. & pupill. ſub-
ſtit. Imol. in cap. Raynutius, extra de teſtamen. idem I-
mol. & Angel in d. l. Lucius, Bald. Angel. Salic & Ro-
ma. in l. in teſtamento, C. de milit. teſtamen. Rip. in d. l.
Lucius, num. 30.* vbi teſtatur hanc eſſe magis cõmu-
nem * ſententiam, *Craſſ. in § ſubſtitutio, quæſt. 55 n.* *
7. vbi etiam dicit magis communem * opinionem, *
*Conſt. Roger. in tractat. ſubſtit. in materia reciproca,
quæſt. 4. ſub n. 26. Alex. & Iaſ. in d. l. Lucius, ille, nu.
16. iſte, num. 20.* vbi teſtatur hanc eſſe communem * *
opinionem, *Bald in tractat. ſubſt. in materia recipro-
ca, n. 11.* vbi teſtatur communem * opinionẽ, *Bart.* *
*de Hucio in tract. eiuſdem tit. cap. 4. ſub num. 9. Paul.
Leon. in tractat. eiuſdem tit. in materia reciproca, nu.
79. & 81.* vbi ait hanc eſſe communem * opinio- *
nem, *Menoch. lib. 4. præſum. par. 2. præſum. 50. n. 39* v-
bi idem dicit de † illegitimè nato, quem deinde te- 2
ſtator legitimum fecit; quia † licèt legitimatio re-

trotrahatur, tamẽ non retrottahitur, quo ad inter-
pretãdum voluntatem testatoris, *A ctat. in d.l. Lu-
cius, n.35. Alex. Trentacinq. in tractat. subst. par.5. cap.*
* *6.n.10.* vbi testatur communem * opinionem.

4 Mouemur primò, quia † cum ab initio dicta pu-
pillaris non contineatur, licèt testator ex post fa-
cto voluerit, comprehendi non posset absque no-
ua solennitate, *l. hæredem palam*, § *sed & si notam, ff.
de testamen.* Et quamuis contrarium fuerit dictum
5 in quæst. proxima præcedenti, illud euenit, quia †
ab initio breuiloqua erat facta duobus impuberib.
in potestate; vnde si testator voluisset, poterat de-
clarare, continere pupillarem in persona vtrins-
que absque noua solennitate; sed in casu nostro
alter impuberum erat emancipatus, & à principio
non poterat contineri pupillaris in persona eman-
cipati; vnde si pater postea arrogaret filium eman-
cipatum, & vellemus dicere, quod per adoptionem
inducatur pupillaris substitutio, ista esset noua dis-
positio, &, per consequens esset necessaria noua so-
lennitas, ita defendẽdo Bart. ab impugnatione *A-
lex. & Aret. scripsit Ias. in d.l. Lucius, n.20. circa fin.*

6 Secundò, quia † dispositio inutilis ab initio, non
confirmatur ex post facto, *l. penult. ff. de reg. iur. l.1.
§ sed si filius, ff. de lega. 3. l. si ita, ff. de auro, & argen.
legato.*

Licèt alii in contrariam iuerint sententiam, vt
7 inde † arrogato emancipato contineat substitutio
pupillaris, inter quos est *Sforz. Odd. in præl. d. com-
pend. par.6. quæstio.5. num.4. versic. ampliatur tertio,
Lancel. Polit. in tractat. subst. in materia reciproca,
sub n.4.* vbi eam testatur æquiorem.

8 Moti primò, † per *text. l.2. § si extraneum, ff. de
vulg. & pupill. substit.* vbi disponitur, sufficere capa-
citatem tempore mortis testatoris interuenire.

Sed resp. *Bart. in d.l. Lucius. sub num.12.* quod ibi
9 † testator substituit pupillariter expressè: vnde cõ-
stat, quod voluntas testatoris fuit ab initio, quod
esset pupillaris, licèt non posset; ideo cessante im-
pedimento, confirmatur, quia durat prima volun-
tas; sed in nostro themate ab initio cessauit volun-
tas propter inæqualitatem, *Bal. in tract. subst. in ma-
teria reciproca, sub n.11.*

10 Secundò, quia † cessat ratio inæqualitatis, im-
pediens, ergò, & *C. Ladigero, § quamuis, ff. de iure
patro. Tiraq. in tract. causa cessante. par.1. n.125.*

11 Tertiò, arg. † *l. qui soluendo non erat, ff. de hæred.
instit. & l. si res aliena, in fi. ff. ad Trebell.*

Declara principalem conclusionem non proce-
12 dere, quoties ex † coniecturis constaret de volun-
tate testatoris, quod voluerit, etiam pupillarem in-
cludi superueniente habilitate, *Paul. Leon. in tra-
ctat. substit. in materia reciproca, num.85.* puta (in-
13 quit) si † in continenti post factum testamentum
adoptasset filium, quem prius emancipauerit, *arg.
eorum quæ notãtur in l. post contractum, ff. de don. An-
char. cons.302. col.1. ver. ad eliciendum, Crauett. consil.
77. col.3. ver. confirmatur, & cons.100. col.3. ver. quin-
ta coniectura, Aret. in d.l. Lucius, num.12. vbi Rip.
n.30. & Alciat. n.73.* eamdem declarationem firma-
nit *Menoch. in d. præsum.60. n.44. & 45.* vbi assignat
14 aliam coniecturam, quando scilicet † in testamẽto
fuisset adiecta clausula pupillariter, & per fideicõ-
missum; quia tunc sub illa reciproca contineretur
pupillaris, significans testatorẽ per dictã clausulam
habuisse animum adoptandi, vel legitimandi filiũ,

*Alex. Trentacinq. in tract. substit. par.5. c.6. n.11. & 13.
Bal. in l. in testamento, la 1. q.9. C. de testam. milit.*

ARGVMENTVM.

Si habens duos filios impuberes, vnum in-
stituat, alium exhæredet, eosq; inuicem
substituat, vtrum vulgaris, in persona
substituti exhæredati, contineatur?

SVMMARIVM.

1 *Vulgaris, in persona substituti exhæredati, non con-
tinetur si habens duos filios impuberes, vnum in-
stituat, alium exhæredet, eosque inuicem substi-
tuat, n.1. media, num.2.3.4. & 5. contra, & ma-
le, n.6. fundamenta, n.7.9. & 12. eliduntur, n.8.
10.11. & 13. Alii distinguunt, n.14. & 15.*
2 *Reciproca fit personis æqualibus, n.2.*
3 *Vulgaris, exhæredato fieri non potest, n.3.*
4 *Verbum respiciens plura determinabilia, debet illa
vniformiter determinare, n.4.*
5 *Vulgaris concipitur per verba, si hæres non erit, n.9.*
6 *Dictio, si, aliquando ponitur pro,* quia *n.11.*

QVÆSTIO LXIV.



I habens duos † filios impuberes, v- 1
num instituat, aliũ exhæredet, eos-
que inuicem substituet, licèt certũ
sit, quod cõtineatur pupillaris, quæ
potest fieri in persona vtriusq;, du-
bitatur tamẽ, vtrum vulgaris, in persona substituti
exhæredati, contineatur? Resp. quod non, *Bar. in l.
Lucius, n.13. ff. de vul. & pup. subst. vbi Alex. & Ias. il-
le, n.17. iste, n.21. Imo. in c. Raynutius, extra de test am.
vbi Gul. Bened. in ver. si absq; liberis, el 2. tit. de subst.
breuil. n.47. in fin. Menoch. de præsum. lib.4. par.2. præ-
sum.60. n.9. Rip. in d.l. Lucius, num.32. Paul. Leon in
tract. substit. in materia breuiloqua, num.87. Constan.
Roger. in tractat. eiusdem titul. in materia reciproca,
quæst.4. num.40. & 41. Bartol. de Hucio in tractat. sub-
stit. in materia reciproca, sub num.10. Bal. in in tract. e-
iusdem tit. in materia reciproca, sub n.12. Sfor. Odd. in
præl. d. comp. par.6. quæst.5. versic. ampliatur quarto,
Alex. Trentacinq. in tract. subst. par.5. c.7. n.1.*

Mouemur primo, quia † reciproca fit personis 2
æqualibus, *l. iam hoc iure, & l. Lucius, ff. de vulg. &
pup. subst.* sed hic est inæqualitas, cum † vulgaris, ex- 3
hæredato fieri non possit, *gloss. l.1. vbi Bartol. n.16. ff.
de vulg. & pupill. substit.* semper enim † verbum, re- 4
spiciens plura, debet illa vniformiter determinare,
l. si legatarius, in fi. ff. de leg.3.

Secundo, quia sicut, quando quis † priuatur po- 5
tentia facto, emancipando aliquem ex impuberi-
bus, cessat præsumptio pupillaris substitutionis, vt
fuit conclusum in *quæst.71.* ita hic exhæredãdo, pri-
uo me potentia faciendi vulgarem substitutionẽ,
&, per cõsequens, debet cessare præsumptio ipsius.

Cõtrariam sententiam, vt † dicta reciproca, et- 6
iam in persona exhæredati contineat vulgarem, te-
nuit *Gul. de Cun. & Rayn.* quos sequitur *Alber. in
rub. ff. de vul. & pup. subst. quæst.12. Lancel. Polit. in
tractat. substit. in materia reciproca, numero 5. ver. sex-
to quæro.*

Moti primo, quia in themate nostro, vulgaris
non † fuit facta defectu potentiæ testantis, sed de- 7
fectu materiæ, & defectus materię minus impedit,
*l. si vnus, § si acceptilatio, ff. de pact. l. an inutilis, ff. de
acceptil.*

Sed resp. *Bart. in d.l. Lucius, sub num.13.* quod † 8

non

non sufficit, ad esse potentiam, nisi adsit de iure cõ-
muni, *arg. l. in testamento, C de milit. testam.*
9 Secundò, quia † vulgaris concipitur per verba,
si hæres non erit, *l. 1. ff. de vulgar. & pup. substit.* sed
ista verba nõ sunt exhęredationi cõtraria, ergò, &c.
Sed resp. *Bartol. in d. l. Lucius, num. 13 circa fin.*
10 quin imò satis † sunt contraria, & diuersa; quia in
persona instituti, ista verba, Si hæres non erit, faci-
unt conditionem; sed in persona exhæredari, faci-
11 unt causam, cũ † dictio, *si*, ponatur pro, *quia*; nam
quãdo dictio, *si*, apponitur rei, quæ est de præsenti,
& certa, resoluitur in quia, *l. 3. ff. de leg. 1. l. 1. ff. de cõd.
& demonstr.*
12 Tertiò, quia ideo non continetur † pupillaris,
quando reciproca fit personis disparibus, ne vnus
tantum succedat alteri, & non è conuerso, propter
æqualitatem seruandam *l. iam hoc iure, ff. de vul. &
pupill. subst.* quod non est in casu nostro, quia alter
fuit exhæredatus, & erit impossibile, ei vulgariter
succedere; vnde non videtur alteri aliqua facta in-
iuria, si vulgariter ei non succedat, qui nihil habe-
bat, quando solus ipse fuit institutus, quod mediũ,
13 & si † subtile, reiicitur à Paulo Leon. & *Menoch. ille,
in materia reciproca, iste, in d. præsum. 60.*
14 Alii vero distinguunt, aut † exhæredatio fuit fa-
cta non propter ingratitudinem, sed contemplati-
one filii instituti, vt hæreditas tota perueniret ad
ipsum, & tunc, si institutus repudiat, præsumitur
testatorẽ voluisse, exhæredatum habere integram
hæreditatem, sicut voluit per pupillarem, cõpræ-
hensam in reciproca, *arg. l. scripto ff. vnde liber. l. vel
15 singulis, ff. de vulg. & pupill. subst.* aut † exhæredatio
fuit odio exhæredati facta, & tunc, cum semper o-
dium durare pręsumatur, secus erit; inter quos fuit
Ang. in l. in testamento, C de test. milit. quem pessimè
loquutum fuisse, tribus rationibus ostendit *Alex.
in l. Lucius, sub n. 17. ff. de vul. & pup. subst.*

ARGVMENTVM.

Si habens duos filios, vnum impuberem, & alium puberem, sed furiosum, eos instituerit, & inuicem substituerit, vtrum in persona vnius, contineatur pupillaris, & in persona alterius, exemplaris?

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris non continetur, nec exemplaris in persona vtrinque, si habens duos filios, vnum impuberem, & aliũ puberem, sed furiosum, eos instituat, & inuicem substituat, num. 1. ratio, n. 2. contra, n. 3. media, n. 4. 12. & 13. dissoluuntur, num. 4. 6. 7. & 14.*
2 *Pupillaris, & exemplaris habent eosdem effectus, n. 4. aliquando contrarios, seu dissimiles, n. 7.*
3 *Similitudo sufficiet esse in illo casu, & effectu, ad quẽ inducitur, n. 5.*
4 *Consequẽtia, vt tollatur, sufficiet dari instãtia, n. 8.*
5 *Argumentum à simili procedit, etiam nõ data omnimoda similitudine, n. 9.*
6 *Dissimilitudo in genere non sufficiet allegari, nisi ostendatur in eo, ad quod fit comparatio, n. 11.*

QVÆSTIO LXV.


I habens duos filios, vnum impuberem, & alium puberẽ, sed furiosum, eosque instituat, & inuicem substituat, vtrum in persona vnius, contineatur pupillaris, & in persona alterius, exemplaris, cum certum sit in persona vtriusque, vulgarẽ contineri. Resp. non contineri, *Bart.
in l. Lucius, n. 15. ff. de vul. & pup subst. Ioan. Fab. in §
qua ratione, col. 9. Inst. de pup. Alber. in repet. rub. ff de
vul. & pupill. substit. in materia reciproca, q. 13 Rip in
d. l. Lucius, nu. 33. quem refert Crass. in § substitutio q
55. num. 5.* vbi testatur communem * opinionem, *
*Crass. in l. 1. n. 43 ff. de vulgar. & pupill substit. Gul.
Bened. in c. Raynutius, par. 2. titul. de reciproca, num.
38. extra de testam. Constant. Roger. in tractat. substit.
in materia reciproca quæst. 4. sub num. 31. Menoch.
lib. 4. præsumpt. par. 2. præsumpt. 60. n. 65.* vbi testatur
communem * opinionem, *Zas. & Rip. in d. l. Luci- *
us, ille, n. 12. & 17. iste, num. 33. Paul. Leon. in tractat.
substit. in materia reciproca, n. 89 & 90. Sforz. Odd. in
prælud. compẽd par. 6. quæst. 5. vers. ampliatur quintò,*
vbi testatur communem * opinionem, *Barto. de *
Hacio in tract. subst. cap. 4. num. 11. Bald. in tract. eiusdem tit. in materia reciproca, n. 14. Alex. Trentacinq.
in tract. eiusdem titul. par. 5. cap. 7. num. 2. & 3. in fin.*
vbi testatur communem * opinionem. Quia illud *
† verbum, *substituo*, non respiceret personas in re- 2
ciproca compræhensas, *l. iam hoc iure, ff de vulg &
pupill. substit.*
Licét contrariam sententiam, vt in † persona 3
furiosi, contineatur exemplaris, & in persona impuberis, pupillaris, & sic vt pupillus succedat per
exemplarem furioso, & furiosus per pupillarem,
pupillo, renuerit *Imol. in d. l Lucius & in cap Raynutius, extra de testament. Ias. in d. l L. ucius, sub n. 22.*
vbi testatur eam esse æquiorem, ibiq; etiam *Alciat.
n. 39. Vasq. de succes. creat. lib. 2. § 19. titul. de compendiosa, n. 21. vers. contrariam partem, Lancel. Polit. in
tractat. substit. in materia reciproca, num. 6. Zas. in
tract. eiusdem tit. c. 4. num. 9. & 10.* vbi eam dicit magis probabilem.
Moti primò, quia † exemplaris, & pupillaris, 4
sunt similes, & habent eosdem effectus, maximè
quantum ad nostrum propositum, vt sicut per pupillarem succeditur pupillo, in bonis vndecunque
quæsitis; ita per exemplarem succeditur furioso, in
tantum, quod dicta breuiloqua compræhendere
videtur æquales substitutiones, *arg. eorum quæ not.
Ioan. Andr. in c. non potest, super gloss. in ver. curam,
extra de præbend. & in c. translato, extra de constit.*
Sed resp. *Alex. in d. l. Lucius, sub num. 17.* primo, 5
quod † contrarium loquitur, quando tractatur de
similitudine in aliquo casu particulari quia sufficeret, quod sit similitudo in illo casu, & effectu, ad
quem inducitur, *Alex. Trentacinq. in d. c. 7. num. 3.
per cap. constitutus, extra de appell. l. fi. C. de collat.* secus in nostro themate, vbi tractatur de præsumenda voluntate testatoris.
Secundo, quia ad hoc, vt in casu nostro intelliga- 6
tur † cõpræhensa substitutio, requiritur, quod sit identitas status, *Rip. in d. l. Lucius*, sed contrarium
loquitur, quando requiritur similitudo.
Tertio, quia, etiam est † imparitas inter exem- 7
plarem, & pupillarem, vt docuit *Bart. in d. l. Lucius,
sub n. 15.* & ad tollendam consequentiam, sufficiet 8
dari instantia, *gloss. in l. creditori, ff. de noui oper. nunt.
cum concordantiis in meo consil. 29. n. 50. vol. 1.*
Replicant contrarii, quod † arg. à simili proce- 9
dit, etiam non data omnimoda similitudine, *cap.
constitutus, vbi meus Abb. in 3. not. extra de appell. ca.
quemadmodum, extra de iureiura. l. fin. C. de collat.*

10 vbi imperatur arguit à simili de † castrensibus, ad aduētitia, & nihilominus inter eas sunt mille dissimilitudines, & magis in expressu adducunt *l. ex fa-*
11 *cto, ff. de vul. & pup. subst.* Item, quia, non † sufficiet allegare dissimilitudinem in genere, nisi ostēdatur in eo, ad quod fit comparatio, *Abb. in cap. cū dilecta. extra de cōfir. vtili, vel inut. Ias. in d. l. Lucius, sub n. 22.*
12 Secundò, quia non est dubitandum de † potestate patris, quin potuisset facere, quod sub breuiloqua contineatur exemplaris, & pupillaris; neque de voluntate, cum sit præsupponendum, testatorē velle illud, quod sit vtile vtrique filio, *l. fin. in prin. C. de curat. furiosi.* at vtrique filio est vtile, quod impuberi sit facta pupillaris, & furioso exemplaris, cum ambæ sint prouisiones eorum, & tantum obtinetur ex vna substitutione, quantum ex alia, quo ad effectum succedendi, sicq; erit paritas.

Tertiò, quia videtur in proposito themate cessare
13 † ratio inæqualitatis, de qua in *l. iam hoc iure, ff. de vul. & pup. subst.* ne alteri duplex, & alteri vnica substitutio facta intelligeretur: nam in pupillo duę essent substitutiones, vulgaris, & pupillaris, & in furioso, aliæ duæ, vulgaris & exemplaris.

Sed resp. *Paul. Leon. in tracta. subst. in materia re-*
14 *ciproca, num. 91.* quod † intentio iurisconsulti in *d. l. iā hoc iure,* fuit, vt illæ substitutiones sub reciproca comprændantur, quæ omnibus conuenirēt, & in casu nostro exemplaris non conuenit alteri sanæ mentis, nec pupillaris alteri mente capto, *l. quamuis, in fi. C. de impub. & aliis subst. l. in testamento, C. de milit. testam.*

ARGVMENTVM.

Vtrum Reciproca facta duobus filiis furiosis, contineat vulgarem, & exemplarem?

SVMMARIVM.

1 *Reciproca facta duobus filiis furiosis, continet vulgarem, & exemplarem, num. 1. declara, num. 2. idem in pupillari, n. 3. contra, num. 5. & 6. resolutio, n. 7. & 8.*

2 *Exemplaris fuit introducta ad exemplum pupillaris, num. 4.*

3 *Substitutio, quæ fit iure speciali, non cōtinetur in breuiloqua, nisi exprimatur, n. 5.*

4 *Exemplaris fit iure speciali, num. 6. declara, numero 7. & 8.*

QVÆSTIO LXVI.

1 SI duo † essent filii furiosi, & testator eos instituerit, & inuicem substituerit, vtrum sub tali reciproca, cōtineatur vulgaris, & exēplaris? Resp. quod
2 sic, vulgaris scilicet † vsq; ad hereditatis aditionem, & hæreditate adita exēplaris, *Bar. in l. Lucius, n. 16. ff. de vul. & pup. subst. Imo. in c. Raynutius, extra de test. Const. Rog. in tract. subst. in materia reciproca, quæst. 4. n. 42. Menoch. lib. 4. præs. par. 2.*
* *præsu. 60. n. 63.* vbi testatur ita omnes * scribere, *Rip. in d. l. Lucius, num. 34. Ruin. cons. 103. n. 3. lib. 2. Bal. in tractat. subst. in materia reciproca, sub n. 14. Lancell. Polit. in tractat. eiusdem tit. in materia reciproca, n. 9.*
* vbi fatetur hanc esse communem * opinionem, licèt aliquantulum dubitet. Idque ad similitudinem
3 † pupillaris substitutionis, *l. iam hoc iure, ff. de vulg.*
4 *& pup. subst.* ad cuius † exemplum, fuit exemplaris introducta, *§ qua ratione, Instit. de pupill. substit.*

Nec obstabit, quod † substitutio, quæ fit iure 5
speciali, non continetur in breuiloqua, nisi exprimatur, *l. in testamento, la 1. C. de testam. milit.* sed † e- 6
xemplaris fit ex quadam humanitate, & sic iure speciali, *l. humanitatis, C. de impub. & aliis substit.* quem refert *Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. 3. cap. 3. n. 1.* ergò, &c.

Quia resp. exemplarem † fieri iure speciali, tem- 7
pore Digestorum, quo à principe impetrabatur, *l. ex facto, ff. de vul. & pup. subst.* & dicto tempore fatemur, quod non poterat contineri; sed hodie dicta † 8
exemplaris fit iure communi à quolibet testatore, habente filios furiosos, *d. l. humanitatis, Bartol. in d. l. Lucius, sub n. 16. Bal. in tract. subst. in materia reciproca, sub n. 14.*

ARGVMENTVM.

Vtrū inæqualitas portionis, impediat pupillares contineri sub breuiloqua?

SVMMARIVM.

1 *Reciproca, quo minus contineat pupillares, non impedit inæqualitas portionis, num. 1. ratio, numero 2. 3. & 4.*

2 *Argumentum valet, de tempore, ad res, n. 4.*

3 *Argumentum de tempore, ad locum, valet, n. 5.*

4 *Argumentum de personis, ad res, valet, n. 6.*

QVÆSTIO LXVII.

VTrum † inæqualitas portionis, puta 1
quia plures vncias habet vnus, quam alius, impediat substitutiones pupillares contineri sub breuiloqua? Resp. quod non, *Bart. in l. Lucius, n. 17. ff. de vul. & pup. subst. per l. qui plures, cū l. seq. ff. eod.* quem omnes * sequi, testatur *Menoch. libr. 4. præsu. par. 2.* *
præsum. 60. n. 46. Rip. Zas. & Alciat. in d. l. Lucius, ille, n. 35. iste, num. 12. hic, n. 40. Bartol. de Hucio in tractat. subst. in materia reciproca. sub n. 11. Bald. in tract. eiusdem titul. in materia reciproca, sub num. 15. Crass. in § substitutio, quæst. 55. n. 9. vbi testatur hanc esse communem * opinionem, *Angel. in l. in testamento,* *
C. de milit. testament. Alex. in d. l. Lucius, n. 18. Sforz. Odd. in prælud. comp. par. 6. quæst. 5. num. 4. ver. limitatur secundo, vbi testatur communem * opinionē, *
Gul. de Bened. in cap. Raynutius, par. 2. tit. de reciproca subst. sub num. 29. extra de testament. vbi subiicit cōpræhendi, etiam alias substitutiones quæ personis conuenirent, *Const. Rog. in tract. subst. in materia reciproca, quæst. 4. num. 58. fol. 111. Ioann. de Imol. in d. cap. Raynutius, Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. 3. c. 8. n. 1.* vbi testatur communem * opinionem. *

Quia sicut † inæqualitas temporis, non impedit 2
istam substitutionem contineri, vt diximus supra, *quæst. 69.* ita nec † inæqualitas rerum; quia licitum 3
est arg. † de tempore, ad res, *l. miles, § & quia diximus, ff. de milit. testam.* vbi *Bart. sub n. 1.* subiicit, va- 4
lere † etiam arg. de tempore, ad locum, & de † per- 5
sonis ad res, *Bald. in tractat. subst. in materia recipro-* 6
ca, num. 15. ver. præterea.

ARGVMENTVM.

Si plures filiæ fuerint institutæ in certis rebus, vel quantitatibus; filii verò masculi vniuersaliter instituti, deinde testator, ita dixisset, Omnes filios meos inuicem substituo, vtrum filiæ prædictæ, videantur cum masculis inuicem substitutæ?

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Filia, non videntur cum masculis, inuicem substitutæ, si eadem fuerint instituta, in certis rebus, vel quantitatibus; masculi verò vniuersaliter instituti, testatore dicente, omnes filios meos inuicem substituo, n.1. media, num 3.4.6.7.8.9.10.11. & 12. declara, n.13.14.15.16. & 17.*

2 *Lancel. Polit. in tract. subst. reiicitur, n.2.*

3 *Hæres in certa re, nō est proprie hæres, sed habetur loco legatarii, n.3. vel est tertiū genus mixtū, n.4.*

4 *Cap. Regni Regis Ferdin. 43. non procedit in hærede certa rei, sed bene quota portionis, n.5.*

5 *Verba testatoris, accipi debent in proprio significatu, non autem improprie, n.7.*

6 *Actiones hæreditariæ non competunt institutis in certa re, n.8.*

7 *Testator, quos præfert in institutione, videtur prætulisse in substitutione, n.9.*

8 *Clausula in fine posita, ex diuersitate rationis, non refertur ad omnia præcedentia, n.10.*

9 *Testator, quos coniunxit in institutione, videtur coniungere in substitutione, n.11.*

10 *Instituti in re certa, nō habent ius accrescendi, cum institutis, n.12.*

12 *Alex. Trentacinquii, & aliorum sententia, reiicitur, n.18.*

QVÆSTIO LXVIII.

1 SI plures † filiæ fuerint institutæ in certis
rebus, vel quantitatibus, filii verò masculi, vniuersaliter instituti; deinde testator, ita dixisset, Omnes filios meos inuicem substituo, vtrum filiæ prædictæ videãtur cum
masculis inuicem substitutæ? Resp. quod non, *Bar. in l. Lucius, n.18. ff. de vulg. & pup. subst. Crass. in § substitutio, quæst. 55. n. 9. circa fin.* vbi testatur hanc esse
veritatem, *Alex. & Ias. in d. l. Lucius, ille, sub n. 18. i-*
* *ste, sub n. 23.* vbi testatur communem * opinionem,
Bar. in l. fin. circa prin. n. 2. ff. ad Trebell. Bal. in l. in testamento, quæst. 7. C. de milit. testam. Anchar. cons. 84. Angel. & Salic. in d. l. in testamento, Aret. in § & plures, col. 4. Instit. de vul. subst. Bart. cons. 53. incip. Angelus, Matthia, Rip. & Alciat. in d. l. Lucius, ille, n. 36. hic, n. 40. Menoch. lib. 4. præsum. par. 2. præsu. 60. n. 11.
* vbi testatur hãc esse communem * opinionem, &
Zas. in tract. subst. cap. 4. num. 11. Paul. Leon. in tractat. eiusdem titul. in materia reciproca, n. 92. Imol. in cap. Raynutius, extra de testam. Alex. cons. 66. lib. 2. Soc. Sen. cons. 69. num. 12. lib. 1. Curt. Sen. cons. 45. colu. 2. & cons. 52. col. 2. Dec. cons. 182. col. 4. Rum. cons. 136. num. 15. ver. & idem vult, vol. 2. & cons. 128. num. 13. & cons. 152. n. 10. vol. 3. Curt. Iun. cons. 11. col. vlt. versic. eamdem opinionem, & cons. 48. num. 6. Soc. Iun. cons. 75. num. 24. lib. 3. Grat. consil. 18 num. 8. lib. 2. Rube. cons. 62. n. 2. Crauett. cons. fin. num. 5. quem refert,
& sequitur *Menoch. consil. 198. numero 13. volum. 2. Sforz. Odd. in prælud. comp. par. 6. quæst. 4. n. 4. versic.*
* *declaratur tamen*, vbi testatur communem * opinionem, *Gul. de Benedict. in cap. Raynutius, par. 2. verb. si absque liberis, el. 2. tit. de reciproca substit. sub numero 29. extra de testam. Const. Roger. in tractat. substit. in materia reciproca, quæst. 4. num. 49. Bald. in tractat. eiusdem titul. in materia reciproca, sub num. 15. Bartol. de Hucio in tractat. eiusdem tit. cap. 4. num. 12. Alexan. Trentacinq. in tractat. eiusdem titul. par. 5. c.*
* *8. n. 2.* vbi testatur communem * opinionẽ. Quic-
2 quid dixerit † *Lancel. Polit. in tractat. substitut. in materia reciproca, sub numero 7.* ponderando illam dictionem omnes, adiectam in substitutione, cui bene satisfecit *Paul. Leon. in d. titu. de reciproca, sub num. 93.*

Mouemur primò, quia † hæres ex certa re, non 3
est propriè hæres, simpliciter loquendo, sed habetur loco legatarii, *Bartol. in d. l. Lucius, sub numero 18.* vbi *Ias. sub num. 24.* Vel est † tertium genus mi- 4
xtum, participans, partim naturam vniuersalium hæredum, partim legatorum, *Bartol. Bald. & Imol. in l. ex facto, la 2. ff. de hæredibus institu. Tiraq. in tractat. le mort saisit le vif, par. 2. declar. 4. num. 3. idem Bartol. Angel. Salic. Paulus de Castr. Fulgos. Franc. Aret. Corn. & Ias. in l. quoties, C. eodem, idem Bald. in l. Lucius, sub numero 18. ff. de vulgar. & pupillar. substitut. Bald. in cap. si pater, colum. 9. versicul. & plenius, de testament. libr. 6. Imol. in l. 1. § si ex fundo, ff. de hæred. instit. Ias. in d. l. Lucius, numero 25.* vbi testatur
communem * opinionem. Vnde aliàs consului, & *
decidi, † *capit. regni Regis, Ferdin. 43. rub. quod possessio defuncti transeat ad hæredes*, non habere locum 5
in hærede certæ rei, sed bene quotæ portionis, vt
videbis in *consil. 77. vol. 4. & decis. magnæ curiæ, 159. lib. 3.* & ista † substitutio videtur facta portionibus 6
hæreditariis, *l. qui plures, ff. de vulgar. & pup. substit. Bald. in tractat. subst. in materia reciproca, sub numero 15. Bart. de Hucio in tractat. eiusdem titul. in materia reciproca, sub n. 12.* At illæ filiæ non habent portionem hæreditatis, sed tantum rem certam, ergo, &c.

Secundò, quia † verba testatoris debent accipi 7
in proprio significatu, si possent, nõ autem impropriè, *l. non aliter, & l. ille, aut ille, § cum in verbis, ff. de lega. 3. Bald. in l. non dubium, C. de legib.* ergo inuicẽ
substituendo, testator videtur intellexisse de hære-
dib. vniuersalib. qui † propriè sunt hæredes, eisque 8
cõpetunt iura hæreditaria, *gloss. l. cum à matre, C. de rei vend.* & non de institutis in re certa, qui propriè
non repræsentant defunctum, eisq; non competũt
actiones hæreditariæ, *l. quoties, C. de hæred. instit.*

Tertiò, quia quos † pater præfert in institutio- 9
ne, eosdẽ videtur prætulisse in substitutione, *l. 1. C. de imp. & aliis subst. l. Lucius, § pater puberum, ff. ad Trebell.* Ideoq; suadente diuersa ratione, clausula
substitutionis in fine † posita, non refertur ad fæ- 10
minas, & masculos, sed tantum ad masculos, *l. 1. in fi. C. de liber. præteritis, not. in l. talis scriptura, in princip. ff. de lega. 1. Ant. Gab. lib. 6. concl. tit de clausulis, concl. 9. n. 31. Alex. cons. 48. col. 1. vol. 1. & cons. 66. vol. 2. col. 2. Rum. cons. 185. in prin. vol. 1.*

Quarto, quia quos † testator coniunxit in insti- 11
tutione, videtur coniungere in substitutione, *l. cohæredi, § qui discretas, ff. de vulg. & pup. subst.* sed † in- 12
stituti in re certa, non habent ius accrescendi cum
institutis, *l. 1. § si ex fundo, ff. de hæred. instit.* ergo, &c.

Declara primo principalem conclusionem nõ
procedere, quando † verba essent clara, quia testa- 13
tor voluerit, filias ipsas in re certa institutas, substituere, *Aret. in d. l. Lucius, vbi Alciat. n. 46. Menoch. d. præs. 60. n. 14. Ias. in d. l. Lucius, sub n. 24.* vbi ita intelligit tex. *c. si pater, de test. lib. 6.*

Declara secundo, vt non procedat, quãdo ex † a- 14
liquib. verbis appositis in substitutione, appareret
de contraria mente testatoris; vt puta, si instituta
vnica filia in re certa, & duobus masculis hære-
dibus vniuersalibus, dixisset, si aliquis hæredum

meorum decesserit, substituo superstites; quia tunc
præsumitur facta reciproca, etiam respectu filiæ,
cum illa pluralis locutio, *superstites*, non posset ad-
aptari ad masculum superuenientem rātum, ideo-
que ratione recti sermonis, debet etiam compræ-
hendere fœminam, *Menoch. d. præsump. 60. numero*
15 & 21. vbi testatur communem * opinionē, *Rip.*
in d. l. Lucius, num. 38. Bartol. in l. vlt. n. 2. ff. ad Tre-
bell. Bald. Ang. & Imol. in l. in testamento, la 1. C de te-
stament. milit. Ias. & Alciat. in d. l. Lucius, ille, n 26.
isto, num. 46. Alexan. & Alciat. in l. cohæredi, § dis-
cretas, ff. de vulg. & pup. subst. ille, num. 3. isto, num. 4.
Rum. cons. 158. n. 9. lib. 2 Comens. cons. 13. Curt. Iun. cōs.
69 num. 2. Bellon. lib. 4. suppo. iur. cap. vlt. numero 5.
Corn. cons 307. num. 3. lib. 1. Hieron. Gabr. cons. 121. n.
20. Menoch. cons. 198. nu. 6. vol. 2. & cons. 50. sub n. 19.
15 *vol. 1. Alex. Trentacinq. in d. cap 8. n. 3.* Vnde, si † nu-
merus pluralis posset verificari in aliis filiis, non
censeretur in certa re instituta, vocata, seu substitu-
ta, *Menoch. cons. 198. num. 27. vol. 2. Tob. Non. consil.*
40 num. 10.

16 Declara tertiò, vt non procedat, quando † filiæ
ipsæ fuissent institutæ in quota hæreditatis; quia
tunc censerentur, & ipsæ sub ea reciproca cōpræ-
hensæ, *Menoch. d. præsum. 60. n. 21. Barba. cons. 36. lib.*
1. Alciat. in d. l. Lucius, n. 46.

17 Declara quartò, vt non procedat, quando † o-
mnes masculi, vel repudiassent, vel mortui essent
ante aditam hæreditatem; quia tunc filiæ institutæ
in re certa, per ius accrescendi haberent totā hære-
ditatē, &, per consequens, vti hæredes vniuersales
admitterentur ex substitutione, *Iaso. in d. l. Lucius, n.*
27 per gloss. l. ex facto, ff. de hæred. instit. Bal. in l. in te-
stamento, quæstio. 6. & 7. C de milit. testamen. Aret. in
§ 1. colu. 4. Instit. de vulgar. substitut. Menoch. libro 4.
præsumpt. par. 2. præsumpt. 60 num. 16. & 19 Rip. in d.
l. Lucius, num. 39. Gul. de Benedict in capit. Raynu-
tius, par. 2. titul. de reciproca substitut. numero 30. ex-
tra de testament. Paul. Leon. in tractat. substit. in ma-
teria reciproca, numero 92. in fin. Lancel. Polit. in tra-
ctat. eiusdem tit. in materia reciproca, sub n. 7. Quic-
quid dixerit *Imol. in cap. Raynutius, nume. 87. extra*
de testament. Rip. in l. Lucius, num. 39. ff. de vulg. &
pupillar. substitut. Alexand. Trentacinq. in tract. sub-
stit. par. 5. cap. 8 sub n. 4.

ARGVMENTVM.

Si instituo duos impuberes, & dico, si quis eorum non erit hæres, eos inuicem substituo, vtrum sub tali breuiloqua, contineatur pupillaris expressa verbis generalibus?

SVMMARIVM.

1 Reciproca sic concepta, Instituo duos impuberes filios meos, & si quis eorum non erit hæres, eos inuicem substituo, non comprehendit pupillarem expressam verbis generalibus, num. 1. ratio, num. 3. atque ita, vti pupillaris omnino tacita matrem excluderet, n. 4.

3 Idem, si fuisset dictum, & si quis eorum hæres erit, & in pupillari ætate decesserit, inuicem eos substituo, num. 2.

3 Pupillaris omnino tacita non excludit matrem, numero 4.

4 Bart. defenditur à contrarietate sui ipsius, contra Lancel. Polit. in eius tractat. substit. n. 5.

5 Pupillaris, compræhensa sub mere breuiloqua excludit matrem, n. 6. exemplum, n. 7.

QVÆSTIO LXIX.

SI instituo † duos impuberes, & dico, si
quis eorum non erit hæres, eos inuicem
substituo, vtrum sub ista breuiloqua,
contineatur pupillaris, expressa verbis
generalibus, secundum naturam breuiloquæ? Re-
spon. quod non, *Bar. in d. l. Lucius, n. 19. ff. de vulg.* *
& pupill. substit. quem Doctores communiter * se-
qui, testantur ibi *Ias. num. 28. & Alexan. num. 13. &*
18. in fin. Alber. in rub. ff. de vulg. & pup. subst. in ma-
teria reciproca, quæstio. 25. Gul. de Cun. in d. l. Lucius,
Imol. in cap. Raynutius, in materia reciproca, extra de
testam. Alexan. in d. l. in testamento, col. 9. C. de milit.
testam. & in l. precibus, col. 14. C. de impuber. & aliis
substitut. Crass. in § substitutio, quæst. 56. sub num. 4. v-
bi testatur communem * opinionē, *Rip. in d. l. Lu-* *
cius, n. 40. & Coras. in l. 1. n. 34. ff. de vul. & pup. subst.
Sforz. Odd. in prælud. comp. par. 6. quæst. 5. num. 5. ver.
limitatur: vbi testatur communem * opinionem; *
subiicitque, idem esse, si dictum fuerit, & si † quis 2
eorum hæres erit, & in pupillari ætate decesserit,
inuicem eos substituo; quia tunc pupillares erunt
expressæ in specie, & cæteræ omnino tacitæ, *Meno.*
lib. 4. præsum. par. 2. præsu. 60. n. 47. vbi testatur hāc
esse communem * opinionem, *Rom. Iun. in d. l. pre-* *
cibus, n. 617. Gul. de Bened. & Berous in c. Raynutius,
extra de testamen. ille, par. 2. in ver. si absque liberis, el
2. tit. de pupill. subst. num. 102. iste, num. 418. Bald. in
tract. subst. in materia reciproca, num. 18. Bart. de Hu-
cio in tractat. eiusdem tit. in materia reciproca, sub nu-
mero 12. Alex. Trentacinq. in tractat. eiusdem tit. par.
5. c. 9. n. 1. vbi testatur hanc esse communem, * & re- *
ceptam sententiā: Quia dicta † substitutio fuit col- 3
lata in casum expressum, si hæres nō erit, vnde sub
ista expressa vulgari, continetur tacita pupillaris, *l.*
iam hoc iure, ff. de vul. & pup. substit. & tunc vti † o- 4
mnino pupillaris tacita, nō excluderet matrē, *Bart.*
in d. l. Lucius, num. 19. & in l. 2. num. 42 ff. de vulg. &
pup. subst. Bald. in tracta. substit. in materia reciproca,
sub num. 10. Ias. in d. l. Lucius, sub n. 27. vbi † defendit 5
Bart. (quasi sibi contrarium, cum in *d. l. 2.* scriptum
reliquerit, matrem excludi per tacitam pupillarē,
quando fuisset substitutus frater pupilli, secundum
Lancel. Polit. in tract. substit. in materia reciproca, sub
num. 5.) quem refert *Menoch d. præsump. 60. n. 50.*
secus † esset in pupillari, compræhensa sub merè 6
breuiloqua, minime concepta in casum specialem
vulgaris, sed simpliciter, puta † eosque inuicē sub- 7
stituo; quia tunc matrem excluderet, *Bar. in d. l. Lu-*
cius, n. 19. Menoch d. præsum. 60. sub num. 50. Zas. in
tractat. subst. in materia reciproca, sub n. 13. Quicquid
dixerit *Dec. in l. in testamento, num. 18. C. de testam.*
milit. & in l. precibus, numero 20. C. de impub. & aliis
substit. Lancel. Polit. in tractat. substit. in materia re-
ciproca, sub n. 5.

ARGVMENTVM.

Vtrum Reciproca, facta per hæc verba, *Vos inuicem substituo*, contineat fideicommissariam?

SVMMARIVM.

1 Reciproca facta per hæc verba, Vos inuicem substituo, non continet fideicommissariam, num. 1. rationes, n. 2. 3. & 4. ampliatur, num. 5. & 6. limitatur, n. 7. 8. 11. 32. 33. 35. & 37.

2 *Ver-*

2 *Verbum, ſubſtituo, in reciproca adiectum, trahitur ad directas, non autem ad fideicommiſſarias ſubſtitutiones, n.3.*

3 *Subſtitutio, quæ ab initio valuit iure vulgaris, ex poſt facto, non poteſt obliquari, n.4.*

4 *Reciproca concepta, vos inuicem ſubſtituo, non comprahendit fideicommiſſariam, etiam ſi ſubſtituti fuiſſent grauati, alteri reſtituere, num. 7. ac etiam, ſi fuiſſet facta perſonis paribus, numero 6.*

5 *Reciproca formata his verbis, vos inuicem ſubſtituo, comprahendit fideicommiſſariam, ſi ex verbis præcedentibus, vel ſequentibus teſtatoris, id colligi poſſet, n.7.*

6 *Reciproca facta in codicillis, per verba, vos inuicem ſubſtituo, comprahendit fideicommiſſariam; nume. 8. niſi aliud ex mente teſtatoris appareret, num.10.*

7 *Didaci Conarr. & aliorum opinio refutatur, numero 9.*

8 *Reciproca, ſimpliciter concepta, continet fideicommiſſariam, quando in teſtamento adiecta fuiſſet clauſula codicillaris, num 13. media, numero 12. & 14. diſſoluuntur ſecundum aliquos, num. 13. & 15. contra, vt dicta clauſula non operetur prædictum effectum, num. 16 fundamenta, num. 17. 24. 28. legitimè annihilantur, num. 20. 26. & 29. Alii diſtinguunt, num 30. Alii aliter, numero 31.*

9 L. Scæuola, ff. ad Trebell. *declaratur, n.12.*

10 L. ſi frater tuus, ff. de fideicommiſſ. *caſus, n.14.*

11 *Clauſula codicillaris ſolet ſcribi in teſtamento, ex ſtilo, & conſuetudine notariorum, non autem ex voluntate teſtatoris, num. 17. contra, num. 20. declara, n.21 & 22. aliorum diſtinctio, n.23.*

12 *Notarius omittens in inſtrumento apponere clauſulas conſuetas, poſſit puniri de falſo, numero 18.*

13 *Fideicommiſſum, requirit ſaltem teſtatoris voluntatem præſumptam, n. 9.*

14 *Diſpoſitio teſtatoris non poteſt valere, vt teſtamentum, & vt codicilli, numero 24. declara, numero 26.*

15 *Clauſula accesſoria, non extendunt principalem diſpoſitionem, n.25.*

16 L. eum qui ædes, ff. de vſucap. *regula, non procedit ob temporis varietatem, n.27.*

17 *Reciproca continet fideicommiſſariam, dicente teſtatore, quos inuicem ſubſtituo vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, n32.*

18 *Reciproca, coniuncta cum compendioſa continet fideicommiſſariam, num 33. exemplum, num. 34. & 36.*

19 *Verbum,* quandocunq;, *habet tractum temporis, & congruit compendioſæ, n.35.*

20 *Reciproca continet fideicommiſſariam, quando ex legitimis coniecturis apparet, teſtatorem voluiſſe ſubſtituere per fideicommiſſum, numero 37.*

QVÆSTIO LXX.



1 VTrum † ſubſtitutio reciproca, facta per hæc verba; vos inuicē ſubſtituo, cōtineat fideicommiſſariā, Reſp. quod non, *Bartol. in d. l. Lucius, numero 20. ff de vulgar. & pupil. lar. ſubſtitut.* vbi Alexan. & Iaſ. teſtantur commu-
* nem * opinionem, idem *Alexan. in l. iam hoc iure, num 4. & in l. qui plures, n.2 ff. de vulg. & pup. ſubſt. Rip. Alcia. & Zaſ. in d. l. Lucius, ille, num. 41. iſte, num.*
47. vbi teſtatur hanc eſſe receptiſſimam * opinio *
nem; *hic, n. 18. Menoch. lib. 4. præſ. par 2 præſ 60. n. 67.* vbi teſtatur communem * opinionem, *Iaſ.* *
conſ. 134. col. pen. lib. 1. Soc. Sen. conſ. 6. numero 2. lib. 3. Dec. l. in teſtamento, la. 1. num. 3. C. de teſtamen. milit. & conſil. 205 numero 6. & conſil. 291. numero 3. Curt. Iun. in l. 2. num. 6 C. de impub. & aliis ſubſtit. Pariſ. conſil. 82. num. 4. lib. 2. Cagnol. in l. precibus, num. 42. C. de impub. & aliis ſubſt. Soc. Iun. in l. centurio, n 26. ff. eod. vbi dicit magis communem * opinionem, *
Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 4. n. 5. vbi etiam
dicit magis communem * opinionem, *Craſſ. in § *
ſubſtitutio, q. 54. n. 2.* vbi teſtatur hanc eſſe commu-
nem * opinionem, *Capra tit. de reciproca, n. 31. Sfor. *
Od. in præl comp. par. 6 q. 5. n. 2. verſ. de fideicommiſſaria,* vbi teſtatur communem * opinionem, *Bald in *
tract. ſubſt. in materia reciproca, n. 18 Bart. de Hacio in tract. eiuſdem tit. c. 4. ſub n. 13.*

Et bene † probat hanc concluſionem, *l. iam hoc 2*
iure, verſ. in vulgarem tantummodo caſum, *ff. de vulg. & pup ſubſt. l. 2. in tex. ibi, in vnum eaſum dumtaxat, C. eod.* Item, corroborat illud † verbū *ſubſti- 3*
tuo, in reciproca adiectum, quod ſui natura ad directas tantum ſubſtitutiones refertur, non autem ad fideicommiſſarias, cum ſit temporis præſentis, nec tractum ſucceſſiuum contineat, vt præſupponit fideicommiſſaria, *Menoch. lib. 4. præſ. par. 2. præſum.*
60. num. 68. Itemq; confirmat, quia eum † dicta ſub- 4
ſtitutio ab initio valeat iure directæ vulgaris, ex poſt facto non poterit obliquari, *l. verbis ciuilibus, ff. de vul. & pup. ſubſt.*

Amplia primo procedere, quando inuicem mo-
do prædicto ſubſtituri † grauati fuerit alteri reſti- 5
tuere; quia etiam tunc inter ſe non dicentur ſubſtituti per fideicommiſſum, ad excluſionem ſubſtituri, poſt eorum mortem, *Menoch. d. præſ. 60 n. 69. Rip. in d. l. Lucius, num. 43. ff. de vulg. & pup. ſubſt. Paul. de Caſtro conſil. 14. col. 2. verſ. reſtat reſpondere, vol 1. Conarr. in cap. Raynutius, § 7. ſub numero 3. extra de teſtam. quem refert Craſſ. in § ſubſtitutio, q. 54. ſub n. 4.*

Amplia ſecundo procedere, etiam † quod fue- 6
rit facta perſonis paribus, *Craſſ.* (poſt Bart. Alex. & Sebaſt. Sap.) *in § ſubſtitutio, q. 54. n. 3.* vbi teſtatur
communem * opinionem. *

Limita primò locum non habere, quando ex † 7 //
aliquibus verbis præcedentibus, & ſequentibus apparere poteſt de contraria mēte teſtatoris, quod etiam compræhendere voluerit fideicommiſſariam, *Menoch. d. præſ. 60. num. 70. Franc. Mantica d. tit. 4. n. 7. verſ. tertio, Rip. Alcia. & Zaſ. in d. l. Lucius, 15. ille, n. 43 hic, num. 14. Capra conſ. 7. col. vlt. Paul. de Caſt. & Fulgoſ. in l. ſi pater tuus, per illum tex. C. de fideicommiſſ.*

Limita ſecundo non procedere, quando † reci- 8
proca facta fuiſſet in codicillis, quia tunc contineret fideicommiſſariam, *Menoch. d. præſ 60. numero 71. Rip. & Alciat. in d. l. Lucius, ille, num. 43. verſic. tertio limita, iſte, num. 47. verſ. cæterum, Oldra. conſil. 33. Bald. conſ. 92. lib. 5. Aret. conſil. 37. num. 8. Caccialup. Curt. Iun. & Cagno. in d. l. precibus, ille, num. 50. iſte, num. 56 hic, num. 206. Iaſ. in l. verbis ciuilibus, n. 16. ff. de vul. & pup. ſubſt. Guid. Pap. q. 173. Durans in tractat. de arte teſtandi, titu. de ſubſt. Caute. 12. Boer. in*

quæst.38.num.3. Cephal.conf.420.nume.40. Aquil. in d.l.centurio,par.4.num.60. Paul. Leon. in tractat.
subst.tit.de reciproca,num.33.& 34. vbi testatur id o-
* mnes * Doctores tenere, Franc. Mantica d. tit.4.n.
8. Barte.in d.l. Lucius, n. 20. Crass.in § substitutio, q.
54.num.5. vbi testatur hanc esse magis communem
* * opinionem, Vasq. de success.progress. § 19. numero
16. testatur hanc opinionem esse veriorem, & rece-
* ptiorem * Constan. Roger. in tractat. subst. in materia
reciproca, quæst. 4. num. 66. Bald. in tractat. eiusdem
titul. in materia reciproca, sub num. 18. Quicquid di-
xerint Aret. in d.l. verbis ciuilibus, col.1. Ioan. Faber in
§ qua ratione, num. 26. Instit. de pup subst. Angel. cons.
9 159. num. 5. Couarr. † in cap. Raynutius, § 7. numero
3. circa med. extra de testam.

Sublimita non procedere, quando reuera con-
10 staret, † testatorem voluisse substitutionem in co-
dicillis factam, valere iure directo; quia tunc nul-
lo modo obliquaretur, Menoch. d. præsum. 60. num.
75. Angel. & Alex. in d.l. verbis ciuilibus, ille, n. 1. hic,
n. 8. Sebast. Sapia in d.l. precibus, n 7.

11 Limita tertiò locum non habere, quando in †
testamēto adiecta fuisset clausula codicillaris; quia
tunc illa reciproca simpliciter concepta, contine-
ret fideicōmissariam, Fulgos. Paul. de Cast. & Corn.
in l. si frater, C. de fideicommiss. Soc. Sen. consil. 6. colu.
2. & 3. lib. 3. Galuan. in l. centurio, num. 65. ff. de vulg.
& pup. substit. Bald. & Angel. in l. verbis ciuilibus, ff.
eod. vbi etiam Imol. Alex. & Ias. Fulgos. cons. 43. A-
lex. cons. 51. & cons. 201. n. 18. lib. 6. Matthesil. not. 140.
Corn. consil. 44. n. 6. libr. 6. Rimin. Sen. cons. 336. num.
48 libr. 3. Dec. consil. 431. in fin. Curt. Iun. consil. 48.
num. 6. & cons. 139. num. 23. & in l. precibus, n. 54. &
55. C. de impub. & aliis subst. Soc. Iun. cons. 166. versic.
sed in contrarium, & consil. 180. nu. 32. libro 2. Paris.
cons. 31. num. 53. & cons. 93. num. 11. lib. 2. Grat. cons. 8.
num. 10. lib 2. Nenizz. cons. 53. n. 11. Crauett. consil. 22.
num. 8. & cons. 305. n. 4. Guid. Pap quæst. 513. Durans
in tractat. de arte testandi, tit. 5. caute. 9. Rube. in l Gal-
lus § quidem rectè, n. 18. ff. de lib. & posth. Const. Rog.
in tract. subst. tit. de compendiosa, quæst. 4. num. 45. Ri-
min. Iun. in d.l. precibus, num. 422. Ioan. Bolognett. in
d.l. centurio, num. 165. Cephal. cons. 420. num. 2. & 3.
vol. 2. Gul. Bened. in cap. Raynutius. par. 2. verb. si abs-
que liberis, el 2 n. 33. & 34. extra de testamen. vbi idem
dixit, si testator vsus fuisset verbis æquipollentibus
clausulæ prædictæ, Crass. in § codicillis, in prin. n. 20.
* vbi testatur communem * opinionem, & in § substi-
tutio, q. 54. n. 6. vbi etiam dicit hanc esse receptissi-
* mam * sententiam, Alciat. cons. 44. n. 2. lib. 9. quem
refert Franc. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 4. n. 9.
ver. sed contrariam, vbi dixit hanc esse receptissimā
* * opinionem, Sf. Od. in pralu. comp. par 6 q. 5. n. 2. v.
* limitatur secundo, vbi etiā dixit comm. * opinionē.

Mouemur primò per tex. l. Scæuola, ff. ad Trebell.
12 vbi † substitutio facta in codicillis, verbis directis,
obliquatur, eum aliter valere non posset.

13 Sed respondēt contrarii, id † contigisse ex be-
nignitate quadam considerata persona filii impu-
beris, cuius nomine pater testabatur; ergò in cōtra-
rium videtur ius commune, cessante illo fauore fi-
lii, qui eam benignitatem operatur.

14 Secundò per † tex. l. si frater tuus, C. de fideicomm.
vbi substitutio verbis directis facta obliquatur,
quādo aliquibus verbis constaret de voluntate te-
statoris substituentis, sed de mente testatoris satis
præsumitur per dictam clausulā codicillarem, qua
testator voluit suam dispositionē valere secundum
naturam codicillorum, quæ est, vt sit fideicom-
missaria, ergo erit talis.

Sed respondent contrarii, quod per † clausulam 15
codicillarem non constat de tali mente testatoris,
tanquam verbis declarata, cū ea apponatur, vt su-
stineretur testamentum in vim codicillorum, si cō-
tigerit defectu solennitatum corruere.

Contrariam sententiam, quod † clausula codi- 16
cillaris non operatur, vt directa substitutio nō tra-
hatur ad fideicommissariam, tenuit Dec. in l. preci-
bus, n. 18. ver. & prædicta conclusio, C. de imp. & aliis
subst. Soc. Iun. cons. 138. n. 8 lib. 2.

Mouentur primo, quia per † clausulam codicil- 17
larem non demonstratur voluntas testatoris, cum
soleat scribi in testamento ex stilo, & consuetudi-
ne notariorum, & non ex voluntate ipsius testato-
ris, Bar. in l. 3. col. 6. in fin. ff. de iure codicill. Barbat. cōs.
42. col. 8. vol. 1. & cons. 48. col. 7. & cons. 58. col. 7. vol.
1. & consil. 16. col. 1. vol. 2. & cons. 34. col. 15. & cons. 43.
col. 7. & cons. 60. col. 1. vol. eod. & consil. 9. col. fin. vol. 4.
Calcan. consil. 27. col. antepenult. Curt. Iun. consil. 101. *
col. fin. vbi testatur communem * opinionem, Soc.
cons. 93. col. 6. vol. 4. Aret. cons. vlt. col. fi. Io. Ant. A-
lex. cons. 112. in fi. Bertran. cons. 10. vol. 1. & cōs. 106. col.
fi. vol. 1. Paris. cōs. 19. col. 3. vol. 3. & consil. 73. col. fi. vol.
1. Soc. Iun. cons. 110 col. 3. vol. 2. Ruin. cons. 98 col. fin.
vol. 1. Tiraq. in tractat. de constit. limit. 31. sub num. 12.
In tantum, quod † omittens notarius apponere in 18
instrumento clausulas consuetas, posset puniri de
falso, Ant. Gab. lib. 6. concl. tit. de consuet. concl. 3. nu. 7. *
vbi testatur communem * opinionem, Bar. Bal &
Salic. in l. iubemus, C. de test. vbi Alex & Ias. limitant
non habere locum in casu d. l. iubemus, Bart. in l. ex
ea parte, ff. de ver. obl. Bal. & Ias. in l. si post, C. de iur. &
fact. igno. Felin. in cap. ex literis, col. 2. extra de fide in-
strum. Grat. cons. 16. num. 45. vol. 1. Ruin. cons. 245. n.
13. vol. 5. ergo cessante præsumpta testatoris mente
non potest dici inductum fideicommissum, quod
† saltem requirit testatoris voluntatem præsum- 19
ptam, l. cum proponebatur, ff. de leg. 3.

Sed respondent contrarii, quod imo † clausula 20
codicillaris scribitur in testamēto ex voluntate te-
statoris, Ant Gabr. lib. 6. concl. titul. de consuet. concl.
4. n. 1. 2 & 5. in fin. vbi testatur hanc esse magis com-
munem * opinionem, Imol. in l. filio præterito, col. 8. *
ff. de inoff. rup. & irr. testament. Barbat. in cap. quod
translationem, col. 6. extra de off. lega. Alex. cons. 2. col.
6. ver. & licet, vol. 5. Dec. in l. semper in stipulationib.
col. 2. ff. de reg. iuris, Alexan. cons. 53 col. 2. vol. 7. Bar-
bat. cons. 6. col. fin. vol. 3. & cons. 14. col. pen. vol. eod. &
in cap Raynutius, fol. 17. extra de testam. Dec. in capit.
cum M. col. 2. extra de constit. Corn. cons. 158. col. fin.
vol. 2. Alexan. cons. 102. col. 4. vol. 3. Dec. cons. 490. col.
penult. Corn. cons. 150. col. 2. vol. 3. & consil. 225. col. fin.
eod. vol. & cons. 195 col. fin. vol. 1. Grat. consil. 112. col.
penult. vol. 2. vbi testatur hāc opinionem esse com-
munem * Ruin. cons. 15. col fin. vol. 2 Alexan. cons. 50. *
col 5. vol. 6. & cons. 142. col. 4 vol. 2. Curt. Sen. cons. 50.
col. 58. ver. dum autem vltimo loco, Corn. cōs. 194. col.
fin. vol 3. Curt. Iun. in Auth. ex causa, num. 74. C. de li-
ber. præter. Menoch. cons. 37. n. 130. & 143. vol. 1.

Declarantes procedere, dummodo illa † clau- 21
sula fuerit lecta coram testatore, quia tunc ipse te-
stator non cōtradicendo, videtur eam approbare,
Aret.

Aret.consil.fin. Corn. consil.150.col. 2.vol. 3. & consil.
215.col.fin. vol. 3. Alexa. consil.142.col. 3.vol.2. Ant.
Gabr.lib. 6 concl.tit.de consuet.concl.4.num.6. Quin-
22 imo testatori † imperito esset necesse dicta clausu-
la legi, & declarari, *Imol. in l.Lucius, col.pen.ff. de*
vulg. & pup. subst. Socin. cons.93.col.4.Ant.Gabr.d.
concl.4 num.7.

Legi tamen *Galiaul.in l.1.in prin.col. 2. vers.Item*
23 *contra facit,ff.de verb. obl* sic distinguentem, aut †
clausula prædicta, vel aliæ appositæ per notarium
contineant aliquid, contra verisimilem mentem
contrahentium, & tunc censentur appositæ ex sti-
lo, & consuetudine notatiorum, non autem de vo-
luntate testatoris, vel partium; aliàs secus.

24 Secundò, quia † dispositio testatoris non potest
valere, vt testamentum, & vt codicilli, sed solum,
vt testamentum, vel vt codicilli, *l.vlt.§ illud, C.de*
codicill. Ioan. Bologuet. in l.centurio, num. 265.ff.de
vulg.& pup.subst. si valebit, vt testamentum, nihil
operabitur clausula codicillaris; quia testamentum
& dispositiones in eo comprehensę suam naturam
retinebũt sine aliqua alteratione, &, per consequẽs
substitutio directa non obliquabitur, si valebit iure
codicillorum, neq; operabitur illa clausula codicil-
25 laris, vt directæ substitutiones obliquentur, cum †
clausulæ accessoriæ non extendant principalem
dispositionem. *Clem.1.de præbend. Soc. Sen.consil.3.*
Surd.in tract.de alim.tit.2.q 1.n.18.

26 Sed respondent contrarii, quia † licèt vno tem-
pore valeat testatoris dispositio vt testamentum,
tamen alio tempore poterit valere, vt codicili, cum
temporis mutatio dispositionem ipsam mutare
soleat, *l.3.§ fideicommissariam,ff.de hered.inst.* Inde
27 inferunt, regulam *l.eum qui ædes ff.de vsucap.* non †
procedere ob temporis varietatem, *Soc.de regul.&*
fallen.regul.penult falle.2.l.pater Seuerinam,§ condi-
tionum,ff de cond.& demonst.

28 Tertiò, quia licèt præsumant ex † clausula codi-
cillari testatorem voluisse apponere eam, etiam re-
spectu substitutionum, tamen cessat dicta præsum-
ptio, quicquid per dictam clausulam protestatus
fuerit, dum expresse institutionem fecerit, quasi
voluerit magis testari, quam codicillari, *l.non codi-*
cillum, C.de codicill.

29 Sed respondent contrarii, testatorem † voluisse
testari, & substitutiones valere iure directo, vti fa-
ctæ in testamẽto; sed quatenus vti directæ in testa-
mento non valerẽt, voluit valere iure fideicõmissi,
vt in codicill. quos in subsidium disponere maluit.

30 Alii conciliando opiniones distinguunt, aut †
testator vsus fuerit clausula codicillari in ampla
forma; puta quando dixisset, si testamentum, ac o-
mnia, & singula in eo contenta non valeant iure
testamenti, valeant iure codicillorum, & tunc pro-
cederet prima sententia; aut testator vsus fuerit
clausula codicillari in simplici forma absque illis
verbis, ac omnia, & singula, & tunc locum vendi-
caret secunda opinio, inter quos fuit *Rip.in d.l. Lu-*
cius,n.44.vers.considera.

31 Et alii aliter concordarunt, aut clausula codicil-
laris concepta fuerit per verba præsentis tempo-
ris, & tunc substitutio directa non potest valere
vti fideicommissaria, & procedet secunda senten-
tia: aut fuerit concepta per verba futuri temporis
habentia tractum successiuum, vt puta, si dixisset
testator, si non valet vel valebit iure testamenti, &
C. & tunc continebit etiam fideicommissariam.
&, per consequens locum haberet prima opinio,
inter quos fuit *Menoch. libr. 4. præsump par. 2.præs.*
60.num.83.in fin. Rip.in l.Lucius,num.45.& in l cen-
turio, num.85.ff.de vulg.& pup.subst. Caccialup in l.
precibus, num. 53. C.eod. Neuizz.cons.53 n.11 Rube.
consil.129.num.2. Soc.Iun.cons.166 in fin. vol.2. Curt.
Iun.Sapia,& Cagn.in d.l.precibus, ille,n.54.iste,n.63.
hic,num.198.

Limita quartò non habere locum, quando † te- 32
stator reciprocè substituendo, dixisset, quos inui-
cem substituo vulgariter, pupillariter, & per fidei-
commissum; quia tunc reciproca continebit fidei-
commissariam, *Rip.in d l.Lucius, n.46. Menoch.d.*
præsum.60.n.84.Imo.in d l.Lucius,num.12. vbi etiam
Alex.num.19. Franc. Mantica lib.7. de coniect titul.
4.num.7.Dec.cons.86.num.1.Constan Roger.in tract.
subst.in materia reciproca.q.4.n.70.

Limita quintò non habere locum, quando † re- 33
ciproca fuisset coniuncta cum compẽdiosa; veluti, 34
si † testator dixisset, quandocunque alter vestrum
decesserit, vos inuicem substituo; quia tunc pro- 35
pter † verbum *quandocunq;*, quod habet tractum
temporis, & congruit substitutioni compendiosæ,
intelligitur facta post aditam hæreditatem fidei-
commissaria, *Franc. Mantica de coniect. vlt. vol.lib.*
7.tit.4.num.6. vbi testatur communem * opinio-
nem, *Bartol.in d.l.Lucius,num.5.& 20.in fin. Angel.*
cons.151.n.1.circa fin. & cons.307.n.3.in fin. Alex.in
l.2.n.2. C.de impub. & aliis subst. Corn. in l.in testa-
mento,n.3.vers.sed dubitari potest,& n.4. C.de testam.
milit. Dec.cons.378.num.3.& in d.l.in testamento, n.
3.in fin. Paris.cõs.41.n.35.vol.2.Ias.& Rip.in d.l.Lu-
cius, ille,num.30.in fin.iste,num.46 vbi id testatur ab
omnibus * receptum, *Menoch.lib.4 præsum.par.2.*
præsum.60.num.85.Zas.in d.l.Lucius,num.18.in fin.
Crass.in § substitutio q.54. circa finem, vbi dicit hanc
esse communem * opinionem, *Const.Roger.in tra-*
ctat.subst.in materia reciproca,q.4.sub n.67.Bald.in
tractat.eiusdem titul.in materia reciproca,sub n.18.

Idem esset, si * testator † non fuerit vsus verbo 36
quandocunq;, sed simpliciter dixerit, si quis eorum
decesserit sine liberis, eos inuicem substituo; quia
tunc, cum illa conditio habeat tractum futuri tem-
poris, eaque reciproca intelligatur coniuncta cum
compendiosa, complectitur etiam fideicommis-
sariam, *Auall.consil.25.num 10.vol.1.Franc.Manti-*
ca d.titul.4.num.6.circa fin.Imol.in d.l.Lucius, num.
12.vers.aut apposita est conditio, Bened. Capra consil.
7.n.19.Sforz. Odd.in prælud.comp.par.6.quæst.5.n.
2.vers.limitatur autem primo, vbi testatur commu-
nem * opinionem, *Constant.Roger.in d.quæst.4.sub*
num.67.

Limita sextò, generaliter fideicommissariam
contineri sub reciproca, cum ex † aliis legitimis 37
coniecturis concipi posset, testatorem voluisse per
fideicommissum, etiam substituere, *Franc. Manti-*
ca d.tit.4.n.10. Rip.in d.l.Lucius,n.42.

ARGVMENTVM.

Si habens duos filios de prima vxore, & du-
os ex secunda, eosque instituat, & inui-
cem substituat, vnus autem eorum re-
pudiat, vel decedat, vtrum admittatur
ille solus qui est vtrinque coniunctus?

volu.2. GoZZad.conſ.53.nu.15. Alex. Trentacinq.in tract.ſubſt.par.5.cap.9.n.5.& 6. ver.ex prædictis, vbi
* teſtatur communem * opinionem.
16 Mouentur, quia, cum † in pupillari tractatur de
hæreditate ſoliuspupilli, frater, qui eſt ſibi coniunctus vtrinque, ab inteſtato excloderet alios, *Auth. defunctis, C. ad Tertull.* vnde pater generaliter ſubſtituendo, videtur veriſimiliter prætuliſſe coniun-
17 ctos, ex vtroqoe latere, cum † voluntas teſtatoris,
in dubio preſumatur conformari iuris communis, vel ſtatuti diſpoſitioni, *Bar. in l. heredes mei, § cū ita, ff. ad Trebell. & in l. ſi iuriſiurandi, § ſi liberi, ff. de oper. libert. Surd. in tract. de alim. tit.3. quaeſt.10. num.23. &*
* *tit.7. quaeſt.23. num.12.* vbi dicit ita omnes * tenere
& deciſ.119 n.12.
18 Contrariam ſententiam, vt etiam in † pupillari,
omnes fratres æqualiter admittantur, tenuit *Aret. in d. l. Lucius, ff. de vul. & pup. ſubſt. Rip. in d. l. re coniuncti, n.216. Rube. Alex. conſ.30 n.4 vol.2. Bal. conſ. 424. n.1. vol.5. Craſſ. in § ſubſtitutio, quaeſt.57. in fin.* v-
* bi eam dicit communem*.
Mori primò, per *l. qui liberis, § hac verba, ver. fin.*
19 *ff. de vulg. & pup. ſubſt.* vbi etiam in † ſubſtitutione
pupillari, ſubſtituti intelliguntur vocati in eiſdem partibus in quibus erāt vocati ad hæreditatem paternam, & ſic eo modo videntur dilecti in ſubſtitutione pupillari, quo erant in ſuccedendo patri.
Sed reſpondent cōtrarii, primò, in illo *§ hac ver-*
20 *ba, in fi.* teſtatorem † expreſsè ſubſtituiſſe pupillo,
illos heredes, quos ſibi inſtituerat; ideo intelliguntur ſubſtituti popillo, pro illis partibus, qoib. erant ſubſtituti à teſtatore; ſed nos loquimor in ſubſtitutione breuiloqoa, quæ fit verbis magis generalib᷒.
Secnodò, quia *d. § hac verba, ver. fin.* loquitor,
21 quando non † eſt diuerſa ratio; quare aliter vocentur in ſubſtitutione pupillari, quam paterna, ſed in noſtra facti ſpecie eſt diuerſa ratio; quia reſpectu fratris, ſunt omoes æqualiter; frater, reſpectu aotem pupilli, aliqoi ſuot vtrinq; cōiuncti, aliqui non.
Secundò, qoia per vnam breuiloquam inuitatur ad vtramq; ſubſtitutionem, vulgarem ſcilicet, & pupillarē, & per vulgares omnes æqualiter admit-
22 tuntur, ergò, & per pupillarem, vt † vna determinatio æqualiter determinet, *l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pup. ſubſt.*
23 Et multo magis procederet hæc conclusio, ſi †
vnus tantum fuerit frater vtrinq; conionctus, & pater ſubſtituerit ſuperſtites, vel ſubſtituerit expreſsè vulgariter, pupillariter, & per fideicōmiſſum, *Craſ. in § ſubſtitutio, q.57. in fin. Grat. conſ.18. nu.19. vol.2.*

ARGVMENTVM.

Si duo fuerint inſtituti, & inuicem ſubſtituti, vtrum vno repudianre, alter poſſit accipere iure accreſcendi, & omittere ius ſubſtitutionis?

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutionis ius, vtrum poſſet omitti, & accipi ius accreſcendi, duobus inſtitutis, & inuicem ſubſtitutis, altero eorum repudiante, diſtinctio notabilis, n.1.2.& 3.*

QVÆSTIO LXXII.

1 SI duo † fuerint inſtituti, & inuicem ſubſtituti, vtrum vno repudiante, alter poſſit accipere iure accreſcendi, & omittere ius ſubſtitutionis? Reſp. cum *Bart. in l. ſi ius ex parte, circa fin. ver. ſed contra, ff. de acqui. har.*
quod, aut quis † incœperit ab adiōone partis, & co- 2
gitur habere aliam partē eo iure, quo ſibi delata eſt
in teſtamēto, etiam inuitus; aot incœperit à † repu- 3
diatione, & tunc poſtea adeūdo partem, poterit illam habere iure accreſcendi, quam refert *(cōſt. Roger. in tract. ſubſt. in mater. reciproca, q.4. n.71.& 72. per l. ſi quis hæres, in prin. ff. de acqui. har. Bart. in l. nec hu hæres, n.4. ff. eo. quē refert Bal. in tract. ſubſt. in materia reciproca, n.20.*

ARGVMENTVM.

Quando Reciproca directa præſumatur facta inter plures, quibus morientibus inducta cenſeantur vulgaris, & pupillaris?

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutus in tota hæreditate, vltimo decedenti ex pluribus inſtitutis, videtur etiam ſubſtitutus alüs cohæredibus ex iure accreſcendi, n.1.*

2 *Ius accreſcendi, videtur quædam tacita ſubſtitutio, num.2.*

3 *Reciproca pupillaris facta præſumitur, inter illos tres impuberes inſtitutos, ſi teſtator ſubſtituerit vltimo morienti ex pupillis, in tota hæreditate, extante matre, non excluſa à ſtatuto, vel alia diſpoſitione, num.3. exemplum, numera 4. ratio, num.5 contra, & male, num.6. fundamentum, n.7. diſſoluitur, num.8. ampliatur, n.9.10.11.& 12. limitatur, n.13.*

4 *Subſtitutiones directa, non inducuntur coniecturis, & præſumptionibus, num.7. contra, & receptius, n.8.*

5 *Reciproca non cenſetur inducta inter ipſos impuberes inſtitutos, ſed reſeruata ſuperſtitibus ſucceſſio ab inteſtato, quando teſtator ſubſtituerit vltimo morienti in tota hæreditate, matre non extante, vel extante, ſed excluſa à ſtatuto, n.14.*

6 *Teſtatore, pluribus pupillis ſimpliciter ſubſtituente, non in tota hæreditate, non cenſetur inter illos impuberes facta pupillaris reciproca, ſed vno eorum, ea in ætate decedente, ſuperſtitibus reſeruata eſſet legitima ſucceſſio, n.15. illationes, n.16.& 17.*

7 *Pupillaris non cenſetur inducta, teſtatore pluribus pupillis ſubſtituente in tota hæreditate, ſed non vltimo decedenti, vel ſubſtituente vltimo morienti, ſed non in tota hæreditate, n 18.*

QVÆSTIO LXXIII.

QVando Reciproca ſubſtitutio directa præſumator facta intet plures, quibus morientibus, Inducta cenſeatur vulgaris, vel pupillaris? Reſpon. circa vulgarem eſſe abſolutiſſimum, vt ſi pluribus inſtitutis, ſubſtituatur vltimo decedenti in tota hæreditate,
videatur etiam † ſubſtitutus aliis cohæredibus ex 1
iore accreſceodi, *Menoch. lib.4. præſumpt. part.2. præſump.61. in prin. per l. ſi ex pluribus, ff. de ſuis & legit. l. vlt (quando non pete. part. Rip. in l. hæredes mei, § cum ita, num.20. vbi Zanch. par.6. num.34 ff. ad Trebell. Alciat. in l. vel ſingulis, nu.3 ff. de vulg & pup. ſubſt. SforZ. Odd. in tracta. comp. par.5 fol.75. ver. ego puto, Rum. conſ.92. in fin. vol.2.* Ius † nanque accre- 2
ſcendi, videtur quædam tacita ſubſtitutio, *l. Titius, & Mænius, ff. de hæred. inſt. l. ſi Titio, § Iulianus, ff. de lega.2. Alex. Trentacinq. in tracta. ſubſt. par.1. c.4. n.9. fol.20. Craſſ. in § ius accreſcendi, quaeſtio.2. ver. tunc*

S

* est, vbi testatur communem * opinionem, *Alciat. lib. 4. Paradox c. 8. & r. asi. Suarez in add. ad Gomez. tom. 1. c. 3. n. 34.*

Circa verò pupillarem, distinguam quatuor casus; primus erit, quando † testator substituit vltimo ex pupillis morienti, in tota hæreditate, & extat mater, non exclusa statuto, vel alia dispositione, vt si ita dixit, Instituo † Caium, Mæuium, & Sempronium filios meos impuberes, & vltimo eorum decedenti in pupillari ætate, substituo in tota hæreditate Seium; tunc enim inter illos tres impuberes institutos præsumitur facta reciproca pupillaris, *Bar. Imol. & Aret. in l. vel singulis, ff. de vul. & pup. subst. Alex. & Hercul. in l. pater filium, ff. ad l. falc. Corn. cons. 186. nu. 3. lib. 2. & cons. 273. col. 3. lib. 4. Aret. in § vel singulis, col. 2. Inst. de pupill. substit. Ias. in l. pen. in fin. C. de impub. & aliis subst. Rip. in d. l. hæredes mei, § cum ita, n. 21 ff. ad Trebell.* vbi testatur communem * opinionem *Soc. Iun. cons. 80. n. 2. lib. 1. Sf. Odd. in tract. comp. par. 5 fol. 75. ver. hoc tamen limitari, Couarr. in c. Reynutius, § 1 n. 6 extra de testam. Zanch. in d. § cum ita, par. 6 n. 41. Menoch. d. præs. 61. n. 3. & 5.* vbi subiicit, multo magis procedere, quando alioquin verba testatoris intelligi, & verificari non possunt per *Bald. in l. 1. ff. de har. inst.*

Moueo, quia † testator apponendo dictionem *tota*, vult Seium substitutum debere consequi, non solum portionem vltimi decedentis, sed etiam aliorum; quas quidem aliorum portiones hic substitutus consequi non posset, nisi illæ peruenissent ad vltimum illum pupillum: peruenire autem ad pupillum vltimum non possent, nisi mediante reciproca; quia alioquin mater, pro sua portione, pro qua filiis succedit, iuxta *Auth. defuncto, C. ad Tertull.* impediret vltimum succedere.

Licet contrariam † sententiam tenuerint *Dyn. Od'rad. Bal. Alber. Ang. Fulg. Roma. & Paul. de Castro in l. vel singulis, ff. de vul. & pup. subst.*

Moti, quia † directæ substitutiones non inducuntur coniecturis, & præsumptionibus, *l. cum proponebatur, ff de leg. 2. l. sub conditione, C de testam. Bal. in l. vnica. § pro secunda, n. 8. C. de cadu. tollen.*

Sed resp. etiam † directas substitutiones coniecturis, & præsumptionibus induci, *Alciat. in d. l. vel singulis, n. 6. Menoch. d. præsum. 61. num. 5. Gabr. cons. 113. num. 67. vol. 2. A petra, in tractat. de fideicom. q. 9. n. 154. Menoch. cons. 303. n. 3. vol. 4. Vincen. decis. 397. n. 26. lib. 2.*

Ampliatur primò procedere, etiā quod † extaret alter frater pubes, qui pro parte esset successurus ipsi vltimo pupillo morienti, sicut mater, quia tunc etiā diceretur inducta reciproca pupillaris, *Menoch. d. præsu. 61. n. 6. Zanch. in d. § cum ita par. 6. nu. 38 ver. admitte etiam.*

Ampliatur secundo procedere, etiam quando † substitutio facta fuisset verbis indefinitis; puta, si testator dixisset Substituo in hæreditate, vel bonis, *Menoch. d. præsum. 61. n. 7. Couarr. in c. Reynutius, § 1 n. 6 extra de testam.*

Ampliatur tertio procedere, etiam in † pupillari comprehensa sub cōpendiosa, vt si testator dixisset, Instituo filios meos impuberes, & vltimo decedenti quandocunque, substituo Seium; quia tunc, etiam inter illos impuberes præsumitur facta reciproca pupillaris, *Menoch. d. præs. 61. n. 8. & 9.* vbi etiā subiicit, hanc † pupillarem factam vltimo morienti in tota hæreditate, substitutionem fideicommissariā inter institutos comprehendere, eo casu, quo primus moriens pubes decesserit, *Couarr. d. § 1 n. 6. versic. quid erga, & in fin. Aret. in l. potest, in fin. ff. de vul. & pup. subst. Zanch. in d. § cum ita, par. 6. num. 43.* Nisi † fuisset substituta ecclesia; quia tunc eius fauore non præsumitur inducta pupillaris, inter illos impuberes, ad exclusionem ecclesiæ, *Menoch. d. præs. 61. n. 15. Rum. cons. 125. in fin. vol. 5.*

Secundus casus erit, quando † testator substituerit vltimo morienti, & in tota hæreditate, & mater non extat, sed est exclusa à statuto, tunc inter illos impuberes institutos, non dicetur inducta reciproca substitutio pupillaris, sed reseruata est superstitib. successio ab intestato, *Menoch. d. præs. 61. n. 11. per l. vel singulis, ff. de vul. & pup. subst. § vel singulis, Instit. de pup. subst. Zanch. in d. § cum ita, par. 6. nu. 38. ver. quod ad primum, Paul. de Cast. cons. 192. col. 1. lib. 2. Aret. in l. po. est, circa fin. ff. de vul. & pup. subst. Rube. Alex. cons. 2. n. 15.*

Tertius casus erit, quando † testator pluribus pupillis simpliciter substituit, nec in tota hæreditate; veluti si dixerit. Instituo Caium, Seium, & Sempronium filios meos impuberes, & vltimo in pupillari ætate morientibus, substituo Mæuium; tunc enim illi impuberes non dicentur reciprocè substituti pupillariter, sed vno eorum, ea in ætate decedente, superstitibus reseruata est legitima successio, & per consequēs, ab intestato succedunt, *Menoch. d. præsum. 61. n. 12. per l. vel singulis. ff. de vul. & pup. subst. § vel singulis, Instit. de pup. subst.*

Infertur primo, quod † frater superstes excludit substitutum, non ex substitutione reciproca, sed ex sibi reseruata successione intestati, *Bart. in l. vel singulis, ff. de vulg. & pupill. subst. Dyn. & Alber. in l. qui duas ff. de reb. dub. Corn. in l. pen. col. 6. ver. item fallit, C. de impub. & aliis subst. Alex. & Hercul. in l. pater filium, ff. ad l falcid. Alex. cons. 91. num 9. l b. 1. Couarr. in cap. Reynutius, § 1. nu. 5. extra de testam. Zanch. in d. § cum ita, par. 6. n. 36.*

Infertur secundo, quia hoc casu mater succederet vnà cum † patre superstite, iuxta *Auth. defuncto, C. ad Tertull.* quæ non admitteretur si frater superstes succederet ex pupillari comprehensa sub reciproca, verbis generalibus, *Alexan. cons. 91. n. 9. lib. 1. Menoch. d. præs. n. 6 n. 14.*

Quartus casus erit quando † testator pluribus pupillis, substituit in tota hæreditate, sed non vltimo decedenti, vel e contra. quando substituit vltimo decedenti, vel non in tota hæreditate; quia tūc inter illos impuberes, non censetur inducta substitutio pupillaris, *Menoch. d. præs. 61. n. 14. Couarr. d. § 1 n. 5. Zanch. in d. § cum ita, par. 6. n. 37.*

ARGVMENTVM.

Quando Reciproca fideicommissaria inter plures vocatos facta præsumatur in omnibus bonis?

SVMMARIVM.

1 *Reciproca fideicommissaria tacite facta dicetur, quando testator pluribus hæredibus expressim vocatis, substituerit vltimo eorum morienti in tota hæreditate, vel in omnibus bonis, n. 1. exemplum, num. 2. ratio, num. 3. amplia, num. 4. 14. 26. & 27. limita, n. 28. 29. 30. 31. 32. & 33.*

2 *Reciproca fideicommissaria facta præsumitur, si testator*

stator substituerit vltimo instituto morienti in bonis, & hereditate indiffinite, n. 4. exemplum, num. 5. media, nu. 7. & 11. contra, & male, nu. 13.

3 *Indefinita, idem operatur, quod vniuersalis, numero 6 & 11.*

4 § Seia libertis, l. Titia Seio, ff. de leg. 2. *casus, n. 7. declaratur, n. 8. 9. 10.*

5 *Hereditas, est nomen iuris vniuersale, n. 9.*

6 *Fundus dicitur ille, qui constat ex omnibus suis partibus integralibus, non autem ex partibus discretis, seu quotitatiuis, n. 16.*

7 *Reciproca fideicommissaria facta dicetur, in omnibus bonis, ex coniecturata mente testatoris, etiam, si clarè id expressum non fuisset, n. 14. coniectura, seu signa, num. 15. 16. 17. 19. 20. 21. 22. 23. 24. & 25.*

8 *Dictio, dicta, est relatiua qualitatem praecedentium, num. 18.*

9 *Reciproca fideicommissaria non praesumitur facta, si testator simpliciter substituisset, nec vltimo morienti, nec in omnibus bonis, num 34. exemplum, num. 35. contra, & male, num. 37. nisi ex coniecturis, num 38. coniectura, num. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 47. 48. & 49.*

10 ***Reciproca fideicommissaria, vt facta dicatur, tria requiruntur; scilicet, quod fiat expressè vltimo decedenti, quod facta sit in tota haereditate, vel in omnibus bonis, & quod sint expressè vocati, nec sufficiet, quod fuerint positi in conditione, nu. 36 & 38.***

11 ***Reciproca fideicommissaria minime facta dicetur, si testator substituerit vltimo decedenti, sed non** in omnibus, n. 50. exemplum, n. 51. ampliatur, n. 52. & 53. limitatur, n 54. & 55.*

12 *Reciproca fideicommissaria facta nō dicetur, quādo testator substituerit in omnibus bonis, sed non vltimo moriente, num. 56. exemplum, num. 57. contra, & perperam, n. 58. ampliatur, n. 59. 60. 62. & 63.*

13 *Reciproca fideicommissaria facta minime dicetur, quando substitutio facta fuisset post mortem plurimum, positorum in conditione, num. 64. exemplum, n. 65. ampliatur, n. 69. & 70. limitatur, nu. 71. 72. & 73.*

14 *Positi in conditione non censentur vocati, vt ex testamento succedant, num. 66. nisi in certis casibus, n. 73.*

15 *Grauari non potest, non honeratus, n. 67.*

QVÆSTIO LXXIV.



Vādo Reciproca substitutio fideicommissaria praesumatur facta inter plures vocatos, quibus omnibus, vel vltimo moriēti datus fuerit substitutus? Resp. distinguēdo plures casus: primus itaq; erit, quā-
1 do † testator pluribus heredibus expressim vocatis, substituit vltimo eorum morienti, & in tota haere-
2 ditate, vel in omnibus bonis; veluti si † dixisset, Instituo Caium, Seium, & Sempronium, & vltimum eorum decedentem grauo restituere omnia bona, vel, totam haereditatem meam Maeuio, vel substituo Maenium illi vltimo decedenti; hoc enim casu, illi tres instituti praesumuntur inuicem, & reciprocè à testatore substituti, quaeq; tacita reciproca substitutio appellatur, *Menoch. lib. 4. praesum. par. 2.*
* *praesum. 62. n. 1.* vbi testatur hanc esse communem * opinionem, *Ant. Gab. lib. 4. concl. tit. de subst. concl. 1. n. 8.* vbi etiam dicit communem * opinionē, *Bart.* *
Bal. Alber. & Paul. de Cast. in l. si Titio Seio, § Seia libertis, ff. de lega. 2. Imol. in l. potest, num. 2. ff. de vulg. & pupill. substit. Bart. & Paul. de Cast. in l. vel singulis, ff. de vul. & pup. substit. Alex. in l. si pater impuberes, num. 3. versic. adde quod, ff. eod. & in l. pater filiam, § duobus, nu. 4. vers. secundo casu, ff. ad l. falcid. & cons. 93. n. 11. vol. 3. Corn. cons. 118. n. 9. & cons. 186. num. 3. libr. 2. & consil. 273. num. 2. libr. 4. Soc. Sen. in l. qui duos, n. 2. ff. de reb. dub. & in l. haeredes mei, § cum ita, n. 4. vers. secundus casus, ff. ad Trebell. & cons. 80. num. 2. & cons. 113 num. 9 lib. 1. & cons. 104. col pen. lib. 3 Ias. in l. potest. n. 12. ff. de vul. & pup. subst. & cōs. 143. n. 2. & cōs. 206. dubio 3. lib. 2. Gozzad. cons. 63. num. 12. & consil. 67. n. 5. Rum. cons. 92. in fi. lib. 2. & consil. 126. nu 8 & consil. 134. n. 8. lib. 3. Paris. cons. 37. num. 8. & cons. 43. nu. 25. vol. 2. & cons. 11. num. 47. & cons. 39. num. 7. & cons. 72. num. 39. lib. 3. Rip. in d. § cum ita, num. 19. ff. ad Trebell vbi Soc. Iun. num. 11. idem Soc. Iun. cons. 77. n. 8. & consil. 80. num. 1. & 2. & consil. 113. num. 9. libr. 1. & consil. 170. n. 13. libr. 2. & consil. 110. n. 6. lib. 3. & cons. 41. num. 7. lib. 4. Berous cons. 67. nu. 15. & cons. 68. & cons. 69. & cons. 70. num. 3. & consil. 78. n. 15. vol. 2. Virglius in § vel singulis, Instit. de pup subst. Alba. consil. 31. col. 1. Crauett. cons. 161. num. 6. & cons. 328. numero 12. Couarr. in cap. Raynutium, § 8. num. 2. extra de test. Cephal. cons. 166. n. 20 Tornel. in l. Gallus, § quidē rectè, in fin. ff. de lib. & post. Decian. cons 44. n. 68. vol. 3. Ofasc. decis. Pedam. 110. n 12. Sforz. Odd. in tract. comp. par. 5. art. 6. num. 8. vers. primus est, fol. 57. vbi ait ita omnes * concludere, *Zanch. in d. § cum ita, part. 6. num. 86. & 181. ff. ad Trebell. Menoch. cons. 397. nu. 1. Franc. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 5. num. 3.* vbi testatur hanc esse communem * opinionem, *
Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. 3. cap. 2. n. 23. vbi testatur hanc esse magis communem * opinionē, à *
qua in iudicando, & consulendo non esset recedēdū. Quia si † testator voluerit vltimum deceden- 3
tem restituere totam ipsam haereditatem, necesse est, quod ad eum prius tota peruenerit, & perueniré non potest, nisi, & ipse dicatur substitutus praemortuo, *l. Titia Seio, § Seia libertis, in fin. ff. de leg 2.*

Ampliatur primò, vt † locum habeat, etiamquā- 4
do testator substituerit vltimo instituto morienti in bonis, & haereditate indefinitè; puta, si dixisset,
Instituo † Caium, & Seium, & Sempronium, & vl- 5
timo eorum decedenti, substituo in haereditate, vel bonis meis Maeuium; quia tunc, etiam, si testator non dixisset in omnibus bonis meis, vel in tota mea haereditate, attamen adhuc inter illos tres institutos, & vocatos facta praesumitur substitutio
breuiloqua; cum illa † indefinita idem operetur, 6
quod vniuersalis, *Menoch. d. praes. 62. n. 2. Alex. cons. 91. n. 2. lib. 1. & cons. 11. n. 8. lib. 3. Curt. Iun. in l. pen. nu. 13. C. de imp. & aliis subst. & cons. 43. n. 2. & 3. Rip & Fab. in d. § cum ita, ille, n. 18. iste. n. 12. Soc. Iun. cōs 176. n. 11. lib. 2 quem refert Alexan. Trentacinq. in tractat. subst. par. 5. cap. 2. num. 15. circa fin. idem Soc. Iun cōs. 110 n. 30. & consil. 145. num 41. lib 4. & cons 41. num. 14. vol. eod. Cephal. cons. 166. num. 26. lib. 2. Decian. cons. 3. n. 70. lib. 1. & cons. 43. n. 59 lib. 3. Sforz. Odd. in tract. comp. par. 5. art. 6. n. 17. versic. ego puto veriorem, fol. 59.*

Mouemur primo, per *l. Titia Seio, § Seia libertis,*
ff. de leg. 2. vbi † testator fuit loquutus indefinitè 7
de fundo, non autem vniuersaliter, & nihilominus

Iuriſconſultus reſpondit, teſtatorem vocaſſe inui-
cem ſuos illos libertos.

Sed reſp. contrarii, quod in *d.* § *Seia libertis*, lo-
8 quitur, quando † legata fuit res particularis, nem-
pe fundus, qui ſuis finibus terminatur, vnde idem
eſt dicere, fundum, & totum fundum, cum non
poſſint partes ſeparari, ſed omnes partes ſimul iun-
ctæ fundum conſtituunt, *l. ſi Titio*, *& l. ſi alvis, ff. de*
9 *vſufr. lega.* ſecus eſt in † hæreditate, quæ cum ſit no-
men iuris vniuerſale, poteſt in ea haberi reſpectus
perſonæ, quam teſtator grauauit, vt ſic ei⁹ ſola por-
tio contineatur ſub nomine hæreditatis, *l. ſi Titius*
ex parte, ff. de lega 3.

10 Replicatur, quia illud dictum, quod † fundus
non dicitur, ſi ſuis omnibus partibus non conſtat,
intelligitur quo ad partes integrales ipſius fundi;
non autem quò ad partes diſcretas, & quotitatiuas,
hoc eſt, dimidiam, tertiam, & quartam, cum ita di-
catur fundus, vna pars fundi quotitatiua, ſicut totus
fundus, *l locus, ff. de verb. ſignif.*

11 Secundò, quia † indefinita æquipollet vniuer-
ſali, quando ratio ſuaderet, *Franc. Mant. de coniect.*
vlt. vol. lib. 7. tit. 5. num. 11. verſic. nequo huic, Dyn. in
rub. de reg. iur. lib. 6. Bart. in l ſi pluribus, ff. de lega. 2.
& in l. omnes populi, numero 57. ff. de iuſtit. & iure, &
in l. Caſar. num. 17 ff. de publ. Surd de alim. numero 8.
priuil. 27. num. 2. & titul. 9. quaſt. 13. num. 17. Alex.
conſ. 55. num. 6. vol 4. gloſſ. cap. vt circa, de elect. lib. 6.
Tiraq. de retra. ſanguin. § 1. gloſſ 13. numero 1. Beroius
conſ. 141. nu. 2. vol. 3. at in hac facti ſpecie, verba hæ-
reditatem meam, vel bona mea, non poſſunt ada-
12 ptari ad partem, cum teſtatoris hæreditas, & † bo-
na integre, & non diminutè ad hæredes inſtitutos
peruenerint; ergò in omnibus ſubſtitutus admitte-
tur, ex veriſimili voluntate eiuſdem teſtatoris, *arg.*
l. 1. C. de imp. & aliis ſubſt § *& ſi ex diſparibus, Inſt. de*
vulg ſubſtit.

13 Licèt contra † ampliationem prædictam, tenue-
rit *gloſſ. l. Lucius ff. de leg. 1. Alex. in l. Titia, in prin. ff.*
ad l. falcid. & conſil. 201. num. 12. lib. 6. Iaſon in l. iu-
ris gentium, § adeo ff. de pact. Ruin. conſ. 126. numo. 7.
& conſ. 134. num. 11. lib 3. Soc. Iun. conſ. 176. numero 11.
lib. 2. & in l. hæredes mei, § cum ita, num. 18 ff. ad Tre-
bell. Alciat. reſp. 567. Oſaſc. decif. 110. num. 10. Zanch.
in d. § cum ita. par. 6. nu. 157. ver. verum tamen, eam-
* que eſſe magis communem * fatetur *Sforz. Od. in*
tract. comp. par. 5. art. 6. n. 18 fol. 59.

Ampliatur ſecundò hic caſus, etiam procedere,
14 quando † aliqua coniectura, vel ſigno conſtaret, te-
ſtatorē ſenſiſſe de omnib. bonis, & hæreditatem,
quamuis clarè non expreſſiſſet, *Menoch. d. praſ. 52.*
n. 11. Ruin. conſ. 140. n. 9. lib. 3. Soc. Iun. conſ. 115. num.
7. lib. 3. Sforz. Odd. in tractat. comp. par. 5. art. 6. num.
18. ver. ego puto veriorem, fol. 59. Zanch. in d. § cum
ita, par. 6. n. 210.

Huius autem coniecturæ, & ſigna poſſent mul-
15 ta afferri; primū itaq; erit, quando † teſtator di-
xerit, velle bona conſeruari in agnatione, & fami-
lia ſua, quo magis, & diutius fieri poſſet; quia hoc
ſigno demonſtratur velle bona ipſa omnia, to-
tamque hæreditatem reſtitui, *Ruin conſ. 140. nume-*
9. lib 3. Menoch. lib. 4. praſumpt. par. 2. praſumpt. 60.
num. 12.

16 Secundum erit ſignum, quando † teſtator poſt-
ea grauādo ſubſtitutum, vel ſubſtitutos, nominaſ-
ſet totā hæreditatē ſuam, vel omnia bona ſua, *Ruin.*
conſ. 140. n. 9. vol 3. Menoch. d. praſ. 62. n. 13.

Tertium erit ſignum, quando † teſtator, tres il- 17
los hæredes inſtituerit in tota hæreditate, deinde
eis ſubſtituerit Mæuium, his verbis; Et vltimo eo-
rum decedenti, ſubſtituo in dicta hæreditate mea
Mæuium, *Menoch. d. praſum. 62. num. 14.* quia (in-
quit) illa † dictio *dicta*, eſt relatiua qualitatum præ- 18
cedentium, & ideo cenſentur repetita omnia bona
in ſubſtitutione, ſicut expreſſa fuerint in inſtitu-
tione, *Alex. conſ 26. n. 1. ver. & ponderandum, libro*
7. Soc. Sen. conſ. 77. num. 6. lib. 1. Ruin. conſ. 180. colum.
2. libro 2. Alciat reſp. 567. n. 9. Soc. Iun. conſ. 110. n. 32.
lib. 3 Zanch. in d. § cum ita, par. 6 n. 204.

Quartum erit ſignum, quando † teſtator ſubſti- 19
tuit vltimo decedenti, adiecto onere, quod fructus
omnium bonorum diſpēſentur; quia tunc videtur
demonſtrare voluiſſe ſubſtituere in omnibus bo-
nis, & hæreditate, *Menoch. d. praſumpt. 62. num. 15.*
Soc. Iun. conſ. 151, col. pen. lib. 2. Zanch. in d. § cum ita,
par. 6. n. 205.

Quintum erit ſignum, quando † teſtator vlti- 20
mo morienti ſubſtituit, adiecto onere, quod detra-
here non poſſit Trebellianicam; quia tunc demō-
ſtratur velle, omnia bona reſtitui, *Menoch. d. praſu.*
62. n. 16. Rim. Sen conſ. 243. n 91. Curt. Iun. conſ. 11. col.
4. ver. conſtat etiam, Zanch. in d. § cū ita, par. 6. n. 203.

Sextum eſt ſignum, quando † teſtator ſubſtituiſ- 21
ſet in omni portione, quæ ad ipſos hæredes perue-
niſſet, *Menoch. d. praſum. 62. n. 17. Corn. conſ. 229. col.*
4. lib. 3. Zanch. in d. § cum ita, par. 6. n. 205.

Septimum eſt ſignum, quando † teſtator inſti- 22
tuit hæredes in bonis mobilibus, & immobilibus;
deinde vltimo decedenti, ſubſtituit pariter in bo-
nis mobilibus, & immobilibus Mæuium; quia tūc
videtur ſubſtituiſſe in omnib. bonis, ex quo ſubſti-
tuit in illis omnibus, in quibus inſtituerat, *Menoch.*
d. praſum. 62. num. 18. Soc. Iun. conſ. 96. col. 1. ver. nec
obſtat, vol. 3. Zanch. in d. § cum ita, par. 6. n. 205.

Octauum eſt ſignum, quando † teſtator ſubſti- 23
tuit in aliqua re, demōſtrata per ſuos confines; pu-
ta in aliqua domo; quia tunc dicitur ſubſtituiſſe in
tota illa re demonſtrata, *Menoch. d. praſum. 62. n. 19.*
Ruin. cōſ. 109. num. 6. lib. 2. Zanch. in d. § cum ita, par.
6. num. 206.

Nonum eſt ſignum, quando † teſtator dixerit, 24
ſubſtituo Mæuiū hæredem vniuerſalem; quia tunc
videtur ſubſtituiſſe in omnibus bonis, ſeu tota hę-
reditate, *Menoch. d. praſu. 62. n. 20. Soc. Iun. conſ. 180.*
n. 9. lib. 2. Zanch. in d. § cum ita, par. 6. n. 109.

Decimum eſt ſignum, quando † teſtator inſti- 25
tuit Caiū, Seium, & Semproniū, & vltimo eorum
decedenti, ſubſtituit Mæuium pro dimidia, & Ti-
tium pro altera dimidia; quia tunc videtur ſubſtitu-
iſſe in tota hæreditate, *Menoch d praſum. 62. nu 21.*
vbi idem ſubiicit, quādo per alias quotas fuiſſet fa-
cta ſubſtitutio, *Pau. de Caſt. conſ. 280. col. 1. lib. 2. Curt.*
Iun. cōſ. 111. num. 13. Rube. conſ. 100. Quicquid dixe-
rit *Zanch. in d. § cum ita, par 6. n. 207. & 208. Soc. Iun.*
conſ. 94. n 16. & 19. vol 4.

Ampliatur tertiò hic caſus, vt procedat, quan-
do illi † inſtituti vocati fuerint ſub nomine colle- 26
ctiuo; puta, quia teſtator ita dixiſſet, Caium, & eius
deſcendentes, & vltimo eorum decedēti ſubſtituo
Mæuium in omnibus bonis, vel in tota hęreditate;
quia tunc deſcendētes illi præſumuntur à teſtatore
ſubſtituti inuicē per fideicommiſſum, *Menoch. d.*
praſ. 62. n. 22. quia (inquit) ſi deſcendentes illi intel-
ligeten-

ligerentur tantummodò reciprocè substituti per
vulgatem, vno admisso, expirat substitutio, quo ad
alios subsequentes, &, per consequens non posset
post modum vltimus moriens restituere totū Mæ-
uio, *Zanch. in d. § cum ita, par. 6. n. 211.* Quicquid di-
xerit *Soc. sen. cons. 104 n. 10. lib. 3.*
Ampliatur quartò, vt etiam locum habeat, quo
27 † ad filios præteritos, quibus dispositione *Auth. ex
causa, C. de lib. prater.* conseruatur fideicommissum
vniuersale; quia tunc etiam inter eos diceretur fa-
cta reciproca substitutio fideicommissaria, *Me-
noch. d. præsum. 62. n. 23. Paul. de Cast. cons. 292. col. 2.
lib. 2. Zanch. in d. § cum ita, par. 6. n. 212.*
28 Limitatur primò hic casus, vt non procedat in †
fideicommissaria, facta in tota hæreditate vltimo
plurium filiorum, si impuberes decesserint, non
extante matre in medio, vel fratre vtrinque con-
iuncto; quia tunc, cum superstes sit omnino habi-
turus totum ab intestato, non est opus inter eos in-
ducere tacitam fideicōmissariam substitutionem,
*Menoch. d. præsum. 62. num. 24. Alex. & Cuma. in
l. vel singulis ff. de vul. & pupill. subst. vbi Alciat. n. 13.
Zanch. in d. § cum ita. par. 6. n. 216.*
29 Limitatur secundo, vt procedat, quando inter †
ipsos institutos, & grauatos, fuisset facta alia spe-
cialis substitutio, veluti, si testator dixisset, Instituo
Caiū, Seium, & Sempronium, quos inuicem sub-
stituo in tali re, & deinde ita adiecisset, & vltimo
eorum decedenti in omnibus bonis substituo Mę-
uium; quia tunc non præsumitur testatorem inter
illos tres institutos, fecisse substitutionem fideicō-
missariam reciprocam, cum iam specialem quam-
dam inter eos fecisset, *Menoch. d. præsu. 62. n. 25. Pa-
ris. cons. 72. n. 66. vol. 3. Beroius cons. 57. n. 67. ver. tertio
resp. lib. 3. Zanch. in d. § cum ita, par. 6. n. 217.*
30 Limitatur tertio, vt non procedat, quādo † sub-
stitutus vltimo, præcederet illi vltimo, nec esset lo-
cus transmissioni; adeo quod substitutio expres-
sa efficiatur caduca; quia tunc cessaret etiam fidei-
commissaria, *Menoch. d. præsum. 62. n. 26. Zanch. in
d. § cum ita, par. 6. nu. 233.* Quicquid tenuerit *Paris.
cons. 43. n. 70. lib. 2.*
31 Limitatur quarto, vt non procedat, quando †
bona peruenerunt ad grauatos ex alia causa, quam
ex causa, qua fuerunt vocati, *Menoch. d. præsumpt.
62. n. 27. Zanch in d. § cum ita, par. 6. n. 234.*
32 Limitatur quinto, vt non † procedat inter voca-
tos in diuerso gradu; non enim vocati in primo gra-
du, censentur substituti reciproce, cum vocatis in
secundo gradu, *Menoch. d. præsumpt. 62. numero 28.
Ioan. Petr. Ant. Anguissola. cons. 64. n. 13. lib. 6. Zanch.
in d. § cum ita, par. 6. n. 234.*
33 Limitatur sexto, vt non procedat, quando † fi-
deicommissum reciprocum locum habere nō pos-
set inter plures vocatos, veluti, si omnes nō fuerint
æqualiter vocati, & æqualiter grauati, *Menoch. d.
præsum. 62. num. 29. Ruin. cons. 180. num. 6. ver. nec isto
casu, lib. 2.*
34 Secundus casus erit, quando † substitutio esset
facta simpliciter, quia testator non substituisset vl-
timo morienti, nec in omnibus bonis; veluti, si ita
35 dixisset, Instituo † Caium, Seium, & Sempronium,
& eis substituo Mæuium; quia tunc inter illos tres
institutos, non præsumitur facta reciproca fideicō-
missaria, *Ant. Gab. lib. 4. concl. tit. de subst. concl. 2. nu.
* 1. & 3.* vbi testatur hanc esse magis communē * opi-
nionem, *Angel. Imol. Paul. de Cast. & Alex. in l. si pa-
ter impuberes, ff. de vul. & pup. subst. & in l. pater filiū,
§ duobus, ff. ad l. falcid. idem Alex. cons. 11. col. 3. vers.
probatur etiam, vol. 3. Soc. cons. 103. col. pen. vol. 3. &
cons. 249. col. 5. vers. aliquando, & tert. ò, & cons. 238.
col. fin. vers. & licet ex dictis, Alex. cons. 101. vol. 4.
Bertrād. cons. 6. col. 4. vol. 2.* vbi dicit hanc esse com-
munem * opinionem, *Ias. cons. 142 col. 10. vers. & si *
aliquis subtiliter, vol. 2.* vbi etiam testatur commu-
nē * opinionē, *Soc. cons. 113. col. fin. vers. & licet ex di- *
ctis, Ias. in l. potest, col. 2. in fin. ff. de vul. & pup. subst. &
in l. pen. col. 4. C. eod. & cons. 41. in fin. vol. 1. Paris cons.
42 col. 4. & fin. vol. 2.* vbi testatur communem * o- *
pinionem, *Ruin. cons. 134. col. 4. vol. 3. Rip. in l. hære-
des mei, § cum ita, n. 14. vers prima conclusio, ff. ad
Trebell. Menoch. lib. 4. præs. par. 2. præs. 62. n. 30. &
cons. 85. nu. 43. lib. 1. & cons 376 nu. 24. lib. 4.* vbi sub-
iicit tria requiri, vt fideicommissaria † reciproca 36
substitutio inter aliquos facta dicatur; primo, quod
fiat expresse vltimo decedēti, secundo: quod facta
sit in tota hæreditate, vel in omnib. bonis: tertio,
quod fuerint expresse vocati, nec sufficiet, quod
sint positi in cōditionē, *Curt. Iun. cons. 16. n. 3. Sforz.
Odd. in tract. comp. par. 5. art. 6. nu. 6 vers. primus ca-
sus. fol. 57.* vbi ait ita omnes * communiter tenere, *
*Zanch. in d. § cum ita, par. 6. n. 86 per l. vel singulis, in
tex. ibi, ius legitimarum hereditatum, ff. de vul. & pup.
subst. iuncta l. tertia, § de illo. ff pro soc. Franc. Mātica
de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 5. n. 6.* vbi testatur com-
munem * opinionem. *
Licèt contrariam sententiam, vt † inter dictos 37
tres institutos, censeatur inducta substitutio fidei-
commissaria reciproca, tenuerit *Pau. de Cast. in l. pē.
C. de impub. & aliis subst. & in l. Titia Seio, § Seia. ff. de
leg. 2. Soc. in l. hæredes mei, § cum ita, col. 2. vers. tertius
casus, ff. de cond. & demonstr. Curt. Iun. cons. 43. col. 21
vers. ego autem semper fui, & cons. 139. col. 2. & cons.
31. col. 3. vers. secūdo principaliter, Ias. cons. 33. col. 1. vol.
1. Ioan. Bapt. de S. Seuo. in d. l. pen. Calder. cons. 24. tit.
de test. Imol. in l. centuria, col. 12. vers. fallit, quādo pro-
cederet, ff. de vul. & pup. subst. vbi Alex. col. pen. vers.
nec obstat, Paul. de Cast. cons. 405. n. 2. lib. 1. & cons.
271. & cons. 321. col. 2. lib. 2. Raphael Cuma. in l. si pa-
ter impuberes, ff. de vul. & pup. subst. Ioan. Anan. cons.
22. Crauett. cons. 113. n. 1. per d. § Seia, & l. codicillis, ff.
de vsufru. lega. in 2. resp.*
Limita non procedere hunc casum, stantibus † 38
coniecturis, & præsumptionibus, quibus colligi
potest inter illos institutos esse inductam recipro-
cam substitutionem fideicommissariā, quāuis te-
stator non substituerit in omnib. bonis, nec vltimo
morienti, *Menoch. d. præs. 62. n. 34. Corn. cons. 97. n. 6.
lib. 1. & cons. 101. col. 2. lib. 4. Crauett. cons. 113. n. 1. in fin.*
Prima itaq; erit coniectura, quando † vltimus 39
ex institutis superstes, talis est, qui substitutū exclu-
dit ex præsumpta mente testatoris, sicuti quando
testator ita dixisset, Instituo Caium, Seium, & Sem-
pronium filios meos, & post eorum mortē substi-
tuo Mæuium, quamuis substitutio facta fuerit non
omnibus bonis, nec vltimo morienti; tamen cum
præsumpta testatoris mens sit, quod velit potius
filium suū vltimo morientē, succedere præmortuis
quàm Męuium substitutum, dicendum erit, inter
tres illos filios, quibus pater simpliciter Mæuium
substituerat, esse inductam reciprocam substituti-
onem, *Menoch. d. præsumpt. 62. numero 35.* vbi testa-

institutiinuicē, & reciprocè substitui, *Menoch.d. pres.62.num.41.Bart.in l.vel singulis,ff.de vul.& pup. substit.Bal.& Imol.in l.Titia Seio, § Seia libertis,ff de leg.2.Paul.de Cast.in l.si pater impuberes, in fin.ff. de vul.& pup.subst.Alex.conf.11.col 3.vers.probatur etiam,lib.3. & consil.101.col.3.vers.hoc etiam probatur, lib.4 Soc.in l.qui duos,col.5.vers.aliquando,& 4.ff.de reb.dub.& in d.§ cum ita,n.6.vers.quartus casus, & conf.249.col.5.vers.aliquando substitutio,lib.2.Bertrand.conf.130.col.5.libr.3.Ant.Gabr.lib.4.concl.tit. de subst concl.1.num 14.Rip.& Zanch.in d.§ cum ita, illo,num 18.vers.secunda conclusio, iste,par.6.nu.143. Franc.Mantica de coniect. vlt vol.lib.7.tit.5.n.9.*

52 Ampliatur primò procedere, etiam si † expressè facta fuisset institutio in omnibus bonis,& deinde adiecta fuisset substitutio;quia tunc non diceretur facta substitutio in omnibus bonis, *Menoch. d. præsumpt 62 numero 42.& 43.*quasi(inquit)hoc casu dicta institutione, non censeantur repetita in substitutione, *Alciat.conf.542.col.2.vers.secundum, quod factu sit, Menoch.conf.376.num.27.volum.4.* Quicquid dixerit *Port.conf.46.n.30.Rum.conf.180. n.3.lib.2.*

53 Ampliatur secundò, etiam † procedere, quando substitutio facta fuisset in parte hæreditatis;quia tunc licèt substitutio facta fuerit vltimo morienti, tamen illi instituti non dicuntur reciprocè grauati, *Ant. Gab.d concl.1.num.15. Menoch.d. præsump. 62.num.44, Soc.in l.qui duos, col.5 vers.aliquando, & quartò, ff.de reb. dub. Grat.consil.3.col.vlt.libr.2. Rum.conf.119 col.1 lib.2.*

54 Limitatur primò,vt non † procedat,quando vltimo morienti facta fuerit substitutio indefinitè, puta in bonis, vel hæreditate. *Menoch d. præsump. 62.n.45 & conf.376.n.27. vers præterea,& secundo, vol.4. Chassan. conf.67.col 3.Port.conf.46.num.30.* Quicquid dixerit *Rip.in l.heredes mei,§ cum ita,nu. 18.vers.tertia per substitutionem,ff.ad Trebell.*

55 Limitatur secundo, vt non † procedat, quando testator in substitutione vsus fuerit his verbis, In dicta hæreditate substituo Mæuium; quia tunc dicta verba, vti relatiua, & restrictiua ad præcedentem hæreditatem, iam relictam institutis, censentur eodem modo reperita in substitutum, *Menoch. d.pres.62.num.46 & conf.376. num 28.vol.4.Rum. conf.180.n.3.lib.2.*

56 Quartus erit casus, quando † testator substituerit in omnibus bonis, sed non vltimo morienti,ve-
57 luti, si † dixisset, Instituo Caium, Seium, & Sempronium, quos grauo post eorũ mortẽ restituere Mæuio, quem eis in tota hæreditate substituo;tunc enim illi tres instituti,& grauati,non censentur reciprocè substituti,& per consequẽs,substitutus admittitur, statim primo decedente, & successiuè aliis decedentibus, cum testator non substituerit vltimo morienti, sed post mortem grauatorum, licèt in tota hæreditate, *Menoch. d.præsump 62.numero 47. Ant Gab.d concl. 1.numero 18. & 20.* vbi
* testatur communem *opinionem, *Angel.in l.heredes mei,§ cum ita,col pen.vers.descendo ad articulum, ff.ad Trebell.vbi Imol.col.3.vers.circa fideicõmissum, & Alex.col.15,vers.nunc videndum. Angel.Imol.Raphael & Paul.de Cast.in l.Lucius, § Caio,ff eod. Ang. in l.quidam testamento,ff.de vul. & pup subst. vbi Imol. Paul de Castr.Alexa & Iason in fin.Mathesil.sing. 370.Paul.de Cast.in d.§ cum ita,col.1.Soc.cõs.69.col.pẽ. vol.3.& consil.104.col. pen.eod.vol.& conf.149.col.5. vers.aliquando,& quinto,& conf.113.col.fin.vers.aliquando,& tertio, & conf.238.col.fin.& consil.94.col. pen.vol.4.* vbi testatur hanc esse communẽ * opinionem, *Corn.consil.186.col.3.vol.2.Soc.conf.80.col.3. vol.1. Alex conf.·0 .col.6.℣ non obstat, vol.4.* vbi testatur cõmunẽ * opinionẽ,à qua in iudicando, aut consulendo nõ putat recedẽdũ, *Fulgos.& Alex in l.pen.col. 4.℣.quod limita,C.de impu.& aliis subst.* vbi etiã *Ias.col.3.Alex.conf.92.col.fin.vol.3.* vbi etiã dicit cõmunẽ opinionẽ, à qua nõ credit recedẽdũ in iudicando aut consulendo, *Ias.conf.206.col.fin.vol.2. & conf.41.vol.1.Paris.conf.44.col pen.vol.2.& conf. 39.col.2.vol.3.& conf.72.col.1.vol.eod.Soc.Iun.consil. 151.vol.2.Rum.conf.134.col.5.vol.3.Rip.in d.l.heredes mei § cum ita, n.24.℣.tertia principalis conclusio, vbi Zanch.par.6.n.91.Couarr.in c. Raynutius §8.n.4.extra de test. quem refert Franc.Mantica de coniect.vlt. vol.lib.7.titul.5.n.13 & 17.* vbi testatur magis communem *opinionem. * * * *

58 Licèt contrariam sententiam, vt † dicti instituti censeantur ad inuicem substituti & per consequẽs, primo decedente ad illius portionem non censeatur vocatus substitutus, tenuerit *Sforz. Od. in tract. comp.par.5.fol.61.* vbi testatur eã esse magis cõmunẽ * *Bart.in l.quidam testamento, Procemiũ,ff.de vulg.& pup subst.vbi Bal. & Aret. Angel.conf.80.in fin.Bal.in l. pen.col.3 sed quomodo possumus esse, C.de impub.& aliis subst. Ioan. Auan.conf.390. col.2.Paul de Castr. conf.236 Soc.in d.§.cum ita,col.3.vers.aliquando, & secundo, Curt.Iun.consil.111. col.7.vers.6 .Ioan. Ant. conf.2.& consi. 28.in fin. Alexan.consil.13.col.5.vol 4. Curt.conf.11.col.3.vers.præterea præsupposita,Curt.in apost.ad Alex.in d.l. quidam testamento,* vbi dicit eã esse magis communem,* *& cõsil.156.n 2.Paris.conf. 37 col.5.vol 2.& conf.42.col.5 & conf.43.n.33.* vbi eã dicit communem * *& conf.92.col.5.eod.vol.& conf. 7.col pen.vol.3 Grat.conf.8.col 3.vol.2.Soc.Iun.conf. 175.col.2.vol.2.& conf.179.col.2.eod.vol.GoZad.conf. 67.n.5.* * * *

59 Ampliatur primo, etiam † procedere, quando testator dixisset,si omnes penitus deficerent,in tota hæreditate,substituo Mæuium,quia adhuc inter tres illos institutos, non dicetur facta reciproca substitutio, cum illa verba Si omnes penitus deficerent, non significent fuisse substitutum vltimo decedenti, *Menoch.d.præs.62.n.50.Zanch.in d §cum ita,par.6 n.140.*

60 Ampliatur secundo etiam † procedere,quando substitutio facta esset post mortem plurium liberorum, expreisè reciproce substitutorum ; puta, si testator dixisset, Instituo Caium, Seium, & Sempronium filios meos. quos inuicem substituo, quosque grauo, vt post eorum mortem restituant Mæuio; quia tunc, illi tres filii non præsumuntur reciproce substituti per fideicommissum, sed solũ vulgariter,& si singuli ipsorum grauati sint restituere, *Menoch d.pres.62.n.51.Paul.de Cast.conf.14.col. 2.℣.restat respondere ad duo,lib.1.Alex.conf.139.col. 2.lib.6.& consil.17.lib.7.Dec.conf.291.col pen.versic. non obstat,quod etiam Torniell in l Gallus,§ quod si re-Etè,n.70.ff de lib.& posth.Zanch.in d § cum ita,par.3. n.17.& par.6.n.142.Menoch.conf.83.n.66.& consil. 397.in fin.*

61 Licèt contrariam sentẽriam, vt † inter illos tres filios censeatur inducta reciproca substitutio fidei-

commissaria, tenuerit *Rip. in l. Lucius, num. 42. ff. de vul. & pup. subst. Gratus cons. 8. in fin. lib. 2. Ruin. cõs. 164. col. vlt. ver. & per hoc patet, lib. 3.*

62 Ampliatur tertiò, vt † procedat, etiam si testator instituerit Caium, Seium, & Sempronium, & singulos pro tertia parte, omnesque prohibuerit alienare, & Trebellianicam detrahere, sed quod deberent restituere Mæuio; quia tunc illi tres instituti non præsumuntur reciproce substituti per fideicõmissum, sed solum quilibet grauatus est, proportione sua restituere Mæuio, *Menoch. d. præsu. 62. sub n. 52. Soc. Sen. cons. 69. col. penult. ver. igitur fortius, lib. 3. Rip. & Zanch. in d. § cum ita, ille, n. 16. vers. amplia quarto, iste, par. 6. n. 170.*

63 Ampliatur quartò, vt † procedat, etiam quando substitutio fideicommissaria, iuncta est cum vulgari, & pupillari, sicuti quãdo continetur sub cõpendiosa, veluti, si testator dixisset, Instituo Caium, Seium, & Sempronium, & quandocunq; omnes decesserint, substituo in omnibus meis bonis Mæuium; vel dixisset. Instituo Caium, Seium, & Sempronium, quibus vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum substituo Mæuium in omnib. bonis meis; quia tunc illi tres primi, nõ præsumuntur reciproce substituti per fideicommissum, cum vltimus moriens non fuerit expressè grauatus, *Meno. d. præs. 62. n. 53. Rip. & Zanch. in d. § cũ ita, ille, n. 28. iste, par. 6. n. 171. Paris. cons. 72. col. 4. ver. istis tamen nõ obstantibus, li. 3. Alciat. in l. vel singulis, n. 8. ff. de vul. & pup. subst.*

64 Quintus erit casus, quando † substitutio fuisset facta post mortem plurium positorum in conditi-
65 one, veluti † si testator dixisset, Instituo Caiũ, & si is decesserit sine filiis, substituo Mæuiũ; quia tũc illi filii Caii nõ dicuntur inter se substituti per fideicõmissum, vt vnus teneatur alteri restituere, *Ant. Gabr. li. 4. concl. 1. de subst. cõcl. 1. n. 24.* vbi testatur com-
* munem * opin. *Menoch. d. præsump. 62. n. 54. Alex. cons. 13. col. 5. vol. 3. & cons. 101. col. 4. ver. modo sic, vol. 4. & cons. 105. col. 3. ver. secundo principaliter, volu. 1. Petr. Anchar cõs. 120. Soc. cons. 249. col. 5. ver. aliquãdo, & secundo. & cons. 138. in fin. & cons. 104. colu. pen. Goz. Zad cons. 67. col. fin. Paris. cons. 44. col. pen. vol. 2. Soc. Iun. cons. 175. col. 2. vol. 2. Ruin. cons. 96. col. 4. vol. 2. & cons. 108. col. 2. vol. 2. & cons. 160. col. pen. & cons. 211. col. 2. & cons. 119. col. 2. & cons. 140. col. 6. vol. 2. & cons. 134. col. 4. & cons. 139. vol. 2. & cons. 141. col. fin. vol. 3. Imol. in l. centurio, n. 22. ff. de vulg. & pup. subst. & in cap. Raynutius, extra de testam. Menoch. cons. 85. nu. 43. lib. 1. Paul. de Cast. cons. 289. col. 2. libro 2. Bellon. cons. 82. Decian. cons. 26. libr. 2. & cons. 44. & cons. 101. n. 4. lib. 3. Bursa. cons. 52. num. 14. Sforz. Odd. in tract. comp. par. 5. art. 6. fol. 56. ver. primus casus, nu-*
* *mero 4.* vbi ait esse magis communiter * receptam, nec inuenisse dissentientẽ, *Zanch. in d. § cũ ita, par. 6. n. 241. Menoch. cons. 376. n. 25. lib. 4. Franc. Mãs. de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 5. n. 2.*

66 Quia positi † in conditione non præsumuntur vocati, vt ex testamento succedãt, *Cephal. cons. 313. num. 46. & cons. 426. n. 26. & cons. 432. n. 29. & cons. 394. n. 13. & 43. vol. 3. & cons. 251. num. 6. & cons. 252. n. 59. Laur. de Pinu cons. 11. nu. 1. Surd. de alim. tit. 2. quæst. 14. n. 1. & cons. 91. num. 11. vol. 1. cum concordan-*
67 *tiis in 3. cent. quæst. 26.* merito inter se † non possunt dici grauati, cum nec grauari potuerint, *l. ab eo, C. de fideic. l. plane, § fin. ff. de lega. 1. l. imperator, in prin. ff. de leg. 2. l. 1. § sciendum, l. sed, & si sic, § 1. in prin. & l. si fuerit, in fin. ff. de lega. 3. l. fin. in fin. C. comm. de lega. quam adduxit Cephal. cons. 379. n. 28. vol. 3.*

Vel rectius, quia, vt † præsumatur reciproca, fa- 68
cta inter eos, quibus vltimo loco tertius aliquis fuit substitutus, debet esse facta vltimo morienti, & in omnibus bonis, *Menoch. cons. 327. n. 27. & cons. 328. n. 48. vol. 4. & cons. 274. n. 4. vol. 3. Bursa. cons. 354. n. 2. vol. 4. Osasc. cons. 22. num. 14. Vegi. cons. 65. Cephal. cons. 517. n. 89. vol. 4. & cons. 478. n. 13. eod. vol. & cons. 330. n. 74. vol. 3. & cons. 326. nu. 19. & cons. 394. n. 42. eod. vol. Ruin. cons. 142. sub n. 11. vol. 3. Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. 3. cap. 2. num. 54.* vbi ait ita o-
mnes * concludere; At in themate proposito, Mæ- *
uium non apparet fuisse substitutum vltimo morienti, nec in omnibus bonis, *Menoch. lib. 4. præsum. par. 2. præsum. 62. n. 56.*

Ampliatur primo procedere, etiam si † positi in 69
conditione, essent ex filiis, & descendentibus testatoris; quia non censerentur inuicem substituti, *Menoch. d. præsum. 62. n. 57. Anall. cons. 54. n. 60. lib. 4. Zanch. in d. § cum ita, par. 6. n. 242.*

Ampliatur secundo procedere, etiam quando
illi † filii, partim positi fuerint in cõditione, & par- 70
tim vocati, quia inter eos non dicetur facta reciproca fideicommissaria substitutio, *Ant. Gab. lib. 4. concl. 1. de subst. concl. 1. n. 25. Menoch. lib. 4. præsumpt. par. 2. præsum. 62. nu. 58. Rip. in d. § cum ita, num. 29. ver. sed quid si positi, Ruin. cons. 180. n. 6. ver. ea etiam, lib. 2. Paris. cons. 44. col. 4. lib. 2. Alciat. in l. vel singulis, num. 18. ver. sed quid, ff. de vul. & pup. subst. Anall. cons. 34. n. 61. lib. 4. Petr. Ant. Anguiss. cons. 37. nu. 5. lib. 6. Bursa. cons. 52. n. 15. lib. 1. Zanch. in d. § cum ita, part. 6. n. 242. ver. secundo, vt procedat.*

Limitatur primò, vt non procedat, quando † 71
positi in conditione essent grauati, & vltimo eorũ decedenti esset facta substitutio in omnibus bonis; quia tunc inter illos positos in conditione facta censeretur reciproca fideicommissaria substitutio, *Menoch. d. præsum. 62. n. 59. Ant. Gab. d. concl. 1. n. 27. Ruin. cons. 142. col. 4. n. 5. & 6. vol. 3. & cõs. 96. n. 11. li. 2.*

Limitatur secundo, non procedere, quando † 72
contrarium testatorem voluisse, aliqua ex coniectura appareret, *Sfor. Od. in tract. comp. par. 5. art. 6. n. 4. ver. limitatur, fol. 56.*

Limitatur tertiò, non † procedere, in illis casi- 73
bus, in quibus positi in conditione censerentur vocari, *Ant. Gab. d. concl. 1. num. 28.* vbi limitat tribus aliis modis, *Menoch. d. præsum. 62. sub n. 59. Rip. in d. § cum ita, n. 29. vers. iuxta prædicta, Sforz. Odd. in tract. comp. par. 5. art. 6. num. 4. ver. item limitant, fol. 57. Ruin. cõs. 139. n. 23. lib. 3. Crauett. cons. 130. n. 5. & 6.*

ARGVMENTVM.

Vtrum reciproca, simpliciter concepta, præsumatur directa in dubio, vel fideicommissaria?

SVMMARIVM.

1 *Reciproca simpliciter concepta, in dubio præsumitur directa, n. 1. etiam, quod facta de fideicõmisso, heredi iniuncto dubia esset, n. 2.*
2 *Exemplaris potius directa, quam fideicommissaria præsumitur, n. 3.*
3 *Militaris substitutio potius directa, quam fideicommissaria præsumitur, n. 4. exemplum, n. 5.*
4 *Compendiosa potius directa, quam fideicommissaria præsumitur, n. 6.*

5 Sub-

5 Substitutio qualibet ambigua semper directa potius, quam fideicommissaria præsumitur, n. 7. rationes, n. 8. 9. 10. 11. 12. 13. & 14.
6 Substitutio directa, est fauorabilior obliqua, n. 8.
7 Substitutio obliqua est odiosa, n. 9.
8 Testator præsumitur velle minus grauare hæredem, quam fieri possit, n. 10.
9 Substitutio directa, est dignior fideicōmissaria, n. 11.
10 Verba prolata, in dubio intelliguntur de digniori subiecto, n. 12.
11 Substitutio directa, est potentior fideicommissaria, num. 13.
12 Verba in dubio, accipiuntur in potentiori significatu, num. 14.
13 Substitutio directa, coniecturis, & præsumptionibus induci potest, n. 15. contra, n. 16. Authoris distinctio, n. 17. declara, n. 18. & 19.
14 Miles potest solis coniecturis, & præsumptionibus substituere, n. 18.
15 Pater, inter liberos posset substituere directò, coniecturis, & præsumptionibus, n. 19.

QVÆSTIO LXXV.



1 Trum substitutio.† Reciproca his verbis concepta, eosq; inuicem substituo, præsimatur in dubio directa, vel fideicommissaria? Resp. in dubio præsumi directam, Menoch. lib. 4.
* præs. par. 2 præs. 66. n. 5. vbi testatur communem * opinionem, Alex. in l. Lucius, n. 13. & 19. ff. de vulg. & pup. subst. Emanuel à Costa, in cap. 1. in ver. obliqua, n. 4. de test. lib. 6. Ias. Rip. & Alciat. in d. l. Lucius, ille, n. 29. iste, n. 40. hic, n. 47. per l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pup. subst. l. 2. C. eod. cap. in fin. de test. lib. 6. Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. 5. c. 10. n. 1. vbi testatur hanc
* esse receptam scribentium * sententiam, Polit. in tractat. eiusdem tit. in 4. q. 5. requisit. Vasq. de success.
2 progress. lib. 2. § 9. n. 16. Etiam quod facta † de fideicommisso hæredi coniuncto, dubia esset; puta, si testator ita substituat, Hæredem meum grauo restituere hæreditatem meam Titio, & Sempronio, quos inuicem substituo; quia tunc potius directa præsumitur, cum etiam in fideicommissis, substitutio directa admittatur, Menoch. d. præs. 66. n. 6. & 7. per l. vt hæredibus, ff. de legat. 2. l. vnica, § quid si in medio, C. de caduc. tolle. Emanuel à Costa, in cap. 1. in ver. obliqua, n. 10. de test. lib. 6. Paul. de Cast. consil. 14. col. 2. ✠. restat respondere, vol. 2. Menoch. cons. 85. n. 66 vol. 1.

3 Idem obseruatur in substitutione † exemplari, vt si verbis, & personæ conuenire possit, præsumatur potius directa, quam fideicommissaria, Anchar. cons. 8. col. 1. Menoch. d. præsum. 66. n. 9. & cons. 303. n. 45. lib. 4. Emanuel à Costa in d. c. 1. in verb. obliqua, n. 59. Quicquid dixerit Dec. cons. 371. n. 7. vers. secundo respondeo.

4 Idemq; procedit in † substitutione militari, quæ
5 in dubio directa præsumitur, veluti, si † miles impuberi filio compendiosè substituat verbo communi, dicens, quandocunq; filius meus decesserit, Titium ei substituo, si filius patri hæres existat, & pubes factus decedat, substitutus directè succedet, Menoch. d. præsum. 66. num. 10. vbi testatur commu-
* nem * opinionem glo. in § qua ratione, in ver. ad exemplum, Instit. de pup. subst. & in l. ex tribus, in gloss. fin. C. de inoff. test. Soc. Sen. in l. centurio, n. 21. ff. de vulg. & pup. subst. vbi Galiaula, n. 140. Lancel. Polit. in tracta. subst. in materia compendiosa, n. 21. Quicquid dixerit Rip. in d. l. centurio, num. 67. Couarr. in cap. Raynutius, § 3. n. 13. extra de testamen. Emanuel à Costa in d. cap. 1. in ver. obliqua, n. 41. eod. t. lib. 6.

Ac etiam locum haberet † in substitutione cō- 6
pendiosa, verbo cōmuni facta pupillo; veluti, quādocunq; decesserit filius meus, substituo ei Titiū; quia tunc præsumeretur dicta substitutio, directò facta ipsi pupillo ante pubertatem; postea verò, iure fideicommissi, Menoch. d. præsum. 66. n. 8. vbi testatur communem * opinionē, gloss. in § qua ratione, Inst. de pupill. subst. Ias. in l. centurio, n. 45. ff. de vulg. & pup. subst. vbi Galiaul. n. 376. Corn. & Curt. Iun. in l. precibus, C. eod. ille, n. 22. iste, n. 50. Anall. cons. 69. nu. 4. & 5. lib. 1. Emanuel à Costa in d. verb. obliqua, n. 37. Menoch. cons. 303. n. 42. lib. 4. *

Et denique generaliter, cum † ambigua aliqua 7
fuerit substitutionis formula, potius directa præsumi debet, quam obliqua, Menoch. lib. 4. præsumpt. par. 2. præsum. 66. num. 1. & 2. vbi subiicit, si testator dixerit, Caium hæredem facio, cui Sempronium substituo, præsumitur Sempronius directo, nō autem per fideicommissum substitutus, Bar. in l. Gallus, § quidam rectè n. 2. ff. de lib. & posth. vbi Alex. n. 6. c. si pater, in fin. de testam. libr. 6. Bal. in l. si quis ita, ff. de vsufr. & in l. verbis ciuilibus, col. 2 ver. vlterius quæro, ff. de vul. & pup. subst. & in l. precibus, n. 40. C. eod. Soc. sen. cons. 163. n. 71 lib. 1. Ruin. cons. 102. n. 9. lib. 2. Dec. in rub. C. de imp. & aliis subst. n. 2 & cons. 336. in fi. & cons. 371. n. 2. ver. & hoc etiam confirmatur, Tiraq. in præf. l. si quæ, n. 9. C. de reuoc. don. Crauc. in rub. ff. de lega. 1. n. 130. Emanuel à Costa in cap. si pater. in ver. obliqua, n. 5. Sforz. Odd. in tract. comp. par. 5. art. 6. sub n. 1. & n. 21. vbi ait ita omnes * transire, fol. 60. Masc. *
vol. 3. de prob. cōcl. 1346 a. 1. vbi testatur communem
* opinionem, Franc. Mantica lib. 5. de cōiect. vlt. vol. *
t. 1. n. 3. & tit. 2. num. 1. Tiber. Decian cons. 26. n. 38. lib. 2. Dec. in l. in testamento, in 4. not. C. de testam. milit. & cōs. 95. col 3. sub n. 4. ver. & ad hoc etiam facit, Bal. cons. 423. ver. præterea, vol. 1. Paris. cons. 41. n. 12. ver. & ad prædicta facit, vol. 2. Alex. cons. 12. num. 16. ver. rursus posito, vol. 3. Aret. cons. 154. sub num 2. ver. quod autem isto pars, Angel. cons. 125. n. 2. vers. hinc descendit, Dec. cons. 465. n. 13. in fin. Ruin. cons. 96. numero 5. & cons. 99. n. 13. ver. in dubio ergo, & cons. 100. sub n. 4. vol. 2. & cons. 19. sub num. 4. & cons. 128. n. 18. vol. 3. Anall. consi. 69. n. 8. vol. 1. Decian. resp. 26. n. 38. ✠. septimo, & vltimo, vol. 2. & resp. 10. n. 31. ver. 1. vol. 3. Grat. cons. 8. a. 2. & cons. 109. n. 23. vol. 2. Beroius consi. 65. nu. 2. vol. 2. Peregr. de fideicomm. art. 34. sub n. 27. Canalc. decis. 96. n. 16. par. 3. Bursat. consil. 337. n. 33. vol. 2. Menoch. consi. 576. n. 8. vol. 4. & cons. 85. n. 58 vol. 1. & cōs. 362 nu. 15. vol 4. Crauett. cons. 892 n. 9. ver. qua ratione, vol. 6 Bursa. consi. 371. n. 13. vol. 4. Io. Neuiz. cōs. 53. n. 13 Cephal. cons. 524. n. 42. volu 4. & cons. 429. n. 40. vol. 3 & cons. 446. n 5 eod. vol. Tob. Non. cons. 35. n. 13. Hiero. Alb. cons. 28. n. 6. & 8. Bernardin. de Bronsono cons. 12 n. 4 vol. 2. Cons. diuers. vlt. volunt. Alex. Trentac. in tract. subst. par. 1. c. 2 n. 6. vbi testatur communem * opinionem. *

Tum quia † substitutio directa, est fauorabilior 8
obliqua, Tiraq. in l. si vnquam, in ver. reuertatur, nu. 253. in fin. C. de reuoc. donat. Bald. in cap. fin. n. 1. extra de resud. Franc. Mātica in tract. de coniect. vlt. vol. lib. 5. tit. 1. n. 4. Mascar. d. cōcl. 1346. n. 5. Bal. cons. 423. ✠.

ad idem.vol.1.Sforz. Odd.in tracta.restit.in integr.q.
9 5.n.5.Cephal.cons.523.nu.60.vol.4. Cum † obliqua sit odiosa, continēs onus restitutionis, l.cohaeredi, § cum filiae.ff.de vul.& pup.subst.Sfor. Od.in tract.cōp. par.5.art.6.sub n.1 fol.56. Mascar.vol.3. de probat. concl.1346.num.6.gloss.l.ex tribus, C.de inoff.testam.
10 & præsumitur † testatorem velle min⁹ grauare hęredem, quam fieri possit, l.vnum ex familia, § si rem, ff.de lega.2.Menoch lib.4.præsum.par.2.præsum.10.n. 25.& præsum.66.n.4.& præsum.106.nu.10. & præsu. 132.n.2.& præsum.150.num.8.Cephal.cons.517.n.42. vol.4.& cons.231.n.17.& cons.243.n.3.vol.2. Bursat. consi.228 n.18.& cons.300 num.23.vol.3. Marc. Ant. Eugen.cons.16.n.4.Surd.in tract.de alim.tit.2. quæst. 15.num.124.& tit.7.priuil.58.num.11.tit.9.quæst.40. n.8.Bonifac.Roger.cons.19.num.18. vol.1. Pajeth.cons. 115.n.1.Paneirol.cons.135.num. 2. Bonincas. in tractat. de pauper.in 1.specials circa contractus, nu. 12. & in 8. specials, circa vltimas voluntates, n.2. Ideo magis pręsumitur directa, quam obliqua.

11 Tum, quia † directa substitutio, est dignior fideicommissaria, Mascar.vol. 3. de prob.concl. 1346. n.3.Mantica de cōiect.vlt.vol.lib.5 tit.1.n.7.Dec.cons. 416.num.12.Ioan.Cephal.cons.133.n.8 vol.2.cons.diuers.vlt.vol. Alex.in l.centurio, sub n.75.ff. de vul. &
12 pup.subst.Et in dubio † verba prolata, intelliguntur de digniori subiecto, § nos antē ciuile, ver.sed quoties, Inst.de iure nat.cap.cum in dubiis, extra de consecr. eccles.vel altar.Decian.resp.26.n.39.vol.2.

13 Tum etiam, quia † directa substitutio, est potētior fideicommissaria, Mantica d.tit.1.n.5.Masc. d concl.1346.n.8.Crauett.cons.892.sub num.9. vol.6.
14 Et † verba in dubio accipiuntur in potentiori significatu, gloss.lib.1.§ qui in perpetuū, ff.si ager vectig. vel emph.l.his verbis, ff de hared.instit. Marius Anguiss. cons.51.num.8. Gigas cons.150. num. 12. Marcabrun. cons.94.n.22.Cephal.consi.487.n.23. & 24. vol. 4. & cons.552.n.4.eod.vol.& cons.303.n.68. vol.3. & consi. 420.n.43.eod.vol.Loffred.cons.1 n.214. Aualle, cōs. 100.n.38.vol.2.

15 Ipsaque † directa substitutio (secundom aliquos) solis coniecturis, & præsumptionibus induci posset, Menoch.cons.303.n.45.lib. 4.Bal. & Imol. in l.Titia Seia, § Seia libertis, ff.de lega.2. Alex. & Ias. in l.potest.ff.de vul.& pup.subst.Corn.cōs.320.n. 3.lib. 4.Alex.consi.91.n.9 lib.1.Rom.sen.cons.256.n 5.lib.2. Ias.in l.si pater impuberes, circa fin.ff.de vulg.& pupill. subst.& in l.pen.n.9.C.de impub.& aliis subst. & cons. 41.col penult. ver sed fortius vltra, lib.1. Socin sen.in l. qui duci, 4.not.ff de reb.dub Hercul.in l.pater filiam, § vlt.col.13 ff.ad l falcid Fortun.Gars.in l.Gallus, § & quid si tantum n.74.& 97.ff.de lib.& posth.Dec in d. l.pen.in 4.not.C de imp & aliis subst Alciat.in l.vel singulis, n.6.ff.eod.& libr.3.de verb.signif.num.25.ver. sed hos ego, Crauе.cons.62.n.13.per l.iam hoc iure, ff.de vulg.& pupill.subst. Mantica de coniect. vlt.vol.lib.5. tit.1.n.16.Rom.Iun.consi 736.num 87.vol. 7. Bonifac. Roger.cons.12.n.80.vol.1.

16 Contrariam sententiam, scilicet, vt † directæ substitutiones non inducantur coniecturis, & pręsumptionibus, tenuit gloss.magna in fin.l.cum proponebatur, ff.de lega.2.Dyn.& Bal.in l.vnica, § pro secūdo, num 8.ver.& hoc facit ad quæstionem, C.de caduc. toll.Angel.in l.antequam, C.comm.de success.Paul.de Castr.in l.vel singulis, ff.de vulg.& pup.subst.& in l. Titia Seio, § Seia libertis, ff de leg.secundo, & in l.pen. num.3.C.de imp.& aliis subst.& cons.411.lib.1.Roma. in l.si cum dotem, in prin.n.38.ff.sol.matr. Caccialup. inter cons.Alex.cons.14.col.vlt.lib.4.Soc.sen.in l.cū auus, col.antepen.ff.de condit.& demōstr.& cons.140. col.1.lib.1 repetito consi.218.lib.2.Rum.cons.90.n.5.& consi.156.n.3.lib.2.Dec.cons.211.n.3.& cons.371.n.6. Galiaul.in l.centurio, n.341.ff.de vul.& pup.subst.vbi Rip.n.35.Soc.Iun.consil.102.n.17.lib.1.& consil.174. num.8.lib.2.& in l.haeredes mei, § cum ita, num. 20.ff. ad Trebell.vbi Tornell.n.24.Rip.in l.1.n.83.ff.de vul. & pup.subst.Coras.in l.pen.n.5. C.de imp.& aliis subst. Emanuel à Costa, in l.Gallus, § & quid si tantum, par. 1.n.20.ff.de lib.& posth.Menoch.consi.97.n.48.lib.1. per l.vel singulis, & l.si pater.ff.de vul.& pup.subst.l.1. ff.si tab.testam.extab.l.iubemus, C.de testam. A petra in tract.de fideic.quæst.9.n.254. Viui.lib.2.decis.397. n.26.Menoch.consi.303.num.1.vol.4. Vegius cōsi.62. sub num.58.Hiero.Gabr.consi.113.n.67.vol.2.Magon.decis 82.n.16.

Ego vero etiam adhuc scholaris (sic Deus me
adiuuet) solitus sum ita † opiniones concordare, vt 17
7 Secundo, quia priuilegia † quæ militibus cõce-
duntur, videntur etiam concessa aduocato, seu do-
8 ctori, ecce, quod ad instar militis, in quantũ facere
potest, cõdemnatur, *gloss. in l. miles ff. de re iud. Petr.
Lenauderi. in tract. de priuil. doctor. par. 2. n. 52. Alex.
in add. ad Bartol. in l. 1. C. de dignit. libr. 12. Christoph.
Lanfranc. in tracta. vtrum miles proferatur doctori, n.
12. Bolognet in d. l. centurio, num. 16 vers. secundo, A-
lex Trentacinq. in tract. subst. par. 4 cap. 8 sub num. 7.*
* vbi testatur communem * opinionẽ *Surd. de alim.
9 tit. 7. quæst. 31. nu. 6.* eius † donatio facta cõcubinæ,
non valet, sicut nec militis, *Bart. & Ang. in d. l. miles,
ff. de re iud. Host. in summ. tit. de decim. § & cui, Ioan.
Andr. in cap. de his, extra de sepult. Roma. in l. affecti-
onis, ff. de donat. Bart. in l. mulierẽ, ff. de his quibus vt
10 indign. Card. in cap 1. extra de cler. agrot.* Sicut † mi-
les non torquetur, nec doctor, *Cyn. in l. milites, C. de
quæst. l. desertores, § 1. ff. de re milit. Paul. Leo. in tract.
subst. in materia compendioso, num. 115. Lenauder. in
tractat. de priuil. doctor. par. 2. numero 5. Christopho.
Lanfranch. in tractat: vtrum prefer. doctor. milit, nu.
23. Ludo. Bolognett. in add. ad Signor. de Homod. in
tract. eiusdem tit. n. 59. Bolognett. in d. l. centurio, n. 16.
v. sexto, Alex. Trentacinq. in d. cap. 8. sub n. 7. tetigi in
tract. de casibus conscientia, cent 1. casu 8. num. 57.* Si-
11 cut † miles non capitur pro debito ciuili, *Bal. in l.
1. in fin. C. qui bon. ced. poss. Paul Leon. in d. tit. compen-
dios. numero 117. & 118. Alex. Trentacinq. in d. cap. 8.
12 sub n. 7.* Ita † nec doctor, *Bart. in l. medicos, C. de pro-
fess. & medic. lib. 10. Maria. Soc. in tract. de citat. col. 3.
v. duodecimo fallit. Lenauder. in tract. de priuil. doct.
par. 2. n. 3. Bal. in tract. de carceribus, vers. tertio qua-
13 ro.* Sicut † miles non suspenditur, *gloss. l. 3. § 1. ff de re
milit. Lenauder. in tract. de priuil. doct. par. 2. n. 4. l. ca-
pitalium, § 1. ff. de pen. Alex. in add. ad Bart in l. quoti-
14 es, C. de d g. lib. 12.* Ita † nec doctor, *Bolog. in Auth.
15 habita, col. 13. C. ne filius pro patre.* Et sicut † testamẽ-
tũ militis, per præteritionẽ filii, non patitur contra-
tabulationem, *l. 1. § est, & aliis, ff. si quis à patre fuer.
manumiss. § pen. Inst. de exhær. lib. Crass. in § testa. q 7.
16 n. 2. & 3. Bolog. in d. l. centurio, n. 16. v. tertio.* Ita † nec
testamentum doctoris, *gloss & Bart. in d. § est, & a-
liis, Soc. Iun. in d. l. centurio, n. 64. vbi Alex. n 6. in fin.
Const. Roger. in tract. subst in materia compend. quæst.
3. n 53. Lud. Bolog. in add. ad Signor. de Homod. in tra-
ctat. vtrum prefer. miles doct numero 48* Ergo & hoc
priuilegiũ testandi, & substituendi concessum mi-
litibus, debet videri concessum doctoribus, *arg. l.
non possunt. ff. de legibus.*

17 Resp. contrarii, quod † argumentum ab æqui-
paratis, non valet, nisi in casibus in quibus expressa
reperitur ęquiparatio, *gloss. in cap. sicut vrgeri, 1. quæ-
stio. 1. & in l. creditor, ff. de nou oper. nunt. Ias. in l. Lu-
cius, numero 22 ff. de vulgar & pupilla. Paris. cons. 49.
num. 17. vol. 3. Surd. in tractat. de alim. tit. 9 q. 1. num.
9. l. Stichus, ff. de manumiss. testa. gloss. l. omnes dies, C.
de feriis, cap. post quam, & cap. licet canon, de electio.
lib. 6. Gemin. in cap. 1. de tempor. ordin. lib 6. Barbat in
tract. de præsta. Card. q. 3. sub n. 30.*

18 Item, non procedit, nisi in † æquiparatis per vi-
am regulæ, *Soc. Iun. in l. 1. ff. solut. matr. & in d. l. cen-
turio. numero 69. in fin. ff. de vul. & pupill. subst. Ioan.
Vince. Hondede. cons. 81. n. 48. Rip. in d. l. 1. n. 2. Surd.
in d. q. 1. n. 9. in fin.*

Sed replicatur, procedere † argumentum ab æ- 19
quiparatis, etiam in aliis casibus, in quibus esset ea-
dem ratio cum expressis, *gloss. l. 2. C. de cura. furio.
Bal. in l. infantes, C. qui adm.* At eadem videtur ratio
in milite, quæ in doctore, vt supra *n. 2. & 3.* fuit di-
ctum, ergo, &c.

Iterum respondent contrarii, quod † illa priui- 20
legia, ideo doctoribus communicantur, quia mili-
tibus concessa fuerunt, ratione prærogatiuæ & di-
gnitatis, in qua, etiam † doctores constituti dicun- 21
tur, *Abb. in cap. quando, extra de magistr. Salic. in l. fi.
C. de pagan. Bart. in proœm. Cod. & in l. fin. C. de Iudæ.
& in l. omnes. C. de decur. lib. 10. & in l. generali, in fin.
ff. de decurion. Abb. in cap. proposuisti, in fin. extra de
probat.* At priuilegium testandi, & substituendi di-
recto filio puberi, † etiam post aditam hæreditatẽ 22
fuit concessum militib. ratione simplicitatis, quæ † 23
non cadit in doctore, *l. fin. C. de iure delib.*

Sed replicatur; Si priuilegium hoc fuisset † con- 24
cessum ratione simplicitatis, vt eorum simplicitati
occurreretur, sufficeret, vt verba substitutionis, in
fideicommissariam, interpretarentur, *Sforz. Odd.
in tract. comp. par. 5. præmisso 3. n. 6. vers. hec solutio.*

Præterea ratione sollennitatis, & ignorantiæ vi-
detur concessum priuilegium remissæ solẽnitatis;
sed hoc priuilegium substituendi, non est huius-
modi; quia quantumuis † prudens, & sapiens, cum 25
omni sollemnitate nunquam directo maiori, vel
extraneo, post aditã hæreditatẽ substituere posset,
*Socin. Iun. in l. centurio, numero 71. versic. ad quar-
tũ, ff. de vulg. & pup. subst. Lancel. Polit. in tract. subst.
in materia comp. sub n. 7. Paul. Leon. in tract. eiusdem
tit. in materia compend. n. 107.*

Tertio, quia cui † conueniunt verba legis, com- 26
petere debet & ipsius dispositio, *Surd. decis. 9. n. 3. l.
1. § si is qui nauem, ff. de exerc. actio. l. 4. § toties, ff. de
dam. infec.* quam refert *Ioan. Vinc. Hondede cons. 5. n.
58.* sed verba legis, in d. priuilegio sunt de militib.
l. milites etiam. ff. de milit. test. Et † aduocati sunt mi- 27
lites *l. aduocati, C. de aduoc. diuers. iud. Guid. Pap. de-
cis. 88. n. 2.* ergo, &c.

Sed resp. quod aduocati † dicuntur impropriè 28
milites, & non ex communi vsu loquendi, & leges
loquentes de militibus, cum priuilegia inducant,
debent proprie intelligi, *Soc. Iun. in d. l. centurio,
num. 56.*

Quartò, quia † priuilegium militi datum, respe- 29
ctu rerum, puta peculii castrensis, conceditur do-
ctori, respectu quasi castrensis. *l. fin. C. de i. off. test. l.
fori, C. de aduoc. diuers. iud.* ergo idem videtur dicẽ-
dum in nostro priuilegio, quod consistit in tẽpo-
re; quia per illud potest fieri vnus hæres ad tempus
& alius ex tempore, *l. quarebatur, § fin. de milit. test.*
sumpto arg. de re † ad tẽpus, *l. miles ita. § 1. vbi Bar.* 30
ff. de milit. test. Euerard. in loco 39. in prin. quẽ refert
Surd in tract. de alim. tit. 5. q. 1. n. 35.

Sed resp. quod † arg. de re, ad tempus, non valet, 31
vbi est diuersa ratio: item quia hìc non tractatur
de tempore, sed simpliciter de priuilegio conce-
dente militi facultatem substituendi directò, *Soc.
Iun. in d. l. centurio, n 58. vers sed respondetur.*

Quintò, quia lex † licèt exorbitans trahitur de 32
casu

casu, ad casum, si sublata significatione, casus ille
in verbis legis comprehenditur, *l. filium habeo, ff.
ad Macedon. l. senatus consulto, ff. de ritu nupt. l. ta-
lem, in fin. ff. de hered. instit. gloss. Clem. 1. de elect. A-
lexan. in l. si constante, quaestio. 9. part. 1. ff. sol. matrim.*
33 sed † doctor saltem lato vocabulo, dicitur miles, *l.
aduocati, C. de aduoc. diuersor. iud.* ergò dictum pri-
uilegium concessum militibus, debet habere lo-
cum in doctoribus.

34 Sed resp. quod contrarium non procedit in †
priuilegiis, in quibus nullo modo fit extensio, *l. ius
35 singulare, & l. quod verò, ff. de ll.* cum enim † priuile-
gium dicatur lex priuata, contra legem communẽ,
*cap. priuilegia, 3. dist. gloss. l. quod fauore, C. de legibus,
gloss. in summ. 25. quaest. 2. Rebuff. in pract. benefic. in
differ. inter priuil. rescr. & mand. nu. 23. fol. 78. Horat.
Lucius, in praefat. tract. de priuil. scholar. sub num. 2.*
36 debet † strictissime intelligi, & non extendi, et-
iam ex paritate rationis, *Soc. Iun. in d. l. centurio, sub
n. 70. ver. secundo potest responderi.*

37 Sextò, quia † doctor, veluti dignior, militi prae-
fertur, *Bal. in procem. Digestorum, quaestio. vlt. & in l.
quod constitutum, ff. de testamen. milit. Vin. lib. 1. de-
* cis. 255. n. 35.* vbi ait ita omnes * tenere. *Ioann. Bapt.
Plot. inter. cons. matrimo. diuers. cons. 87. num. 20. vol.
1. Christoph. Lanfranc. in tract. vtrum praeferatur do-
* ctor militi num. 61.* vbi testatur hanc esse omnium *
ferè doctorum sententiam, *Ludou. Bolognet. in add.
ad Signor de Homed. in tract. eiusdem tit. in prin.* vbi
respondet motiuis ipsius Signoroli de Homod. cõ-
trarium firmantis; si ergò miles directo potest sub-
stituere puberi, post aditam hęreditatem, ergo for-
tius, posse, deberet doctor, *arg. Auth. multo magis,
C. de sacrosanct. eccl.*

38 Sed resp. non valere † consequentiam; In aliquo
sum dignior te, ergò debeo habere priuilegia tibi
concessa; quia possent esse concessa alia ratione,
quam sub dignitatis consideratione, *Soc. Iun. in d. l.
centurio, n. 68. ver. sed respondetur.*

39 Verumtamen in † militaribus actibus esset
praeferendus miles; sed in doctoreis, & indifferen-
tibus, seu promiscuis, doctor, *Alex. in d. l. centurio,
numero 14. quem refert Petr. Calefat. in tractat. de e-
questri dignit. n. 73. Felin. in cap quanto, extra de ma-
gistr. & sing. ub: extra de maior. & obed. Bolognett. in d.
l. centurio, n. 16. vers. 8. & in l. cum quid, ff. si cert. pet.
Andr. Gail. obseru. 118. numero 16. libro 2.* Maximè
40 vbi in † actibus indifferentibus, esset penuria do-
ctorum, & militum copia, *Vin. lib. 2 decis. 255. n. 37.*
41 Vel si res † armis veniret disputanda, praeferretur
miles, si ratione, doctor, *Lancel. Polit. in tract. subst.
in materia comp. sub n. 9.*

Ego verò (etsi contra meam professionem) te-
42 neo contrariam sententiam; scilicet, vt dictum †
priuilegium substituendi, concessum militibus,
non videatur concessum doctoribus, etiam *Bar. &
Bal.* similibus, quam etiam renuit *Soc. sen. in d. l. cen-
turio, colum. 1.* vbi etiam *Claud. Seisel. num. 3. Ias. nu-
mero 6. Soc. Iun. num. 51.* vbi testatur hanc esse com-
* munẽ * opinionem, *Rip. n. 16. & Alciat. n. 6. Roma.
in l. quamquam, n. 2. C. de milit. testam. Zas. in l. miles,
num. 8. circa fin. ff. de re iud. Coras. in l. precibus, nu. 20.
C. de impub. & aliis substit. in materia comp. numero 8.
Zas. in tractat. eiusdem titu. in materia compendiosa,
col. 6. num. 13. Paul. Leon. in tract. eiusdem titu. in ma-
teria compendiosa, num. 124.* vbi ait hanc esse com-
munem * opinionem, *Bolognett. in d. l. centurio, nu.* *
17. vbi etiam fatetur hãc esse communem * opini- *
onem, *Alex. Trentac. in tract. subst. par. 4. cap. 8. n. 7.*
v. secundus, vbi testatur communem * opinionem. *

Mouemur primò, quia priuilegia, & † iura exor- 43
bitantia sunt stricte intelligenda, & in casu tantum,
in quo loquũtur, nec de persona, ad personam tra-
huntur, *l. 2. ff. de const. pecu. § sed & quod principi, Inst.
de iure nat. cap. sane, extra de priuileg. l. si vero, § de vi-
ro, ff. sol. matrim. l. fin. C. de inoff. testamen. gloss. in ver.
cum enim, l. bene a Zenone, C. de quadr. praescr. gloss. 2.
l. à diuo Pio, ff. de re iudic.* sed potestas substituendi
puberi directo post aditam haereditatem, est exor-
bitans, & priuilegii loco, militibus concessa, *Tiraq.
de priuil. pia causae, 20. priuil. circa prin.* ergo non po-
test trahi ad alias personas.

Secundo, quia non † sufficit de facto militare, 44
vt militum priuilegiis quis gaudeat, sed oporteret,
quod interueniant ea, de quibus in *gloss. l. pen. ff. ex
quib. caus. maior. § fin. Auth. de mand. princip. l. ex eo,
ff. de milit. testam.* sed in doctore requisita in milite,
non interueniunt; ergo militum priuilegio gaude-
re non potest.

Tertio, quia iura in † verbis suis debent intelli- 45
gi secundum communem vsum loquẽdi, *l. librorũ,
§ quod tamen Cassius, ff. de leg. 3. cap. ex literis, extra
de sponsal.* & iura praestantia hoc priuilegium, lo-
quuntur de militibus, quorum appellatione ex cõ-
muni vsu loquendi nõ veniunt doctores, ergo, &c

Quarto per † arg. à simili, quod est validum, *l. si. 46
vbi Salic. C. de const. pecun. Surd. in tract. de aliment.
titu. 9. quaest. 1. num. 7. & titu. 1. quaestio. 14. num. 6. Ro-
man. Iun. cons 752. num. 22. vol. 7. Bal. in l. 1. col. pen. C.
de furt.* Quia † militi est concessum, vt eius testa- 47
mentum non subiaceat querelae, *l. si instituta, § de
inofficioso, ff. de inoff. testam.* Quod tamen † doctori 48
patri familias denegatur, *l si. § fin. C. de inoff. testam.*
ergo idem in proposito casu.

Quinto, quia † praeses, ita videtur militare pro 49
republica, sicut doctor, *l. 1. § publicum, ff. de inst. &
iure*; quia † per eum purgatur prouincia malis ho- 50
minibus, *l. 3. ff. de off. praesid.* sed † ille non habet 51
priuilegium militum in testando, *l. 1. ff. de bon. poss.
ex test ament. l. fin. ff. de milit. testamen.* ergo, nec do-
ctor.

Sexto, per † locum à cessante ratione, *l. quod di- 52
ctum, ff. de pact. l. ita autem, ff. de adm. tuto. l. 1. § hoc
interdictum, ff. de fonte, l. fin. C. de eds. diui Adr. tollen.
Tiraq. in tractat. de causa par. 1. num. 185.* Sed causa,
quare † militibus priuilegia in testando concessa 53
fuerint, fuit eorum ignorantia, & simplicitas, ex
exercitio militari causata, *l. 1 in tex.* ibi simplicitati
eorum. *ff. de milit. testam. l. quãquam, in tex. ibi, ouns
propter simplicitatem militarem, C. eo. And. Gail. ob-
seru. 118. n. 7. lib. 2.* At in doctoribus, per eorũ exer-
citium, non cadit † ista ignorantia, & simplicitas, *l. 54
2. § Seruius autẽ Sulpicius, ff. de orig. iur. Ant. Maria,
Corat. in tract. com. op. lib. 1. t. 2 sub n. 5. l. vnica, § ideo-
que, C. de nouo Cod facie. l. vnica, C. de profess. qui in
vrbe Const. lib. 12. Alcia. in tract. de praesum. reg. 3. prae-
sum. 19. n. 2.* ergo, &c.

ARGVMENTVM.

Vtrum principes habeant priuilegium
substituendi directo post pubertatem?

SVMMARIVM.

1 *Principes, vtrum possint directo post pubertatem substituere, plene distinguitur, n.1.2.3.& 4.*

2 *Principes non recognoscentes superiorem, sunt leges animatæ in terris, n.4.*

3 *Donatio facta ab imperatore, non debet insinuari, numero 5. idem in donatione alterius principis, non recognoscentis superiorem in eius dominio, num.6.*

4 *Donatio inter patrem, & filium non valet, nisi fuerit iurata, numero 7. vel nisi pater fuisset rex, num.8.*

5 *Legitimatio est de reseruatis imperatori, n.9. vel principis non recognoscentis superiorem, n.10.*

6 *Imperator appellatur miles, n.11.*

7 *Domini non recognoscentes superiorem, possunt directo substituere post pubertatem, n.3.& 12.*

8 *Testator in dubio videtur vti iure communi, num. 13. nisi testamentum aliter vires suas habere non posset, n.14. contra, n.15.*

QVÆSTIO XC.

1 VTrũ Reges, Principes, Duces, Marchiones, & Comites, habeant hoc † priuilegium militare substituẽdi directo puberibus post aditam hæreditatẽ? Resp. distinguendo; aut sunt tales, qui recognoscunt superiorem, aut non: primo casu, denegatur eis dictum priuilegium, *Sf. Od. in tract. comp. par. 5. præmisso 4. n.8.* vbi ait ita omnes * concludere, *Cõst. Rog. in tract. subst. in materia cõp. q.3. sub num. 59. Crass. in § testamentum, quæst.6.* vbi * testatur communem * opinionem, *Alex. Trentac. in tract. substit par.4. cap 3. n.6. circa fin.* Licèt aliter distinguendo, teneat *Bolognett. in l. centurio, nu.27. 28.& 29. ff. de vul. & pup. subst.*

2 Nisi † leges perpetuo in suo dominio condere possent, quia tunc, licèt superiorem recognoscant, habebunt prædictum militum priuilegium. *Sforz. Odd. in d. præmiss.4. num.8. Soc. Iun. in l. centurio, nu. 78. circa fin. ff. de vulg. & pup. subst. Const. Roger. d. q. 3. num.61.*

3 Aut † non recognoscunt superiorem, & videntur priuilegiati, sicut milites, *Alex. in l. centurio, n. 26. ff. de vulg. & pup. subst. Bal. in l. precibus, C. eod. per l. pen. C. de donat. inter vir. & vxo. Sforz. Odd. d. præmiss.4. num. 9.* vbi ait hanc esse omnium * communem conclusionem, *Ias. Claud. Seisel. & Galeaul. in d. l. centurio, ille, n.2. iste, num 9. hic, nu. 60.& 61. Caccialup. in l. precibus, num.33. C. de impub. & aliis subst. Paul. Leon. in tract. substit. in materia comp. nu.194. & 200. Soc. Iun. in d. l. centurio, num.78. Const. Roger. in tract. subst. in materia compend. quæst. 3. num. 59. Sforz. Odd. cons.29. num. 8.* Quicquid dixerit *Crass.*
4 *in § Testamentum, quæst.6. in fin.* Quia † tales in terris suis sunt leges animatæ, & omnis eorum voluntas, est lex, *§ sed principi, Instit. de iure natur. Alex. in l. cunctos, ff. si cert. pet. § fin. Auth. de consul.*

5 Comprobatur etiam, quia sicut † donatio facta ab Imperatore, non debet insinuari, *Authen. idem est, C. de donat. gloss. l.1. ff. eod. Ant. Gabr. lib. 3. concl.*
6 *rub. de donat. concl. 1. n. 21.* Ita erit etiam in † donatione alterius domini, tenentis locum Imperatoris in terris suis, *Oldra. cons.221. Andr. in add. ad Specul. tit. de instrum. ed. § porro, in vlt. add. Ioan. de Imol. in cap. cum contingat, extra de iureiur. Bal. in l. sancimus, C. de donat. Bened. de Plumb. in l. si arrogatus, § consul, ff. man. vind. Alexand. in d. l. centurio, sub numero 2.*

Vlterius confirmatur, quia licèt donatio † Inter 7 patrem, & filium non teneat, nisi fuerit iurata, *Anton. Gab. lib.3. titul. de donat. concl. 4. numero 1. & 3.* vbi testatur hanc esse magis communem * opinionem, *Ruin. cons.121. col.1. vol.1. Dec. in l. si donatione, num 33. C. de collat. Grat. cons. 2. num. 8. volu.2.* Tamen fallit in † donatione facta à patre Rege, 8 quãdo appareret voluisse contractum authoritate regia valere, *Bald. in cap.1. § item sacramenta, de pace iurament. firm. per not. l. in bonorum, C. qui admitt. Alex. in d. l. centurio, sub n.26.*

Præterea optimè confert, quia, licèt † legitima- 9 tio fit de reseruatis Imperatori, *cap. per venerabilẽ, § insuper, extra qui filii sint legit. l. qui prouincia, ff. de ritu nupt. Auth. quib. mod. natur. effic. sui, in princip. & Auth. quib. mod. natur. effic. legit. Affl. in c.1. in prin. n.1. de regal. Peregr. in tract. de iure fisci, lib.1. tit.1. sub num.27.* Tamen † illa permittitur regi, de facto, 10 non recognoscenti superiorem, *Alex. in d. l. centurio, n.26. in fin.*

Tandem suffragatur, quià sicut † Imperator, ita 11 & ipsi possent milites appellari, *l. 1. vbi Bal. in fin. per illum textum, in verb. commilitones, ff. de mil. test.*

Declara procedere demum, si † de voluntate 12 talis domini constiterit, directò voluisse substituere, *Paul. de Castr. in l.3. C. de testamen. Soc. Iun. in d. l. centurio, num.78. circa medium, Paul. Leon. in tract. substit. in materia compendiosa, num.201.* Aliàs in dubio † videntur vti voluisse iuri communi, *l.3. C.* 13 *de testam. l. in testamento, la 1. & l. quamquam, C. de testa. mil. Bar. in l. heredes, ff. qui testa. facere poss. l. dignã vxor, C. de legib. l. si quãdo, in prin. ff. de inof. test.*

Nisi † testamentum aliter vires suas habere non 14 posset, *Paul. Leon. in tract. subst. in materia compendiosa, n.204. per l. quoties, ff. de reb. dub. l. si miles, ff. de milit. test. Dec. in l. more, n.34. ff. de iur. om. Iud. Paul. de Cast. in l. ex imperfecto, in fin. C. de test. & cons. 414. col.3. vol.1. Crass. in § testamentum, q.9. in fin.*

Licèt † contrarium tenuerit, *Sforz. Odd. d. præ-* 15 *misso 4. n.9. in fin. fol.79.* quia (inquit) idem deberet dici in Militibus priuatis, vt post pubertatem substitutio nunquam valeret iure directo, cum posset iure fideicommissi subsistere, quod est falsum.

ARGVMENTVM.

Qualiter Militaris directa finiatur?

SVMMARIVM.

1 *Militaris directa qualiter finiatur, n.1.& 2.*

QVÆSTIO XC.

QValiter directa † Militaris finiatur? 1
Resp. prout ipse † miles testator dis- 2
posuerit, & tempus præfinierit, *Paul. Leon. in tract. subst. in materia directa militaris, n.13. per l. miles ita, ff. de milit. test. l. centurio, ff. de vul. & pup. subst. l. precibus, C. eod.*

ARGVMENTVM.

Quid est exemplaris substitutio?

SVMMARIVM.

1 *Exemplaris substitutio quid est, n.1.2.3.4.5.6.7.8. 9.10.& 11.*

2 *Exemplaris est substitutio directa, qua testator prouidet filio suo de herede, casu quo sibimet propter defectum mentis, vel corporis, prouidere non poterit, n.2.*

3 Ex-

3 *Exemplaris, est illa, quæ fit ad exemplum pupillaris, eius persona non valentis iure testari, veluti si fiat furioso perpetuò, muto, prodigo, cui bonis interdictum est, n. 3.*

4 *Exemplaris, est testamentum, quod fit à parente pro liberis, carentibus ea factione causa furoris, aut similis morbi, seu vitii, n. 4.*

5 *Exemplaris, est illa, quæ fit furiosis, vel mente captis, num. 5.*

6 *Exemplaris, est substitutio, quæ à parentibus, liberis mente captis fit, de filiis, aut fratribus, vel de alio quolibet, illis non existentibus, n. 6.*

7 *Exemplaris, est substitutio directa, per quam ad exemplum pupillaris prouidetur ei, qui non propter ætatem, sed mentis defectum sibi prouidere non potest, vt sic per illam heredem habeat, n. 7.*

8 *Exemplaris, est substitutio directa, ab aliquo ex parentibus facta libero eius, patienti mentis exilium, de persona ei verisimiliter ab intestato successura, vt eam habeant ex testamento, n. 8.*

9 *Exemplaris, est secunda institutio, quam ex parentibus alter liberis propter defectum naturalem testori impeditis, facit, eisdem personā ab intestato successibiliorem, prius substituendo, vt illis non tantum sibi succedatur, si ante resipiscentiam decesserint, n. 9.*

10 *Exemplaris, est substitutio directa, per quam licet parentibus furiosis, mente captis, mutis, prodigis, surdis, puberibus liberis heredem scribere ex legis præscripto, qui, quemadmodum substitutus pupillariter possit, etiā bona propria filii sine controuersia inofficiosi ex ea institutione capere, n. 10.*

11 *Exemplaris, est illa, quæ fit à parentibus, liberis, qui propter infirmitatem mentis, vel ob aliud vitium accidentale testari nequeunt, ad exemplum pupillaris, n. 11.*

QVÆSTIO XCII.



1 Vid † est exēplaris substitutio? Resp.
cum *Sforz. Odd. in præl. comp. par. 4. q. 1. n. 1.* esse substitutioné directam, qua testator prouidet filio suo de hærede, casu quo sibimet propter defectum mentis, vel corporis prouidere nō poterit; quā quidem diffinitionem, etiā publice legēdo probauimus, infinitis, & quasi super viuam petram fundatis rationibus, vt videbis in nostris refertissimis ad primū Codicis cōmentariis, felicissimo auspice æreis typis iam datis.

Vel secundum *Anto. Fumo. in tract. subst. in ma-*
2 *teria exemplaris, n. 16.* est illa, quæ † fit ad exemplum
pupillaris, eius personę non valenti iure testari, veluti si fiat furioso perpetuò, muto, prodigo, cui bonis interdictum est.

Vel secundum *Lancel. Polit. in tract. subst. in ma-*
3 *teria exemplaris, num. 1.* est testamentum, quod † fit
à parente pro liberis, carentibus ea factione, causa furoris, aut morbi, seu vitii, qué refert, & sequitur *Zas. in tract. eundem t. in materia exemplaris, n. 1. Couarr. in cap. Raynutius, § 6. n. 1. extra de testam. Alex. Trentac. in tract. subst. par. 3. c. 1. sub n. 1.*

Vel secundum *Zas. in § qua ratione, Inst. de pupil.*
4 *subst.* est † illa quæ fit furiosis, vel mente captis.

Vel secundum *Paul. Leon. in tract. subst. in mate-*
5 *ria exemplaris, n. 4.* est † substitutio, quæ à parenti-
bus, liberis mēte captis, fit de filiis, aut de alio quolibet, illis non existentibus.

Vel secundum *Imo. in l. ex facto, in prin. n. 16. ff. de*
vulg. & pup. subst. est † substitutio directa, per quam 6
ad exemplum pupillaris, prouidetur ei, qui non propter ætatem; sed mentis defectum sibi prouidere non potest, vt sic per illam hæredem habeat, quem refert *Franc. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 5. tit. 16 n. 2. Franc. Rip. in d. l. ex facto, num. 54. Anton. Gomez. tom. 1. var. resol. c. 6. n. 1. in fin. Alex. Trentac. in tract. subst. par. 3. c. 1. n. 1.*

Vel secundum *Const. Roger. in tract. subst. titu. 3.*
in materia exemplaris, in prin. sub n. 1. fol. 116. est † sub- 7
stitutio directa, ab aliquo ex parentibus facta libero eius, patienti mentis exilium, de persona ei verisimiliter ab intestato successura, vt eam habeant ex testamento.

Vel secundum *Aret. instit. in tract. subst. in mate-*
ria exemplaris, n. 1. est secunda † institutio, quā ex 8
parentibus alter, liberis propter defectum naturalem testari impeditis, facit, eisdem personā ab intestato successibiliorem, prius substituēdu, vt illis, non tantum sibi succedatur, si ante resipiscentiam decesserint.

Vel secundum *Petr. Gregor. in par. 3. Syntagm. iu-*
ris, lib. 42. cap. 24. n. 3. est substitutio † directa, per 9
quā, licet parentibus furiosis, mente captis, mutis, prodigis, surdis puberib. liberis, hęredé scribere ex legis præscripto, qui, quemadmodum substitutus pupillariter, possit, etiam bona propria filii, sine controuersia inofficiosi, ex ea institutione capere.

Vel secundum Sebast. Medices in *tract. diffinitio-*
nū, quæst. 80. n. 13. est illa, quæ fit à † parentibus, libe- 10
ris, qui propter infirmitaté mentis, vel ob aliud vitium accidentale, testari nequeunt, ad exemplum pupillaris.

ARGVMENTVM.

Quare vocetur exemplaris?

SVMMARIVM.

1 *Exemplaris, quare vocetur, n. 1.*

2 *Exemplaris dicitur, quia introducta est ad exemplū pupillaris, n. 2. contra, n. 3. soluitur, n. 4. 5. & 6.*

3 *Exemplar, & exemplatum differunt, n. 8.*

QVÆSTIO XCIII.

QVare vocetur † exemplaris? Resp. 1
quia introducta est ad † exemplū 2
pupillaris, *Bar. in l. ex facto, n. 4. ff. de vul. & pup. subst. per illū tex. & l. humanitatis, C. eo. & § qua ratione, Inst. eo. Couarr. in c. Rayn. § 6. sub n. 1. extra de test. vbi Gul. de Bene. par. 2. 1. de exemplari, n. 3. Cras. in § substitutio, q. 38.* vbi testatur hanc esse magis comm. opin. *Ferna. Vasq. de success. progress. § 17. n. 2. Sf. Od. in præl. comp. par. 4. q. 2.* vbi ait hanc esse magis comm. opin. *Paul. Leo. in tract. subst. in materia exēplaris, n. 5. Zas. in tract. eiusd. t. in materia exemplaris, sub n. 1. Lanc. Polit. in tract. eiusd. t. in materia exempl. sub n. 1. Ant. Fum. in tract. eiusdē t. in materia exempl. sub n. 61. Bar. de Huc. in tract. eiusd. t. c. 4. sub n. 1. Bal. in tract. eiusdem t. in materia exemplaris, n. 1.* vbi testatur hanc esse veram, & com. responsionem, *Constant. Rog. in tract. eiusdem t. rub. 3. q. 2. in prin. fol. 117. Menoch. de præsum. part. 2. lib. 4. præs. 38. n. 23. & præsum. 63. n. 15. & præsumpt. 195. numero 11. & præsumpt. 44. sub n. 3. & præsumpt. 39. num. 1. & præsump. 41. num. 1. & præsumpt. 42. numero 3. & consil. 303. n. 11. vol. 4. Aret. Instit. in tract. subst. in materia exemplaris, n. 2. fol. 103. Pract. Papien. in form. libell.*

quo agit ex subst. exempl. sub n. 1. Grat. Respon. 9. num. 148. vol 1. Bolognett. in rub. ff. de vul. & pupill. substit. n. 10. & Alex. Trentac. in tract. subst. par. 3 c. 1. n. 2.

3 Etsi opponatur, exemplar dicitur † illud, vnde sumitur; sumptum verò dicitur exemplatum, *l. 1. § si quis in duobus, ff. de bon. poss. secundum tab. l. 2. ff. de fide instr. Cagn. in Auth. si quis in aliquo, n. 2. C. de ede.* vnde potius deberet dixi exemplata, quam exemplaris, seu exemplaria substitutio.

4 Resp. primò, esse hanc † magistralem locutionem, de qua non est curandum, *Paul. Leon. in tract. subst. in materia exẽplaris, n. 7. Lancel. Polit. in tract. eiusdem t. in materia exemplaris, sub n. 1. Bart. de Hucio in d. c. 4. sub num 1. Bal. in tract. eiusdem tit. in materia exemplaris, sub nu. 2. per l. 2. ff. de const. pecun. & gloss. rub. ff. sol. matr.*

5 Secundò resp. contrarium † procedere, quando vna scriptura esset ab alia exemplata, vt eadem remaneret, *Paul. Leon. in tract. subst. in materia exẽ-*
6 *plaris. sub num 7.* sed nos loquimur, quando res † vna ad exemplum alterius fieret, non quod sit eadẽ; ideoque, quia vtraque est principalis, vocari potest exemplaris, seu *exemplaria*, & *exemplata*, Bart. in *d. l. ex facto, num. 4. ff. de vul & pup. subst.* quem refert, & sequitur *Bart. de Hucio in tract. substit. in materia exemplaris, cap. 4. sub n 1. Bald. in tract. eiusdem tit. in materia exemplaris, sub n. 2.* vbi testatur hanc esse veriorem responsionem.

ARGVMENTVM.

Quo iure fuerit introducta exemplaris?

SVMMARIVM.

1 *Exemplaris, quo iure fuerit introducta, n. 1.*
2 *Exemplaris, olim ex indulgentia Imperatoris permittebatur, hodie verò ex lege scripta, numero 2.*
3 *Exemplaris (secundum aliquos) ante tempora Iustiniani fieri potuisset, absque principis impetratione, n. 3.*

QVÆSTIO XCIV.

1 QVo iure † exemplaris substitutio intro-
2 ducta fuit? Resp. olim ex † indulgentia Imperatoris permittebatur, hodie verò ex lege scripta, & principali constitutione admissa est absque Principis viui licentia, *Cras. in § substitutio, quæst. 39.* vbi testatur hanc esse com-
* munem* & receptam sententiam, *Ferna. Vasq. de success. progres § 17. n. 1. Sf. Od. in prælud. compen. par. 4. quæst. 3.* vbi ait hanc esse approbatam sentẽtiam, *Bart. in l. ex facto, sub n. 5. ff. de vulg. & pup. subst per l. humanitatis, C. eod. Bal. in tract. subst. in materia exẽplaris, sub n. 2. Bart. de Hucio in tract. eiusdẽ tit. in materia exemplaris, sub n. 1 per § qua ratione, vbi gloss. Instit. de pup. subst. & l. ex facto, ff. eo. Lanc. Polit. in tract.*
* *subst in mat. exẽplaris, sub n. 1.* vbi ait ita omnes *sentire, *Zas. in tract. eiusdẽ t. in materia exemplaris, sub n. 1. Pau Leo. in tract. eiusdẽ t. in materia exemplaris, n. 20. Petr Gregor. par. 3. Syntag. iuris vniuersi, lib. 42. c. 24. sub n. 2 Bologn. in rub. ff. de vul. & pup. subst. sub n. 22. Alex. Trẽtac. in tract. subst. par. 3. c 1. n. 3.* vbi te-
* statur communem*opinionem: Etsi *Lanc. Polyt. in tract. subst in materia exemplaris, sub nu 1.* subiiciat,
3 furioso † fieri potuisse exemplarem substitutionẽ, absq; principis impetratione, etiam ante tempora Iustiniani, per *l. ex facto. § nam & si furioso, ff. de vul. & pup. subst.* quẽ refert, & sequitur *Paul. Leõ. in tractat. eiusdem t. in materia exemplaris, sub n. 20.*

ARGVMENTVM.

Vtrum exemplaris, sit propria species substitutionis, per se distincta?

SVMMARIVM.

1 *Exemplaris est propria species substitutionis, per se distincta, n. 1.*
2 *Argumentum, à sufficienti partium enumeratione, est validum, n. 2.*

QVÆSTIO XCV.

VTrum exemplaris sit propria species substitutionis, per se distincta? Resp. quòd † sic, *Bart. in l. ex facto, n. 4. q. 1.* 1
princip. in fi. ibi, vtraq. est principalis, *ff. de vul. & pup subst. Aret. inst. in tract. subst. in mat. exemplaris, n. 6. Const. Rog. in tract. subst. in materia exemplaris, in prin. n. 3.*

Mouemur præcipuè, argumento à † sufficien- 2
ti partium enumeratione, quod est in iure validũ, *§ in bonæ fidei, Inst. de actio. l. re coniunctis, vbi Doct. ff. de legatis 3 l. obligationum fere placet, ff. de act. & obl. l. filius, ff. de leg. 1. l. cum his, § si prætor, ff. de trãsact.* quasi non sit vulgaris, non pupillaris, non reciproca, non compendiosa, ergò, &c.

ARGVMENTVM.

Vtrum exemplaris, conueniat cum pupillari?

SVMMARIVM.

1 *Exemplaris conuenit cum pupillari, in causa producente, numero 1. Author plenissime distinguit, num. 3. 5. & 6.*
2 *Pupillaris quare fuit introducta, n. 2.*
4 *Pupillaris fuit introducta moribus, n. 4.*

QVÆSTIO XCVI.

VTrum exemplaris † substitutio conue- 1
niat cum pupillari: Resp. aliquos tenuisse simpliciter, quod conueniunt in causa producẽte; quia sicut † pupillaris fuit 2
inducta, eo quod pupillus non poterat sibi prouidere per testamentum, vt dixi in *Cent. 1. q. 60.* ita exemplaris, quia mente captus, & similes, non posset sibi prouidere per testamentũ, *l. humanitatis, C. de imp. & aliis subst. § qua ratione, Inst. de pup. subst.*

Ego verò plenius distinguo; aut † quæritur, v- 3
trum pupillaris substitutio, & exemplaris conueniat in causa efficienti, & dicerem, quod non; quia † 4
pupillaris fuit introducta moribus, vt dixi in *1. Cẽt. q. 59.* exemplaris verò lege, vel constitutione principis, vt fuit conclusum in proxima quæstione. Aut quæritur, vtrũ conueniant in causa finali, & subdistinguo; Quod aut † cõsideratur causa finalis in ge- 5
nere, & in ea conueniunt; quia vtraque substitutio fuit introducta ad prouidendũ ei, qui sibi prouidere non potest, *Bart. in l. ex facto, n. 5. ff. de vul. & pup. subst. Bar. de Hucio in tract. subst. in mat. exemplaris, sub n. 2* Aut cõsideratur † causa finalis in specie, & tũc 6
non cõueniunt, quia pupillaris substitutio fuit introducta ad prouidendum ei, qui propter ætatem non potuit testari, *Inst. in fi prin. de pup. subst.* exemplaris vero, non eadem causa ætatis introducta est, sed propter accidens morbi superueniẽs, quod est simile, non idem impedimentum, *d. l. humanitatis, C. de impub. & aliis substit. & d § qua ratione, Instit. de pup. substit. l. ex facto, ff. eod.* Hanc distinctionem fuit etiã ante nos amplexus *Paul. Leo. in tract. subst. in materia exemplaris, sub numero 21. Guliel. de Bened. in*

cod.in c. Raynutim,par.2.versic.si absq. liberis,el 2.tit. de exemplari substitut one, sub n.3.extra de testamen. Bald. in tract.eiusdem tit. in materia exemplaris, sub num.2.

ARGVMENTVM.

Vtrum requiratur, quod ille, cui fit exemplaris, sit de liberis?

SVMMARIVM.

1 *Exemplaris fit ei,qui est de liberis,n.1.*

2 *Exemplaris,conuenit cum pupillari,in eo quod filii, quibus fit,debent esse legitimi, & naturales, numero 2.Item, quod sint legitimi tantum,num.3. Item, quod non sint spurii, n.5. Item, quod non sint naturales tantum, num.7.& 10.ratio,nu.11. refutatur, num.12.contra,n 13.rationes, & media, n.14.15.16.17.18.19.& 20.alii distinguunt, vt prima opinio procederet in patre, secunda verò,in matre,nu.31.ratio differentia secundum eos, n.22.& 23.*

3 *Differentia, cum expressè non inueniatur inter exemplarem, & pupillarem, debet stari similitudini,n.4.*

4 *Spurii non sunt filii nominandi,n.11.*

8 *Pupillaris non potest fieri filiis naturalibus tantum, num.8.*

9 *Naturales non sunt in potestate patris,9.*

10 *Naturalibus tantum, exemplaris fieri non potest, n.10.ratio, nu.11.confutatur, n.12.contra,num. 13 fundamenta,n.14.15.16.17.18.& 19.aliorum distinctio,n.12.*

11 *Naturalibus filiis, non debetur legitima à patre, n. 11.secus à matre,n.22.*

14 *Filii nati de iure ciuili, in forma matrimonii, & nati de iure gentium,in quo differunt,n.14.*

15 *Patria potestas, non requiritur in exemplari, numero 15.*

16 *Mater potest exemplariter substituere, n.16.limita,n.24.*

17 *Mater non habet filios in potestate,n.17.*

18 *Exemplariter posse a parentibus substitui ex humanitate concessum est,n.18.*

19 L.cum auus ff de cond.& demonstr.*loquens de liberis, extenditur etiã ad naturales tantũ,n.10.*

20 *Pater, filiis naturalibus in testamento,tutorem dare potest,n.20.*

25 *Naturales succedunt matri ab intestato cum filiis legitimis & naturalibus,nisi fuerint nefario coitu nati,n.23.*

24 *Mater non potest filiis spuriis, & nefariis exemplariter substituere,n.24.*

QVÆSTIO XCVII.



Trum exemplaris substitutio, conueniat cum pupillari in materia producibili, scilicet an in exemplari requirantur omnia necessaria in pupillari, & inprimis, vtrum requiratur,
1 quod † ille, cui fit talis substitutio, sit de liberis, sicut requiritur in pupillari. Resp quod sic, *Bar.in l. ex facto,n.6.ff de vulg. & pup.subst.per illum tex.ex l. humanitatis,C.eod & §qua ratione.Inst de pup.subst. Sforz Od.in præl.compend par.4.q.4.n 2 Crass in §*
* *substitutio,q.11 n.1.* vbi testatur communem* opinionem *Vasq. de success.progress §17 num.*10.vbi ait
* communem* opinionem, *Bart de Hucio in tracta. subst.in materia exemplaris, n.3, Paul.Leon.in tract. eiusdem tit.eiusdem tit.in materia exemplaris, nu 25. Gul.de Bened in c. Raynutium, par.2.titu.de exemplar. subst.n.10.extra de test.*

Declara primò, vt conueniant dictæ † substitu- 2
tiones in hoc, quod liberi sint legitimi, & naturales, *Bart.in l.ex facto,n.6 ff.de vulg.& pup.subst.l.humanitatis, C.eod.Bal.in tract. subst. in materia exemplaris, sub n.3 Bart.de Hucio in tractat. eiusdem tit.in materia exemplaris, sub n. 3.Lancel.Polit.in tractat. eiusdem tit.in materia exemplaris,n.13.Zas.in tracta. eiusdem tit.cap.3 sub n.3 Paul.Leon.in tract.eiusdem tit.in materia exemplaris, n.25.Gul.de Bened.in d.tit. de exemplari,n.10.*

Declara secundo, vt dictæ † substitutiones, exẽ- 3
plaris scilicet,& pupillaris cõueniant etiam in hoc, quod liberi sint tantum legitimi, *Bart in d. l.ex facto, sub n.6.* quia (inquit) cum non reperiatur † dis- 4
cordia, stari debet similitudini, per *l si arrogator, ff. de adopt.l. sed si plures § in arrogato,ff.de vulg.& pup. subst.Bal.in tract.subst.in materia exemplaris, sub nu. 3.Bar.de Hucio in tract.eiusdem tit. in materia exemplaris, sub num.3.Lancel.Polyt in tract eiusdem tit.in materia exemplaris sub num.13.Zas.in tract.eiusdem tit.c.3.sub n.3.Paul. Leon.in tractat.eiusdem tit.in materia exemplaris, num.27 per l. cum in adoptiuis, C.de adopt. §sed hodie, Instit.eodem.*

Declara tertiò, vt dictæ duæ substitutiones conueniant in hoc, quod † dicti liberi non sint spurii, 5
quia sicut eis, pupillaris substitutio fieri non posset ita nec exemplaris, *Bart.in d.l.ex facto,sub n.7.ff. de vulg & pup.subst.* quia(inquit) tales non sunt filii 6
nominandi, *Auth.ex complexu, C.de incest.nup.§si. quib.mod.natur.efficiun.sui, Bal.in tract.subst.in materia exemplaris, sub n 3 Bart de Hucio in tract.eiusdem tit.in materia exemplaris, sub numero 3. Crass.in §substitutio, quæst. 11. num. 2.* vbi testatur commu-
nem* opinionem, *Anto.Gomez.tom.1.resol.c.6.n.6.* *
Vasq. de success. creat.§ 7.n.18. vbi testatur hanc esse
receptissimam* opinionem. *

Declara quartó(secundum aliquos)vt dictę duę substitutiones conueniant in hoc, vt † dicti liberi 7
non sint naturales tantum: nam sicut † pupillaris 8
non posset fieri filiis naturalibus tantum, cum non
sint in † potestate, *l.2.ff.de vul & pup.subst.Franc.* 9
Mantica de coniect.vlt.vol.lib.5.tit.9.n.4.l.cohæredi, §cum filio.ff.de vulg.& pup.subst.l.3.ff de his qui sunt sui.vel alien.iur.§si aduersus, Instit.de nupt. ita talib.
† liberis non posset fieri exemplaris substitutio, 10
Ang.& Imo in l.ex facto, ff de vulg & pup.subst.Bal. in l.2.in fi.C de her.inst.Alex. Aret.& Ias.in d.l.ex facto,vbi R.p.n 57..istam differentiam,* testatur com-
munem* opinionem. *Coras.in d l.humanitatis,n.7.* *
Anton Gomez tom.1.var.resol.cap.6 Ferna Vasq.de success.progress.§17.num.10.Soarez in addit.ad Gomez.in cap 6.num.5. vbi testatur hanc esse commu- *
niorem* opinionem, *Crass.in §substitutio,q.11.sub* *
num 2. vbi testatur hanc esse veriorem,& commu-
niorem* opinionem, *Gul.de Bened.in c. Raynutium,* *
par.2.titul.de exemplari substit.sub num.10.extra de testa. vbi ait hanc esse veriorem opinionem, *Zas.in tract.subst.c.3.sub num.4.* vbi testatur communem *opinionem, *Alex Trentac.in tract.eiusdem t.par.3. c.4.num.12.vers.cum superior,* vbi testatur hanc esse
communem* opinionem. *

Mouentur præcipuè, quia *tex. d. l.humanitatis,* facit mentionẽ de legitima filiis relinquenda; ergò

videtur loqui de aliis filiis, quibus legitima relin-
11 qui deberet: at † naturalibus filiis noo debetur le-
gitima à patre; l. vxorem, § naturalis, ff. de leg. 3. l. 2.
C. de nat. liber. glo. l. 1. in prin. ff. de bonor. poss. cōtra tab.
* quam esse communiter * approbatam, testatur
Cras. in § legitima, q. 3. n. 2. Bart. in l. Gallus, § etiam si
parente, ff. de lib. & posth. Bereng. Fernan. in l. in quar-
tam, par. 3. n. 41. ff. ad l. Falcid. Fern. Vasq. de success.
creator. § 10. n. 488. & § 20. n. 194.
12 Sed resp. qood in dicta lege humanitatis, † nōn
fit mentio de legitima, vt ea videatur causa finalis
exemplaris substitutionis, &, per consequeos, vt
non possit exemplariter substitui, nisi illis persoois
quibus legitima deberetur, sed facta mentio, ad ef-
fectum, vt si à patre cōtigerit fieri exemplaris sub-
stitutio legitimis, & naturalib. quod relinquatur
legitima, ne testamentum querelæ subiaceret,
Paul. Leon. in tract. subst. in materia exemplaris sub n.
34. Ant. Fume. in tract. eiusdem tit. in materia exem-
plaris, sub n. 63.
* Contrariam sententiam, & receptiorem * vt †
13 filiis naturalibus tantum, posset fieri exemplaris
substiturio, &, per consequens, disconueniant in
hoc dictæ substitutiones; teouit Bart. in l. ex facto,
n. 7 ff. de vul. & pup. subst. Bal. (sibi contrarius) in d. l.
humanitatis, C. eod. Sforz. Odd. in præl. comp. par. 4.
quæst. 4. sub num. 2. Salic. in d. l. ex facto, & in d. l. hu-
manitatis, Bald. in tract. subst. in materia exemplaris,
sub n. 3 Bart. de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia
exemplaris, sub n. 3. Paul. Leon. in tract. eiusdem tit.
in materia exemplaris, sub num. 28. & 33. Const. Roger.
in tract. eiusdem tit. § 5. in materia exemplaris, num.
42. fol. 140. Anton. Fume. in tract. eiusdem tit. in mate-
ria exemplaris, num. 65. vbi testatur hanc esse omni-
* om * communem sententiam.
14 Moti primo, quia quo † ad filios natos de iure
ciuili in forma matrimonii, & natos de iure gentiū,
ea differentia est; quia illi sunt sub patria potesta-
15 te, isti verò nō, Inst. de nupt. in prin. at † patria pote-
stas non requiritur in exemplari, sicut in pupillari
16 requiritur, quia † mater posset exemplariter sub-
stituere, l. humanitatis, C. de impub. & aliis subst. & ni-
17 hilominos oon habet † filios in potestate, l. illud, §
ad testamenta feminarum, ff. de bon. poss. contra tab. §
feminas, Inst. de adopt. l. nulla, ff. de suis, & legitim.
18 Secundo, quia † parentibus exemplariter posse
substitui, concessum est ex humanitate, l. humani-
tatis, C. de impub. & aliis subst. § qua ratione, Instit. de
pup. subst. ergo deberet extendi, etiam ad naturales
filios rantum, argumento l. generaliter, § cum au-
19 tem, C. de inst. & subst. Vbi Imperator declarat † dis-
positionem, l. cum auus. ff. de cond. & demonst. quæ
de liberis simpliciter loquitur, habere, etiam locū
in naturalib. tantū, quasi in eis eadem ratio milita-
ret. l. a Titio, ff. de verb. obl. l. illud, ff. ad l. Aquiliam.
20 Tertio, quia eadem ratione, qua † pater filiis
naturalib. in testamento tutorem dare posset, l. fin.
C. de confir. tut. videtur posse eis exemplariter sub-
stituere, quia vtrumq; remedium videtur teodere
ad prouisionem filii.
21 Alii fœdere † distinctionis, vtramq; sententiam
concordare conati sunt, vt scilicet prima sententia
loquatur, & procedere posset in patre; secuoda ve-
rò, in matre, inter quos fuit Lancel. Polit. in tractat.
subst. in materia exemplaris, sub n. 13. Alex. Trentacin.
in tract. eiusdem tit. par. 3. cap. 4. circa fi. ¶. secundum;

& ratio differeotiæ est (secundum eos) in † bonis 22
matris debetur filiis oaturalib. legitima, (de qua d.
l. humanitatis loquitur) Crass. in § legitima, q. 3. sub n.
2. l. si suspecta, § 1. ff. de inoff. testam. § nouissimo, Inst. ad
Orfic. l. 1. § 1. ff. ad Tertull. Surd. in tract. de alim. tit. 8.
priuil. 81. n. 9. Ascan. Clemens in tract. de patria potest.
c. 5. n. 41. vers. hinc est tertio.
Ipsiq; filii † naturales tantum, succedunt matri 23
ab intestaro, cum filiis legitimis, & naturalibus, nisi
fuerint oefario coitu nati, Fern. Vas. de success. creat.
§ 10. num. 494. Crass. d. quæst. 3. sub nu. 2. vbi testatur
communem * opinionem, l. 1. § 1. ff. ad Tertull. § no- *
uissimè, Inst. ad Orficia. Surd. in d. priuil. 81. nu. 6. Bal.
& Corn. in l. pen. per illum tex. circa fin. C. ad Orfic. vbi
etiam Caguol. num. 34. & 42 Ideoq; ipsis † spuriis, & 24
nefariis substitui, etiam á matre exemplariter pro-
hibetur, vt scriptum reliquit Paul. Leon. in tractat.
subst. in materia exemplaris, n. 42 & 43. per glo. in ¶.
admitti, § pen. Inst. ad Orfic. Const. Rog. in tract. subst.
in materia exemplaris, quæstio. 5. n. 46. Bal. in l. huma-
nitatis, num. 48. in fin. C. de impub. & aliis subst. Alex.
Trentacinq. in tract. subst. par. 3. c. 4. in fin. Alex. consil.
40. n. 15. vol. 4.

ARGVMENTVM.

Vtrum filius posset exemplariter substitu-
ere eius patri furioso?

SVMMARIVM.

1 Filius non potest substituere exemplariter eius patri
furioso, numero 1. ratione, & media, n. 2. 3. 4. 5.
6. 7. 8. 9. 10. 11. & 12. contra, & malè, numero
13. fundamentum, numero 14. dissoluitur, num.
15. & 16.
2 Exemplaris permittitur fieri liberis furiosis, & non
patribus, n. 2.
4 Pupillaris non potest fieri parentibus, n. 4.
5 Exemplaris inducitur ad exemplum pupillaris, n. 5.
6 Absurdum est euitandum, n. 6.
7 Distinctio debet esse inter instituentem, & institu-
tum, n. 7.
9 Pater habet superioritatem in filios, etiam à patria
potestate exemptos, n. 9.
10 Pater habet plus iuris in administratione bonorum
filii, quam e conuersò, n. 10.
11 Filius datus curator patris, tenetur reddere ratio-
nem, n. 11.
12 Pater, curator filii, non tenetur reddere rationem,
num. 12.
14 Pater furiosus est sub gubernatione filii, n. 14. de-
clara, n. 15.
16 Exemplaris, quare fieri non permittatur à filio, pa-
tri furioso, qui tamen est constitutus sub guber-
natione ipsius filii, n. 16.

QVÆSTIO XCVIII.

VTrum filius possit exemplariter sub-
stituere eius patri furioso? Respond.
quod † non, Bart. in l. ex facto, n. 8. ff. 1
de vul. & pup. subst. Bal. in tract. subst.
in materia exemplaris, sub n. 4. Bart. de
Hucio in tract. eiusdem tit. in materia exemplaris, nu.
4. Lancel. Polit. in tract. eiusdem tit. in materia exem-
plaris, sub n. 5. vbi testatur haoc esse verissimam opi-
nionem, Alber. Rayn. & Gul. in rep. rub. ff. de vulg. &
pup. subst. Bal. in l. humanitatis, ff. eod. Alex. in d. l. ex
facto, n. 30. vbi testatur communem * opinionem, *
Ant. Fum. in tract. subst. in materia exemplaris, n. 62.
vbi

* vbi etiam dicit communem * opinionem, *Zaſ. in tract. eiuſdem t.c.3.n.5. Pau. Leo. in tract. eiuſdem t. in*
* *materia exemplaris, n.60.* vbi teſtatur, ita Doctores*
concludere, *Ant. Gomez. vol.1. var. reſol. c.6. n.62. vbi in add. Soarez n.13. Fern. Vaſquius de ſucceſſ. creat. § 17. n.62. Craſſ. in § ſubſtitutio, q.46.* vbi teſtatur hanc
* eſſe veriorem, & communiorem* opinionē, *Sforz. Odd. in præl ud. compend. par.4. quæſt.4. n.2. ver. limi-*
* *tatur autem,* vbi ait hanc eſſe communem *opinionem, *Rip. in d. l. ex facto, n.59. ver. iſta differētia, Gul. de Bened. in cap. Raynutius, par.2. in materia exēplaris, n.14. extra de teſtam.* vbi teſtatur in hanc opini-
* onem omnes* vnanimiter conuenire, *Conſt. Roger. in tracta. ſubſt. in materia exemplaris quæſtio.4 n.20. Alex. Trentacinq. in tract. eiuſdem tit. par.3. c.3. nu.2.*
* *ver. & cum ſuperior*, vbi teſtatur eſſe communem*
& receptam ſcribentium ſententiam.

2 Mouemur primò, quia † iura tantum modo faciunt mētionem de liberis, vt eis dumtaxat exemplariter ſubſtitui poſſet, *l. ex facto, ff. de vulg. & pup. ſubſt. l. humanitatis, C. eod. § qua ratione, Inſtit. de pup.*
3 ergò † non debet extendi, ſeu ad patrem trahi, *l. ſi vero, § de viro ff. ſol. matr.*

4 Secundò, quia in † pupillari non eſt inuentum, vt filius poſſet patri ſubſtituere, *Bal. in tract. ſubſt. in materia exemplaris, ſub nu.4.* ergo nec in exem-
5 plari, quæ † inducitur ad eius exemplum, *Rimin. Iun. conſil.336. num 88. vol.7. Cephal. conſil.423. num. 123. vol.3.*

6 Tertiò, quia ſequeretur † abſurdum, *l. nam ab-*
7 *ſurdum, ff. de bon. liber* nam cum † inter inſtituentē, & inſtitutum debeat eſſe diſtinctio, *l. ſi ſeruus, ff. de ſtip. ſeruo. & arg § ſed neq; hæres ſcriptus, Inſtit. de teſt. l.1. ff. de his quæ pro non ſcrip. habe. l.3. & 4. C. de his qui ſibi adſcrib* filius exemplariter patri ſubſtituendo, poſſet inſtituere ſe ipſum.

Quarto, quia vt confirmaretur exemplaris ſub-
8 ſtitutio, eſſet neceſſe, vt † fili⁹ patri præmoriretur, & per conſequens, cum effectu ſeſe inſtituere minimè poſſet, vltra quod eſſet contra communē votum parentum, *arg. l. Iulianus, ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtamen.*

Quintò, quia videtur indignum, vt filius pro patre teſtetur, cum fuerit introductum, vt quis pro alio teſtari poſſet, ratione patriæ poteſtatis, & licèt in exemplari ſubſtitutione non requiratur patria poteſtas, tamen illi parentes, qui iure ciuili non ha-
9 berent filios in poteſtate, nihilominus in † eos retinerēt quamdam ſuperioritatem, ob quam eis debetur reuerentia, *l. furioſa, § 1 ff. de cur. furioſ. l. veluti, ff. de iuſt. & iure, l.1. in fin. & l. liberto, ff. de obſeq. patro. præſtand.*

10 Sexto, quia † plus iuris habet pater in adminiſtratione bonorum filii, quam è conuerſò, *Bart. in d. l. ex facto, ſub n.8 ff de vul. & pup. ſubſt. per gloſſ. in ver. dandū, d. l. his qui, ff. de tut. & cur. dat. ab his.* nam
11 filius † datus curator patris, teneretur reddere rationem, vt quilibet curator, *§ fi. Inſtit. de Attil. tuto.*
12 ſecus † obſeruatur in patre, curatore filii, *l. fi. § hoc proculdubio, C. de bon. quæ liber. § ſi verò expectet, Auth. de nupt.*

13 Licèt alii tenuerint † contrariam ſententiam, vt patri furioſo poſſit exēplariter ſubſtitui, inter quos fuit *Iaſ. in d. l. ex facto, ſub n.21.* vbi eam dixit in puncto iuris veriorem.

Moti præcipuè, per *l. his qui ff. de tut. & cur. datis ab his*, vbi † pater furioſus eſt ſub gubernatione fi- 14
lii, & ad idem eſt *tex. l.1. § fin. & l.2. ff. de curat furio.*

Sed reſp. illud procedere in † adminiſtratione 15
bonorum, quæ fit in vita, non autem in ſubſtitutione, quæ fit in teſtamento, *l. Aurelius, § Caius, ff. de liber. legat. not. in l.1. § fuit quæſitum, ff. ad Trebell.* ſubſtitutio † nanque infert perpetuā ſucceſſionem 16
poſt mortē patris; ideo non ita facile conceditur, *Zaſ. in tract ſubſt. c.3. n.5 Paul. Leon. in tract. eiuſdem tit. in materia exemplaris ſub n.61.*

ARGVMENTVM.

Vtrum in exemplari requiratur, quod filius ſit impubes?

SVMMARIVM.

1 *Exemplaris, vt fiat, non eſt neceſſe, quod filius ſit impubes, n.1. imo, vt fiat cum effectu, requiritur, quod ſit pubes, n.2.*

QVÆSTIO XCIX.

VTrum in † exemplari ſubſtitutione re- 1
quiratur, quod filius ſit impubes, ſicut in pupillari? Reſp quod non, *Bart. in l. ex facto, n.9. ff. de vul. & pup. ſubſt. per illum text. & l. humanitatis, C. eod. & § qua ratione, Inſtit. de pupillar. Sforz. Odd. in præl ud. compend. part. 4. quæſt 4. num.3. Gul. de Bened. in cap. Raynutius, par. 2 tit. de exempla. ſubſt. num.17. extra de teſtamen Bal. in tract. ſubſt. in materia exemplaris, n.4. in fin. Bart. de Hucio in tract. eiuſdem tit. in materia exemplaris, n 4. in fin.* Quin imo requiritur, quod ſit † pubes, vt 2
exemplaris ſubſtitutio, cum effectu fieret, *Paul. Leon. in tract. ſubſt. in materia exemplaris, n.62.*

ARGVMENTVM.

Vtrum filio, impuberi furioſo, poſſit exemplariter ſubſtitui?

SVMMARIVM.

1 *Filio impuberi furioſo, non poteſt exemplariter ſubſtitui, n.1. rationes, & media, n.2.3.4. & 5. contra, n.6. fundamentum, n.7. diſſoluitur, num. 9. 13.14 & 16. Author diſtinguit, n.18.19. & 20. Declara, n.24 & 25.*
2 *Naturalis defectus, ex duobus, præualet, n 2.*
3 *Pupillaris, eſt ordinaria, n.3.*
4 *Exemplaris, eſt extraordinaria, n.4.*
5 *Ordinarium præfertur extraordinario, n 5.*
8 *Dictio, & ſi, & dictio,* etiam, *ſuapte natura implicant, n.8.*
9 § qua ratione, Inſtit. de pupill. *declaratur, nu 9. 15. & 16.*
10 *Filius, præſumitur in dubio conſtitutus ſub patria poteſtate, n.10. niſi ex curſu longi temporis, n.12.*
11 *Emancipatio eſt facti, n.11.*
13 *Dictiones implicatiuæ explicant caſum magis dubitabilem, & implicant caſum minus dubitabilem, n.13. & 14.*
16 *Dictio, & ſi, exponitur aliquando, pro* quamuis,
17 *Dictio* quamuis, *aliquando implicat, n.17.*
21 *Subſtitutio quæ aſſumit vnum effectum, non trāſit in alium, n.21. declara, n.22. & 23.*

QVÆSTIO C.

VTrum † filio impuberi furioſo, ſeu 1
mente capto poſſet exēplariter ſubſtitui? Reſpondeo alios ſimpliciter tenuiſſe, quòd non; inter quos fuit Rip. (poſt Dyn. & Rayn.) in *l. ex facto, numero 60. ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtit.* vbi teſtatur hanc eſſe communem * opinio- *

nem, *Zaf. in tract. subst. in materia exẽplaris, n. 4. Alex. Trentac. in tract. eiusdem tit. par. 3. c. 4. nu. 10. vers. cum igitur, & ver. ex prædictis*, vbi testatur hanc esse comm.* & receptam scribentium sententiam.

2 Adstricti primò, cum in eo sit † duplex defectus,
præualebit naturalis, & ideo sobstitui magis debebit popillariter, *arg. l. qui habent, ff. de tut.*

3 Secundo, quia † substitutio pupillaris est ordi-
4 naria, & exemplaris extra ordinaria, ex quadam hu-
5 manitate iotroducta; sed † ordinarium præfertur
extraordinario, *l. in causa, la 2. in prin. ff. de minorib. Bartol. in l. in prouincials, § 1. ff. de noui oper. nunt. Anall. cons. 59. num. 2. lib. 1.* quem refert *Sforz. Odd. in tractat. rest. in integr. par. 1. quæst. 17. art. 2. num. 13.* vbi testatur hanc esse indubitatam cooclusiooem, ergo, &c.

6 Alii vero tenuerunt simpliciter, quod † sic, inter
quos fuit *Ioan. Faber, in § qua ratione, col. 4. Instit. de pupill. Sforz. Odd. in prælud. compend. par. 4. quæst. 4. n. 2. ver. limitatur secundo. Fern. Vasq. de success. creat. § 17. n. 68. Paul. Leon. in tract. subst. in materia exemplaris, sub n. 70. Lancel. Polit. in tract. eiusdem tit. in materia exemplaris, sub n. 12.*

7 Commoti primò, quia † *tex. § qua ratione, ibi, & si puberes sint, Instit. de pupill. & ibi gloss. magna*, vton-
8 tur † dictione, *& si*, & dictione *etiam*, quæ suapte
natura implicaot, *Ias. in l. si ita stipulatus fuero, num. 3. in fin. ff. de verb. obligat. Menoch. cons. 116. num. 8. vol. 2. Dec. in l. qui se patris, num. 11. C. vnd. libe. Crauett. cons. 294. num. 7. Alciat. respon. 113.* quasi etiam impnberibus videaior conceissum posse exemplariter substitui.

Sed respoodet Iaso. ad hoc mediom (ioquo videtur stare tota vis horum sententiæ) in *d. l. ex facto,*
9 *n. 23.* primo, quod ille tex. loquitur, quando † impu-
bes non esset in potestate.

Replicant contrarii, quod ille text. loquitur in
10 dubio, & in dubio quis † præsumitur in potestate,
11 cum † emancipario sit facti, *l. si emancipare, C. de col-*
12 *lat.* Nisi † præcedẽte casu tẽporis, ex quo præsume-
retur emancipatio, *Ant. Gab. lib. 1. concl. 1. de præsu. concl. 1. n. 31. gloss. Bartol. Bal. & Salic. in l. 1. C. de patr. potest. gloss. fin. in fin. l. 2. C. de longi temp. præscr. quæ pro libert. Alexan. consil. 134. col. 5. vol. 4. Iason in l. si certis annis, col. 3. C de pact. Barbat. cons. 33. col. 2. vol. 2. Gozzad. cons. 73. col. 4.*

Secundo resp. qood si illam implicatiõ intelligeremus modo prædicto, vt etiam impuberib. posset exẽplariter substitui, esset implicare casum ma-
13 gis dubitabilẽ, contra † naturã ipsius, *Gloss. l. illud, ff. ad l. Aquil. l. quod si minor, § restitutio, ff. de minor.* ex-
14 plicabit itaq; casum magis † dubitabilem, & impli-
cabit casum minus dubitabilem, vt sit sensus, quod
15 pareotes, non solum † possint directo pupillariter
substituere impoberibus, sed etiã poberibus, ad exemplũ popillaris, exemplariter substituere, quibus directè substitui regulariter prohibitũ erat, *§ fi. Instit. de pup. Pau. Leo. in tract. subst. in mat. exemplaris, n. 78. Const. Rog. in tract. eiusdem tit. in materia exemplaris, § 5. n. 33. fol. 139.*

Tertio resp. *Zas. in tract. subst. in materia exẽpla-*
16 *ris, n. 7. in fi.* quod illa † dictio, *& si*, exponit pro *quãuis*, & per consequens non stat implicatiue, sed remouet obiectum, quod fieri poterat, quasi postquã hæres extiterit, directo substitui oõ posset, nisi pupillariter, *Lancel. Polit. in tract. eiusdẽ t. in materia exẽplaris, sub n. 11.* Sed hæc resp. reiicitur à *Paul. Leo. in tract. subst. in materia exẽplaris, sub n. 78.* quia etiã † 17
dictio *quamuis*, solet implicare, eamdemq; significationem habet, qnod dictio, *& si.*

Secundo, quia, sicuti, cum duo remedia ambo odiosa competunt contra aliquem, vnom non tollit aliud, *§ plane, Instit. de actio. l. si pro fure, § 1. ff. de cond. furt.* ita, & multo magis duo remedia fauorabilia non deberent ad inuicem se perimere.

Ego vero distinguerem; aot † filios furiosus im- 18
pubes, non est in potestate, & tunc potest ei exemplariter substitui, cum pupillariter non possit propter defectum potestatis, *Rip. in d. l. ex facto, n. 81.* v-
bi testatur communem * opinionem, & ita tenere *
omnes * Doctores fatetur, *Sf. Od. in d. q. 4. n. 2. in fi. Bartol. in d. l. ex facto, sub n. 10. vbi Alex. n. 31. Ias. nu. 22. Coras. in l. humanitatis, num. 10. C. de impub. & aliis subst. Bened. Capra de substit. exemplar. num. 50 & 51. Crass. in § substitutio, quæst. 41. n. 2.* vbi testatur hanc
esse communem * opinionem, *Bal. in tract. subst. in* *
materia exemplaris, sub n. 5. Aut furiosus, seu meote captus impubes est sub patria potestate, & tunc,
si † fiat exemplaris infra tempora pubertatis, vale- 19
bit, vti pupillaris, *Bar. in d. l. ex facto, sub nu. 10. ff. de vul. & pup. subst. arg. l. qui habẽt, ff. de tut. Bal. in tract. substit. in materia exemplaris, sub n. 5. Bartol. de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia exemplaris, sub n. 5. Gul. de Bened. in cap. Raynutius, par. 2. in materia exemplaris, n. 17. extra de testam.* Post verò pubertatis † 20
tempora valebit iure exemplaris, *Bartol. in d. l. ex facto, sub num. 10. arg. l. centurio, ff. de vulg. & pupill. subst. Ant. Gomez. tom. 1. var. resol. cap. 6. num. 8.* vbi
testatur commnnem * opinionem, *Alber. in rub. ff.* *
de vul. & pup. subst. n. 64.

Nec poterit obesse, quod † substitutio, quæ assu- 21
mit vnum effectum, non transit in alium, *l. verbis, & l. in pupillari, ff. de vul. & pup. subst.* Quia dicta iura
loqunotur in † substitutione, quę incepit valere iu- 22
re directo, vt non transeat io fideicommissum, *Bar. in d. l. ex facto, sub n. 15. Gul de Bene. in d. t. de exempl.*
subst. n. 17. in fi. sed vna † directa, bene potest trãsire 23
in aliam directam, *l. 3. § qui fideicommissam, ff. de hæredibus inst. l. centurio, ff. de vul. & pup. subst.*

Intelligo, primo procedere, quando dicta † ex- 24
emplaris fuisset facta sioe limitatione temporis; aliàs, si limitatũ fuisset tempus, puta popillaris ætatis, non valeret, vti exemplaris, vt aduertit *Bar. in d. l. ex facto, sub n. 10. Bal. in tract. subst. in materia exemplaris, sub n. 5. Bart. de Hucio in tract. eiusdem t. in materia exemplaris, sub n. 5. Lancel. Polit. in tract. eiusdẽ tit. in materia exemplaris, sub n. 11.*

Secundo intelligo procedere, quando † appa- 25
reret de voluntate testatoris, volentis substituere exemplariter; quia noo tantum requisita sobstitutionum ad earum essentiam eoocurrere debẽt, sed etiam deberet concurrere voluntas ipsios testatoris, eas facere volentis, *Pau. Leo. in tract. subst. in materia exemplaris, sub n. 70.*

FINIS CENT. II.

DON



DON NICOLAI INTRIGLIOLI PATRITII CATINENSIS

IVRISCONSVLTI CONSVMMATISSIMI,

Olim in Almo Patriæ suæ Gymnasio, vespertinis horis, maximo omnium applausu, iura ciuilia publicè interpretantis,

Nunc tertia vice Iudicis Magnæ Regiæ Curiæ, Regiique optime meriti Consiliarii, & in eadem Magna Regia Curia Aduocati, & Consultoris integerrimi,

DE SVBSTITVTIONIBVS,

Centuria Tertia.

AD PHILIPPVM III.

HISPANIARVM REGEM CATHOLICVM, omnium Maximum, & Potentissimum, etiam dicata.

ARGVMENTVM.

Quid est compendiosa substitutio?

SVMMARIVM.

1 *Compendiosa, est substitutio, quæ sub conditione mortis, vel alia multa complectitur tempora, num. 1. habet requisita legitimæ diffinitionis, num. 2. & 3. declaratur, num. 4. 5. 6. 7. & 8. Impugnatur, numero 9. 10. 11. 17. 18. 22 24. 25. 27. 29. 31. Defenditur strenue ab Authore, numero 12. 13. 19. 20. 23. 26. 28. 30. 33. 35. 36. & 37.*

2 *Diffinitio, vt sit bona debet constare ex genere, & differentiis, & conuerti cum suo diffinito, num. 2.*

3 *Verbum, quandocunque, non est necessarium in compendiosa.*

4 *Diffinitum non datur sine diffinitione.*

5 *Substitutio facta filio impuberi, si in pupillari ætate decesserit, dicitur compendiosa, numero 11. contra, vt non dicatur compendiosa, sed expressa pupillaris, numero 12. medium, numero 13. dissoluitur secundum aliquos, numero 14.*

6 § Sed siquis ita, l. 2. ff. de vul. & pup. subst. *declaratur, num. 15*

7 *Vulgaris, & pupillaris possunt simul concurrere, numero 16.*

8 *Alternatiua verificatur in altero ex alternatis, num. 18.*

9 *Dictio*, seu, *licet verba disiungat, tamen sensum coniungit, num. 19. estque expositiua præcedentis orationis, num. 20.*

10 *Diffinitio non datur sine diffinito, numero 24.*

11 *Pupillaris requirit conditionem mortis, num. 32. contra, num. 34.*

12 *Conditionalis dispositio habetur pro pura, conditione adimpleta, num. 35.*

13 *Compendiosa ad essentiam non requiritur, vt comprehendatur pupillaris, n. 36.*

14 *Compendiosa est illa, quæ habet tractum temporis in futurum, num. 38.*

15 *Compendiosa, est secunda institutio, quæ sub compendio temporum, & non personarum plures substitutionum species est apta comprehendere, num. 39.*

26 *Compendiosa, est adiectio, quæ compendio verborum sub mortis, vel alia (vltra eam) conditione pluris continentur substitutionum casus, num. 40.*

17 *Compendiosa, est dispositio, quæ sub vnica conditione in omni aliarum substitutionum casu substitui potest, n. 41.*

18 *Compendiosa, est substitutio, plures sub verborum compendio continens substitutiones, propter plura tempora differentis, n. 42.*

19 *Compendiosa, est substitutio, apta sub se plures continere substitutionum species propter verbum habens tractum temporis in ea appositum, num. 43.*

20 *Compendiosa est substitutio sub conditione mortis, vel alia, plures continens substitutionum species, propter verba habentia tractum temporis, etiam vltra pubertatem, num. 44.*

21 *Compendiosa, est illa, quæ comprehendit & comprehendere potest omnes heredes institutos, & omnia tempora, & ætates eorum, & similiter omnia bona sibi relicta, num. 45.*

22 *Compendiosa est substitutio, quæ cum plura tempora comprehendat, sub verborum compendio varias etiam substitutiones potest complecti, numero 46.*

23 *Compendiosa est illa, per quam substituitur directe, cuicunque instituto, quocunque tempore decesserit, vltra pupillare, num. 47.*

24 *Compendiosa est illa, quæ plures substitutiones complectitur sub compendio verborum, quæ tractum habent successiuum, num. 48.*

25 *Compendiosa est quidam modus formatus inducendi seu creandi quatuor, vel pauciores species substitutionum conuenientes ipsi substituto sub compendio verborum, num 49.*

26 *Compendiosa est quædam breuis verborum conceptio, diuersas & successiuas substitutiones, diuersis temporibus conuenientes, in vna persona inducens, num. 50.*

27 *Compendiosa est substitutionum adiectio, facta sub conditione mortis, vel alia multa complectens tempora, num. 51.*

28 *Diffinitiones verè & propriè quæ continere habeant, num 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65 & 66.*

29 *Authoris preceptor in Dialectica quis, nume. 54.*

30 *Diffinitio omnis in iure est periculosa, num. 67.*

31 *Iurisconsulti potius vsi fuerint descriptionibus, quam diffinitionibus, nu. 67.*

QVÆSTIO I.



1 VID est compendiosa? Respon. cum *Bart. in l. centurio, numero 9. ff. de vulgar. & pupillar. substitut.* qood est substitutio, quæ † sub conditione mortis, vel alia, multa complectitur tempora, quem sequitur ibi *Aretin. num 5. in fine, Socin. senior num. 8. Iason num. 12. vers. antequam veniam, Ripa num. 60. Socin. iunior num. 172. & Galiaula nu. 218. Bald. in l. precibus, num. 32. C. de impub. & aliis substit. vbi Dec. num. 16. Curt. num. 45. & Ioan. Baptist. Caccialup. nu. 27. Paul. de Castr. in l. verbis ciuilibus, num. 2. ff. de vul. & pupill. substit. Gul. de Benedict. in c. Raynutius, part. 2. vers. si absque liberis, el. 2. in materia compendiosa, n. 2. extra de testam. Curt. cons. 86. n. 1 part. 2. Socin. cons. 103. num. 1. vol. 1. & cons. 64. num. 1. volum. 3. & cons. 106. num. 1. volum. 1. Decius cons. 642. num. 1. Azzo in sum. C. de impub. & aliis subst. Zasius in tract. subst. in* * *materia compend. num. 1. Paris. cons. 73. num. 1.* eamq; esse communiter * receptam à Doctoribus, testatur *Anton. Gomez. tom. 1. variar. resolut. c. 7. n. 1. Crass.* * *in § substitutio, quæstio. 59.* vbi etiam ait, eam sequi * communiter * Doctores, *Aret. Instit. in tract. subst. in materia compendiosa, nu. 1.* vbi testatur eam communiter recipi, *Constant. Roger. in tract. subst. in materia compend. in prin. num. 1. fol. 162. Menoh. de præsum. lib. 4. par. 2. præsum. 34. n. 29. Mar. Ant. Peregr. de fideicommiss. art. 34. num. 2. fol. 305. Paul. Leon. in tractatu subst. in materia compendiosa, num 3 Bartol. de Hucio in tract. eiusdem tit. c 5. numero 2. Baldus in tractatu eiusdem tituli in materia compendiose, num. 1.* vbi ait esse communiter * receptam, *Crauet. consil. 984. num. 100. volum. 6. Petr. Greg. part. 3. Syntagm. iuris, libr. 42. c. 26. n. 2. Sebast. Medices in tract. diffinition. quæst. 80. num. 15.* *

2 Quæ quidem diffinitio constat † ex genere, & differentiis, & conuertitur cum suo diffinito, vt ad esse cuiuslibet diffinitionis requiritur, secundum *Bart. in l. 1. ff. de testament. & in l. 1. §. dolum, ff. de dolo, & in l. 1. ff. de acquiren. possess. & in l. si quis seruo, numero 2. C. de furtis, Oldrad. consil. 207. num. 1. Franciscus Mantica de coniectur. vltim. volunt. libr. 1. titul. 4. sub numero 4. Benecasius in tractatu de pauperibus, quæstion. 1. numero 17. & 18. Aristoteles 6. Topic. & 7. Metaph. Decius in rubr. extra de iudic. num. 27 gloss. rubr. extra de Trin. & Fide Cathol. & l. fin ff. de verb. significat. Sebast. Medices in tract. diffin. quæst. 4. numer 2 & 21.* stant enim † illa verba, *Sub conditione mortis*, &c loco differentiarum, & illud verbom, *substitutio*, loco generis, vt exposuit *Iason in dict. l. centurio, numero 22. versic. in autem, Aret. Instit. in tract. substit. in materia compendiose, sub nu. 1. Marc. Anton. Peregr. in tract. de fideicom. art. 34. sub nume. 2.* & cum illa conditio mortis dicatur habere tractum successiuum, cum quis semper mori 4 posset, atque ita multa complectatur tempora, magis communiter * concluditur, in compendiosa non esse necessarium verbum, *quandocunque, Alexand. Trentacinq. in tract. substitut. par. 4. c. 5. num. 1. & 2. Socin. consil. 113 numero 7. volum. 1. à Vall. cons. 25. num. 13. vol. 1. Natta cons. 68. num. 7. vol. 1. & cons. 660. nume. 1. volum. 4.*

Declarantur verba diffinitionis † prædictæ; quia fuit dictum, *sub conditione mortis*, per exemplum positum *in l. centurio, ff. de vulgar. & pupill. substit. & in l. precibus, C. eodem.* vbi dicitur, Si filius meus decesserit, &c. Fuit etiam dictum, *vel alia*, quando † fuisset apposita aliqua conditio, puta, si aliquid fecerit, quia esset eadem substitutio, *Iason in dict. l. centurio, num. 23.* Fuit denique dictum; *multa complectitur tempora*, quia † aliquando comprehendit tempora pubertatis, aliquando pupillaris. & aliquando aliud, *Constant. Roger. in tractat. substitut. in materia compendiose, in princ. numero 2. Imol in d. l. centurio, colum. 4. Cephal. consil. 240 numero 24. & cons 419. num. 9. volum. 3. & consil. 524. num. 24. vol. 4. Paris. consil 59. num. 1. volum. 2. Sebast. Medices in dict. quæst. 80. sub numero 15.* aliquando † tempus limitatum; vt, quia dixit, Si infra vigesimum quintũ annum decesserit, *d. l. centurio, Bal. in tract. subst. in materia compend. sub n. 1.* Et aliquando † tempus nõ limitatum; veluti si testator dixerit, Quandocunq; decesserit, *Bar. de Hucio in tract. subst. in mater. compendiosa, num. 2. in fin.* 7 8

Hæc diffinitio (secundum aliquos) impugnatur; in primis, quasi non † conuertatur cum suo diffinito, contra communem * regulam, quam ponit *gloss. Instit. de oblig. in princip. gloss. l. 1. ff. de cap. diminut. gloss. l. scriptura, C. de fides instrum. gloss. in vers. aliorũ, l. 1. ff quod quisq; iur. Neuiz. in Sylua nupt. libr. 1. q. 1. n. 170. Bustus in defensorio montis, col. 1. Vulasc. in l. Imperiũ, n 65. ff. de iur. om. ind. Paul. de Cast. in l. si quis seruo, n. 4. C. de furt. Petr. de bella Pertica in §. superest, num. 6. Instit. de actio. Tiraq. in tract. primogen.* 9

quæst

quaest. 55. num. 10. Iaf. in rub. c. qui adm. col. 4. & in l. si u, qui pro emptore, col. 48. ff. de vsucap. Bonus de Curt. in tracta. nobil. par. 3. num. 105, Stephan. in tractat. de iubile. not. 27. quaestio. 2. in princ. Alciat. libr. 6. paradox. capit. 9 Euerard. in loco an diffiniri, num. 3. Alex. in l. 1. n. 4. ff. de acq. poss.

10 Quod primò deducitur, quia datur diffinitum †
11 sine diffinitione, puta, si † filio impuberi fieret substitutio, *si in pupillari aetate decesserit*, dicetur cōpendiosa substitutio secundum *Bal. in l. precibus, col. 11. n. 42. ver. vnum etiam aduerte, C. de impub. & aliis subst.* quem ibi sequitur *Paul. de Cast. col. 4. versic. sed adducit, Soc. sen. in l. 1. col. 6. vers. sed hāc, ff. de vul. & pup. subst. Iaf. in l. 2. in fin. ff. eod.* vbi testatur com-
* munem * opinionem, & sic datur diffinitum; non tamen tunc repetitur diffinitio, cum plura tempora non complectatur, sed vnum tantum, videlicet tempus pupillaris aetatis, vt verba sonant.

12 Sed Resp. quod † illa substitutio non dicitur cōpendiosa, vt Bald. dicebat, sed dicitur expressa pupillaris, seu pupilli testamentum, *Aret. Soc. sen. & Iaso in d. l. centurio, num. 23. in fin. vbi Soc. Iun. num. 172 in fi. per l. 2. § Sed si quis ita, ff. de vulgar. & pupill. substit. Bart. in d. l. centurio, col. pen. versi. secundo ad praedicta, Sforz. Odd. in d. tract. compen. par. 1. num. 2.*
* *circa fin.* vbi testatur communem * opinionem, *Alex. & Dec. in d. l. precibus. ille, num. 7. iste, num. 15. Paul. Leon. in tract. subst. in materia compendiosa, n. 7. circa med. Menoch. libr. 4. praesum. par. 2. praesum. 51. num. 14. in fin.* vbi ait hanc opinionem esse verio-
13 rem. Nā quando in † aliquo actu exprimitur qualitas aliqua, conueniens vni dispositioni secundum naturam suam, dicitur tunc facta illa dispositio, *l. cum dotem, vbi Bal. C. de iure dot.* Sed in *d.* substitutione exprimitur qualitas illa, *si decesserit in pupillari aetate*, quae ex sui natura conuenit pupillari substitutioni; ergo illa debet dici facta, & non compendiosa.

14 Replicant contrarii, quod imò dicta † substitutio posset dici compendiosa, cum contineat plura tempora, vnum scilicet ante aditam haereditatē, aliud post aditā, si in pupillari aetate decessetit, *Corn. consi. 297. col. 3. vol. 1.*

15 Nec obstabit (secundum eos) dictus † § *Sed si quis ita*, quia licèt dicatur factū testamentum pupilli, & pupillaris substitutio tamen non sequitur, quod non possit dici compendiosa, quę pari modo vulgarem, sicut pupillarem continet.

16 Neq; ratio assignata, quia † procederet, quando plures dispositiones simul non conuenirēt, sed in proposito nostro, vulgaris, & pupillaris concurrere possunt, vt simul dicantur factae, *l. 1. ff. de vulg. & pupill. subst.*

Secundò, quod non conuertitur cum suo diffi-
17 nito, probatur; quia si † fiat substitutio, quae contineret plures substitutiones, satis dici posset compendiosa, absq; eo, quod comprehendat plura tēpora, vt sentit *Bar. in d. l. centurio, n. 10.* dum alternatiue loquendo dicit, cōpendiosam appellari, quasi sub compendio verborum plures complectatur
18 substitutiones, seu plura tempora; & oratio † alternatiua verificatur, si vnum ex alternatis reperitur, *l. si haeredi plures, ff. de cond. instit. l. fin. qui ducenta, § vnum, ff. de reb. dub. l. si ita quis stipulatus fuerit, vbi Alex. ff. de verb. oblig. l. generaliter, vbi Dec. num. 2. C. de instit. & substitu. cap. inter caeteras, vbi Felyn. & Dec. extra de rescr. cap. in alternatiuis, vbi Dyn. de reg. iur. lib. 6. Menoch. consi. 30. n. 10. vol. 2.*

Sed resp. quod Bar. nō vtitur simplici disiunctiua, *vel*, sed *seu*, quae † licèt verba disiungat; sensum 19
tamen coniungit, iuxta *glo. l. protegēdum, C. de in lit. dan. tut.* & solet dici † dictio expositiua praeceden- 20
tis orationis, *gloss. fin. in fin. cap. bona, el 1. extra de postul. praela. Gemin. consi. 115. col. 2.* vnde videtur Bart. habere pro † eodem plura tempora, & plures sub- 21
stitutiones: nam plura tempora considerantur, non ad aliud, nisi ad variandas plures substitutiones; & è conuerso non variatur substitutio, nec dicitur multiplex, nisi multiplicitate, & varietate tēporum, ita resoluit *Socin. Iun. in d. l. centurio, n. 147. post patruum suum Bart. Soc.*

Tertiò deducitur, quia † si à pagano fiat com- 22
pendiosa per verba directa, iuxta *l. verbis ciuilibus, ff. de vulg. & pup. substit.* dicetur nihilominus compendiosa, & tamen non continet, nisi vnam substitutionem, & vnum tempus, scilicet pupillaris aetatis, *Iaf. in d. l. centurio sub n. 23.*

Sed resp. *Soc. Iun. in d. l. centurio, num. 174. versic. ad tertium*, quod † aut talis substitutio fuit facta 23
puberi, aut impuberi; si fuit facta puberi, nō obstabit argumentum contrarium, cū valeat iure obliquo (secundum vnam opinionem,) & per consequens, comprehēdat plures substitutiones, vulgarem scilicet, & fideicommissariam; & plura tēpora, scilicet tempus ante aditam, & tempus post aditā; vel si non valet iure obliquo, (secundum aliam opinionem) tamen non dicetur iuridice compendiosa, etiā respectu effectus; aut fuit facta impuberi, & minus obstabit; quia continebit plures substitutiones, & plura tempora, scilicet vulgarem sub tempore ante aditam, & pupillarem, sub tempore pupillaris aetatis.

Secundò principaliter impugnatur; quia dabi-
tur diffinitio † sine diffinito, contra id, quod scri- 24
ptum reliquit *Sebast. Medicis in tract. de diffin. quaestio. 4. num. 22. ver. declaratur quarto, & quaest. 5. n. 5. arg. c. ad dissoluendum, extra de desp. impuber. l. fi. C. de probat. Boet. ad profir. in Dial. 1. Arist. lib. 6. Top. c. 3. arg. in l. damni infecti, ff. de dam. infe.*

Quod tribus modis ostenditur, primo quia vul-
garis † expressa dicitur continere tacitam pupilla- 25
rem, & expressa pupillaris tacitam vulgarem, & sic comprehendunt plures substitutiones, & plura tēpora ante aditam, & post aditam haereditatem, & per consequens, tunc reperietur diffinitio compendiosae, absque diffinito, cum nemo dicet aliquam ex illis substitutionibus esse compendiosam.

Sed resp. quod imo in † dictis casibus dicitur fa- 26
cta vna tantum substitutio, quantum ad verba prolata; alia verò habet locum, si casus euenerit ex legis dispositione praeter vim verborum; at Bart. diffinitio debet intelligi, quod plures comprehendit substitutiones ex verborum importantia, saltem sub genere cōsideratas, quasi testator sub verborum compendio cogitauerit, & voluerit vsq; ab initio plura tempora, & plures substitutiones cōplecti, *Soc. Iun. in d. l. centurio, num. 174. vers. nam ad primum.*

Secundò ostenditur, quia si † impuberi fiet pre- 27
caria substitutio; puta, quandocunque decesserit, rogo, vt haereditatem restituat, tunc erunt cōprehensa plura tempora sub conditione mortis, sci-

licet tempus pupillaris ætatis, & pubertatis, & sic dabitur diffinitio, & tamen non potest dici compendiosa; quia erit merè fideicommissaria, *l. coheredi, § cum filia, ff. de vul. & pupill. subst. Bolognet. in d. l. centurio, n. 114. vers. 2.*

28 Sed resp. quod ista † plura tempora debent esse diuersificantia substitutiones, alioquin frustra cōsideraretur temporum pluralitas, si ex eis plures, & variæ substitutiones non sumerentur, & ideo, *Bar. in d. l. centurio, num. 10.* dicit plures substitutiones compendiosam complecti, seu plura tempora; scilicet tempus post aditam, ante aditam, furoris, pupillaris, & pubertatis, vt sic contineat varias substitutiones, quæ ex dictis temporibus contingunt, sc. vulgarem, pupillarem, exemplarem, fideicōmissariam, & directam militarem; non etiā considerauit varia tempora, sine variatione substitutionum; quia tunc diuersa tempora habentur tantum pro vno, cum omnia sint vniformia respectu substitutionis, *Soc. Iun. in d. l. centurio, n. 174. versi. ad secundum.*

29 Tertio adducitur, quia † reciproca facta pluribus, continet plures substitutiones, & plura tempora, & tamen non dicitur compendiosa; sed reciproca, *Rim. Iun. cons. 736. n. 144. vol. 7.*

30 Sed resp. quia aut † fit personis paribus per verbum, *quandocunque*, & tunc continet plures substitutiones, & plura tempora, & dicetur reciproca mixta cum compendiosa, &, per consequens, non obstabit argumentum; aut fit sine verbo, *quandocūque*, & tunc posset dici compendiosa, si fuisset facta in puberibus, saltem ex verbis, *in eorum generalitate illud importantibus ex præsumpta mente testatoris*. Si vero puberibus, posset etiam dici cōpendiosa, quià contineret vulgarem, & fideicommissariā, & tunc verbum, *substituo*, exponeretur vulgariter, & per fideicommissum. Aut fieret imparibus per verbum, *quandocunque*, & tunc contineret in persona cuiusque vulgarem, & fideicommissariam, & plura tempora, eritque compendiosa, & contrarium non obstaret; aut fuit facta simpliciter sine tali verbo, & tunc continetur sola vulgaris, & licèt cōtineat plures substitutiones, & tamen non dicitur compendiosa, illud contingit in persona diuersorum, sed substitutio dicitur eadem in specie, scilicet vulgaris, licèt in persona vtriusque, & consideratur solum vnum tempus, scilicet ante aditam hæreditatem: at diffinitio intelligitur respectu eiusdem personæ, in qua proprie plura tempora considerantur, *Soc. Iun. in d. l. centurio, num. 174. versi. ad tertium.*

Tertiò dicta diffinitio principaliter impugna-
31 tur; quia videtur sibi † ipsi contraria, dum prius dixit sub conditione mortis, & postea subiiciat, vel sub alia; quasi possit compendiosa formari sub cōditione separata omnino à morte; puta, *Si Titius consul factus fuerit*, quod videtur inconueniens; tum quia plura tempora non complecterentur, nisi vnum tempus sub illa conditione, *Si Titius fiat consul*, contra alia verba diffinitionis; tū quia non
32 contineret pupillarem substitutionem, quę † prorsus requirit conditionem mortis, *Boer. decis. 38. numero 13. Paul. Leon. in tracta. substitut. in materia compendiosæ, numero 10. & 11. l. in pupillari, ff. de vulg. & pup. subst.*

33 Sed resp. quod etiam si fiat † substitutio sub alia conditione omnino à conditione mortis separata, dicetur plura tempora, & plures substitutiones comprehendere, eritque compendiosa; comprehenditur namque vulgaris, si impleta conditione, ille non sit hæres. Item pupillaris, si moriatur pupillus, & licèt adesse pupillaris requiratur mors, & conditio mortis non fuerit expressa, tamen intrinsecus inesse videtur. Item fideicommissaria, si eo hęrede effecto, etiam maiore, conditio impleatur, *Ias. & Soc. Iun. in d. l. centurio; ille, num. 23. iste, n. 174. vers. quare.*

Et si dicatur non potest † comprehendi pupil- 34
laris, quando conditio in facto consisteret; puta, *si Romā iuerit*, in qua non potest considerari mors ante ipsius implementum, cum ipsemet sit eam impleturus.

Resp. primò, quod etiam sub dicta conditione
comprehenditur pupillaris, si eundo Romam in-
stitutus, & conditionem adimplendo, in pupillari
ætate decesserit, quasi ab initio fuisset facta com-
pendiosa simpliciter, quia † dispositio conditiona- 35
lis debet haberi pro pura conditione adimpleta, *l. fin. § 1. ff. de vulgar. & pup. substit. l. 3. § si patronus, in fin. ff. de bon. liber. l. si pupillus, in fin. ff. de condit. instit. Baldus in l. cum testamento, in fin. C. de testam. manum.* & in expresso, *in l. precibus, C. de impub. & aliis subst.*

Secundo resp. quia dato citra veri pręiudicium,
quod sub *d.* conditione facti pupillaris non con-
tineretur, erit nihilominus compendiosa, alias co-
prehendens substitutiones, cum ad esse † compē- 36
diosæ, non sit necesse, vt comprehendatur pupillaris, *Soc. Iun. in d. l. centurio, num. 174. vers. sed aduerte, Paul. Leon. in tract. subst. in materia compēdiosa, sub num. 15.*

Tertiò resp. quod † verbum, *vel alia*, in diffini- 37
tione adiectum, intelligitur, simul cum conditione mortis, & minimè sine ea, *Iaso. in d. l. centurio, n. 27. in fi. per l. qui liberis, in prin. ff. de vul. & pup. subst. l. si fugitiui, C. de seru. fugit. Sforz. Odd. in d. par. 1. sub n. 8. Soc. sen. & Alcia. in d. l. centurio.*

Alii verò diffinierunt, esse illam, quæ † habet 38
tractum temporis in futurum, inter quos fuit *Cranett. cons. 62. n. 3. vol. 1. per l. generaliter, in prin. vbi Aret. in 2. not. C. de instit. & subst.*

Et alii, quod est † secunda institutio, quæ sub 39
compendio temporum, & non personarum plures substitutionum species est apta comprehendere, *Rip. in d. l. centurio, sub num. 62.* quem refert *Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. 4. c. 1. sub n. 1.*

Et alii, quod est † adiectio, qua compendio ver- 40
borum, sub mortis, vel alia, vltra eam conditione, plures continentur substitutionum casus, quos refert *Sforz. Odd. in tract. compend. part. 1. num. 14. vers. sexto.*

Et alii, quod est † dispositio, quæ sub vnica con- 41
ditione in omni aliarum substitutionum casu substitui potest, *Sforz. Oddi in tractat. compend. part. 1. in fin.*

Et alii, quod est † substitutio, plures sub verbo- 42
rum compendio continens substitutiones, propter plura tempora differentes, *Couarr. in c. Raynutius, § 9. num. 1. extra de testam.*

Et alii, quod est † substitutio apta sub se plures 43
continere substitutionū species propter verbum habens tractum temporis in ea appositum, *Paul.*

Leon. in

Leon. in tractat. substitut. in materia compendiosa, num. 18.

44 Et alii, quod est † substitutio sub conditione mortis, vel alia, plures continẽs substitutionũ species, propter verba habentia tractum temporis, etiam vltra pubertatem, *Paul. Leon. in tract. substit. in materia compendiose sub n. 18.*

45 Et alii, quod est † illa, quæ compræhendit, & comprehendere potest omnes heredes institutos, & omnia tempora, & ætates eorum, & similiter omnia bona, sibi relicta, *Ant. Gomez. tom. 1. var. resolut. cap. 7. num. 1. per d. l. centurio, ff. de vulgar. & pupillar. subst. l. precibus, C eod. cap. si pater, de test. lib. 6. l. 12. tit. 5. par. 6.*

46 Et alii, esse † substitutionem, quæ cum plura tẽpora comprehendat, sub verborum compendio, varias etiam substitutiones potest complecti, *Lãcell. Polit. in tracta. substit. in materia compendiosa, num. 1. circa med.* quem refert *Zas. in tract. eiusdem tit. in materia compendiosa, sub n. 1.*

47 Et alii, quod est † illa, per quam substituitur directè cuicunque instituto, quocunq; tempore defecerit, vltra pupillare, *Ant. Fume. in tracta. sub. in materia compend. a 71.*

48 Et alii, quod est † illa, quæ plures substitutiones complectitur sub compendio verborum. quæ tractum habent successiuum, *Dec. in l. precibus num. 16. ver. & ex prædictis, C. de impub. & aliis subst.* quẽ refert *Menoch. lib. 4. præsum par. 2 præs. 51. in fi. Angel. cons. 125. in prin.*

49 Et alii, quod est † quidam modus formatus inducendi, seu creandi quatuor, vel pauciores species substitutionum, conuenientes ipsi substituto sub compendio verborum, *Ioan. Bolognet. in rub ff. de vul. & pup. subst. n. 76. circa fin.*

50 Et alii, quod est † quædam breuis verborum conceptio, diuersas & successiuas substitutiones, diuersis temporibus conuenientes in vna persona inducens, *Ioan. Bolognet. in l. cẽturio, n. 125. ff. de vul. & pup. subst.*

51 Et alii, quod est † substitutionum adiectio facta sub conditione mortis, vel alia multa complectens tempora, *Bart. in l. Lucius, ff de vul. & pupill. subst.* quam non differre à prima diffinitione, nisi in illis verbis substitutionum adiectio, fatetur *Bolognet. (post Alciat.) in d. l. centurio, sub n. 112.*

52 Inficiari tamen † non possem, ferè omnes præscriptas diffinitiones, potius esse notiales, quasi ad descriptionem, quam essentiales; non enim habẽt requisita ad essentialem diffinitionem, quæ vltra memorata in principio nostræ quæstionis, scilicet, vt debeat continere genus, & immediatum, *Arist in 4. Topic, c. 2. Cagno. in l. imperium, num 39.*
53 *ff. de iur. om. iud.* Non † autem genus generalissimum. Neq; genus per negationem, *Arist. lib. 1. Topic. c. 7. & lib. 6. c. 2.*

Et differentias constitutiuas, & non per accidẽ-
54 tia, *Boet. in c. 4. de diffinit.* & præceptor † meus in Dialectica, Reuerendiss. Lucianus de Lucianis è sacro Collegio Societatis Iesu in Lectionibus, quas
55 habeo manuscriptas. Neque † differẽtias per plus,
56 & minus, *l. 1. ff. de seruit rust. præd.* Neque sufficiet † vnam differentiam assignare, sed saltem duas dare oporteret, *Cagn. in l. omnis diffinitio, num. 9. versic.*
57 *ad minus, ff. de reg. iur* & conuerti † cum suo diffinito, *gloss. 1. l. fin. ff. de verbor. signif.* nihilominus etiam habebit necesse exprimere † essentiam, natu- 58
ram, & substantiam rei diffinitæ, *Iasa. in l si is, qui pro emptore, num. 88. ff. de vsucap. & in l. nemo potest, ff. de leg. 1. Bero. in rubr. extra de const. num. 76. & in rubr. extra de iur. patr. num. 53. Dec. in d. l. omnis diffinitio, num. 2.* per † verba propria, *Rip. in rubr. ff. de* 59
vul. & pup. subst. col. 1. Ias. in l. 1. num. 40 ff. de acquir. poss. Cranett. in rub. ff. de leg. 1. num 214. vsitata † ac 60
notoria, *Arist. lib. 6 Top. c. 1.* & † non inculcata, *Mãtua in tract. diffin. col. 2. & 3. & in l. Imperium, num.* 61
3. ff. de iur. om. iud. Ac † etiam deberet concludere 62
à communiter accidentibus, *Rip. in rub. extra de iudic. num. 40.*

Et per omnes † quatuor causas, nempe efficien- 63
tem, materialem, formalem, & finalem, *Host & Abb. in prin. decret. Bart. Alber. & Cagn. in proœm. ff. Bertacch. in tract. de episc. in prin. num. 3. Anto. Rosell. in tract. legitim. in prin.*

Non autem † per effectum, nisi effectus imme- 64
diate sequatur, *Dec. in rub. extra. de proba. colum. 4. & in rub. C. qui adm. n. 50. § quorũ, in proœm. Instit.*

Neque per † modum, nisi ex eo essentia rei col- 65
ligeretur, *Neuiz. in Sylua nupt. lib. 1. quæstio. 1. n. 181. Berous in rub. extrà de iure patron. n. 54.*

Neque per † exempla, nisi essent naturæ rei dis- 66
finitæ, *Berous in rubr. extra de off. delega. num. 55.* Ideo Iurisconsultus, hæc omnia sciens, inter alias regulas edidit, omnem † diffinitionem in iure esse 67
periculosam, *l. omnis diffinitio, ff. de regul. iur.* vnde legalis scientiæ † professores, potius vsi fuerunt 68
descriptionibus, quam diffinitionibus, vt probauimus in *prima Cent. feud. quæst. 1. n. 34.* Quibus addo *Phanut. de Phanut. in tractat. de iureiur. militum, par. 1. c. 1. num. 3. in fi.*

ARGVMENTVM.

Quare dicatur compendiosa?

SVMMARIVM.

1 *Compendiosa quare dicatur, n. 1.*
2 *Compendiosa dicitur, quia sub compẽdio verborum plures substitutiones complectitur, seu plura tẽpora.*
3 *Exemplum.*
4 *Compendiosa nomen fuit introductum ab Imperatore, num. 4. contra, & male, n. 5.*

QVÆSTIO II.

QVARE dicatur † compẽdiosa? Resp. 1
quia † sub compendio verborũ, plu- 2
res substitutiones complectitur, seu plura tẽpora, *Bar. in l. Centurio, num. 10. ff. de vul. & pup. subst.* quem refert & sequitur, *ibidem Soc. Iun. n. 177. Bald. in l. precibus, n. 32. C. eod. vbi Alber. n. 34. & 35. Curt. n. 45 & Cagnol. n. 156. & 159.* vbi testatur communem * opinionem, *Curt. cons. 86. Alber. in rubr. ff. eo n. 88. Sforz. Odd. in tract. compend. par. 2. in prin.* vbi testatur hãc esse communem * etymologiam, *Const. Roger. in tract. subst in materia compendiosa, quæst. 2. n. 1. per l. Mauius, § duobus, vers. eadem, in tex. ibi orationis cõpendio. ff. de leg. 2. l. ampliorem, § 1. in tex. ibi compendiosa narratione, C. de temp. appella. Aret. instit. in tract. substit. in materia compend. num. 2.* vbi ait, ita Doctores voto communi * tenere, *Bald. in tracta. subst. in materia compend. num. 2. Bart. de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia compendiosa, numero 1. Lancel. Polit. in tractat. eiusdem titul. in materia compendiosa, num. 1. in fin. Zas. in tract. eiusdem tit. in ma-*

teria compendiosa, num. 1. circa med. Paul. Leon. in tracta. eiusdem tit. in materia compendiosa, num. primo, circa med. Paul. Leon. in tract. eiusdem tit. in ma-
3 *teria compend. num.* 19. quia (inquit) testator † sub
illo verborum compeodio, quandocunque decesserit, Titium substitto nominatim, & expressim, complectitur infrascriptas substitutiones, videlicet vulgarem, si institutus decessisset ante aditam; vel pupillarem, si decessisset in pupillari ætate; vel exemplarem, si furiosus decessisset, antequã sanus efficiatur; vel fideicommissariam, si post pubertatem sanus mente decessisset, *Menoch. libr. 4. præsumpt. par. 2. præsum. 51. num. 2. Gul. de Bened. in cap. Raynutius, par. 2. vers. si abique liberis, el 2. in materia compendiosa, sub num. 2. extra de testamen. Hieron. Gabr. consi. 169. num. 41. vol. 1. Bolognett. in rubr. ff. de vulgar. & pupill. sub num. 17. & in d. l. centurio, num. 117. ver. secundo loco, Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. 4. n. 1. in fin.*

4 Dictumque nomen † compendiosæ fuit introductum ab imperatore, vt me docuit Bart. (sicut cætera omnia in iure nostro) in *d. l. centurio, sub n. 10. per l. precibus, in tex. ibi, vel compendiosa, C. de impub. & aliis substit.* quem text. de compendiosa loquentem, in iure esse singularem dixit *Cagn in ead. l. precibus, num. 156. in fin. pract. Papie. in forma libell. quo agit. ex subst. compend. num. 1. circa med. Aret. in d. tit. compend. num. 2. Bald. in tracta. subst. in materia comp. sub num. 2. Bart. de Hucio in tract. eiusdem tit. c. 5. n. 1. Gul. de Bened. in d. tit. de compend. substit. sub num. 2.*

Licèt alii dixerint non fuisse inductum ab Im-
5 peratore, sed † à maioribus nostris, occasione tamen *tex. d. l. precibus*, inter quos fuit *Soc. Iun. in d. l. centurio, n. 177. vers. verum.*

ARGVMENTVM.

Vtrum compendiosa sit substitutio de per se?

SVMMARIVM.

1 *Compendiosa est species de per se, numero 1. media, num. 2. & 3. alii distinguunt, num 4 & 5. & alii aliter, n. 6.*

QVÆSTIO III.

1 VTRVM cõpendiosa sit substitutio per se? Resp. esse † speciem de per se, siue quoad formã quæratur, siue quoad effectũ, siue à pagano fiat, siue à milite, *Salic. in l. precibus, C. de imp. & aliis subst. Sfor. Od. in tract. comp. par. 3. art. 2. circa fin. ver. ego puto. fol. 31. a tergo, Crass. in § substitutio, q. 58. in fi.*
* vbi ait hanc opinionem frequentiori * calculo receptam esse, *Lancell. Polit. in tract. subst. in materia comp. sub num. 2.* quem refert *Alex. Trentacinq. in*
2 *tract. eiusdem tit par. 4. c. 1. num. 2. in fin.* Tum quia † substitutiones comprehensæ sub compẽdiosa mutant earum nomen; non enim amplius dicuntur vulgaris, pupillaris, exemplaris, & fideicommissaria, sed vnico verbo compendiosa, *l. precibus, in tex. ibi: compendiosa, C. de imp. & aliis subst.* Tum etiam,
3 quia † consideratæ species comprehensæ sub compendiosa in abstracto, constituunt nouam speciem, licèt secus in concreto ex post facto, dum quælibet suo tempore resoluitur, *Iaso. in d. l. centurio, sub n. 25. ff. de vul. & pup. subst.*
4 Licèt alii distinguant, aut fiat à † pagano, & tunc magis est adiectio, id est, quidam modus, seu quædam forma adiecta à lege, ad faciendas simul plures substitutiones, quæ aliàs de per se fieri possent; vel (secundum aliquos) qualitas quædã, vt *actio de peculio, tributoria, de in rem verso, & quod iussu*, vel (secũdum aliquos) cumulus substitutionum, quam directa substitutio, quia in ea plures directæ continentur, scilicet pupillaris, vulgaris, exemplaris, & fideicommissaria. Aut fit à milite, qui potest etiam post tempora pubertatis substituere iure directo, & tũc † nouam substitutionem in se conti- 5
net (quã *directam militarem* appellamus) ideoq; est vera substitutio, ita voluit *Dyn. in tract. subst.* quem refert & sequitur *Bar. in l. centurio, numero 11 ff. de vulgar. & pupill. subst.* quem sequitur ibi *Socin. Iun. num. 179. & 180. Pract. Papien. in tractat. de form. libell. quo agitur ex subst. compend. num. 3. Consil. Roger. in tracta. subst. in materia compendiosa, numero 8. Ias. in d. l. centurio, num. 24.* vbi testatur communem *
* opinionem, *gloss. rub. ff. de vulgar. & pupill. substit. Zas. in tract. subst. in materia compendiosa, numero 1. in fin. Bart. de Hucio tract. eiusdem tit. c. 5. sub num. 1. Bald. in tracta. eiusdem tit. in materia compendiosa, sub numero 2.* hancque esse communem * distinctionem fatetur *Bolognett in rub. ff. de vulgar. & pupill. subst. num 71. & in d. l. centurio, num. 4. ver. dubitauerunt, & n. 118.*

Et alii aliter, vt quoad † formam, siue fiat à pa- 6
gano, siue à milite, dicatur proprie species substitutionis; quo verò ad effectum, est nomen adiectiuum, continens sub se multas diuersas species, quæ non variant in materia, & effectu, sed perinde habentur, ac si quælibet particulariter facta fuisset, inter quos fuit *Aret. instit. in tracta. subst. in materia compend. num. 3. Galsan l. in d. l. centurio, ver. nono, num. 22. Gul. de Bened. in c. Raynutius, par. 2. ver. si absque liberis, el 2. tit. de compend. substit. num. 4. circa fin. extra de testament. Aret. in l. testamento, C. de milit. testam. vbi Dec num. 4. Caccialup. & Cagno. in l precibus, C. de imp. & aliis subst. illo, num. 29. iste, num. 173. Paul. Leon. in tractat. substit. in materia compend. num. 20. 25. & 26. per l. Iulianus, § si quis rẽ, ff. ad exhiben.*

ARGVMENTVM.

Quibus verbis, vel coniecturis compendiosa substitutio facta constari possit, vel non?

SVMMARIVM.

1 *Compendiosa, quibus verbis, vel coniecturis facta constari posset, vel non; distinguuntur plures casus, num. 1. & 2.*
2 *Compendiosa verbis singularibus facta dicetur, si testator dixerit*, Et si filius meus decesserit intra pupillarem ætatem, vel postea, substituo Caium.
3 *Compendiosa verbis singularibus facta dicetur, si testator dixerit*, & si filius meus decesserit intra vigesimum quintum annum, substituo Caium.
4 *Compendiosa verbis specialibus facta dicetur, testatore dicente*, Et si filius meus (*qui impubes præsupponitur*,) quandocumque decesserit, substituo Caium.
5 *Dictio*, quandocunque, *operatur, ac si singula tempora*

tempora fuissent enumerata, num. 5. veluti si dictum fuisset, substituto vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, num. 6. contra, & malo, num. 7.

7 *Sforz. Odd. reiicitur, num. 7.*

6 *Compendiosa facta dicetur, si testator dixerit*, Et si filius meus decesserit, substituo Caium, *quamuis dictio*, quandocunque, *adiecta non fuerit, num 8. verbis tamen generalibus, num. 9. veluti si testator dixisset*, Si filius meus sine liberis decesserit, *num 10*

8 *Compendiosa dicetur, testatore dicente*, Post mortem filii mei substituo Caium, *num. 11.*

9 *Compendiosa dicetur, si testator dixerit*, Filio meo impuberi, si decesserit substituo Caium, *num. 12. nisi ex coniecturis appareat testatorem voluisse facere pupillarem, num. 13*

11 *Verbum*, impuberi, *stat dispositiuè, & non demonstratiuè, num. 14.*

10 *Verba in dubio stant dispositiuè, & non monstratiuè, num. 15.*

12 *Compendiosa dicetur, testatore disponente*, Et si filius meus in ætate pupillari decesserit sine liberis, substituo Caium, *num. 16. ita, vt pubere sine liberis decedente sit locus fideicommissariæ substitutioni, num. 17. & num. 18.*

13 *Compendiosa facta dicetur, si testator dixerit*, Et si filius meus impubes decesserit sine liberis, substituo Caium, *num. 19.*

14 *Compendiosa (secundum aliquos) dicetur, si testator dixerit*, Et si filius meus in ætate pupillari decesserit, substituo Caium, *num. 20. contrà, & receptius, vt dicatur expressa pupillaris, numero 21*

15 *Compendiosa dicetur, testatore dicente*, & quandocunque filius meus decesserit, eum rogo, vt restituat hæreditatem Titio, *num. 22. contra, vt dicatur simplex fideicommissaria, num. 23. ratio, num. 24.*

16 *Compendiosa effectus hoc formula habebit*, Et si dictus filius meus hæres non erit, substituo vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, *num. 25. & 26.*

17 *Compendiosa facta dicetur*, si testator hæredem instituerit filium ætate maiorem, & quandocunque decesserit, substituerit Caium, *num. 27. contra, vt dicatur vulgaris, & fideicommissaria, num. 28.*

18 *Compendiosa facta dicetur, si testator dixerit*, filio meo substituo Caium, quandocunque fuerit factus consul, *vel* quandocunque nauis ex Asia venerit, *vel*, si liberos non habuerit, *vel*, si sine liberis decesserit, *vel si tale quid fecerit, n. 29. & 30. contra, num. 31.*

19 *Compendiosa non dicetur, si testator milite filio puberi, ita substituerit*, Quandocunque filius meus decesserit, substituo Caium, *num. 32. ratio, num. 33.*

20 *Compendiosa dicetur, si testator hæredem extraneum instituerit, eique substituerit*, & quando cunque Caius hæres meus decesserit, substituo Sempronium, *num. 34. contra, num. 35 ratio, num. 36.*

21 *Compendiosa ad essentiam, requiritur substitutionem factam fuisse diuersis temporibus ætatis, scilicet pupillaris, & pubertatis, num. 37.*

QVÆSTIO IIII.



Vibus † verbis, vel coniecturis cōpen- 1
diosa substitutio facta constari possit?
Resp. distinguēdo plures casus; primus
erit, quando † testator ita dixerit, *& si* 2
filius meus decesserit intra pupillarē ætatē, vel post, substituo Caiū: hæc. n. dicetur substitutio
cōpendiosa verbis singularibus facta, *Menoch. lib. 4. præsum. par. 2 præsum. 51. num. 3. Couarr. in cap. Raynutius, §. 9. num. 3. vers. item fit, extra de testam. Emanuel à Costa in cap. si pater, in prin. num. 13. de testam. lib. 6.*

Secundus casus est quando † testator ita dixerit, 3
& si filius meus decesserit intra vigesimum quintum annum, substituo Caium, quia tunc etiam dicetur compendiosa verbis singularibus facta, *Menoch. d. præsum. 51. num. 4. Couarr. d. §. 9. sub num. 3. Lancel. Polit. in tract. substit. in materia compend. sub numero 4. Pan. Leon. in tract. eiusdem tit. in materia compend. num. 28.*

Tertius est casus, quandò † testator ita dixerit, 4
& si filius meus (qui impubes præsupponitur) *quandocunque decesserit, substituo Caium*; quia tunc dicetur compendiosa verbis specialibus facta, *Menoch. d. præsum. 51. numero 5. Bart. Alex. & Ias. in l. centurio, ff. de vul. & pup. subst. ille, num. 17. iste, num. 27. hic, num. 33. Calcan. cons. 108. num. 7. Neuiz. cons. 53. num. 3. Alciat. lib. 10. Parerg. c. 2. Emanuel à Costa in cap. si pater, in prin. num. 13. de testam. lib. 6. Couarr. in c. Raynutius, § 9 num. 2. & 3. extra de testam. Paris. cons. 30. numero 13. vol. 2. & cons. 42. num. 18. vol. eod. Crass. in §. substitutio, quæst. 60. sub num. 6. & 12.* vbi ait hanc opinionem esse ab omnibus * approbatam. Dictio enim illa † *quandocunque*, 5
idem operatur, ac si singula tempora fuissent enumerata, veluti si † testator dixisset, *vulgariter, pu-* 6
pillariter, & per fideicommissum, Alber. in d. l. Centurio, numero 39. Menoch. d. præsum. 51. numero 6. per l. sicut, in prin. ff. quib. mod. vsufr. amitt.

Licet alii tenuerint, quòd † verbum *quandocun-* 7
que, non operetur idem in compendiosa, quod singulorum casuum enumeratio, inter quos fuit *Sfor. Odd. in tract. compend. par. 4. art. 2. circa fin. fol. 33.* vbi testatur communem * opinionem, per *l. precibus, C. de impub. & alios subst. & l. nominem, C. de decur. lib. 10.*

Quartus est casus, quandò † testator ita dixisset, 8
& si filius meus decesserit, substituo Caium; quia hoc casu dicetur facta compendiosa, & si adiecta non fuerit illa dictio, *quandocunque*, Menoch. *d. præsum. 51. num. 7.* vbi testatur communem * opinionem, per *gloss. in l. in testamento, la 1. C. de testam. milit. & in cap. si pater, de testam. lib 6. in ver. absque deductione. Bart. in d. l. Centurio. num. 9. Bald. cons. 55. lib. 3 Dec. cons. 227. num. 3. & cons. 573. num. 1. & cons. 642. num. 1. & cons. 643. num. 1. Soc. Iun. cons. 180. numero 10. lib. 2. & cons. 27. num. 11. lib. 3. Curt. Iun. l. in precibus. num. 47. vers. circa hanc. & num. 61. in fin. C. de imp. & alios subst. cons. 53. num. 3. Emanuel à Costa in d. c. si pater, par. 1. in vers. si declaret, numero 14. à Vall. cons. 25. num. 13. lib. 1. Couarr. in d. c. Raynutius, §. 9. n. 2. ver. vndecimo, illam, & num. 3.* vbi subiicit, dici † cōpēdiosam verbis generalibus 9

factam, quasi hæc indefinita æquipolleat vniuer-
10 sali, l. si pluribus, ff. de leg. 2. ac † si testator dixisset,
si filius meus sine liberis decesserit, l. cum acutissimi, C. de fideicomm. idem respondit Bertrand. cons. 128. num. 2. par. 2. Sforz. Odd. in tract. compend. par. 4. quæst. 1. art. 1. num. 1. fol. 32. vers. sed tamen. vbi testatur hanc esse communem * opinionem, per d. l. Centurio, & d. l. precibus, Crass. in §. substitutio, quæst. 6 num. 8. in fin. vbi testatur communem * opinionem.

11 Quintus est casus, quando † testator ita dixisset, post mortem filii mei substituo Caium, quia etiam tunc facta videretur compendiosa, Menoch. d. præsum. 51. num. 9. Ruin. & Rip. in d. l. Centurio, ille, num. 29. iste num. 150. Sebast. Sapia in d. l. precibus, circa fin. Emanuel a Costa in cap. si pater, in ver. si decederet. n. 2. de testam. lib. 6. Quicquid dixerit Galiaul. in d. l. Centurio.

12 Sextus casus est, quandò † testator ita dixit, filio meo impuberi si decesserit, substituo Caium, quia tunc etiam dicetur facta compendiosa, Menoch. d. præsum. 51. num. 10. & 11. nisi (inquit) coniectu-
13 ris † constaret testatorem voluisse facere pupillarem, Bar. Rip. & Aquilin. in d. l. Centurio, ille, num. 31. iste, num. 140. hic, par. 4. num. 202. vbi testatur
14 communem * opinionem. Quià illud † verbum,
impuberi, non stat dispositiuè, sed demonstratiuè,
15 prout in † dubio verba intelliguntur, l. Mela, ff. de adim. lega. Menoch. cons. 303. num. 27 lib. 4.

16 Septimus casus est, quando † testator ita dixisset, & si filius meus in ætate pupillari decesserit sine liberis, substituo Caium: quia hæc etiam dicetur
17 compendiosa, vt si † factus pubes filius decesserit sine liberis, erit locus fideicommissariæ substitutioni, Menoch. d. præsum. 51. num. 12. vbi testatur hanc esse veram, & communem * opinionem, Bald. cons. 373 vers. tertio, lib. 2. Paul. de Cast. cons. 43. volu. 2. Alex. cons. 43. num. 7. lib. 2. Dec. cons. 572. num. 1. & in l. generaliter, num. 1. C. de instit. & subst. Ruin. cons. 103. num. 23. lib. 2 Curt. iun. in l. precibus, num. 66. Rube. cons. 129. Arnol. Ferron. in comment. ad consuet. Burdegal. lib. 2. col. 3. Galiaul. in d. l. Centurio, num. 373. Couarr. in d. cap. Raynutius, §. 9. num. 2. vers. duodecimo ex his; vbi dicit hanc opinionem esse veriorem, Paris cons. 73 num. 15 lib. 2 Neuizz. cons. 53. num. 2. & 3. Rip in d. l. Centurio, num. 144. Alciat. resp. 479. in fin. Tiber. Decia. resp. 82. num. 27. lib. 3. Crass in §. substitutio, quæst. 60. num. 10. vbi testatur hanc esse magis receptam * opinionẽ. Quià
18 dicta † verba intelligi debent secundum solitam, & communem generandi naturam, & sic respectu ætatis adultæ, ac si testator dixisset, & si filius meus in ætate pupillari, vel sine liberis factus sit pubes, substituo Caium: non autem præsumendum erit testatorem intellexisse, quod si ipse impubes decesserit sine liberis, præsupposita ætate pupillari apta ad generandum, Couarr. in c. Rainutius, §. 9. num. 2. vers. duodecimo, extrà de testam. Quicquid dixerit Comens. cons. 125. & Corn. cons. 61. lib. 2.

19 Octauus casus est, quandò † testator ita dixisset, Etsi filius meus impubes decesserit sine liberis, substituo Caium, quia hoc casu, etiam compendiosa facta dicetur, Menoch. d. præsum. 51. num. 13. Pract. Papiens. tit. de forma libelli, quo agit. ex subst. compend. num. 18. Couarru. d. §. 9 n. 2. vers. duodecimo, circa fin. vbi ait hunc casum nullam habere dubitationem, Gul. de Bened. in cap. Rainutius, par. 2. ver. si absque liberis, el 2. tit. de compend. num. 51. extra de testam. Surd. decis. 37. num 8.

Nonus casus est, quandò † testator, ita dixisset, 20
& si filius meus in ætate pupillari decesserit, substituo Caium: quia tunc (secundum aliquos) videtur facta compendiosa, in quarum sententiam, iuit Bald. in l. precibus, num. 4. C. de imp. & aliis subst. & alii, quos adduxi in 1. q. huius 3. Centuria, ver. hoc diffinitio.

Contrariam sententiam, & recepriorem, vt non
dicatur † compendiosa, sed expressa pupillaris, te- 21
nuit Bart. in d. l. Centurio, num. 60. vers. ex quo infertur, vbi etiam Ias. num. 23. & in l. 2. num. 27. vbi Rip. num. 4. ff. de vul. & pup. subst. Dec. in l. precib. num. 15 C. eod. Couarr. in d. §. 9. ver. 3. ex hoc, Crass. in §. substitutio, quæst. 60. n. 3. vbi testatur eam esse magis receptam. *

Decimus est casus, quandò † testator ita dixe- 22
tit, & quandocunque filius meus decesserit, eum rogo, vt restituat hereditatem Titio, quia hoc etiam casu dicetur facta compendiosa, Bart. in d. l. Centurio, num. 20. vbi Ias. num 38. dicit esse communem *
opinionem, Dec. in l. precibus, num. 16. C. de imp. & aliis subst.

Contrariam sententiam, vt non † dicatur com- 23
pendiosa, sed simplex fideicommissaria, tenuerunt Soc. sen. in d. l. centurio, num. 25. vbi Galiaul. numero 220. & Rip. num. sexagesimoprimo. Lancel. Polit. in tract. subst. in mater. comp. numero 4. Curt. Iun. in d. l. precibus, numero 48. vers. secundo moueor, Alex. cons. 1. col. 4. lib. 3. Couarr. in cap. Raynutius, §. 9. numero 1. vers. 5. inde fit, extra de testam. Crass. in §. substitutio, quæst. 60. num. 5. vbi
testatur eam esse communem; * quia dicta † for- 24
mula non continet plura tempora actu, vel habitu distinguentia substitutiones, cum semper fuerit fideicommissaria, l. coheredi, §. cum filia, ff. de vulg. & pupill. subst.

Vndecimus est casus, quandò † testator ita sub- 25
stituerit, & si dictus filius meus heres non erit, tunc substituo vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum; tunc dicta formula substitutionis non dicitur compendiosa, cùm facta non fuerit, sub compendio verborum, sed extensæ glo. magna, in fin. l. precibus, C. de imp. & aliis subst. Rip. in d. l. Centurio, nume. 51. vers. 3. opp. Benè tamen habebit di-
cta † substitutio effectus compendiosæ, cùm ma- 26
nifeste constet comprehendere plura tempora, & substitutiones, Ruin. cons. 7. num. 18. lib. 3. quem refert Menoch. lib. 4. præsum. par. 2. præsum. 51. num. 16 in fin.

Duodecimus est casus, quandò † testator hære- 27
dem instituit filium ætate maiorem, cui sic substituit, & quandocunque filius meus decesserit, substituo Caium: quia tunc etiam hoc casu dicetur facta compendiosa, Ias. in d. l. centurio, num. vigesimotertio, vbi testatur hanc esse communem * opinionem.

Contrariam sententiam, vt non † dicatur com- 28
pendiosa, sed vulgaris, & fideicommissaria, tenuerunt Curt. Iun. in d. l. precibus, num. 46. Rip. in d. l. centurio, num. 60. vers. infertur etiam, Couarr. in d. c. Raynutius, §. 9. nume. 1. ver. primum non esse, quem refert Menoch. d. præsum. 51. n. 17. in fi.

Decimus tertius est casus, quandò † testator ita 29
substi-

substituerit, *Filio meo substituo Caium, quandocunque factus fuerit consul*; vel si ita dixerit, *quandocunque nauis ex Asia venerit, Caium substituo*, quia etiam tunc dicetur facta compendiosa, *Bart in l. centurio, num. 9. ff. de vul. & pup. subst. Alber. in rub. ff. de vul. & pupill. subst. numero 87. Aret. Soc. sen. & Ias. in d. l. centurio, ille, n. 7. iste, num. 18. hic, num. 22. in fi. Dec. & Curt. in d. l. precibus, ille, n. 16. hic n. 45. Ruin. & Galiaul. in d. l. centurio, ille, num. 30. iste, num. 221. Couarr. in d. c. Raynutius, §. 9. numero secundo, ver. octauo libet, Rimin. Iun. & Salic. in d. l. precibus, ille, numero 312. iste, numero decimoquinto, Menoch. d. præsumpt. 51. numero 18. 19. & 23.* vbi testator com-
30 munē * opinionem, subuicitq; idem esse, si † testa-
* tor dixisset, *si filius meus liberos non habuerit, vel si sine liberis decesserit, vel si tale quod non fecerit, Caium substituo.*

31 Contrariam sententiam, vt dicta † sobstitutio non possit dici compendiosa, tenuit *Alciat. & Rip. in d. l. centurio, ille, num. 58. iste, numero 62. Lancel. Polit. in tract. subst. in materia compendios. numero 4. ver. quarto etiam, Emanuel a Costa in cap. si pater, par. 1. vers. si decederet, n. 6. de testam. lib. 6.*

32 Decimus quartus casus est, quando † testator miles, ita filio puberi substituerit, *quandocunque filius meus decesserit, substituo Caium*; quia tunc non dicetur compeodiosa, *Menoch. d. præsum. 51.*
33 *numero 24.* cùm (inqnit) non cōprehendit † plures, diuersasque substituriones, sed semper sit directa militaris, *Couarr. in d. cap. Rainutius, §. nono, n. primo. ver. apparet, Ias. & Rip. in d. l. centurio. ille, n. 26. iste, num. 64.*

34 Decimus quintus casus est, quandò † testator hæredem extraneum iostituit, & ei sic substituit, & *quandocunque Caius heres meus decesserit, substituo Sempronium*, qoià tunc etiam dicetur facta compendiosa, *Curt. Ian. in d. l. precibus, nume. 44. Menoch. d. præsum. 51. num. 25.*

35 Contrariam sententiam, vt non † dicatur compeodiosa, tenuit *Emanuel a Costa in cap. si pater, in prin. numero decimotertio, ver. ex qua recepta tra-*
36 *ditione, de testam. libr. 6.* qoia (inquit) solùm † contioet vulgarem, & fideicommissariam, duos casus distinguentes, nempe aditæ, & noo aditæ hereditatis; non autem diuersis temporibus, hoc est,
37 ætatis pupillaris, & pubertatis, prout † ad esse cōpendiosæ requiritur, *Crass. in §. substitutio, quæst. 60. num. 1. ver. intellige.*

ARGVMENTVM.

Quid sit effectus compendiosæ, factæ à milite?

SVMMARIVM.

1 *Compendiosa facta à milite per verba communia, omni tempore valebit iure directo, num. 1. nisi matre existente de medio, num. 2. contra, num. 3. alii aliter, num. 7.*

2 *Miles in dubio censetur. vti iure communi, num. 4. declara, num. 5. & 6.*

QVÆSTIO V.

QVid est effectus substiturionis compen-
1 diosæ factæ à milite? Resp. quòd si †
apparetet facta per verba communia, o-
2 mni tempore valeret iure directo; nisi †
matre instituti filii, existente de medio; quia tunc eius fauore post tempora pubertatis obliquatur, *Bart in l. centurio, n. 12. ff. de vul. & pup. subst. per l. precibus, in fin. C. de impub. & aliis subst.* cum quo ma- *
gis communiter * transite Doctores, fatetur *Soc. Iun. in eadem l. centurio, n. 197. vbi Rip. n. 67. & Galiaul. n. 249. Ant. Fumo in tract. subst. n. 81. Vasq. de success. progress. lib. 2. §. 18. num. 65. Coras. in d. l. precibus, numero 54. Couarr. in cap. Raynutius, §. 9. numero 31. Zas. & Polyt. in eorum tract. de subst. vterque in materia compendiosa, ille, numero 10. iste, numero 12. Crass. in §. substitutio, quæstione 63. numero 2. & 3.* vbi testatur hanc esse magis communem, & tenendam, tanquam paucioribus spi-
nis refertam, *Sforz. Odd. in tractatu compen. par-* *
ticula 5. art. 2. fol. 81. vbi testatur communem * opinionem, *Menoch. lib. 4. præsum. par. 2. præsum. 52. numero 18.* vbi etiam testatur haoc esse commu-
nem omnium * opinionem, *Baldus in tractat.* *
subst. in materia compend. sub numero 3. Alexan. Trentacinqu. in tractatu eiusdem tit. particula 4. cap. 8. numero 12. vers. secunda est, & vers. ex prædictis, vbi testatur hanc esse magis communem * *
opinionem.

Contrariam sententiam, vt etiam † matre non 3
existente in medio, sit obliqua, tenuerunt *Salic. & Paul. de Cast. in d. l. precibus. Aret. Alex. & Soc. Iun. in d. l. centurio. Ant. Gomez. var. resol. tom. 1. cap. 7. numero 6. vers. secundo, Alex. cons. 12. numero 21. libro tertio, Salic. & Paul. de Cast. in l. in testamento. C. de milit. testa.*

Moti, quia † miles in dubio dicitur vti iure cō- 4
muni (quo inspecto valeret iure obliquo, etiam vbi mater non fuerit de medio,) *l. in testamento. C. de milit. testam. l. quamquam, C. eodem, Menoch. cons. 421. numero 48. volum. 5. Alexand. Trentacinq. in tract. subst. par. 4. cap. 8. numero 1. vers. hec responsio.*

Sed resp. regulam prædictam noo procedere, 5
quando † substitutio inspectis verbis, & personis, posset directò valere, *cap. si pater, de testam. libr.*
6. Item procederet, quaodo † miles non indige- 6
ret priuilegio; secus quando eo indigeret, vt in casu nostro, in quo substitutio non posset valere iore directo, vt miles voluisse creditur, nisi per priuilegium suum, *Sforz. Odd. in tractat. compend. parte quinta, tit. de compend. facta a milite, art. 2. sub n. 4. fol. 88.*

Alii autem scripserunt, etiam † matre existente 7
de medio, post tempora pubertatis, valere iure directo, inter quos fuit *Paul. Leon. in tractatu subst. in materia compendiosa, numero 97. & 98. Christophor. de Castel. Fulgos. & Coras. in d. l. precibus, Fernand. Vasq. in tract. de success. progress. libro 2. §. 18. numero 64.*

ARGVMENTVM.

Quid erit effectus compendiosę factę à milite vtente verbis directis?

SVMMARIVM.

1 *Compendiosa à milite facta verbis directis omni tempore valet iure directo, numero 1. siue mater instituti filii fuisset in medio, siue non, numero 2. media, numero 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 9. contrà, vt post pubertatem, matre existente de medio obliquetur, numero 10. fundamentum, numero 11. dissoluitur, num. 12. 17. 18. 20. 38. 40. 43. 44. & 46.*

2 *Lex vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus, num. 3.*
3 *Regula standum erit, nisi exceptio probetur, numero 4.*
4 *Matri fauetur, cum de luctuosa hæreditate filii tractatur, num. 5.*
5 *Pupillaris expressa matrem excludit, num. 6.*
6 *Mater plus iuris habet in bonis filii, quam mariti, num. 7.*
7 *Velle quis præsumitur, quod verba important, numero 8.*
8 *Compendiosa, per fideicommissum facta à milite verbis directis, valet, numero 11. declaratur, numero 12.17.18.20 32.33.40.44. & 46.*
9 L. precibus, C. de impub. & aliis subst & l. Centurio, ff. eod. *concordantur, n. 11.12 15.16.17.18. 20.32 33 40.43.44. & 46.*
10 *Verbum,* substituo, *est communo, n. 13.*
11 *Verba legislatoris debent declarari secundũ quod thema proponitur, n. 16.*
12 *Verba directa directissima non obliquantur; n. 17. contra (secundum aliquos,) vt non sit differentia inter dicta verba. n. 19.*
13 *Dictio,* veluti, *est nota similitudinis, n. 21. aliquã de virtutem importat, n. 28.*
14 *Simile nullum est idem, n. 22.*
15 *Dictia.* vt, *aliquando importat veritatem, n. 29. & dictio* quasi, *n. 30.*
16 *Verbum,* videtor, *aliquando importat veritatem, num 31.*
17 *Probibitio alienationis intra certum tempus, valet etiam, quo ad legitimam, numero 37. ratio, num. 39.*
18 *Miles præsumitur vti iure communi in substituendo, num. 41.*
19 *Verbum.* successio, *aliquande importat dominiũ, & non possessionem, n. 45.*

QVÆSTIO VI.

QVID erit effectus compẽdiosæ factæ à milite vtente verbis directis? Resp.
1 quod † omni tẽpore valebit iure directo; qoia intra popillarem ætatem erit pupillaris, & valebit iure cõmunoi; post pubertatem erit directa militaris, & valebit
2 ex priuilegio; siue † mater instituti filii fuisset in medio, siue oon, *Bar. in l. centurio, num. 12. ff. de vul. & pup. subst.* quem ibidem sequitur *Bal. Ang. Paul. de Cast Alex. Soc sen. Imol. Cuma. & Ias. Dec. Christ. de Castello. & Fulgos. in l precibus, C. eod.* hancq; esse
* communem * opiniooem, fatetor *Soc. Iun. in d. l. centurio, numero 184 vers quod etiam, Crass. in § substitutio, quæst. 65.* vbi testatur hanc esse communẽ *
* opinionem, *Fumo. in tract. eiusdẽ tit. in materia cõp. num. 82. Cagnol. in d. l. precibus, numero 144. Couarr. in c. Raynutius, § 9 numero sexto, extra de test a. Fern. Vasq de success progress. lib. 21. § 18. in fin. lib. 2. Sforz. Odd. in tract. compend. par. 5. tit. de compend facta a milite art. 3. numero quarto, & decimooctauo, fol.* 88.
* vbi testatur hanc esse magis communem, * *Ioann. Balognett. in d. l centurio, numero 94. & 185.* vbi etiã *Io. Marc. Aquil. in par. 4. n. vigesimosecũdo, Menoch.*
* *lib 4. præs. 52. n. 2* vbi testatur hanc esse communẽ * opioionem, *Bar. de Hucto in tract. subst. in materia comp. n. 5. Bal. in tracta. eiusdem tit. in materia compend., ub numero 3. Alex. Trentacinq. in tractat. eiusdem tit. particula 4. cap. 3. numero primo, & secundo.* vbi testatur hanc esse communem * & receptam *
scribeotium sententiam, *Gul. Bened. in d. cap. Raynutius, in materia compendiosa, num. 10.*

Mouemur primo per *tex. d. l. centurio,* vbi non
distinguitur, an mater fuerit de medio, oecne, ergo † oec oos distinguere debemus, *l. de pretio. ff. de* 3
publ. in rem actio. Item in ea ponitur pro constanti
regula, quod post pubertatem valeat iure directo
ex priuilegio militis; qoi ergo vult dicere, quod
regula non procedit fauore matris, debet † illud 4
probare, alias stabitur regulæ *gla. l. omnis diffinitio, ff. de reg. iuris.* quam refert & sequitur *Surd. decis. 3. numero quarto, Becius cons. 1. numero secundo, & cõs. 7. num. 2.*

Secuodo, quia † fauetur matri, cum de luctuosa 5
hæreditate filii agitur, *l. fin. vbi gloss fin. C. de instit. & substit sub condit. fact.* Sed hic agitur de bonis, & hæreditate mariti militis, *l. milites etiam, ff. de milit. testam.* ergo, &c.

Tertiò, quia lex noo fauet matri contra propriam vim verborum, vt patet io † expressa pupillari, 6
quæ matrem excludit, etiam si fuisset expressa verbis generalibus, vt io ea, quæ sub reciproca comprehenditur, *l Lucius, ff. de vulgar. & pupillar. subst.* ergo in proposito, cum miles fuerit vsus verbis directis, quorum propria significatio est, vt directam substitutiooem importeot, non debet matri dari aliqood priuilegiom in eootrarium.

Quartò, quia † plus iuris habet mater in bonis 7
filii, quam mariti, *l. nam & si parentibus, ff. de inoffic. testamen. § & hac quidem, Auth. vt cum de appellat. cognosc. l 1. Cod. vnde vir & vxor.* sed à bonis filii excluditur per pupillarem, fauore filii, ergo fortius debet excludi à boois mariti militis, ipsius militis fauore, qui consistit, vt valeat iure directo, *Soc. sen. in d. l. centurio, vbi Soc. Iun. num. 184. vers. 3. arguitur.*

Quintò, quia oõ est dubitandum, vtrum miles directo substituere posset, cum habeamus apertum *tex. in l. in testamento, la 1. C. de testamen. milit. l. illam, C de collat.* sed solum iospiciendum erit, vtrum directo substituere voluisset, faciendo compendiosam; & quidem dicendum erit, quod voluerit, cum quis † dicatur velle, quod verba impor- 8
teot, *l. Labeo, circa fin. ff. de supell. lega. l. non aliter, in princ. ff. de legat. 3.* cum ergo vsus fuerit verbis directis, eredendum est, quod directo substituere voluerit, *cap. si pater, de testam. lib. 6.*

Sexto, quia miles voluit absque dubio substi- 9
tuere post pubertatem, eom de tali tempore mentionem fecerit, dicendo, *quandocunque decesserit,* ergo, aut vis dicere, quod iure communi vti voluerit, & non valeret substituoo, *l verbis, ff. de vulg. & pup. subst.* ideo credi id non debet, *arg. l. miles, qui destinauerat ff. de milit. testam.* aut quod voluerit vti priuilegio, prout eredendum est, & vera erit opinio ista, vt scilicet directo iure valeat, ooo obstante existeotia matris.

Contrariam senteotiam, vt post † pubertatem 10
matre existeote de medio obliquetur, tenuit *gloss. in vers. dumtaxat, d. l. centurio, vbi Socin. sen. col. 4.* eamqoe esse magis communem * testatur *Corne. in d. l. precibus, n. 28. Galiaul. in d. l. centurio, nũ. 232. gloss. in ver. fideicomissi, d. l. precibus, Zas. in tractat.*

subst.

substitut. in materia compend. sub numero 11. Lancell.
Polit. in tract. eiusdem tit. in materia compend. n. 15.
Alex. cons. 11. num 21. vol. 3.
Mouentur primò per l. precibus, C. de impub. &
11 alijs subst. vbi compeodiosa valet † per fideicom-
missum, & nihilominus fuit facta à milite, & per
verba directa.
12 Sed resp. primò, quod in d. l. precibus non † fuit
facta substitutio per verba directa, sed per verba
communia, vt apparet in tex. ibi, substituerit, quod
13 † verbum commune est, Paul. Leon. in tract. subst.
in materia compendiosa, numero 409. Sforz. Odd. in
tract. comp. par. 5. tit. de compend. facta a milite, art.
3. sub numero septimo, fol. 90. Zas. in tract. subst. in
materia compend. sub numero decimo. Sed nos loqui-
14 mur, quandò † compendiosa fuisset facta per ver-
ba directa, vt d. l. centurio præsupponit, hanc coo-
sonantiam sentit Bart. in d. l. centurio. sub numero
duodecimo, Aret. instit. de subst. in materia compe.
numero nono, Orian. in d. l. centurio, n. 25. Caccialup.
in d. l. precibus, numero 22. Couarr. in cap. Raynutius,
§. 9. num. 6. extra de testam.
Replicant cootrarii, quod imò, in d. l. precibus,
15 fuit facta substitutio per † verba directa, vt io text.
ibi, haredem scripsisse, & in tex. ibi, eos habeat hære-
des, quos pater eis constituit, quæ verba sunt directa,
secundum Bart. in l. 2. C. com. de legat l quærebatur,
in fin. sancita l. miles, ita. ff. de milit. testam. & illud
16 verbum, substituerit, est † verbum Imperatoris,
qood debet referri, & declarari secundum qood
thema proponitur, Corn. in d. l. precib. num. 12. &
Alciat. in d. l. Centurio. n. 43.
Secundo resp. quòd nostra conclusio procedit,
17 quandò † testator vsus fuerit verbis directis dire-
ctissimis, quæ nullo modo possunt obliquari, &
nō patiuntur expositionem per fideicommissum,
& ita loquitur d. l. centurio, in text. ibi, directo sub-
18 stituit. Si verò testator miles † vsus fuerit simpli-
citer verbis directis, tunc fauore matris obliqua-
retur, & ita loquitur d. l. precibus, ita concordat Bal.
in ead. l. precibus, oppos. 10. nu. 41. quem sequitur ibi
Sal. & Corn. Bar. de Hucio in tract. subst. c. 5. n. 5. & 6.
Replicant contrarii, qood hæc differentia inter
† verba directa, & directissima, iore non proba-
19 tur, & est diuinatiua ad vtrunque text. scilicet, d. l.
centurio, & dicta l. precibus, Iason in dicta l. preci-
bus, numero 9. versicul. sexta. vbi testatur in hoc Bal-
* dum communiter * reprobari, Paul. Leon. in tract.
substit. in materia compend. sub num. 78.
20 Tertiò respon. verum esse in † d. l precibus, post
pubertatem valere iure directo ex priuilegio mili-
tis, & sic concordare cum dispositione d. l. centurio,
tamen in casu dict. l. precibus, substitutus, veluti ex
causa fideicommissi, seu ad similitudinem fideicō-
missarii, petet à matre bona militis testatoris, &
istud importat illa dictio veluti, adiecta in d. l. preci-
bus, quæ est nota similitudinis, secundum Alber. in
21 Dictionario, in verb. veluti, & cum nullum simile sit
22 † idem, l. quod Nerua, ff. depos. cap. capitulum S. Cru-
cis, extra de rescript. sequitur, quod oon dicitur verè
valere iure fideicommissi; sed similitudo in eo con-
sistet, quia, sicut per fideicommissum bona solius
23 testatoris † veniunt, l. coharedi, §. cum filia, ff. de vul.
& pupillar. substitut. ita per directam militarem, l.
milites etiam, ff. de milit. testament. item consistet si-
24 militudo, quia sicut in fideicommissaria † debent
restitui bona testatoris cum fructibus, nisi fructus
iudicio testatoris percepti fuissent, vel ex negli-
gentia fideicommissarii, l. in fideicommissarium, ff.
ad Trebell. l. iubemus, C. eodem, ita io ista militari
directa debent bona testatoris restitui cum fructi-
bus inuentis in hæreditate, d. l. centurio, in text. ibi,
cum fructibus.
Hæc concordantia fuit Fulgos. & Christ. de Castel.
in dict. l. precibus, quos sequitur ibi Iason num. 9. vers.
septima, Cuma. in d. l. centurio, vbi etiam Claud. Sei-
sel. Gulielm. de Benedict. in c. Raynutius, part. 2. vers.
si absque liberis, el. 2. tit. de compendiosa, sub numero
9. extra de testa. Duaren. lib. 2. Disp. anniuers. c. 7. Io.
Marc. Aquilin. in dict. l. centurio, part. 4. numero 30.
Vigl. in §. qua ratione, num. 13. Instit. de pupill. subst.
Conna. lib. 10. Comme. iur. ciuil. c. 8. numero 10. Paul.
Leon. in tract. substitut. in materia compendiosa, nu-
mero 93.
Replicant cōtrarii, quod † d. l. precibus, non pa- 25
titur hunc intellectum, dum dicit, quod bona à
matre peti possent, ergo non videtur conuenire
directæ substitutioni, cum ea mediante substitutus
propria authoritate veniat; & bona capiat non de
manu alterius, Alexand. in dict. l. Centurio, Paul de
Castr. in d. l. precibus.
Et si dicatur quod † mater reperiebatur in pos- 26
sessione bonorum omnium, quæ erant filii, cui suc-
cesserat, inter quæ erant etiam bona patris militis,
in quibus habebat locum directa militaris, & non
conueniebat eam de facto spoliare, c. in literis, extra
de restit. spoliat. ideo dicitur in fine d. l. precibus, bona
à matre peti posse.
Iterum replicaot, quod † est diuinatiuum præ- 27
suppositum, quod mater possidebat, ex quo ad eam
de iure bona patris non spectabant.
Addito, quod illa † dictio, veluti, non impor- 28
tat semper similitudinem, sed aliquando veritatē,
vt in c. si proponente, in text. ibi, velut fraudulenter
obtentum, extra de rescr. & in l. quoties, in tex. ibi, ve-
lut summæ debitor, C. de iure dot. & in § penult. in tex.
ibi, velut ex suo testamento, Instit. de singulis rebus per
fideicomm. relict. sicut † dicitur de dictione, vt l. co- 29
haredi, § cum filia, in text. ibi, vt ab impubere fidei-
commisso ff. de vulgar. & pupill. substit. & de dictio-
ne, † quasi, quæ licèt soleat importare fictionem, 30
tamen sæpe veritatem ipsam ostendit l. sic eueniet,
ff. ad l. Iul. de adul. l. res, quæ ex dotali, iuncta l. quod si
fuerit ff. de iure dot. Idē de verbo, videtur, l. 1. ff. de 31
transaction. l. mulier, §. fin. vbi gloss. ff. ad Trebell.
Quartò respond. quod nostra conclusio proce-
dit, quando † compendiosa facta fuisset vsque ad 32
certam ætatem; puta vsque ad vigesimum quintum
annum, vt loquitur d. l. centurio.
Si verò facta non fuisset † vsq; ad certam ætatem, 33
sed simpliciter quandocunq; decesserit, & tunc fa-
uore matris post pubertatem obliquabitur, & ita
procedit d. l. precibus.
Hæc solutio, concordantia, seu distinctio fuit
Bened. de Plumb. in dict. l. precibus, quem sequutus
fuit Lancellotus, Decius, vt eius frater Philippus
Decius refert in eadem l. precibus, column. 9. Alciat.
in dicta l. centurio, in verb. priuilegio, numero 43. &
in l. verbis, numero 12. ff. de vulgar. & pupillar. sub-
stitution.
Et prima ratio differentiæ assignatur inter v-
num casum & alium; quia quando † ætas est limita- 34

ta, dicitur vti priuilegio, ex eo, quod directò substituit, quia aliter, quam ex priuilegio non poterat directò valere; secus est, quando simpliciter non taxata ætate substituit.

35 Sed reiicimr, quia † sicut in *d. l. Centurio*, vbi fuit limitata ætas, non poterat valere iure directo per pubertatem, nisi ex priuilegio, ita in *d. l. precibus*, in qua non fuit à milite testatore, ætas terminata, ideoque vtroque casu dici deberet militem vsum fuisse priuilegio, *Socin. Iun. in d. l. Centurio, Paul. Leon. in tract. substitu. in materia comp. num. 80. & 81.*

36 Secunda ratio differentiæ est; quia † quando ætas non taxatur, lex considerat, quod filius perpetuo priuari videtur potestate disponendi, ex quo substitutio in omnem euentum est habitura effectum post mortem; ideo interpretatur testatorem noluisse vti priuilegio, ne mater defraudetur legitima filii, quod non procederet taxata certa ætate, cum ea elapsa possit filius de omnibus libere disponere, atq. eorum, quæ docuit *Paul de Castr.*

37 *consi. 77. vol. 1.* vbi † prohibitio alienationis inter certum tempus, valet etiam, quoad legitimam, secus si fuisset simplex, quia non teneret respectu legitimæ, per *l. quoniã in prioribus, C. de inof. testam.*

38 Sed reprobatur, quia † rationabile discrimen considerari non potest, cur testator magis voluerit matrem filii sui eius legitima priuari ipso moriente intra certum tempus, quam eodem quandocunque moriente, *Paul Leon. in tract. subst. in materia compend. num. 80. Sapia in d l precibus, numero* 8. Neque aduersatur decisio Pauli de Castro in *d cons. 77.* Quia ideo procedit, cum prohibitio

39 de non alienando infra certum tempus sit † fauorabilis filio, & non onerosa, secus si perpetuo induceretur, quia tunc vti onus de legitima reiicitur, at in nostro themate in neutro casu dicitur facta substitutio post pubertatem ad prouisionem filii, sed semper ad onus.

Quintò respon. vt nostra conclusio procedat,

40 quando constaret testatorem post † pubertatem voluisse directò substituere: tunc enim siue matre existente in medio, siue non, minime fauore militari obliquabitur, & ita procedit *d. l. Centurio*, aut minime cõstat de tali voluntate testatoris, & tunc siue fuisset facta limitato tempore, siue simpliciter post pubertatem, fauore matris obliquatur, &

41 ita loquitur *d. l. precibus*; quia vbicunque non † cõstat, militem vti voluisse priuilegio suo in substituendo, dicitur semper vsus iure communi, modo dispositio per eum gesta iure communi valere possit, (vt in proposito valet iure fideicõmissi,) *l. in testamento, la 1. C de milit. test. l. quamquam, ff eod.*

Hæc responsio, & consonantia fuit *Bald & Salic. in d. l. precibus, & Socin. Iun. in d. l. Centurio, numero 192.*

42 Sed reiicitur, quia in † *d. l. Centurio*, non apparet, militem voluisse suam substitutionem valere iure directo, & verba illa eiusdem text. *directò substituas*, sunt verba Papiniani iurisconsulti, & non testatoris, *Soc. Sen. in d. l. Centurio.*

43 Sexto resp. quod † *d. l. Centurio*, continet compẽdiosam expressam verbis generalibus; ideo mater excluditur, sed in *d. l. precibus*, fuit facta compendiosa cum speciali expressione pupillaris substitutionis, & cum generali temporum comprehensione; ideo Imperator elegit mediam viam, vt mater omnino non faciat substitutionem cessare, nec omnino excludatur, sed ad instar hęredis ab intestato, cum vere non sit, propter militarem substitutionem accipiat hæreditatem, & consequuto emolumento Trebellianicæ ad similitudinẽ fideicõmissi, reliquũ restituat substituto militari, *Sfor. Odd. in tract. comp. part. 5. tit. de comp. facta à milite, artic. 3. num. 22. argum. l. si paterfamilias, ff. de hered. institu.*

Septimò, resp. quia in † *d. l. precibus*, mater erat in possessione bonorum, per tex. ibi, te eius successionem obtinẽte, secus in nostro themate, & in *d. l. Centurio, Cons. Roger. in tract. subst. in materia compend. quæst. 3. num. 15. & 16.* quem refert *Rimin. Iun. in d. l. precibus, num. 301. Menoch. lib. 4. præsum. par. 2 præsum 52. n. 10. ver tert.* 44

Sed reiicitur, quia † dicta verba *te eius successionem obtinente*, dominium respiciunt, non autem possessionem, *l. emancipata, & l. bonorum, C. qui admin.* 45

Octano, resp. quod in *d. l. precib.* substitutio † cõpendiosa fuit concepta à milite in forma pupillaris, & quia miles ex suo priuilegio non potest substituere pupillariter filio puberi, &, per consequẽs, directò valere non potuerit, fuit in fideicommissum conuersa, sed in *d. l. Centurio*, fuit facta in forma communi, ideo valebit directò post pubertatem ad exclusionem matris, *Menoch. lib. 4. præsum. par. 2. præsum 52. n. 16.* 46

ARGVMENTVM.

Quid erit effectus compendiosæ factæ à milite verbis obliquis?

SVMMARIVM.

1 *Compendiosa, facta à milite verbis obliquis, est omni tempore fideicommissaria, siue matre prædefuncta, siue viuente, n. 1. exemplum, num. 3. contra, & male, vt contineat vulgarem, num. 3. limita, n. 4. & 5.*

QVÆSTIO VII.

Vid erit † effectus compendiosæ factæ à milite verbis obliquis, veluti si † dixisset, *Quandocunque filius meus decesserit, rogo, vt restituat hæreditatem, Caio?* Resp. omni tempore esse fideicommissariam, siue matre instituti prædefuncta, siue viuente, *Bart. in l. Centurio, num. 12. ff. de vul. & pupill. subst. per l. cohercdi, § cum filia, ff. eod. Menoch. l. b. 4. præsum. par. 2. præsum 52. num. 17.* vbi testatur hanc esse receptissimam * omnium sententiam, *Socin. sen. Galiaul. & Rip. in d. l. Centurio. sile, numero 251. iste, num. 251. hic, num. 68. Imol. in c. Raynutius, num. 177. extra de test. vbi etiam Couarr. § 9. num* 14. vbi ait hanc opinionem omnium * consensu receptam fuisse, * *Corn. in l. precib. num. 25. C. de impub. & aliis subst. Vasq. in tract. compendio. num. 68 de success. progress. § 18 lib. 2 Lancel Polit. in tractat. subst. in materia compend. num. 22.* vbi ait neminem * de hoc dubitare, * *Crass. in § substitutio, q. 64.* vbi testatur hanc cõclusionem ab omnibus * teneri, *Gul. de Bened. in d. c. * Raynutius, par. 2. ver si absque liberis, col. 2. tit. de compend. n. 4. 2. Const. Roger. in tract. subst. in materia compend quæstio. 3. num. 31. in fin. Paul. Leon. in tract. eiusdem titul in materia compend. num. 99. & seq. per § fin. instit. de sing. reb. per fideicommiss. relict. Bald.* 1 2

lect. Bald. in tract. subst. in materia compend. sub num.
3. Alex. Tramatinq. in tract. eiusdem tit. par. 4. cap. 8.
* vbi testatur hanc esse communem, * & receptam
scribentium sententiam.

3 Licèt contrariam sententiam, vt † contineat
vulgarem, tenuerit *SforZ. Odd. in tract. comp. par. 3.*
tit. de compend facta à milite, art. 1. num. 2. ver. contra-
rium, fol. 86. à tergo.

Restringe principalem conclusionem non pro-
4 cedere, quando † dictum fuisset, volo vt restituat
vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum,
5 *SforZ. Odd. d. art. 1. circa fin.* vbi idem tenuit, si † te-
stator miles dixerit, velle testari ex priuilegio mili-
tari, vel similibus verbis, per *l. quærebatur, ff. de mi-*
lit. testam.

ARGVMENTVM.

Vtrũ paganus ex forma statuti posset sub-
stituere directò per pubertatem, sicut
miles?

SVMMARIVM.

1 Paganus ex forma statuti potest substituere directò,
sicut miles, numero 1. exemplum, num 2. con-
tra, numero 3. fundamenta, numero 4. 8. 10. 13.
& 15. dissoluuntur, numero 6. 7. 9. 11. 12. 14.
& 16.

2 Statutum non debet intelligi, ut minus lædat ius
commune, num. 4.

3 Testator potest prohibere detractionem falcidiæ, &
Trebellianica, num. 7.

4 Heres, qui simul extitit, non desinit esse hæres, nu-
mero 10.

5 Argumentum de lege, ad statutum valet, num. 11.

6 Substitutio directa, non est onus, num. 15.

7 Militaris directa est odiosa, num. 16.

QVÆSTIO VIII.

1 VTrùm paganus † ex forma statuti posset
substinere directò post pubertatem, si-
cut miles? Resp. quòd sic, *Bart. in l. cen-*
turio, num. 11. in fin. ff. de vul. & pup. subst.
vbi exemplificat in † statuto, quod filiæ cogantur
2 obseruare omnia à testatore disposita, stantibus
masculis; quià tunc filię fœminę maiori potest sub-
* stitui directò à pagano, quem communiter * sequi
Doctores, testatur ibi *Soc. Iun. num. 181. Bald. in*
tract. subst. in materia compend. num. 3. in fin. Ant.
in cap. Raynutius, extra de testam Bald. in cap. si pa-
ter, eod. tit. lib. 6. Alex. in d. l. centurio, numero 61.
Alex. in l. moribus, in prin. ff. de vul. & pup. subst.
Gul. de Benedict. in d. cap. Raynutius, par. 2. ver. si abs-
que liberis, el. 2. tit. de comp. num 40. Sforz. Odd. in
tract. compend. par. 5. præmisso 4. numero 11. fol. 79.
* *à tergò*, vbi testatur hanc esse communem * opi-
nionem, *Bart. in l. Marcellus, §. quidam, n. 9. ff. ad*
Trebell. Soc. sen. & Galsaul. in d. l. centurio, ille n. 20.
iste, num. 231.

3 Licèt alii † laudent conclusionem principalem,
vbi statutum clare disponeret, sed Bar. exemplum
improbant, inter quos fuit *Imol. & Ias. in d. l. cen-*
turio, numero 27. Const. Roger. in tract. subst. in ma-
teria compend quæstio. 2. numero 13. & 14. Imol. in d.
cap. Raynutius, Franc. in d. cap. si pater, col. 36. ver.
circa tertium, Caccialup. in l. precibus, num. 32. C. de
impub. & aliis subst. Lancel. Polit. in tract. subst. in ma-
teria compend. num. 10.

4 Moti primo, quando † statutum potest aliquid
operari, debet intelligi, vt minus lædat ius com-
mune, quam fieri possit, *l. 2. C. de noxal. meus Abb.*
in cap. dilectus, extra de consuet. gloss. l. fi. §. in compu-
tatione, C. de iure delib. Surd. decis. 43. num. 6. At di-
ctum † statutũ satis operabitur, intelligendo, quòd 5
filia prohibeatur detrahere Trebellianicã, vel fal-
cidiam, sicut quandò coacta aditet, *l. nã quod, §. fin.*
& l. 1. § siis, qui, ff. ad Trebell.

Sed resp. primò quòd si † substitutio directò nõ 6
valeret, testatoris dispositio & voluntas non serua-
retur, & licèt in hoc lædatur ius commune, etiam
læditur in eo, quod falcidia, & Trebellianica non
debeat detrahi, & non videtur congrua ratio, qua-
re magis debeat acceptari ista lęsio, quam alia, cum
verba statuti ad vtramque adaptentur, *Soc. Iun. in d.*
l. centurio, n. 182. ver. & licet.

Secundo resp. quià aliàs eo modo intelligendo,
statutum seruiret deuenio, cum † testator per se 7
possit detractionem quartæ falcidiæ, & Trebellia-
nicæ prohibere, *Auth. sed cum testator, C. ad l. falcid.*
& l. Marcellus, in prin ff. ad Trebell.

Moti secundo, quia † dicta verba statuti, & si ge- 8
neralia, debent intelligi in casibus in quibus pater
est habilis ad disponendum, quod non est, vt dire-
ctò substituat, *Rip. in d. l. centurio.*

Sed resp. quod † debet intelligi de inualidis, 9
quia valida dispositio per se veniebat seruanda sine
statuto, *Soc. Iun. in d. l. centurio, numero 183. sub*
ver. adde.

Moti tertiò, quod aliàs intelligendo statutum,
filię † semel hęredes, desinerent esse hæredes, con 10
tra *l. ei, qui soluendo, ff. de hæred inst. l. sed & fine, §. sed*
quod Papinianus, ff. de minor.

Sed resp. quod † valet arg. de lege ad statutum, 11
l fin. C. de fideicomm. l. 2 C. de noxal actio. gloss. l. in substi-
tutione, ff. de vul. & pup. subst. Bal. in l. extraneum,
col. ult. C. hæred. instit. at lege, in † militibus dis- 12
positum contrà regulam prædictam inuenitur, vt
dictum fuit in 2. *cent.* ergò, & simile per statutum
dispositum obseruari debebit.

Moti quarto, quia istud † statutum solùm vide- 13
tur conseruare voluntatem patris testantis, ab his,
quæ per filiam contrà eam allegari possent, vt sic
remedia contra testamentum, & patris ordina-
tionem filiæ competentia, & in eius arbitrio po-
sita, dicantur ei sublata, vt est querela inofficiosi
testamenti, bonorum possessio contra tabulas, pe-
titio supplementi legitimæ, detractio quartæ, vel
huiusmodi; sed quòd iure directo non valeat sub-
stitutio sibi per patrem facta, non prouenit à filia,
sed à lege, ergò, &c.

Sed resp. quod † filia prohibetur vti prouisione 14
legali in se opponendo directam substitutionem,
contra sicut aliis præscriptis remediis.

Moti quintò, quià statutum fuit factum ad in-
iungendum onus ipsis filiabus, at substitutio † di- 15
recta non est onus, ergò, &c *Soc. Iun. in d. l. centurio,*
num. 83. ver. ulterius.

Sed resp. quòd † directa militaris est onerosa, & 16
odiosa, quia per eam aufertur hæreditas ab hære-
de, & transfertur in alium propria authoritate, &
immediate, *SforZ. Odd. d. præmiss. 4. n. 11. ver. sed hæc.*

ARGVMENTVM.

Quis dicatur paganus?

SVMMARIVM.

1 *Paganus dicitur ille, qui non est miles.*
2 *Paganus dicitur a pago, quia illi, qui non militabant, in pagis, seu agris degebant.*
3 *Paganus dicitur a pago, vel villa, quasi homo rusticus.*
4 *Pagani dicebantur omnes illi, qui villa operam dabant, num. 4. hodie verò dicuntur, qui non militant, & si alteri exercitio, quam agricultura operam darent, num. 5.*
5 *Pagani dicuntur omnes infideles, qui Christo non militant, num. 6.*
6 *Christiani dicuntur militare, num. 7.*

QVÆSTIO VIII.

1 QVis dicatur paganus? Resp. quod dicitur
2 † ille, qoi non est miles, à pago sic dictus; quia illi, qui † non militabant in agris, seu pagis degebāt, *Pau. Leo. in tract. subst. in materia compendiosa, n. 47.* vbi subiicit de eo mentionem facere *tex. l. 2. & l. tractabatur, ff. de milit. testam § illis autem, Instit. eod. l. fin. C. de inoff. test. l. 1. C. de testa. milit. l. quadam, ff. de pæn. Zas. in tracta. subst. in materia compend. num. 8. vers. 1.* vbi ait paga-
3 num † dici à pago, vel villa, quasi homo rusticus, seu villaticus, com apud veteres, omnis labor erat circa culturam agrorum ex authoritate Suetonii, Augusti, & Persii, *Sforz. Odd. in tractat. compend.*
4 *par. 5. præmisso 1. fol. 66.* vbi docuit, paganos † dici omnes illos, qui villæ operā dabāt; inde dicti, quia villæ circa fontes ædificari solent, & fontes pirai dicontur, ex authoritate *Pratai in suo Diction. in ver. paganus, Mynsing. in d. § illis autē,* & postea vsur-
5 patum fuit, vt omnes, † qui non militarent, etiam si alteri exercitio, quam agriculturæ operam darēt, *Pagani* dicerenrur; ex quo vltimis temporibus, pa-
6 gani omnes † infideles, qui Christo non militant,
7 dicuntur, cum Christiani † dicātur militare ex Apostoli præcepto, non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit, *Alciat. lib. 1 parerg. c. 14. Bertacch. in reper. in ver. paganus, in prin. & n. 7.*

ARGVMENTVM.

Quid sit effectus compendiosæ factæ à pagano verbis directis ciuilibus?

SVMMARIVM.

1 *Compendiosa, facta a pagano verbis directis ciuilibus post pubertatem, totaliter euanescit, vt nec per fideicommissum conseruetur, num. 1. media, num. 2. 3. 6. 7. 10. 11. 14 16. 23. 24. 26. 28. 33. 34. 37. 40. & 46. annihilantur, n. 4. 5. 8. 9. 12. 14. 15. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 25. 27. 30. 31. 35. 36. 38. 39. 45. & 47 contra, vt post tempora pubertatis valeat iure fideicommissi n. 48. fundamēta, n. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 61 63. 66. 70 75. 79. 82 83. 84. 87. & 90. dissoluūtur, n. 59. 60. 62. 64. 65. 67 68. 69. 71. 73. 74. 78. 80. 81. 85. 86. & 91. Author amplectitur primam sententiam, licèt eius rigor propter multas limitationes vix obseruari posset, n. 92.*
2 L. verbis ciuilibus, ff. de vul. & pup. subst. *declaratur, num. 2. & 5.*
3 *Dictio*, frustra, *ostendit actum ex aliqua sui parte non valere, n. 3. contra, n. 4.*
4 L. in pupillari, ff. de vul. & pup. subst. *intellectus, num. 6. & 8.*
5 *Indefinita æquipollet vniuersali, n. 7.*
6 § fin. Inst. de pup. *casus, n. 10. declaratur, num. 12.*
7 *Negatiua præposita verbo, potest, denegat omnē potentiam, num. 11. aliquando contra, numero 13.*
8 *Quod potui, nolui; quod volui, adimplere nequiui, num. 14.*
9 § Si seruus alienus, l. si seruus legatus, ff. de fideicomm. libert. *casus, num. 23.*
10 *Speciale in vno, ius commune in contrarium statuit, num. 24. & 34.*
11 *Vltima voluntatis fauore aliquādo receditur à regulis iuris communis, num. 25.*
12 *Actus potius efficitur nullus, quam verba ciuilia obliquentur, num. 26.*
13 § Cum filiæ, l. cohæredi, ff. de vul. & pup. subst. *casus, num. 28.*
14 *Argumentum à contrario sensu est validum, num. 29. nisi resultaret absonus intellectus, & contra iura, num. 31.*
15 *Argumentum à contrario sensu non admittitur in dictis Doctorum etiam glossatoris, num. 32.*
16 Cap. si pater, in fin. de testam. lib. 6. *declaratur, num 33 35. & 36.*
17 *Substitutio directa interdum trahitur ad fideicōmissariam ex causa, num. 36. & è cōuerso, n. 76.*
18 *Dispositio errantis in nomine appellatiuo est nulla, num 37.*
19 L. si quis in fundi vocabulo, ff. de leg. 1. *declaratur, num. 38.*
20 *Interpretatio illa in dubio sumi debet, quæ nemini est damnosa, num. 40.*
21 *Pater præsumitur pro filio capere optimum consilium, num. 41. est fidus amicus, num. 42. eiq; ex naturali voto thesaurizat, num. 43.*
22 *Testator præsumitur minus grauare hæredem, quā erit possibile, num. 49.*
23 *Pupillaris est filio fauorabilis, num. 46.*
24 *Voluntas ad possibilia adaptari debet, num. 50. declara, num. 59 & 60.*
25 *Voluntas testatoris seruatur tanquam lex, nu. 51. & ad hoc intentio legis dirigitur, num. 52. & publice interest, vt seruetur, num. 53.*
26 *Verba deseruiunt voluntati, vbi de ea constat, nu. 54. & impropriantur, vt deseruiant intentioni proferentis, num. 55.*
27 *Sermo debet esse intentioni subiectus, num. 56. præcipuè in testamentis, num. 57.*
28 *Voluntas in testamētis primum locū obtinet, n. 56.*
29 *Pupillaris continetur in expressa vulgari, & è cōuerso, num. 61.*
30 *Substitutio directa obliquatur, num. 63. declara, num. 64. & 65.*
31 L. Scæuola, ff. ad Trebell. *declaratur, num. 66. 67 68 & 69.*
32 Cap. Raynutius, extra de testament. *declaratur, num. 70.*
33 *Verbum*, succedere, *comprahendit directam, & obliquam substitutionem, num. 71. declara, numero 72. 73. & 74.*
34 *Impubes ex regulari instinctu liberos habere non potest, num 4.*
35 *Contrariorum eadem est disciplina, n. 75.*
36 L. ex facto, in prin. ff. ad Trebell. *exponitur, num. 79. 80. & 81.*
37 *Hæres idem est, quod dominus, num. 82.*
38 *Domini appellatione, continetur vtilis dominus, num. 83.*
39 *Hæredis appellatione, continetur fideicōmissarius, num. 84. declara, n. 85. & 86.*

40 *Ar-*

40 *Argumentum à verbis legis, ad verba testatoris valet, num. 88.*

41 *Interpretatio illa fumi debet, per quam dispositio valeat, & non pereat, n. 90.*

QVÆSTIO X.

1 Vid sit effectus † compendiosæ factæ à pagano per verba directa ciuilia, de quibus in seq. quæst. 1 Resp. vt post pubertatem totaliter euanescat, ita vt nec per fideicommissum conseruetur, *Bar. in l. centurio, n. 13. 14. 15. & 16. ff. de vul. & pup. subst. vbi Alex. n. 64.* testatur hanc esse communem * opinionẽ, *& Ias. n. 32. Sfor. Od. in tract. comp. part. 5. art. 1 tit. de comp. facta à pagano, n. 14. fol. 109.* vbi fatetur hãc esse magis communem * opinionem, & ab ea in iudicãdo, aut consulendo non esse recedendum, *Port. & Aret. in § extraneo, Instit. de pupillar. subst. illo, n. 25 ifte, num. 8. Couarr. in cap. Raynutius, § 9. numero 15. extra de testam.* vbi testatur hanc esse communem * opinionem, *Alciat. lib. 1. paradox. c. 5. Gul. de Bened. in c. Raynutius par. 2 vers. si absque liberis, el 2. tit. de compendiosa, num. 32.* hancque opinionem fatetur esse magis communem * *Crass. in § subst. tutio, quæstio 71. sub num. 4. Ant. Gomez. tom. 1. var. resolut. cap. 7 num. 4. circa med. Constant. Roger. in tractat. subst. in materia compend. quæst. 3. num. 41. Baldus in tract. subst. in materia compend. num. 5. 6. & 7. Bart. de Hucio in tractat. eiusdem tit. in materia compend. sub numero 6. Bolognett. in d. l. centurio, numero 146. & 154.*

2 Moti primò per † *l. verbis ciuilibus, in tex. ibi, fru-*
3 *stra, ff. de vul. & pup. subst.* quasi ex illo † verbo, videatur ostendi ex aliqua parte substitutionem valere non posse, per *not. per doct. in l. penult. § ad crimen, ff. de publ. iudic. Felyn. in cap. Raynutius, col. 5. extra de rescript.*

Sed resp. cõtrarii, primo, quia illa dictio, *frustra,* respicit solum directam substitutionem pupillarem,
4 non autem † importat actum nullo modo valere, sicut ponitur in *l. 1. C. de non num pecun. l. C. si contra pign. num. non sit, § si autẽ non valuerit, * de non eligen. secun. nube. l. qui soludum, in prin. ff. de legat. 2.*

Secundò resp. quod *d. l. verbis ciuilib.* procedit
5 de rigore; sed de † æquitate & benignitate valebit per fideicommissum, *arg. l. Scæuola, ff. ad Trebell. l. generaliter, § si quis seruo pignorato, ff. de fideicommiss. libert.*

Secundò per *l. in pupillari, ff. de vulg. & pup. subst.*
6 *in tex. ibi, finietur substitutio pubertate;* quasi † illa verba videantur indefinite prolata, vt perinde videatur, ac si dictum fuisset, omnis substitutio, cum
7 † oratio indefinita æquipolleat vniuersali, *l. si pluribus, ff. de lega. 2. Surd. decis. 210. numero 8. & decis. 263. numero 4. l. si domus, ff. de seruit. vrb. præd. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 4. num. 11. Tiraq. de retr. sanguin. § 1 gloss. 13. n. ...*

8 Sed resp. contrarii, quia † respectu bonorum pupilli, quæ ex testamento patris post pubertatem nulli deferri possunt, *§ masculo, Instit. de vul. & pupill. subst.* sed si aliqua † verba fideicommissum im-
9 portantia reperiantur (vt in prędicta compendiosa) valebit, vti fideicommissaria *gloss. fin. l. si fratri tuo, C de fideicom.*

10 Tertio per † *§ fi. Instit. de pupill. subst.* vbi dicitur, quod maiori, ita substituere nemo potest, si intra certum tẽpus decesserit, alius sit, ei hæres, & cum † negatiua præponatur verbo, *potest,* denegatur o- 11 mnis potentia, & ostenditur actum contrarium esse nullius momenti, *arg. l. non dubium, C. de legib. Dyn. in cap. 1. de reg. iur. lib. 6. Doct. in l. 1. prin. ff. de verbor. oblig.*

Sed resp. contrarii, quod † ille tex. loquitur quo 12 ad directam substitutionem; illa nanque fieri non potest, & eius respectu dicitur negata omnis potẽtia, & actus erit nullius momẽti circa eam; sed verbum nullum dicitur, vtrum possit substitueri per obliquum; quinimo, ibi permittitur per †, fideicommissum substitui ex sola mente testatoris, *l. 2. C. comm. de lega. l. heredis mei, § cum ita, ff. ad Trebell.* Nec semper est verum, quod † negatiua præ- 13 posita verbo, potest, ostendat actum omnino nullum, *l. stipulatio ista, § alteri, vbi gl. ff. ad Trebell.*

Quartò per regulam, quod † potui nolui, quod 14 volui adimplere nequiui, *l. multum interest, C. si quis alte. vel sibi, l. in ambiguo, ff. de reb. dub.*

Sed resp. contrarii, quod illa regula procederet in † casu nostro, quando testator noluisset sub- 15 stituere per fideicommissum; sed testator voluit post pubertatem substituere, & creditur per fideicommissum, cum aliter nõ posset, *l. seruus, ff. de milit. testam. l. quoties, ff. de reb. dub. vnicã regula l. Lucius, § penult. ff. ad municip.*

Quintò per *l. si seruus legatus, § si seruus alienus, ff. de leg. 1.* vbi † fauor libertatis, coniunctus cum 16 fauore testamenti, non est potens ad obliquandam directam dispositionem; ergo multo minus obliquabitur in casu nostro, propter solũ fauorem testamenti, seu voluntatis testatoris.

Sed resp. contrarii primò † quia ibi dispositio † 17 ab initio fuit nulla, ideo non trahitur ad fideicommissum; sed in nostro casu ab initio valuit; vnde non esset mirum si traheretur ad fideicommissariam, *arg. l. patre furioso, ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur.*

Secundò resp. quod ibi imputari † potest testa- 18 tori, qui fuit in culpa non emendo illum seruum, vnde ratione culpæ suæ vitiatur ex toto datio libertatis; sed in nostro casu, in nulla fuit culpa: quia nullo modo potuisset facere, vt post pubertatem valeret iure directo. Vel quod † fuerit in culpa, in 19 non disponendo per verba obliqua, vel saltem cõmunia, *ita Alexan. d. l. centurio, numero 65 vers. cogitabam, l. neque enim, § cum miles, & l. tractabatur, ff. de milit. testam.*

Tertiò resp. quod quando † grauatur qui nul- 20 lum commodum sentit, directa dispositio non trahitur ad obliquam, & ita procedit contrarium; sed in casu nostro, filius, qui grauatur ex testamento commodum consequitur, *Soc. in d. l. centurio, Salic. in l. seruo tuo, C. de test. manumiss.*

Quartò resp. quia ibi testator † nullum ius ha- 21 bebat in illo seruo, & ideo non valet per fideicommissum; secus, si ius aliquod habuisset: at in casu nostro, testator in bonis suis ius habebat, *gloss. in l. cogi, § sed si seruo, ff. ad Trebell. Ias. in d. l. centurio sub num. 32. per l. generaliter, § si quis seruo, ff. de fideicomm. libert.*

ARGVMENTVM.

Quid erit effectus compendiosę factæ à pagano per verba directa non ciuilia?

SVMMARIVM.

1 *Compendiosa, facta à pagano verbis directis non ciuilibus, post pubertatem inducit fideicommissariam.*

2 *Compendiosa, facta à pagano per verba directa ciuilia, quare non obliquatur, facta vero per verba directa non ciuilia obliquatur, plures differentia, num.3.4.9.10.11.& 12.*

3 *Lex non est certa de futuris, n.5.*

4 *Deo soli futura nota sunt, n.6.*

5 *Lex, dicitur certa de eo, quod iam in rerum natura actum est, & variari non potest, licet apud nos illud sit incertum, numero 7.exemplum, numero 8.*

6 *Verbis directis ciuilibus tantum, poterat olim hares institui, n.9. secus in legatis, & fideicommissis, num.10.*

7 *Substitutiones, & institutiones, hodiè quibuscunq. verbis fieri possent, n.11.*

8 *Verborum directorum ciuilium, & non ciuilium, remansit hodie aliqualis differentia, n. 12. contra, num 17.*

9 *Verba directa non ciuilia, qua sint, num.13.& 14. dicuntur magis congrua, & communia omnibus gentibus, & animalibus, num.15.*

10 *Bart. satis irreuerenter fuit vocatus a Bal. eius discipulo, num.21.*

QVÆSTIO XII.

QVid erit effectus compendiosæ factæ à pagano per verba directa non ciuilia de quibus inferius? Resp. † vt post 1
pubertatẽ inducat fideicõmissariam, *Bart.in l.centurio, n.16.ff.de vul.& pup. subst. vbi Soc.Iun.n.226.* testatur esse verissimam opinionem, *Bald. in tract. subst. in materia compend. sub num. 6. Bart. de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia compend. numero 6. Aret. instit in tract. subst. in materia compend. sub numero 9 Aret. Galiaul. & Rip.in d.l.centurio, illo, num. 8. iste, num. 201.hic, num.71.Pau.de Cast.cons.152.num.2.lib.1.Aret.cons. 155.col.8.Ant. de Butr. & Petr. de Anchar.in capit. Raynutius, extra de testam. Bald. in l si fine, numero 1.C. ad Trebell.*

Ratio autem differentiæ, quare post † puber- 2
tatem compendiosa facta per verba directa ciuilia obliquetur, & facta per verba directa ciuilia nequaquam, (vt probaui in proximis quæst.) est, quia † 3
verba non ciuilia, cùm non sint iuris ciuilis, non habent proprium significatum; sed lex ea interpretatur, secundum quod casus euenier, vnde si pupillus moriretur intra pupillarem ætatem, lex interpretatur substitutionem directam; si postea moriatur, interpretatur fideicommissariam, sicuti in simili habetur in verbo, quod potest reperiri in præterito, & futuro: nam lex illud interpretatur, secundum accidentiam facti; quia si in præteritum occurreret, in eo interpretabitur & è conuerso, si in futurum contingeret, *l.3.ff. de adim. lega. l. hac conditio, §. fi. ff de cond. & demonstr.* Sed
quando sunt verba directa † ciuilia, cum habeant 4
proprium significatum, sintque apud legem certa, vt non sit necessaria interpretatio, quia si post pupillarem ętatem decesserit, sciebat lex illam primo moriturum, & sic nunquam fuit directa, & si pupillus decessisset in pupillari ætate, esset directa, quia lex sciebat in tali ætate moriturum, *l.cum quidam, §. suum haredem, ff. de acquir. hared.* ideo, quia sic voluisse defunctum constat, post tempora pubertatis non obliquatur. Hanc rationem diuersitatis posuit *Bart. in d.l.centurio, numero 16.* quem refert, & sequitur *Bald. in tract. subst. in materia compend.num.6.& 7.Bart.de Hucio in tract. eiusdem tit.in materia compend.n.6.*

Sed reiicitur, quia † lex non est certa de futuris, 5
(vt Bart. præsupponit) quæ † soli Deo nota sunt, 6

&, per consequens, ignoratur, quo tempore institutus filius erat mortuus, cum nil incertius hora mortis, *l.1. ff. de cond. & demonstr. Bolognett. in d. l. centurio, n.161. ff. de vul. & pup. subst.*

7 Verumtamen † lex dicitur certa de eo, quod iam in rerum natura actum est, & variari non potest, licèt apud nos illud sit incertũ, vt lex ista certa existens, certam faciat dispositionem, vsque ab initio, & non suspendit aliquo modo vsque quo de
8 facto illo certificemur, puta, an † Rex Parthorum hodie viuat, vel in vtero mulieris pregnantis quot reperiantur, *l. cum ad præsent, col. seq. ff. si cert. pet. l. cum quidam, § sum m, ff. de acquir. hæred. Soc. Iun. in d. l. centurio, sub n.204.*

Ideo datur secunda ratio differentiæ. quia olim
9 tantum † verbis directis ciuilibus poterat hæres institui, *Vlpianus in Instit. tit 21.* quem refert, *Bolognett. in l centurio, n.138. circa fin. ff. de vulg. & pupill.*
10 *subst.* Verbis † vero directis non ciuilibus, (quæ naturalia dicuntur) hæres directo institui non poterat; sed solum dabantur legata, & fideicommissa,
11 *Vaconius lib 4 declar. iuris, c. 64. n 13.* Et si hodie † quibuscunque verbis hæredem institui, & substitui posset, *l. quoniam indignum, C. de testam.* reman-
12 sit nihilominus † differentia significationis dictorũ verborum, vt licèt directa non ciuilia, seu naturalia sint apta ad hæredis institutionem; & sicut ab initio habeant naturam significandi fideicommissariam, tamẽ directa ciuilia non sunt apta, vt fideicommissariam inferant, *Menoch. lib. 4. præsum. par. 2 præsum. 55. n. 5. 6. & 7.*

13 Verba † autem directa non ciuilia, quæ dirigũtur ad substitutum, vt ipse de manu sua capiat, & non ab alio, *gloss. in ver. directis. l. eam quam, C. de fi-*
14 *deicomm.* sunt † veluti, verbum accipiat, verbum capiat, & verbum moriatur, *Bar. in d. l. centurio, n. 16. cap. 1. de testam. lib. 6. Bal. in tract. subst. in materia compend. n 6 Bart. de Hucio in tractat. eiusdem tit. in materia compen. n. 6. Ant. Fume. in tract. subst. in ma-*
15 *teria compend. n. 74.* Quæque dicuntur † magis cognita, & communia omnibus gentibus, & animalibus, *Bart. in d. l. centurio, sub n. 16. Bal. in tract. subst. in materia compend. sub n. 6. Zas. in tract. eiusdem tit. c 5. sub n. 3.*

Hancque verborum differentiam, ante Bart. induxit *Nicol. Matarell. vt refert Bald. in l. precibus,*
16 *C de impub. & aliis subst.* subiiciens, quod, † vel vnus illorum in eo fuit fur, vel idem spiritus fuit repertus in duobus corporibus, eamque esse veram, scriptum reliquit *Sfor. Odd. in tract. compend part. 5. tit. de compend. facta a pagano, n. 38. vers. concludo, fol. 107. Constan. Roger. in tract. subst. in materia compend. quæst. 3. num. 50. Bald. in tract. subst. in materia compend. sub n. 6. Bart. de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia compend. sub n. 6.*

17 Licèt † eam distinctionem perniciosam dixerit *Salic. in d. l precibus, n. 7. vers. hæc mihi videtur*, eãq; à nemine recipi, temlerit *Vasq lib. 2. de success. progress. § 18. in materia compend. sub num. 77.* & esse frigida verba, & non magnæ rationis, fatetur *Ant. Fume. in tract. subst. in materia compend. num. 74. in fin.* eamque communiter non placere, dixit *Lancell. Polit. in tract. subst. in materia compendiosa, sub num. 22.* & vti commentitiam refellit *Zas. in tract. subst. cap 5. sub n. 2.* & vti indignam, reiecit *Petr. Gregor. par 3. Syntagm. iur. lib. 42. c. 11. n. 3. circa fin. fol. 5 4.* *Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. 4. c. 9. sub n. 6.*

ARGVMENTVM.

Quid sit effectus compendiosæ factæ à pagano, verbis obliquis?

SVMMARIVM.

1 *Compendiosa, facta a pagano verbis obliquis, non continet vulgarem, nec pupillarem, sed omni tẽpore fideicommissariam, num. 1. exemplum, n. 2. media, num. 4. 5. & 6. declara, num. 7. contra, & male, vt contineat etiam vulgarem, num. 9. fundamẽta n. 10. 11. 12. 13. 14. Limita, n. 15. & 16.*
2 *Mater non excluditur a legitima, & Trebellianica per compendiosam factam a pagano verbis obliquis, num. 3.*
3 Lancell. Polit. in tract. subst. *sententia reiecta, n. 8.*
4 *Verba obliqua trahuntur ad directam substitutionem propter voluntatem testatoris, n. 11.*
5 *Voluntas testatoris, vt seruetur, verba etiam improprie intelliguntur, n. 12.*
6 *Verbum,* restituat, *adiectum substitutioni directa, significat nudam possessionis restitutionem, numero 17.*
7 *Compendiosa, facta a pagano verbis obliquis, non continet pupillarem, etiam si facta fuisset specialis mentio pupillaris ætatis, n. 18. exemplum, n. 19. limita, n. 23. 24. & 25.*
8 *Compendiosa facta a pagano verbis obliquis, quare si exprimatur casus vulgaris, contineat vulgarem; &, si exprimatur casus pupillaris nequaquam, n 20. 21. & 22.*
9 *Instituto succeditur per pupillarem, n. 21.*
10 *Testatori succeditur per vulgarem, n. 22.*

QVÆSTIO XIII.

QVid est † effectus compendiosæ factæ à pagano verbis obliquis? Resp. vt non cõtineat vulgarem nec pupillarem, sed semper, & omni tempore sit fideicommissaria. *Bart. in l. centurio, sub n. 15 & 20. ff. de vul. & pup. subst per l cohæredi, § cum filia, ff. eod* hancque esse communem * opinionem fatetur *Sforz. Odd. in tract. compen par. 5 tit. de compend facta a pagano, art. 2. in prin. fol. 114. a tergo;* vbi exemplificat, quando testator † dixisset, & quandocunq; filius meus decesserit, restituat hæreditatem Titio, *Gul. de Bened. in c Raynutius, par. 2. ver. si absque liberis, el 2. tit. de compend. subst. num. 42. extra de testam.* vbi ait, id omnes * tenere, *Constãt. Roger. in tract. subst. in materia compend. quæst. 4. num. 114. Gomez. tom. 1. var. resol. cap. 7. n. 5.* vbi testatur communem * opinionem, *Alber. in rub. ff. de vul. & pupil. substit. col. antepenult. vers. vlterius quæro, Rip. in d. l. centurio, n Bart. in l. precibus, num. 11. C. de impub. & aliis s. Couarr. in d. cap. Raynutius, § 9. num.* 18. vbi ait receptum esse frequentissimo omnium * consensu, *Ias. in d. l. centurio, num. 38. Crass. in § substitutio, quæstio. 72. num.* 1. vbi ait hanc esse veram, & communem * opinionem, *Galuaul. & Soc. in d. l. centurio, ille, n. 319. iste, num. 243. in fin. & 274* vbi testatur hanc esse communem * opinionem, *Soc sen. cons. 126 n. 24 lib. 1. & cons. 180. n. 72. lib. 2 Vasq. de success. progress. § 18. num 66.* vbi ait hanc esse veram & communem * opinionem, *Aret. instit. in tractat subst. in materia compendio. sub n. 9.* vbi dicit vnto communi * id affirmari, *Menoch. lib. 4. præsum. part. 2. præsum. 58. num 3.* vbi dicit hanc esse communem * opinionem,

(Right margin beside the Quæstio: 1 at "factæ à", 2 at "filius meus"; asterisks * in the right margin at lines with "communem * opinionem", "omnes * tenere", "consensu", "opinionem", "id affirmari", "opini-".)

onem, Alciat. in d. l. centurio, n. 74. vbi Ioan. Marc.
Aquilin. in 5. part. num. 123. Cornc. conſil. 199. numer.
23. lib. 2. Crauet. conſil. 210. num. 2. per l. ille, à quo, § ſi
de teſtamento, ff. ad Trebell. Paul. Leon. in tractatu
ſubſtit. in materia compendioſa, ſub num. 28. Bartol. de
Hucio in tract. eiuſdem tit. c. 5. numero 9. in fine, vbi
3 ideo ſubiicit, matrem † non excludi à legitima, &
Falcidiam ſeu Trebellianicam detrahi. Bald. in tra-
ctatu eiuſdem tit. in materia compendioſa, n. 13. verſic.
* ſecunda quæſtio, vbi ait id omnes * amplecti, Pract.
* Pap. de form. libell quo agitur ex ſubſt. compend. num.
14. fol. 609. vbi dicit ita omnes * concludere, Bologn.
in dict. l. centurio, ſub numero 125. Alexan. Trentacin.
in tract. ſubſtit. part. 4. c. 10. num. 1. vbi teſtatur com-
* monem * opinionem. Tum, quia verba obliqua †
4 repugnant vulgari & directæ ſubſtitutioni, Socin.
5 iunior in d. l. centurio, ſub numero 274. Tum, quia †
verbis obliquis videtur præſupponi, quod hæres
adierit & ſi reſtituere poſſit, quod repugnat vulga-
ri, l. poſt aditam, C. de impub. & aliis ſubſtitut. Tum
6 etiam, quia talia verba † important, quod quis ca-
piat de manu alterius; quod etiam repugnat vulga-
ri, cum per eam, quis directò veniat, & propria au-
thoritate capiat, Socin. iunior in dict. l. centurio, ſub
7 num. 274. & dicetur † compendioſa, propter mo-
dom conficiendi, non autem reſpectu effectus;
cum vnam tantum ſubſtitutionem contineat, & v-
num tempus, Socin. iunior in d. l. centurio, ſub nume-
ro 243. verſ. vnum. Zaſius in tract. ſubſtit. c. 5. ſub nu.
8 22. Quicquid † dixerit Lancell. Polit. in tract. ſubſt. in
materia compend. ſub num. 28.
9 Licèt alii dixerint, quod † contineat etiam vul-
garem, inter quos fuit Decius in l. precibus, col. 10. nu.
16. in fine, C. de impub. & aliis ſubſtit. Ruin. in dict. l.
centurio, Fernand. Loaz. in addit. ad Galiaul. in dict. l.
centurio, num. 421. Sforz. Odd. in d. artic. 2. n. 4. verſ.
ego vero, Bologn. in rubr. ff. de vulga. & pupill. ſubſtit.
numer. 74. verſ. ſecunda.
10 Moti primo, quia enim † teſtator dixerit, Quan-
docunque deceſſerit, etiam tempus ante aditam hæ-
reditatem reſpexit, quo tempore ſola vulgaris va-
lere poteſt; vnde talis videtur voluntas teſtatoris,
11 prout verba oſtendunt; tanto magis, quia † verba
obliqua trahũtur ad directam ſubſtitutionem pro-
pter voluntatem teſtatoris, Bar. in l. quærebatur, per
illum textum, ff. de milit. teſtament. Bald. in l. huma-
nitatis, colum. 10. verſic. mirabile dicam, C. de impub.
& aliis ſubſt. & vt voluntas teſtatoris ſeruetur, ver-
ba etiam † impropriè intelliguntur, Bald. in l. am-
12 biguis, ff. de rebus dub.
13 Secundò, quia ſi teſtator voluerit † bona reſti-
tui, & ſic ad ſubſtitutum peruenire, poſtquam hæ-
reditas fuerit adita, & ſic hæredi acquiſita, fortius
videtur voluiſſe inſtituto moriente, ante aditam,
arg. l. patre furioſo, ff. de his, qui ſunt ſui vel alien. iuris.
14 Tertiò, † per text. l. neque enim, in fine, ff. de milit.
teſtament.
15 Limita primo, vt non procedat, quando † teſta-
tor dixiſſet volgariter, pupillariter, & per fideicom-
miſſum reſtituat; quia tunc continebitur vulgaris,
Menoch. dict. præſum. 58. n. 4. Socin. iunior in dict. l.
centurio, num. 242 & 312. Sforz. Odd. in dict. artic. 2.
num. 5. Alexand. Trentacinq. in tract. ſubſt. part. 4.
c. 10. nume. 3.
16 Limita ſecondo, vt nõ procedat, quando † com-
pendioſa facta fuiſſet cũ ſpeciali expreſſione ipſius
vulgaris; videlicet, & Quandocunque hæres non
erit, vel erit, & poſtea deceſſerit, reſtituat; quia
tunc etiam vulgaris continebitur, Menoch. d. præ-
ſum. 58. numero 5. Bald. in l. humanitatis, numer. 53.
C. de impub. & aliis ſubſtit. Sforz. Odd. d. artic. 2. nu.
6. quia (inquit) verbum, † reſtituat, adiectum ſub-
ſtitutioni directæ, ſignificat nudam poſſeſſionis re-
ſtitutionem; ergo, quatenus adiungitur vulgari ſi-
mul, & compendioſæ mutabit ſignificationem ſuã
ordinariam, & ad nudam facti reſtitutionem dum-
taxat refertur, Socin. ſenior conſ. 116 numer. 24. lib. 2.
lib. 2. Alex. Trentacinq. d. c. 10 num. 4.
Et quod fuit dictum, dictam compendioſam † 18
neque continere pupillarem, amplia, vt procedat,
etiam, ſi facta eſſet ſpecialis mentio pupillaris æta-
tis, videlicet, & † Quandocunquè in pupillari æta- 19
te, vel poſtea, deceſſerit, reſtituat, Ripa in d. l. centu-
rio, num. 101. vbi Socin. iunior num. 142 & Galiaula
num. 349. Dec. in d. l. precibus, Sforz. Odd. d. art. 2 nu.
8. Menoch. d. præſum. 58. num. 6. per text. l. cohæredi, §.
cum filia, ff. de vulg. & pupill. ſubſt. Alex Trentacinq.
in d. c. 10. num. 5.
Et eſt ratio differentiæ, quare ſi † exprimatur 20
caſus vulgaris in hac compendioſa, continebitur
vulgaris. & ſi exprimatur caſus pupillaris, eſt ſecus;
quia eſt impoſſibile, vt verbum, reſtituat, conue-
niat pupillari; cum per illud velit teſtator, vt ſibi
ſuccedatur non inſtituto, d. §. cum filia, & per pu-
pillarem ſuccediiur † inſtituto, l. qui plures, §. ad 21
ſubſtitutos. ff. de vulg. & pupill. ſubſt. quæ impoſſibi-
litas nõ adeſt in vulgari, per quam ſucceditur teſta-
tori † ſicut per fideicommiſſariam, Menoch. d. præ- 22
ſum 58. num. 7. Sforz. Odd. d. artic. 2. n. 8. in fine.
Limita primo, vt non procedat, quando teſtator
ita dixiſſet, Ego † teſtator poſt mortem fil i ex nunc re- 23
ſtituo hæreditatem meam Titio; quia cum verba hæc
ſignificent immediatam reſtitutionem, ſubſtitutio
erit directa, atque ita pupillaris, Menoch. d. præſum.
58. num. 8 Ripa in d. l. centurio, num. 101. per Bald in l.
humanitatis, num. 53 verſic. mirabile tibi dicam, C. de
impub. & aliis ſubſtit.
Limita ſecundo, vt non procedat, quando per
† verbum obliquum eſſent ſubſtituti pauperes 24
Chriſti, veluti ſi teſtator dixiſſet, Et quandocunque
filius meus deceſſerit, volu, quod bona mea diſtri-
buantur inter pauperes Chriſti; quia tunc conti-
nebitur pupillaris, Sforz. Odd. d. art. 2. num. 9. & 10.
vbi etiam limitat, quando † teſtator ſubſtituiſſet 25
vulgariter, & pupillariter, & per fideicommiſſum,
Menoch. d. præſum. 58. num. 9. & 10. Quod latius
hac in eadem centuria examinauimus, plures caſus
diſtinguentes.

ARGVMENTVM.

Quas ſubſtitutiones compræhendere vi-
deatur compendioſa facta verbis dire-
ctis à pagano, hoc modo; *Si filius meus de-
ceſſerit ſine liberis, talis ſit hæres?*

SVMMARIVM.

1 *Compendioſa, facta à pagano verbis directis, hoc
pacto;* Si filius meus deceſſerit ſine liberis, ta-
lis ſit hæres, *comprehendit etiam pupillarem, in-
tra tempora pubertatis, poſtea verò fideicommiſ-
ſariam, nume. 1. media, num. 2, 5. 8. & 12. con-
tra, & malè, vt infra tempora pubertatis non*

Ce

comprehendat pupillarem, sed dumtaxat fideicommissariam, num.14. fundamenta, num. 15. 16. & 35. dissoluuntur, num.19. 25. 28. 29. & 30. Aliorum illegitima distinctio, num.37. ratio, n. 38. diluitur, num.39.

2 L. centurio, ff. de vulgar. & pupillar. substitut. *declaratur, num.2. 3. & 4.*

3 Cap. si pater, de testament. lib. 6. *sensus, num.5. 6. & 7.*

4 *Conditio sine liberis, etiam si non exprimatur, intelligitur, num.8. debet impleri in forma specifica, nume. 16.*

5 *Expressum, quod tacitè iterat, nihil operatur, nu.9. declara, n. 11.*

6 L. 3. ff. de legat. 3. *regula, quando procedat, numero 11.*

7 *Verba debent aliquid operari, nu. 12.*

8 *Intestatus non dicitur, qui testari non potest, n.15. declara, num.17.*

9 *Vsus communis loquendi contra ius, non debet extendi ad alium casum, nu.21.*

10 *Casus duo, quando aequiparantur, quod statuitur in vno, intelligitur statutum in alio, n.23. etiam in correctoriis, num.24.*

11 *Pupillus dicitur mori sine liberis, n.25.*

12 *Pupillus, supplente malitia liberos creare posset, numero 26.*

13 *Leges non adaptantur ad raro contingentia, numero 27.*

14 *Intestatus, & sine testamento mori, differt, numero 28.*

15 *Pupillus ex iuris interpretatione dicitur mori intestatus, num.29.*

16 *Verbum,* omnimodo, *exponitur sine distinctione modi, vel personarum, vel rerum, num. 29.*

17 *Paria sunt in his, quae iuris sunt, quid esse tale, & haberi pro tali, nu. 30.*

17 *Statutum loquens de intestato, procedit etiam in pupillo, n. 31. contra, n.32. distinctio, n.33.*

19 *Distinguentium opinio aliis praeferri debet, nu. 34.*

20 *Priuatio praesupponit habitum, nu. 35.*

QVAESTIO XIV.

1 SI pater ita substituerit, †*quandocunque filius meus decesserit sine liberis, talis sit haeres,* quam substitutionem, haec compendiosa verbis directis facta, sed sub dicta conditione sine liberis comprehendere videatur? Respon. quod comprehendet etiam pupillarem infra pubertatis tempora, postea verò fideicommissariam, *Bar. in l. centurio, num.17. ff. de vulgar. & pupill. substitu.* quem sequi communiter * Doctores testatur ibidem *Socin. iunior sub num. 227. Cyn. in l. precibus, num. 20. versic. si autem fiat, C. eodem, vbi Bart. num. 18. Bal. num.47. vers. sed contra, Salic. colum.20. versic. quaero tertio, Paul. de Castr. num. 15. versic. praedicta quidem, Alber. num.120. Fulgos. num.17. versic & ex his, Alexand. num.13. & Iacob. num. 16. Bald in d. l. centurio, in fin. notabilium, vbi Aretin. num. 1. & col. 11. versic. tene ergo, Iason num. 33.* vbi testatur communem * opinionem, *Alexand. num. 68. Galiaula num 393. & Claud. Seisel. nume. 29 Alber. in rubr. ff. de vulg. & pupill. subst. num. 92. versic. vlterius, quaero, Ioan. Faber in §. qua ratione, num. 26. in fine, Instit. de pupillar. substitutione, Imol. in dicto capit. Raynutius, numero 181. in fine, extra de testament. Franc. in c. si pater, col. 39 vers. 4. quaeritur, eodem tit. lib. 6. Bald. in tract. substitut. in materia compend. num. 11. Bart. de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia compend. num. 7. Lancell. Polit. in tract. eiusdem titul. in materia compendiosa, num. 15. Zasius in tract. eiusdem tit. cap. 5. volum. 8. num. 9. in fine.* vbi testatur communem * opinionem, *Bart. consil. 22. num. 1. lib. 1. & cons. 54. incip. Angel. num. 15. in fine, Auchar. consil. 27. numero 2. Sforz. Odd. in tractat. compend. part. 5. tit. de compend. facta a pagano, art. 1. numero 10. & 13. versic. ego breuiter, fol. 97.* vbi testatur hanc esse magis communem * opinionem, *Crass. in §. substitutio, quaest 71. num. 3.* vbi etiam testatur hanc esse magis communem * & verissimam opinionẽ, *Pract. Papiens. tit. de libello, quo agit ex subst. compend. num. 20. Paul. Leon. in tract. subst. in materia compend. num. 432.* vbi testatur communem * opinionem.

2 Mouemur primò, *per l. centurio, ff. de vulgar. & pupill. substit.* vbi † compendiosa fuit facta pupillo, sub dicta conditione, & nihilominus infra pubertatem disponitur valere iure directo.

Sed respon. contrarii, quod ibi est † speciale ex privilegio militis, & licèt subiiciantur verba, *iure communi,* apposita fuerunt; quia priuilegium est in milite, quod intra pubertatis tempora valeat iure communi, & trahatur ad omnia bona patris & filii, *Iacob. de Beluis.* quem refert *Bart. in d. l. centurio, sub num. 17.* 3

Replicatur, quod illa † verba, *iure communi,* non possunt adaptari ad intellectum Iacobi de Beluisio, cum per militarem succedatur testatori, & non pupillo, vt dixi in *2. cent.* 4

Secundo, per † *c. si pater, de testam. lib. 6.* 5

Sed respond. contrarii, quod ibi † apparebat de mente testatoris ex duabus praecipuè coniecturis; prima, quia substituta erat pia causa, quae aequiparatur liberis, & fauore eius, potuit hoc voluisse testator, *c. in praesentia, extra de proba. §. sed, & si hos, & in praesenti Auth. de sanct. Episc.* Secunda, quia erat facta reciprocè, vnde saltem virtute reciprocae comprehẽditur pupillaris, *l. iã hoc iure. ff. de vul & pup. subst.* 6

Replicatur, quod ibi non fundatur † decisio super voluntate testatoris; quia nihil de ea, sed benè in virtute verborum, vt in *tex. ibi, cum semper ea interpretatio, Sforz. Odd. in d. art. 1. n. 10. vers. sed dubia.* 7

Tertio, quia dicta † conditio, *sine liberis,* etiam si non exprimatur, subintelligitur, *l. cum acutissimi, C. de fideicom. l. cum auus, ff de cond. & demonst.* ergo si exprimatur, † nihil operatur, *l. 3. ff. de lega. 3.* 8 9

Sed resp. contrarii, quod † exprimitur aliter, quã inesset; inerat enim post pubertatem tantum naturaliter, & exprimitur de omni tẽpore, *Iac. de Beluis.* quem refert *Sforz. Odd. d. art. 1. n. 10. circa fin.* Item † regula *d. l. 3 ff. de leg. 3.* cum similib. procedit, quando id quod inest, inest ex natura ipsius rei, non autẽ ex interpretatione legis; tũc enim expressio huiusmodi conditionis, quae per interpretationẽ inerat, alterat naturam actus, *Bald. in c. quapropter, num. 4. extra de elect. Ripa in l. 1. num. 29. ff. de vulga. & pupill. substit.* Sed in casu nostro, ista conditio non inest ex natura substitutionis, sed ex benignitate legis *d. l. cum auus, ff. de cond. & demonstr.* ergo, &c. 10 11

Replicatur, quod si illa verba debent intelligi, prout inerant naturaliter post pubertatem, *quo tempore*

tempore, nihil operarentur; ergo multo fortius de-
berent intelligi, prout inerant ante pubertatem,
12 vt aliquid † operentur; l. si quando, ff. de leg. 1. Item
13 licèt dicta † conditio non inesset ex natura substi-
tutionis tamen cum de facto ex communi vsu ap-
poni consueuerit, videtur naturaliter inesse, Socin.
Iun. in d. l. centurio, num. 227. vers. maximè attento.

14 Licèt contrariam sententiam, vt † intra pupil-
larem ætatem non comprehendat pupillarem, sed
dumtaxat fideicommissariam, tenuerit glos. in verb.
fideicommissi, vers. si vero ita, l. precibus, C. de impub.
& aliis subst. Azzo. in rubr. C. de impub. & aliis subst.
num. 18. Bal. in l. ex tribus, num. 4. C. de inoff. testam.
Innoc. in cap. Raynutius, in princ. extra de testam. Ol-
drad. cons. 99. Bald. cons. 47. lib. 1. Corn. cons. 173. num.
1. & cons. 297. in prin. vol. 1.

15 Mori primo, quia sicut † intestatus non dicitur,
qui testari non potest, l. 1. post princ. ff. de suis, & le-
gitim. ita nec sine liberis, qui liberos habere non
potest; vnde compendiosa facta eo modo, non po-
test verificari in pupillari, quæ requirit filium mo-
ri in pupillari ætate, quo tempore liberos habere
16 non potest: conditio nanq; illa, † Si sine liberis decesserit,
debet proprie impleri in forma specifica, O-
fasc. cons. 74. num. 13.

17 Sed resp primò, quod † contrarium loquitur
de participio, intestatus; cuius significatio separata
est ab istis verbis, sine liberis: nam intestatus videtur
verificari solum in valentibus testari, quia videtur
importare solum priuationem actus; sed in verbis
istis, sine liberis, aliud videtur; cum videantur veri
ficari, quomodocunque post se non fuerint liberi,
solo ipso facto inspecto, siue deficiat actus, siue et-
iam potentia, Bar. in d. l. centurio sub n. 17.

Replicant contrarii, quod ista solutio diuersifi-
18 cat † factum, & non assignat rationem diuersita-
tis; quare terminus intestatus, requirit potentiam,
sed terminus, sine liberis, non requirit potentiam,
vt etiam aduertit Ias. in d. l. centurio, sub num. 33. ver.
prima solutio.

19 Secundò resp. quod contrarium loquitur ex †
rigida verborum significatione, tamen ex com-
muni vsu loquendi aliud est, Bart. in d. l. centurio,
num. 17. in fin. per l. liberorum, § quod tamen Cassius,
ff. de leg. 3. l. Labeo. ff. de supellect. lega. l. cũ de lanonis, §
asinam, ff. de fundo instruct.

20 Replicant contrarii, quod † communis vsus lo-
quendi reperitur solum in dictione intestatus, l. 1.
21 § Sed hos quoque. ff. de suis, & legit. & cum sit † con-
tra propriam significationem verborum, & con-
tra ius, non debet extendi ad alium casum, & sic ad
verba ista sine liberis, Iaso. in d. l. centurio, sub num.
33. per cap. fin. extra. de off. archid. Bald. in c. 1. de feud.
cognit. & in l. de quibus, ff. de legib. Nisi dicatur, quod
22 cum † illa duo parificentur, participium scilicet
intestatus, & verba illa, sine liberis, Soc. Iun. in d. l. cen-
turio, num. 227. vers. & vltra eos, per l. credendum, §
si verò maritus ff. qui pet. tuto Cum vsus variauerit in
vno, intelligitur de alio, illi parificato: nam quan-
23 do duo † casus æquipatantur, illud quod statuitur
in vno, vel à lege, vel statuto, vel consuetudine, in-
telligitur statutum in alio, glo. l. si quis seruo persua-
serit, C. de furt. & in l. quod vero contra, ff. de legib. et-
24 iam in † correctoriis, Bart. in l. Marcellus, in princ.
ff. ad Trebell. & in l. 2. ff. de leg. 1. Ias. in l. centurio, sub
num. 33. ff. de vul. & pup. subst.

Tertiò resp quod imo pupillus † propriè dicitur 25
mori sine liberis, cum supplente † malitia, quan- 26
doque liberos creare posset, Bart. in l. pupillari, cir-
ca fin. ff. de vul. & pupill. subst. cap. de illis, & cap fin.
extra de desp. impuber. Ias. in d. l. centurio, sub num. 33.
vers. tamen vltra.

Replicant contrarii, quod illud rarò contingit,
& † iura non sunt aptanda ad raro contingentia, l. 27
nam ad ea, ff. de legib: item, quia non est generalis,
cum nõ procederet in infantibus, & infantiæ pro-
ximis, in quibus nullo modo consideratur posse
habere liberos, Soc. Iun. in d. l. centurio, num. 227.
vers. 3. etiam.

Quartò resp. quia arg. procederet, quando in
iure reperiretur, quod pupillus non dicitur dece-
dere sine testamento; quia tunc rectè argui posset,
ergo nec sine liberis, sed † intestatus, & sine testa- 28
mento differre videntur, l. generaliter, in princ. C.
de inst. & subst: sub cond fact. iunctis notatis in rub. ff.
de iuris. & facti ignora. Alex. in d. l. centurio.

Replicant contrarii, prout in prima responsio-
ne, in quam hęc virtualiter cadit, Soc. Iun. in d. l. cen-
turio, num. 228.

Quintò resp. quia esto, quod † propriè sine libe- 29
ris non decedat pupillus, & secundũ vim strictam
vocabuli, & subtilem, pupillus non dicatur dece-
dere intestatus, nec sine liberis; tamen iuris inter-
pretatione, seu declaratione, pro talibus est habẽ-
dus, l. 1. ff. de suis, & legit. Instit. in prin. de hære. quæ ab
intest. defer. in tex. ibi, omnino. quod verbum poni-
tur, pro, omnimodo, l. vbi, § fin. ff. de verb. obl. quasi
sine distinctione, gl. in § illud, Auth. de trie. & semiss.
siue dicamus, sine distinctione modi, l. omnimodo,
C. de inoff. testam. siue personarum, l. loci, § fin. vbi gl.
ff. si seru. vend. siue rerum, vt not. § illud, Auth. de tri-
ente, & semisse. siue temporis, l. 1. C. quomodo. & quã-
do iudex. Et in † his, quæ iuris sunt, paria sunt, quid 30
esse tale, & haberi pro tali, Bar. in l. si maritus, § legis
Iuliæ ff. ad l. Iul. de adult. Bald. Instit. de hered. quæ
ab intest. deferr. in prin. ergò conditio, si intestatus,
vel si sine liberis decedat etiam in pupillo verifica-
bitur, l. qui duos, in fin. ff. de vul. & pup. subst.

In tantum, quod statutum † loquens de intesta- 31
to, procedit etiam in pupillo, Soc Iun. in d. l. centu-
rio, num. 231. vbi ait ita consuluisse in pulcro casu
contingente in ciuitate Rauennæ. Bart. in l. suis. ff.
de suis, & legit. Soc. cons. 35. sub num. 2. vol. 3. Sforz.
Odd. cons. 56. num. 25. Hiero. Gabr. cons. 14. num. 15.
vol. 1. vbi testatur hanc esse veriorem opinionem,
Alciat. lib. 2. de verb. sign fol. 42. Paris. cons. 22. vol. 2.
Ruyn. cons. 50. vol. 3. Ant. Gabr. lib. 6. concl. tit. de sta-
tut. concl. 1. num. 1. vbi testatur magis communem * *
opinionem, Dec. cons. 563. num. 2 Gul. Bened. in cap.
Raynutius, in ver. vxorem nomine Adelasiam, num.
8. extra de testam.

Contrariam sententiam † tenuit Marc. Anton. 32
Eugen. cons. 5. num. 33. vbi eam testatur magis com-
munem, * Cephal. cons 509. num. 35. vol. 4. Bal cons. *
336. vol. 4. & cons. 408. col. 1. Alber. in 3. par. stat. quæst.
21. & in l. 2. Fulgos. in l. cum antiquioribus, num. 3. C.
de iure delib. Ang. in l. testamento, la. 1. in 4. not. de mi-
lit. testam. Imol. in cap. cum tibi, extra de testam. Bo-
lognett. in add. ad Mathesil. in tract. de success. ab in-
test. num. 23. Alexan. cons. 158. num. 3. vol. 6. vbi eam
testatur communem, * & cons. 153. num. 4. vers. *
rursus dictum statutum, vol. 7. Tiraq. in tract. le mort

*saisit le vis. part.3. declar.7.num.2.Cephal.consil.521.
num.19.volum.4.Marcabrun.ab Anguill.consil.119.
numero 104.Alexand.Trentacinq.in tract subst.par.
2.c.3 num 6.& 14.versic.ex prædictis*, vbi eam testa-
* tur esse magis * communem.

Alii distinctionis clypeo vtramque opinionem
33 concordarunt, vt prima procederet in statuto † fa-
uorabili; secunda vero in statuto odioso, *Cephal.
consil.210.n.35.vol.2. Bald in l.intestato, ff. de legit.*
34 *tutor.* Quorum opinio vti † distinguens, contrarias
concilians, aliis præferri deberet, *Cephal.consil.306.
num.98.volum.3.Aret.instit.de empt.& vend.in prin.
col 2.versic.& istam dicit, Socin.senior consil.66.num.
28.vers.& hac opinio, lib.1.Socin.iunior consil.39.num.
78.lib.2. Grat.consil.50.num.33.volum.1. Fab.Turret.
conf.12.num.11.volum 1.Paris.conf.92.num.30.lib.2.
Rimin.iunior conf. 222.num.9.volum.2.& conf.363.
num.156.vol.4. Cephal.consil.195.num.27.volum.1.
& conf.283.num.20.lib 2.& conf.288.num.52.libr.5.
Tiber.Decian.conf.28.nu.8.lib.1. Corasius in tractatu
commun.opin. lib.1.tit.6.inspect.2.numer. 81. Cæsar
Contard. in d. l. diffamari, quæst.18.nume.114.Can-
net.in c.volentes, §.sed quid, num.41.fol.57. Hieron.
Alba.in tractat.de Cardin.quæst.42.in tertio decimo
privil. versic.cæterum, Surd.decis.226.num.12.Mi-
lanens.decis.8.numer.237.libr.1.* vbi testatur com-
* munem * opinionem.

Secundo mouentur, per tertiam regulam, quod
35 † priuatio præsupponit habitum, *l.decem, ff.de verb.
obligat.§.seruus autem, Instit.de capit.diminut. c.ad
dissoluendum, extra de desponf.impub.l.manumissio-
nes, ff. de instit. & iur.*

36 Sed respond quia hic non † ponimus priuatio-
nem, sed simpliciter carentiam, seu defectum libe-
rorum, *Socin.iunior in dict.l.centurio, numero 230.
in fine.*

37 Et alii, vt intra † tempora pubertatis non valeat,
etiam iure fideicommissi, inter quos fuit *Lancellot.
Polit.in tractat.substitut. in materia compend.nume.
25.in fine.*

38 Moti, quia si † fauorabilis substitutio, pupillaris
scilicet, non continetur propter defectum volun-
tatis; multo minus fideicommissaria, & sic odiosa,
l.cohæredi, §.cum filia.ff.de vulga.& pupill.substit.

Sed resp. quod imò † continetur pupillaris, & sic
39 directa & fauorabilis, vt dictum fuit *in prin.q* Quib.
addo *Paul.Leon.in tract.substit.in materia compend.
sub numero 433.*

ARGVMENTVM.

Vtrum compendiosa facta directò in certa re, intra tempora pubertatis valeat iure directo?

SVMMARIVM.

1 *Compendiosa, facta per verba directa ciuilia in re certa, infra tempora pubertatis continet pupillarem, num.1.& 3.exemplum, num.2.& 4.media, num.5.14.& 18 annihilantur secundum aliquos, numer.6.8.9.12.15 & 19. defenduntur strenuè, num.10.11.13.16.& 17.contra, vt non contineat pupillarem, num 20.fundamenta, num. 21.24. 25.& 27.diruuntur legitimè, num 23.26.& 28.*
2 §.fin.l.cohæredi, ff.de vulg.& pupill. substit. *enucleatur, num.5.6 7.8 9 10.11.12.& 13.*
3 *Actus ille præsumitur gestus, cuius propria qualitas exprimitur, num.9.*
4 *Expressio verbis generalibus idem operatur, quod expressio verbis specialibus, n.10.*
5 *Pupillaris expressa in specie, idem operatur, quod expressa in genere, num.11.*
6 §.Ex fundo, l.1.ff. de hæred. instit. *declaratur, num.14.15.16.& 17.*
7 *Pater præsumitur diligere filium sicut se ipsum, numero 17.*
8 Cap. si pater, de testament. lib. 6. *regula, quomodo procedat, num.18.& 19.*
9 *Limitata causa, limitatum debet producere effectum, num.21.*
10 *Inclusio vnius est exclusio alterius, nume.22.*
11 *Substitutio vnica potest variari, num.26.*
12 *Legatarius dicitur, qui in certa re instituitur, dato hærede vniuersali, numer.27.*
13 *Compendiosa, facta in certa re, verbis directis non ciuilibus, non continet pupillarem, sed dicetur factum legatum in illa re, sub conditione mortis instituti, num.29.ratio, numer.30.contra, vt infra tempora pubertatis contineat pupillarem, num. 31.medium, num.32.dissoluitur, num.33.34.& 35.limita, numer.36.& 46.*
14 Cap.si pater, de testam.lib. 6. *nu. 32.33.& 34.*
15 *Doctores illi qui contraria soluunt, ibi, de iure Canonico, hic, de iure Ciuili, sunt ad instar pauperum medicorum, qui vno collyrio omnium oculos volunt curare, num.34.*
16 *Compendiosa, facta in re certa, verbis directis, non ciuilibus, continet pupillarem, si aliunde constare posset, quod testator pupillarem facere voluisset, num.36.exemplum, num.37 contra, nume. 38.medium, num.39.resoluitur, num.40.41.42. 43.44.& 45.*
17 §.Filiam, l.Lucius, ff. de leg.2. *declaratur, num. 39.40.41.42.43.44.& 45.*
18 *Testator præsumitur voluisse, quod benignius est, num.41.*
19 *Pupillaris est fauorabilis pupillo, nume.42.*
20 *Extrema habilia semper præsupponuntur, num.45.*
21 *Compendiosa, facta verbis directis non ciuilibus in re certa, continet pupillarem, quando fuisset substitutus alius filius testatoris, num.46.*

QVÆSTIO XV.



I † testator substituit aliquem com- 1
pendiosè directò in certa re, veluti
si dixerit, *Et quandocunque decesserit
filius meus, Titius in fundo* † *Sempro-* 2
niano hæres esto, vel, *Titius domum
accipiat, in qua ego habito*, vtrum intra tempora pu-
bertatis valeat iure directo? Respon. distinguendo
cum *Bart.in l.centurio, num.18.ff.de vulga.& pupill.
substit.* cum quo * omnes transire, testatur ibidem *
*Socin.iunior num.232. Crass in §.substitutio, quæstio.
71.num.2. Lancellot.Polit.in tract.subst.in materia
compend.num.26. Zasius in tract.eiusdem tit.c.5.sub
num.26. Bart.de Hucio in tract.eiusdem tit.c.5.nu.8.
Bald in tract.eiusdem tit.in materia compend.sub nu-
mero 11.*

Aut prædicta compendiosa † facta per verba di- 3
recta ciuilia, puta, *Et quandocunque filius meus de-* 4
cesserit, Titius in fundo Semproniano hæres esto, vel,
instituo Titium in fundo Semproniano, & tunc infra
tempora pubertatis continebit pupillarem, vt sub-
stitutus capere posset non tantum illam rem, sed
etiam

etiam omnia bona impuberis, Alex. in d.l.centurio, num.69. Imol.in c. Raynutius, n.183. extra de teſtam. Franc.in c. ſi pater, col.39. verſic. ſexto quæritur, eodem tit.libr.6. Gul.de Bened.in c. Raynutius part.2. verſic. ſi abſque liberis, el.2. tit.de compend. ſubſt. ſub num.41. Bald.in tract.ſubſt. in materia compend. ſub num.11. Bart. de Hucio in tract. eiuſdem titul. in materia compendioſa, num.7. Bald.conſ.223. num.1. lib.4. Alex. conſil.45. num.9. lib.1. Berous conſil.124. num.27. Soc. iun.conſ 122. num.18. & conſ.95. n.10. lib.1. Sforz.Odd. in tract.compend.par.5. tit.de compend facta à pagano.
* art.1. num.6. fol.95. vbi ait hanc eſſe magis communem * concluſionem, Bart.de Hucio in tract. ſubſt. in materia compend. num. 8.

5 Mouemur primo per † l.cohæredi, §. fin. ff. de vul. & pupill. ſubſtit.

6 Reſp.contrarii, primo, quod ibi non † loquitur, quando de re certa ſit diſpoſitio, ſed de quota portione, vt in text. ibi, partemve eius, quæ inter ſe differunt, l. quotiens, C. de hæred. inſtit.

7 Replicatur, quod illa certa portio † reſpectu bonorũ pupilli, quibus propter aditionẽ mixta fuerit, poteſt dici res certa, l.cogi §. ſed ſimiles. ff. ad Trebell.

8 Reſp.ſecundo, quia ibi † conſtabat patrem pro
filio velle teſtari, dum dixit, Si intra pubertatis annos
deceſſerit, quæ verba ſunt propria, & peculiaria pu-
9 pillaris ſubſtitutionis: vnde ſemper ille † actus præ-
ſumitur geſtus, cuius propria qualitas, & ſuæ naturæ conueniens exprimitur, Bald.in l.cum dotem, C. de iure dot. in caſu noſtro vero non conſtat de tali voluntate.

10 Replicatur, quia tantum † operatur expreſſio
verbis generalibus, quantum expreſſio verbis ſpecialibus, Ripa in d. l. centurio per Bart.l. 1. ff. de vulg.
& pupill. ſubſtit. Vel ſaltem quantum ad effectum
11 pupillaris, † idem operatur pupillaris expreſſa in
ſpecie, quod in genere, Sforz.Odd.in tract.compen. par.5. tit. de compend.facta à pagano, artic. 1. ſub num. 7. verſ. tu dic, per l.precibus, in text. ibi, expreſſa, vel compendioſa, C. de impub. & aliis ſubſtit.

12 Reſp. tertio, quia ibi fuit facta † pupillaris tantũ, hic vero compendioſa, Ripa in d.l.centurio, quẽ refert Sforz.Odd. d. art. 1. ſub num. 7. quia (inquit exponendo rationem diuerſitatis) cum ibi tractetur tantum de interpretanda illa ſubſtitutione directa intra pubertatem, ſit minor digreſſio, quam hic, vbi tractatur de illa poſtea trahendo ad fideicõmiſſum.

13 Replicatur per Rip. in d. l. centurio, vbi † benè huic reſponſioni ſatisfecit.

14 Mouemur ſecundo, per † l. 1. §. ex fundo, ff. de hæred. inſtit.

15 Reſp.contrarii, quod ille loquitur † de inſtitutione, & non debet trahi ad ſubſtitutionem; nam ibi non erat factus alius hæres, vnde aliàs defunctus moreretur pro patre teſtatus, & pro patre inteſtatus, l. ius noſtrum, ff. de regul. iuris. ſed in caſu noſtro, iam de hærede eſt prouiſum; vnde qui ad certam rem vocatur, licèt ſub nomine hęredis, habebitur pro legatario, l.quotiens, C. de hæred. inſtit.

16 Replicatur, quod imò † ratio d. §. ex fundo, non
ceſſat in ſubſtitutione, ſiue loquamur de vulgari,
ſiue de pupillari, reſpectu ipſius filii tantum, quem
17 pater † præſumitur diligere ſicut ſe ipſum, Sforz.
Odd. in d. art. 1. num. 7. circa finem, verſic. vnde replicatur, per l. iſti quidem, in fine. ff. de eo quod met. cauſ. l. fin. C. de impub. & aliis ſubſtitut.

Tertiò, per † regulam, cap. ſi pater, de teſtam. libr. 18
6. cum & hic, verbis & perſonis conueniat directa ſubſtitutio.

Reſp.contrarii, quod imo in noſtra facti ſpecie,
verba non cõueniunt attento, quod ſolum ad cer-
tam rem vocatus fuerit ſubſtitutus, ſed in † d. cap. 19
ſi pater, ſubſtitutio erat ſimpliciter facta, ideo valuit vti pupillaris, Soc. Iun. in d. l. centurio, num. 235. verſ. ad vltimum.

Contrariam ſententiam vt † infra tempora pu- 20
bertatis non contineat pupillarem, tenuit Soc. iun. in d.l.centurio, num.235. verſ. & ex his, Lancell. Polit. in tract. ſubſt. in materia compend. num.26. in fin. Galianl. in d.l.centurio, num.321. & 322 Bald. in d.l. precibus.

Mouemur primo, quia † limitata cauſa, limita- 21
tum debet producere effectum, l. in agris, ff. de acquir. rer. dom. l. 2. ff. de ſer. n. export. l. age, C. de tranſact. Tiraq. in tract. le mort ſaiſit le viſ. par. 2 declar. 4. nu-
mero 8. in fi. ergò ſolum videtur, quod in illa re lo-
cum habeat diſpoſitio & non in aliis; cum † inclu- 22
ſio vnius, ſit aliorum excluſio, l.cum prætor, in pr nc. ff. de iudic. l maritus, C. de procurat. cap nonne, extra de præſum. Sard. deciſ. 133. numero 11. & deciſ. 169. n. 4. & deciſ. 202. num. 12. & deciſ. 291. numero 20.

Sed reſp. tenentes primam ſententiam, quod † 23
arg. procedat, quando diſpoſitio limitata, prout facta fuit valere poterit; ſed in caſu noſtro inſtitutio hæredis in re particulari, non dato alio inſtituto, valere non poterat, repugnante regula l. ius noſtrum, ff. de reg. iur.

Secundo, quia talis † ſubſtitutio debet eſſe vni- 24
formis pro omni tempore, arg. l. iam hoc iure, § 1. ff. de vul. & pup ſubſt iuncta l. qui plures liberos, in prin.
ff. eod. Sed poſt pubertatem non poteſt eſſe directa
pupillaris, † ergo videtur, quod ſit fideicommiſ- 25
ſum particulare, & ad vniuerſum non trahatur, l. cogi, § & generaliter. ff. ad Trebell.

Sed reſp. quod imò vna † ſubſtitutio poteſt va- 26
riari, Soc. Iun. in d.l.centurio, num. 234. verſ. ad ſecundum, per l precibus, C. de impub. & aliis ſubſt. cap. ſi pater, de teſtam. lib. 6. iuncto capit. Raynutius, extra eodem.

Tertiò, quia ibi datur † vniuerſaliter inſtitutus, 27
qui in re certa inſtituitur, dicitur legatarius, nec in eum iura hæreditaria tranſeunt, l. quoties, C. de hæred. inſt. l. ex facto, ff. eod. at in noſtro caſu filius erat inſtitutus hæres vniuerſalis, & ſubſtitutus ad certam rem vocatus ſub nomine hæredis conditionaliter, ſiue ſub tempore, ſiue quando filius deceſſerit, ergò, &c.

Sed reſp. quod † regula illa procedit reſpectu 28
eiuſdem gradus; ſed in propoſito, filius dicitur inſtitutus in diuerſo gradu; fuit enim inſtitutus reſpectu paternæ hæreditatis, & ſubſtitutus ad certam rem fuit vocatus in ſubſtitutione pupillari, id eſt, dum pater ſubſtituendo filio, de ſua hæreditate videtur diſponere, cuius reſpectu nullus reperitur vniuerſaliter inſtitutus, Soc. Iun. in d. l. centurio, num. 234. verſ. non obſtat tertium.

Aut † compendioſa fuit facta in certa re per ver- 29
ba directa non ciuilia; veluti, ſi dicatur, talis capiat talem fundum, & tunc non continebat pupillarem, ſed dicetur legatum in illo fundo factum ſub conditione mortis inſtituti, Bart. in d. l. centurio, numero 18. vbi etiam Galianl. & Soc. Iun. ille, numero

323. iste, n. 236. Alexan. consil. 45. n. 9. lib. 1. Roma. cons. 58. n. 2. & cons. 200. n. 1. Corne. consil. 94. n. 3. lib. 1. & cōs. 47. n. 3. & 6. eodem lib. & consil. 35. lib. 2. Boer. decis. 33. num. 27. Sforz. Odd. in tract. compend. part. 5. tit. de
* *compend. facta a pagano, artic. 1. num. 8.* vbi testatur hanc esse magis communem * opinionem, *Crass. in*
* *§. substitutio, quæst. 71. sub numer. 2.* vbi etiam dicit communem * opinionem, *Gul. de Bened. in c. Raynutius, part. 2. versic. si absque liberis, el. 2. tit. de compend. substit. num. 41. extra de testament. Bart. de Hucio in tract. substit. in materia compendiosa, sub num. 8. Bald. in tract. eiusdem tit. in materia compend. sub*
30 *numero 11.* Quia cum † verba illa possunt rectè intelligi in sensu legati particularis, non importabūt pupillarem, nec trahentur ad vniuersum, *Socinus iunior in d. l. centurio, n. 236. l. omne verbum, C. com. de legat.*

31 Contrariam sententiam, vt † tempore suo contineat pupillarem, tenuit *Imol. in c. Raynutium, extra de testament.*

32 Moti per † *cap. si pater, de testam. lib. 6.* vbi filiæ in certa re institutæ, fuit facta substitutio per verbum *moriatur*, & sic per verbum directum non ciuile, & tamē infra tempora pubertatis valet, vt pupillaris.

33 Sed respond. primo, † quod contrarium loquitur de iure Canonico; nos loquimur de iure ciuili;
34 hæc responsio est illorū, qui † vno collyrio omniū oculos volunt curare, vt eos reprehendit *Hieron. Zannett. in tractatu d. ffer. iuris ciuilis & canonici, in fine, per gloss. fin. cap. fin. distinct. 29.*

35 Secundo resp. quod ibi † non fuit facta substitutio de re certa, sed simpliciter, quam laudat *Socinus iunior in d. l. centurio, num. 236. versic. verum tamen, Gul. Bened. in d. tit. de compend. subst. sub numero 41. Lancell. Polit. in tract. subst. in materia compend. sub numero 26. Ias. in d. l. centurio, n. 36. in fin.*

Limita primo, conclusionem huius secundi
36 membri non procedere, quoties † aliunde constare posset, quod volebat facere pupillarem substi-
37 tutionem; puta si † dixisset, Capiat fundum illum pupillariter, vel pupillo succedens; quia tunc propter testantis voluntatem, continebit pupillarem; non obstant, quod in re certa facta fuisset, *Socinus iunior in d. l. centurio, num. 336. in fine,* vbi ait ita aliàs consuluisse, *argum. l. 1. §. si ex fundo, ff. de hared. instit. & l. coharedi, §. fin. ff. de vulg. & pup. subst.*

38 Contrariam † sententiam tenuit *Sforz. Odd. in d. art. 1. sub n. 5.* vbi eam dixit esse veriorem.

39 Moti per † *l. Lucius, §. filiam. ff. de lega. 2.* vbi exprimitur conditio vulgaris substitutionis, & tamen non dicitur facta vulgaris; quia facta fuit in re certa, vnde ita dici debet in casu nostro respectu pupillaris.

40 Resp. contrarii, primò, quod ibi † erat facta vulgaris substitutio de nepote, & in propria forma, & sic testator respectu suæ hæreditatis fecerat hæredem, & substitutum, quos voluerit; propter quod forte dicendum est, testatorem noluisse de aliis hæredibus sibi prouidere, sed intestatus decedere, filia & nepote non existentibus hæredibus, & ita ab intestato dicitur fideicommissum relinquere, vt sic dicamus eū noluisse facere vulgarē, maximè, cum dixerit, *portionem fundi pertinere volo*, quæ verba nō sonant in vulgarem substitutionem, & in ius hæreditarium, cum sint de re certa; Sed in casu nostro nullus est factus hæres vniuersalis pupillo, & nihilominus etiam constat, quod volebat pupillariter substituere; tum per dicta verba, si in pupillari ætate decesserit, *argum. gloss. l. precibus, C. de impub. & aliis substit. tum per regulam c. si pater, de testam. lib. 6.* tum quia creditur testatorem † voluisse, quod
benignius est, & † pupillaris est benignior, & fauo- 41
rabilior pupillo, *l. Iulianus, ff. de acquir. hared.* 42

Secundo, quia ibi, ad † certam rem vocatus, nō
dicitur vniuersaliter substitutus respectu bonorum 43
testatoris; quia in eis iam erat factus hæres vniuersalis; non sic in casu nostro, respectu hæreditatis pupilli, *Socin. iunior, in d. l. centurio, num. 239. versicul. vel potest.*

Tertiò, quia ibi † aliunde constabat testatorem
facere voluisse fideicōmissum, nec de eo erat quæ- 44
stio, sed solum quærebatur, an deberetur à venientibus ab intestato, & deciditur, quod sic; in aliis autem præsupponuntur † termini habiles ad propo-
sitam quæstionem, *iuxta l. qui testamento, in princ.* 45
ff. de testam. c. 1. extra de atat. qualit. & ord. praficien. §. extraneis, Instit. de hared. qual. & different. Abbas consil. 50. num. 4. & consil. 56. num. 9. volum. 2. Calcan. cons. 87. num. 3. Surd. de alim. tit. 8. priuil. 56. n. 102. versic. 9. & sic, quod fideicommissum factum esset, Socin. iunior in l. centurio, nu. 239. in fine, vbi tamen ingenuè credit, dictas responsiones non esse tutas.

Limita secundò, vt non procedat, quando sub-
stitutus esset alius filius testatoris; quia tunc fauore 46
eius, talis substitutio traheretur ad omnia bona pupilli fratris, &, per consequens contineret pupillarem, *Sforz. Odd. dict. artic. 1. nu. 5. in fine, Guid. Pap. decis. 528.*

ARGVMENTVM.

Vtrum compendiosa facta per hæc verba, *Quandocunque filius meus sine liberis decesserit, lego tibi bona mea*, infra tempora pubertatis comprehendat pupillarem?

SVMMARIVM.

1 *Compendiosa, his verbis facta*, Et quandocunq; filius meus sine liberis decesserit, lego tibi bona mea, *infra tempora pubertatis non comprehendit pupillarem, num. 1. media, num. 2. 4. 5. 6. 7. 11. & 12. resoluuntur secundum aliquos, nu. 3. 7. 8. 10. & 13. contra, numer. 14. fundamenta, num. 15. 18. 19. 22. & 25. diruuntur, num. 16. 17. 20. 21. 23. 24. & 26. distinctio aliorum, num. 27.*

2 §. fin. l. mulier, ff. ad Trebell. *loquitur, quando fuerit datus hares vniuersalis, num. 2. & 3.*

3 *Verbum*, lego, *olim latissimum, n. 4. hodie est coarctatum ad particularia legata, num. 5.*

4 *Argumentum a communi vsu loquendi valet, numero 6.*

5 *Vsus communis loquendi non attenditur contra prasumptam voluntatem testatoris, nu. 8.*

6 L. 2. circa finem, C. comm. de legat. *declaratur, nume. 9. & 10.*

7 *Pupillari succeditur pupillo, num. 11.*

8 *Fideicommissaria succeditur testatori. n. 12.*

9 L. verbis, ff. de verb. signific. *enucleatur, num. 15. 16. & 17.*

10 *Verbum*, relinquo, *aliquando operatur institutionem, num. 18.*

11 *Verbum*, lego (*secundum aliquos*) *est commune, num. 19. contra, vt sit obliquum, num. 21.*

12 *Verbum*

12 *Verbum*, relinquo, *est communo, nume. 20.*
13 Cap. Raynaldus, extra de testam. *exponitur, numer. 22. & 23.*
14 *Intellectus idem, sæpe reperitur in duobus corporibus, numer. 24.*
15 Edictum de legat. præstand. *procedit etiam in hæreditate, nu. 25.*
16 *Verbum*, lego, *adiectum in testamento in quo reperiretur alius vniuersaliter hæres institutus, non operatur hæredis institutionem, num. 28. limita, numer. 38. & 39.*
17 §. Si debita, l. 3. ff. de bon. libert. *declaratur, numere 29.*
18 *Æquipollentium quid fiat, non refert, num. 30.*
19 L. qui filium, ff. vbi pupill. educ. deb. *exponitur num. 31. 32. 33. 34. 35. 36. & 37.*
20 *Termini habiles debent præsupponi, num. 33.*
21 *Dos succedit loco legitimæ, numer. 34.*
22 *Intellectus dummodo toleratur, vt iura inter se concordentur, num. 36.*
23 *Filio olim poterat relinqui quolibet titulo, numero 37.*
24 *Verbum*, lego, *in dubio est directum, quo ad legatarium, non autem quo ad hæredem, num. 49.*

QVÆSTIO XVI.



1 SI † testator compendiosè substituerit per hæc verba, *Quandocunque filius meus sine liberis decesserit, lego tibi bona mea*, vtrum infra tempora pubertatis dicta verba trahantur ad directam pupillarem? Respond. quod non, sed dumtaxat bona patris per fideicommissum peti poterunt, *Bar. in l. centurio, n. 19. ff. de vulgar. & pupillar. substitut.* cum quo ma-
* gis communiter transire * Doctores, testatur *Soci. iunior in rubr. ff. de legat. 1. numero 87. & in dict. l. centurio, num. 241. Corn. cons. 185. column. 2. volum. 1. Alexand. & Iason in dict. l. centurio, Constant. Roger. in tract. substit. in materia compendiosa, quæst. 4. nu. 136. Bald. in tractatu eiusdem tituli, in materia compend. sub num. 12. Bart. de Hucio in tractatu eiusdem tituli, in materia compendiosa, sub num. 9. Lancel. Polit. in tractatu eiusdem tituli, in materia compendiosa, sub num. 27. Alexand. Trentacin. in tractatu eiusdem tituli, part. 4. capit. 9. num. 24.* vbi testatur hanc es-
* se communem * & receptam scribentium sententiam.

2 Mouemur primo, per † *l. mulier, §. fin. ff. ad Trebell. l. cum ex filio, in princ. ff. de vulg. & pupill. substit.*

3 Respo. contrarii, quod illa † iura non faciunt ad propositum; loquuntur enim quando fuerit datus hæres vniuersalis, secus in nostra facti specie, *Socin. iunior in rubr. ff. de legat. 1. sub num. 87.*

4 Secundo, quia † significatio verbi *lego*, & si olim latissima fuisset, *Bart. de Hucio in tract. subst. cap. 5. sub num. 9. Lancell. Polit. in tract. eiusdem tit. in materia compend. sub num. 27. Zasius in tract. eiusdem
5 tit. cap. 5. numer. 5. in fin.* hodie dicitur † coarctata tantum ad particularia legata, *l. verbis legis, in fine,
6 ff. de verb. significat.* Et ita videtur † se habere communis vsus loquendi, à quo non leue sumitur argumentum, *l. librorum, §. quod tamen Cassius, ff. de legat. 3.*

7 Respon. contrarii, quod † coarctatio de qua in *dict. l. verbis*, non respicit importantiam verbi *lego*, sed dicitur facta quo ad potentiam disponendi, vt non sicut olim, cuique libera facultas sit de re sua disponendi, §. *disponat, in text. ibi, vt dignum est,* 8
Auth. de nupt. Et quod † contra præsumptam voluntatem testatoris non attenditur communis vsus loquendi, *argum. l. quoniam indignum, C. de testam. l. 3. C. de liber. præter.*

Tertio, per *l. 2. in fin. C. comm. de legat.* vbi † verbum, *lego*, intelligitur de fideicommisso, & non de institutione hæredis, etiam si adiiciatur vniuersitati, & nullo hærede instituto, cum generaliter loquatur, *Ruin. rubr. ff. de legat. 1.* 9

Resp. contrarii, quod imo ille † tex. debet intelligi, quādo in testamento erat factus hæres vniuersalis, cum sæpe in eo fiat mentio de testatore, & de hærede, *Socin. iunior in d. rub. ff. de legat. 1. sub n. 91.* 10

Quartò, quia testator dicendo, *lego tibi bona mea*, non potest continere pupillarem, † per quam 11
succeditur pupillo, *Instit. de pup. subst. in prin.* Sed † 12
fideicommissariam, per quam succeditur testatori, *l. cohæredi, §. cum filia, ff. de vulg. & pupill. subst. Salic. in l. precibus, C. eod. Lancell. Polit. in tract. substit. in materia compend. sub num. 27.*

Resp. contrarii, quod † imo per dicta verba, *bona* 13
mea, inducatur pupillaris substitutio, *Ias. in d. l. centurio, sub n. 37. arg. gloss. in l. 1. ff. de vulg. & pup. subst. l. si ita scriptum, §. 1. ff. de bon. poss. secundum tab.*

Contrariam sententiam, vt † dicta verba trahā- 14
tur ad vniuersitatem, & operentur hæredis institutionem, tenuit *Bald. in l. fin. n. 11. C. fam. hercisc. Card. & Abb. in c. Raynaldus, extra de testam. Alex. in rubr. ff. de leg. 1.* vbi eam fatetur in puncto iuris veriorē, & in *l. 1. col. 1. & 2. ff. eod.*

Moti per † *l. verbis*, in tex. ibi, latissima potestas, 15
iuncto eo, quod sequitur, & hæredes instituendi, *ff. de verb. signific.*

Resp. contrarii, quòd † ille text. habet aliū sen- 16
sum, & debet exponi, vt legasset, id est, disposuisset, seu deliberasset, *arg. l. legatum, in tex. ibi, est deliberatio, ff. de legat. 1.* & quatenus verbum, *legasset*, † potest 17
referri ad hæredis institutionem, ponitur ex latissima quadam interpretatione legis 12. Tabul. quæ in proposito non videtur attendenda, sed capi debet verbum, *lego*, secundum quod communiter accipitur à testatore prolatum, *Socin. iunior in d. rubr. ff. de legat. 1. num. 92.*

Secūdo, quia † verbum, *relinquo*, in terminis q. 18
propositæ operaretur institutionem, *gloss. 1.* communiter * approbata, *l. his verbis, ff. de hæred. instit.* *
Soc. iun. in d. rub. ff. de leg. 1. sub n. 93. ergo idē videba- 19
tur dicēdum in verbo *lego*, quasi sit † verbum commune, *Zas. in tract. subst. in materia compend. num. 6.*

Resp. contrarii, quod dicta verba differunt inter
se; quia † verbum *relinquo*, est verbum commune, 20
verbum *lego*, † est verbum merè obliquū, *Alex. in d.* 21
l. centurio, §. aliud quoq; capitulum, Authen. vt cum de appellat. cognosc. Sforz. Odd. in tract. compend. part. 4. quæst. 2. art. 1 in ver. lego, fol. 46. vbi testatur hanc es- *
se communem * opinionem.

Tertio, per † *cap. Raynaldus, in text. ibi, legauit,* 22
iuncto text. ibi, vno ex patris hæreditatem, extra de testament.

Respond. contrarii, quod ibi † patrui fuerunt 23
expressè instituti in testamento, vt apparet *in text. ibi, in quibus eius institutio, & legatio, & adiectio. Socinus iunior in rubric. ff. de legat. 1. post Ruin.*

licèt eum non viderit, vt fatetur; nec videatur mi-
24 rum, quia sæpius idem † intellectus repetitur in
duobus corporibus, vt ego, etiam scholaris & ma-
gister (sic Deus me amet) sæpius expertus sum.

25 Quarto, quia † dictum de legatis præstandis, lo-
quens de legatis, *l. 1. in prin. ff. de legat. præst.* procedit
etiam in hæreditate, *l. filium, §. sed & si pretio, ff. eod.*

26 Respond. contrarii, quia ideo quod † disponi-
tur per legem de legatis, trahitur ad hæredum in-
stitutiones, propter maiuritatem rationis, & ma-
iorem affectionem testantis in instituendo, quàm
in legando; sed nos sumus in casu contrario, in quo
prætenditur, quod lex loquens de hærede institu-
to, verificetur in eo, cui bona legata sunt, in quo
est minor ratio; ideo argumentum non valet, *Soc.
iunior in d. rubr. ff. de legat. 1. numer. 101.*

27 Alii vtramque sententiam † distinctionis clypeo
concordare nisi sunt, vt prima procederet, quando
tale verbum adiicitur talib. verbis, vt facile secun-
dum eorum importantiam constare posset, testa-
torē noluisse p. tale verbum vniuersaliter dispo-
nere, sed dumtaxat, vt quid penes aliquem rema-
neret; secunda vero procederet, quando talibus
adiiceretur verbis, vt eorum tenore inspecto, con-
staret testatorem in vniuersum voluisse disponere,
puta si dixerit, *omnia bona mea lego*, vel, *omnes res
meas*, vel, *totam hæreditatem*, vel etiam si indiffinitè,
inter quos fuit *Soc. iunior in d. rub ff. de legat. 1. n. 104.
& 105. & in d. l. centurio, n. 241. versic. & primo.*

28 Veruntamen, si verbum, *lego*, † adiiciatur in te-
stamento, in quo reperiretur alius vniuersaliter
hæres institutus absque controuersia non opera-
tur hæredis institutionem; sed erit legatum, cum
testamentum habuerit caput eius, & tunc legati hæ-
res institutus cēsebitur grauatus restituere partem
illam hæreditatis legatæ, *Socin. iunior in rubr. ff. de
legat. 1. num. 37.* vbi testatur hanc esse communem
* conclusionem, *per l. mulier, §. fin. ff. ad Trebell. l. si
quis seruum, §. fi. ff. de legat. 2. l. cum ex filio, in prin. ff.
de vulg. & pupill. subst. § ante hæredis, Instit. de legat.*

29 Nec obstabit † *l. 3. §. si debita in text. ibi, satisfa-
ctum esse ei, iuncto § si copiam, versic. tot es, ff. de bon.
libertor.* vbi sufficit patronum habere debitam por-
tionem per institutionem, siue per viam legati; quia
respon. illud non prouenire ex eo, quod legatum
trahitur ad hæredis institutionem, sed quia non re-
30 fert † quid fieri ex æquipollentibus, *l. 3. C. de instit.
& subst. l. Gallus, §. & quid si tantum ff. de liber. &
posthum.*

31 Nec etiam obstabit † *l. qui filium, ff. vbi pupilli
educ. debe.* vbi alius hæres fuit institutus, & tamen
verbum, *lego*, videtur importare institutionem fi-
liæ, alioquin testamentum non valeret, *l. inter cete-
ra, ff. de liber. & posth.*

32 Quia resp. primò, quod ibi † debet præsupponi
illam filiam fuisse institutam, vel exhæredatam, &
33 sic termini habiles, † *l. qui in testamento ff. de testam.
cum concord. alleg. ubi in proxima quæst. num 45.*

Secundo respo. ideo ibi verbum, *lego*, importat
institutionem; quia adiectum est doti, non quia
34 dos sit quid vniuersale, sed quia dos † succedit loco
legitimæ, *Salic. in Auth. nouissima, q. 11. C. de inoffic.
testamen. Imol. in l. Titio centum, § Titio genero, ff. de
condit. & demonstr.*

35 Tertio respon. quod ibi † filia erat emancipata,
36 & licèt videatur quædam diuinatio, tamen † potest
tolerari, vt iura iuribus concordentur, *cap. cum ex-
pediat, de elect. l. 1. C. de inoffic. testamen.*

Quarto respon. quod ibi non importat institu-
tionem, & nihilominus valet testamentum eo iure
quo tempore non erat necessarium relinquere fi-
lio iure institutionis; † sed sufficiebat relinquere 37
quolibet titulo, ita soluit *Barba. in c. Raynutius, col.
11. n. 9. versi. sed contra istam, extra de testamen.*

Limitatur tamen non procedere, quando † ver- 38
bum, *lego*, esset adiectum quotæ hæreditatis ver-
borum, in casu, quo non valeret, nisi per viam in-
structionis; puta, si † pater legaret tertiam partem 39
bonorum, vel hæreditatis pro sua legitima debita
iure naturæ; quia tunc cum legitima debeat relin-
qui iure institutionis, interpretari voluntatem te-
statoris talem fuisse conueniens est, ne alias videa-
tur fecisse actum nullum, *Socin. iunior in d. rub. ff. de
legat 1. num. 77. per §. aliud quoque, Authen. vt cum de
appell. l. quoties, la. 2. ff. de rebus dubiis, l. 3 ff. de milit.
testam. Lancell. Polit. in tract. substit. in materia com-
pend. sub numer. 27.*

In dubio autem † verbum, *lego*, est verbum di- 40
rectum, quo ad legatarium, non autem quo ad hæ-
redem, *Bart. in d. l. centurio, sub num 19 per l. Lucio,
ff. de leg. 2. Const. Roger. in tract. subst. in mater. compē.
q. 4. n. 137. fol. 211. Bald. in tract. substitut. in materia
compend. num. 12. in fine, Bart. de Hutio in tract. eiusd.
tituli, cap. 5. sub nume. 9.*

ARGVMENTVM.

Vtrum compendiosa his verbis facta, Et quandocunque filius meus decesserit sine liberis, volo, quod bona mea dentur, vel distribuantur inter pauperes Christi per meos fideicommissarios, infra tempora pubertatis sit fideicommissaria, vel etiam contineat pupillarem?

SVMMARIVM.

1 *Compendiosa, his verbis facta, Et quandocunque filius meus decesserit sine liberis, volo, quod bona mea dentur vel distribuantur inter pauperes Christi, per meos fideicommissarios, infra tempora pubertatis continet etiam pupillarem, n. 1. media num. 2. 3. 5. 11. 13. & 14. resoluuntur (secundum aliquos) & malè, num. 4. 6. 7. 8. 9. 10. 12. & 15. contra, & perperam, vt non contineat pupillarem, num. 16 fundamenta, num. 17. 18. 20. 22. 24 & 27 dissoluuntur legitimè, num. 19. 21. 23. 25. & 28. amplia, etiam matre existente de medio, num 29.*

2 *Verbum*, accipiat, *relatum ad vniuersitatem bonorum, trahitur ad directam pupillarem, numero 2.*

3 Cap. cum tibi, extra de testamen. *intellectus secundum Innocentium, num 5. habet varios sensus, numer. 6.*

4 *Lex habens varios intellectus, non meretur allegari, num. 7.*

5 L. precibus, C. de impub & aliis substitut. *habet varios intellectus, num. 8.*

6 *Veritas ignoratur eius, quod multipliciter exponitur, nume. 9.*

7 *Substitutio in dubio debet iudicari directa, numero 19.*

8 *Testati causa est fauorabilis, num.14.*
9 *Verba*, dentur & distribuantur, *sunt merè obliqua, num.17.*
10 *Verbum*, volo, *est obliquum, num.*18.
11 *Verbum*, accipiunt, *est directum, num. 19.*
12 *Substitutio procedit in casu tantum, in quo loquitur, num. 20.*
13 L. hæreditas ad Statium, ff. de hæred. instit. *declaratur, nume. 22.*
14 *Bart. locus corruptus, & ab Authore restauratus, num. 26.*
15 *Conscientia non debet expurgari de bonis alienis, num. 27.*
16 *Pubes peccare potest, num. 28.*
17 *Pupillaris tacita, quæ ex præsumpta voluntate testatoris colligitur, admittitur contra matrem, num. 30.*
18 *Pupillaris tacita à iure præsumpta, de qua testator non cogitauerit, non excludit matrem, num. 31.*

QVÆSTIO XVII.



1 SI testator ita dixisset, † *Quandocunque filius meus decesserit sine liberis, volo, quod bona mea dentur, vel distribuantur inter pauperes Christi, per meos fideicommissarios,* vtrum ista substitutio sit fideicōmissaria intra tempora pubertatis, vel etiam contineat pupillarem? Respon. continere, etiam pupillarem, vt sic veniant distribuenda inter pauperes bona pupilli, *Bart. in l. centurio, numero* 21. *ff. de vulgar. & pupill. subst. & in l. fundi Trebatiani, ff. de vsufruct. legat. Angel. Alexand. & Iason in d. l. centurio, Socin. consil. 116. col. 3. vol. 1.* hancq; esse communem * * opinionem, fatetur *Socin. iunior in d. l. centurio, n. 244. Bar. consil. 95. incip. Viuianus de monte, Ancha. in c. cum tibi, & in c. Raynaldus, extra de testam. Paul. de Castr. in l. precibus, C. de impub. & aliis substitut. Sforz. Odd. in tract. compend. part. 5. tit. de compend. facta a pagano. artic. 2. num. 16. vers. ego tamen, folio* * 120. vbi testatur hanc esse magis communem * opinionem, æquiorem, securiorem & religioni magis fauentem, *Galuanl. Zasius & Claud. Seisel. in d. l. centurio, ille, numero 352. iste, num. 42. hic, num. 38. Bald. in l. hæreditas ex die, ff. de hæred. instit. Corn. in dict. l. precibus, num. 137. versic. si vero testator, Vasq. in tract. compend. num. 62 Zasius in tract. substitut. cap. 5. colum. 10. versic. qualiterautem bona, sub n. 23. Gul. de Bened. in c. Raynutius, part. 2. versic. si absque liberis, el. 2. tit. de compend. substit. num. 56. extra de testament. Rofred. in tract. de libell. tit. de action. ex testament. numer. 9. Specul. tit. de instrum. edit. §. nunc aliqua, num. 37. Bart. cons. 25. & cons. 30. & cons. 56. & cons. 3. Angel. consil. 93. num. 3. mem Abb. consil. 79. num. 1. lib. 1. Alexand. cons. 12. numer. 11. lib. 3. & consil. 11. num. 22. volum. 7. Corne. cons. 302. nume. 8. lib. 3. Franc. in c. 1. colum. 41. vers. 3. quæritur, extra de testament. lib. 6. Constant. Roger. in tract. substitut. in materia compend. quæstion. 4. sub numero 100. folio 206. Baldus in tractatu eiusdem titul. in materia compendiosa, numero 14. Bartol. de Hucio in tractatu eiusdem tituli, in materia compendiosa, sub num. 10.*

2 Mouetur primo, quia † verbum, *accipiat*, relatū ad vniuersitatem bonorum, trahitur ad directam pupillarem, *c. 1. de testament. libr. 6. l. his verbis, in princip. ff. de hæred. instit. Bart. in l. alio, numero 6. ff. de alim. & cib. legat. Caccialup. in l. precibus, numero 192. C. de impub. & aliis substitut. Bart. consil. 56. numero 1. Baldus consil. 120. numero 1. libr. 2. & consil. 377. numero 5. lib. 3. Alexand. consil. 45. numero 7. lib. 1. Corne. cons. 152. num. 29. lib. 2. Socin. iunior consil. 116. numero 4. lib. 1.* At † subintelli- 3 gitur dictum verbum, *accipiunt*, de manu sua, & dent pauperibus, illis verbis, de quibus in themate, *gloss. 1. in fin. l. alio, ff. de aliment. & cibar. legat. l. denique, §. interdum, ff. de pecul. leg. §. si quis autem, pro redemptione, Auth. de Eccles. titul.* ergo, &c.

Respon. contrarii, quod † imò dictum verbum 4 *accipiat*, subauditum, debēt exponi, id est ab hærede petant, vt distribuere possint, *Socin. iunior in d. l. centurio, numero 46. in fine,* & ita potest intelligi *dicta l. alio, iuncta glossa, ff. de alim. & cibar. legat. l. Proculus, ff. de vsufruct. l. Titia Seio, §. Seia, ff. de legat. 2.*

Secundo, per † *cap. cum tibi,* (secundum intel- 5 lectum Innocentii) *extra de testament.* vbi ille dicitur hæres, cui committitur testatoris voluntas, alio hærede non instituto; vnde isti exequutores, quibus distributio committitur in substitutione, debent dici hæredes filio substituti, cum in ea alius non sit factus hæres, & facit *l. denique, §. interdum, ff. de pecul. leg.*

Respond. contrarii, primo quod illud † *c. cum* 6 *tibi*, habet varios intellectus, meritò † non debet 7 allegari iuxta doctrinam *Bart. in l. ambiguo, ff. de rebus dubiis, Socin. iunior in d. l. centurio, numer. 247. Paul. Leon. in tract. substit. in materia compendiosa, numero 297. & num. 298.* vbi loquitur de text. *l. precibus, C. de impub. & aliis † substitut.* super quo non 8 potest fieri fundamentum propter varios intellectus, *Corbol. de causa priuat. ob non solutum Canonē, numero 20.* Quod enim † multipliciter exponitur, 9 eius veritas ignoratur, *Bald. in l. scire leges, ff. de legibus, & in d. l. precibus, & consil. 218. colum. 1. versic. multiplex, & consil. 228. volum. 3.*

Secundo (posito dicto intellectu Innocentii pro veto) respondetur, quod ibi agitur de prima institutione; & collatio vltimæ voluntatis in alterum fuit vniuersaliter facta, & nullus alius erat institu- 10 tus; sed in casu nostro non constat, quod commissio distribuendi sit facta vniuersaliter respectu bonorum pupilli, nec quod de eis testator cogitauerit, sed solum dicitur facta respectu suorum bonorum, *Soc. iun. in d. l. centurio, sub n. 247. ver. vel posito.*

Tertio mouemur, per regulam quam ponit *tex. in c. si pater, de testam. lib. 6.* quod in dubio debet iudicari † substitutio directa, *Bald. in tract. substit. in* 11 *materia compen. n. 10. vers. præterea, Paul. Leon. in tra. eiusd. tit in materia compend. n. 432. in fin. à Vall. cons. 69. n. 12. & 13. volum. 1. cum concord. in 2. cent. quæst. 61. num. 20. fol. 70.*

Respon. contrarii, Axioma procedere, quando verba † conuenirent pupillari, seu directæ substi- 12 tutioni, quod non est in casu nostro, *Socin. iun. in d. l. centurio, n. 247. vers. ex quibus.*

Quartò, quia † videtur adesse duplex fauor: primus est fauor causæ testati, vt scilicet pupillus ex 13 testamento hæredē habeat, *l. si pupillus,* (aliàs incipit Iulianus) *ff. de acquir. hæred.* Secundus est fauor piæ causæ, cui semper in dubio est fauendum, *l. sunt persona, ff. de relig. & sumpt. funer. l. si pater, ff. de inoffic. testament. c. fin. extra de re iudic.*

15 Respon. contrarii, quod † fauores illi sunt considerandi & attendendi, quando sumus in dubio, quod non contingit in casu nostro, *Socin. iunior in d.l.centurio, nu. 247. versic. nam fauores.*

16 Contrariam sententiam, vt non † possit succedi per pupillarem, tenuit *Socin. iunior in d. l. centurio, sub num. 247. Bald. & Salic. in d l.precibus, illo, num. 45. iste, colum. 11. versic. quæro nunc ab extra, Imol. in d. l. centurio, num 20. & 22. versic. & sic ex prædictis, & in c. Reynaldus, extra de testament. Alexand. cons. 45. in 3. dub. n. 9. vol. 1. & consil. 162. colum. 3. vol. 2.*
* vbi eam testatur communem * *Andr. Barbat. in d. c. cum tibi, Claud. Seysel. in d.l. centurio, Bal. in l. si quis ad declinandam, num. 7. C. de Episcop. & Cleric. Paul. de Castr. & Coras. in d.l. precibus, ille, num. 17. iste, n. 71 Ripa in d.l. centurio, num. 105. in fine, Lancell. Polit. in tract. substitut. in materia compendiosa, num. 18. Bal. consil. 120. & consil. 12. & consil. 125. lib 2. & consil 34. & consil. 37. & consil. 176. lib. 3. & consil. 296. libr. 5. Natta in addit. ad consil. Alex. 12. num 11. lib. 3. Alex. consil. 171. num. 7. lib. 2. Anchar. cons. 8. num. 1. Calder. consil. 25. tit. de testament Angel. Aret. in tractat. de testament. gloss. 9. Cravett. in §. substitutio q 72. num. 3.*
* vbi testatur eam esse magis * communem, & ab ea non esse recedendum in iudicando & consulendo, *Alexand. Trentacinq. in tract. subst. part. 4. c. 10. nu. 7. versic. ex prædictis*, vbi eam testatur * magis com-
* munem.

17 Mouemur primo, quia † verba, Dentur, & Distribuantur, sunt merè obliqua, *Bart. in d.l. centurio, num 41. vbi Ripa num. 185. in fine, per l. fundi Trebatiani, ff. de vsufruct legat. (accialup in l. precibus, in fine, C de impub. & alius substit. Ioan. Andr. & Franc in c. si pater, de testament. lib 6. Alex. cons. 12. nu. 2. lib. 3.*
18 Ac etiam † verbum, *volo*, est obliquum, *l. 2. in prin. C. com. de lega. Petr Gregor. part. 3. Syntagm iuris, libr. 42. c. 11. num 6. in fine.* ergo omni tempore erit fideicommissaria, *l. cohæredi, §. cum filia, ff. de vulg. & pupill. subst.*

Resp. contrarii, quod pupillaris fundatur super
19 illo verbo subaudito, *accipiant*, quod est † directũ, *Socin. iun. in d.l. centurio, n. 246 & cons. 80. n. 1. & 2. lib. 3. Aret. & Imol in d.l centurio, ille, n. 17. in princ. iste, n. 26. Alex. cons. 51. nu 21. lib. 7.*

20 Secundo, quia substitutio præsertim directa † regulariter solum procedit in casu, in quo loquitur *Oldrad consil. 21. meus Aob. cons. 40. vol. 1. Socin. cons. 62. vol. 2. Ioan. And. in addit. ad Specul. tit. de testament. §. 7. versic. occurrit.* sed verba testamenti non sonant nec loquuntur de pupillari substitutione, cum in eo non fiat mentio de pupillari ætate, nec de bonis filii, in quibus procedit pupillaris, ergo &c.

Respond. contrarii, quod imò aliquando habet
21 † locum pupillaris, licèt de ea verbum nullum sit prolatum, vt si fiat reciproca, compendiosa, vel saltem sola vulgaris, *Socin. iunior in d l. centurio, n. 246. versic. sed tu.*

22 Tertio per † *text. l. hereditas ad Stotium ff. de hæred. instit.* vbi licèt quis ad instar hæredis grauetur, non tamen propterea dicitur hæres institutus; vnde idem videbatur dicendũ in istis exequutoribus.

23 Respond. contrarii, quod ille solum erat † gratatus in re particulari, in quo etiam, quod dicetur illam accipere; non tamen ex eo dicetur hæres; sed in casu nostro verbum, *accipiant*, subauditur respectu vniuersitatis; cum indiffinitè fuerit dictum, *volo*, quod bona dentur, *Socin. iunior in d. l. centurio, num 246. vers. 3.*

Quartò, quia cum † dictum fuerit, *bona mea*, o- 24
stendi videtur, quod testator solum de suis bonis voluerit disponere, & non de bonis pupilli, quod est contra naturam pupillaris, *Instit. in princ. de pupill. subst. l. cohæredi, §. cum filia, ff. eod.*

Respond. contrarii, quod per † dicta verba non
impeditur pupillaris substitutio, per doctrinam 25
Bart. in l. fitta, §. qui filia, ff. de bonor. possess. secundum tab. gloss. l. 1. ff. de vulgar. & pupill. subst. Alexand & Iason in d. l. centurio, Gul de Bened. dict. titul. de compend. subst. sub num. 56. versic. & sic. Verum in † 26
meo Codice non lego illud verbum, *mea*, vnde prorsus cessat hoc fundamentum, cui non posse dari bonum responsum testatur *Socin. iunior in d. l. centurio, n. 246. vers ego autem*, & allegantes Bart. cum illo, verba *mea*, habente ius lecturam corruptam, vt benè ante me aduertit *Sforz. Odd. in d. artic. 2. sub num. 16. vers. sed resp. fol. 118. à tergo.*

Quintò, quia cum testator voluerit bona distribui pro anima, præsumitur de bonis propriis tantum disponere voluisse, & non de bonis pupilli, nè
† videatur animam & conscientiam suam expurga- 27
re de bonis alienis, *Socin. iun in d l. centurio, nu. 247. in fine, per c. non est putanda, 1. q. 1. Anchar. consil. 58. Dec. consil. 371.*

Respond. contrarii, quia cum etiam proximus 28
† pubertati, plenus sit mẽdaciis, & peccatis, vt dixi *in tract. de casibus conscientiæ, cent. 1. casu 94. num 2. fol. 181.* facile testator potuit cogitare etiam de salute pupilli, *Sforz. Odd. in tractatu compend. part. 5. tit. de compend. facta a pagano, art. 2. num. 16. versic. sed facile, fol. 118.*

Amplio priorem & receptiorem * sententiam
procedere, etiam † matre existente de medio, *Bar.* 29
in d.l centurio, num. 21. & 22. Sforz. Odd. d. artic. 2. num. 16. versic. ampliatur, fol. 120. Constant. Roger. in d. quæst 4 num. 111. Bald in tract. eiusdem tit. in materia compend. sub num. 14. Bar. de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia compend. sub num. 10.

Quia † tacita pupillaris, quæ ex præsumpta vo- 30
luntate defuncti colligitur ex coniecturis, vel verbis ipsius, admittitur contra matrem, *gloss. in verb. omnimodo, d. l. precibus, & l. in testamento, in fine, C. de milit. testament.* Licèt tacita † pupillaris à iure 31
præsumpta, de qua testator non cogitauerit, (vt ea quæ continetur sub vulgari) minimè matrem excluderet, *Bart. in d.l. centurio, num. 21. in fine, per tex. d. l. precibus, Constant. Roger. in tract. subst. in materia compend. quæst. 4. num. 111. fol. 207.*

ARGVMENTVM.

Vtrum compendiosa, facta his verbis, *Si filius meus decesserit sine liberis, tunc bona mea dentur pauperibus*, nec subderit per quos, infra tempora pubertatis comprehendat pupillarem?

SVMMARIVM.

1 *Compendiosa, facta his verbis,* Si filius meus decesserit sine liberis, tunc bona mea dentur pauperibus, *nec subderit per quos, omni tempore erit fideicommissaria, num. 1. ratio, num. 2. contra, & malè, n. 3. medium, n. 4. 5. & 6. dissoluitur, nu. 7. & 8.*

2 *Epiſcopus eſt executer legitimus, habens eamdem poteſtatem, quam haberent fideicommiſſarii, ſeu executores nominati, num 4. declara, nu. 7. & 8.*

3 *Teſtator videtur ſe confirmari cum diſpoſitione legis, numer. 5.*

4 *Taciti & expreſſi, idem eſt iudicium, nu. 6.*

QVÆSTIO XVIII.

1 SI † teſtator dixerit, Si filius meus deceſſerit ſine liberis, tunc bona mea deotur pauperibus, nec ſubderit per quos, vtrum intra tempora pubertatis contineat pupillarem? Reſp. quod noo, ſed omni tempore erit fideicommiſſaria, *Bar. in l. centurio, n. 23. ff. de vulg. & pupill. ſubſtitu.* cum
* quo tranſire Doctores * teſtatur ibi *Socin. iun. nu.*
* *248 Craſſ. in §. ſubſtitutio, quæſt 72. nu. 2.* vbi teſtatur commuoem * opinionem, *Bald. conſ. 120. & conſil. 12. lib. 2 Alex. conſil. 12. n. 11. libr. 3. vbi Natta in addit. Galiaul. in d. l. centurio, num. 347. Capel. Tholoſ. deciſ. 26. Angel. in d. l. centurio, n. 6. ver. ſi vero teſtator, vbi Alexand. n. 78. Ripa n. 109. Zaſius n. 42. & Alcia. n. 75. Corne. & Paul. de Caſtr. in l. precibus, C. de impub. & aliis ſubſt. ille, n. 137. iſte, n. 17. Franc. in c. ſi pater, col. 4. verſic. 2. quæritur, de teſtam. lib. 6. Bald. conſil. 296. n. 1 lib 5. & conſ. 34. n. 2. & conſil. 37. nu. 4. lib. 3. Paul. de Caſtr. conſ 67. n. 3. lib. 2. Conſt. Roger in tract. ſubſt. in materia compend. q. 4. ſub nu. 113. Bald. in l. ſi quis ad declinandam. C. de Epiſc. & Cler.* quem refert & ſequitur *Gul. de Bened in c. Raynutius, par. 2. verſ. ſi abſque liberis, el. 2. tit. de compend. ſubſt. n 57. in fine, extra de teſtam. Bart. de Hucio in tract. ſubſtit. in materia compend. ſub n. 11. Bald. in tract. eiuſdem tit. in materia compend. num. 15. Zaſ. in tract. eiuſdem tit. c. 5. ſub n. 23. Alex. Trentacin. in tract. eiuſd. tit. par. 4.*
* *c. 10. n. 8.* vbi teſtatur communem * opinionem.

2 Quia dicta † compendioſa fuit facta merè obliqua, *l. cohæredi, §. cum filia, ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* ergo, &c.

3 Contrariam ſententiam † tenuit *Sforz. Odd. in tract. compend. part. 5. tit. de compend. facta a pagano, art. 2. n. 16. verſic. ego vero, fol. 116. a tergo.*

4 Quia † Epiſcopus eſt exequutor legitimus, habens eamdem poteſtatem, quam haberent fideicommiſſarii, ſeu exequutores nominati, *Couarr. in c. nos quidem, num. 2. extra de teſtament. Felin. in c. ſi quis contra, col. 2. extra de foro compet. Bald. in l. fin. §. ſed, & ſi quis, col. 4. C. com. de legat. l. nulli, & l. ſi quis ad declinandam, C. de Epiſcop. & Cler. Ioan. Iacob. à Canib. in tract. de exeq. vlt. volunt. part. 1. numer. 15. Ioan. Oldendorp. in tract. eiuſdem tit. rubr. 2 in prin. cap. 8. Synod. Trid. Seſſ. 22. tit. de reform. Benincaſ. in tract. de pauper. in 9. priuil. circa vlt. volum. n. 8. & 10. Boer. deciſ. 38. num. 23. c. tua nobis, & c. Ioannes, extra de teſtament. c. Clericum, §. ex his omnibus, verſ. illud, 11. qu. 1. Surd. in tract. de alim. tit. 8. priuil. 32.*
5 *num. 7.* & teſtator non † eligendo exequutores, ſeu fideicommiſſarios, in dubio videtur ſe conformare eum diſpoſitione legis & cooſequenter tacitè videtur eligere Epiſcopum, ſecundum quod à lege eligitur, *argum. l. conficiuntur, in princ ff. de iure codicill. Bart. in l. heredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.* vnde, ſicut in præcedenti themate, vbi fuerunt exequutores, ſeu fideicommiſſarii expreſsè à teſtatore electi, fuit deciſum, dictam ſubſtitutionem cōprehendere tempore ſuo pupillarem; ita deberet dici hac in facti ſpecie, cum taciti & expreſſi, idem ſit iudicium, *l. cum quid, ff. ſi cert. petat. Milanenſ. deciſ. 4. circa fin. lib. 1.*

Sed reſpond. quod † Epiſcopus ſubintrans exe- 7
quutorum loco ex diſpoſitione legali, non habetur vice hæredum, nec verba ſubaudita in proximo themate ex præſumpta voluntate teſtatoris, quod accipiat manu propria, ſubintelliguntur hoc in caſu; quia ipſe Epiſcopus dictam exequutionem habet ex iuris diſpoſitione, etiam contra voluntatem defuncti, ac etiam ſi contrariū diſpoſuerit, ſolūq; intentabit actiones ipſis pauperibus competentes, *Bart. in dict. l. centurio, num. 23. in fine, Bart. de Hucio in tract. ſubſtit. in materia compend. ſub numer. 11. Bald. in tract. eiuſdem tit. in materia compend. ſub n. 15. Iaſ. in d. l. centurio, num. 38. verſic. ſed iſta ratio;*
Secus in proximo themate, vbi † exequutores ſeu 8
fideicommiſſarii fuerunt à teſtatore nominati, quia tunc videntur iure directo vocati, & merito ſub audiuntur verba prædicta, *Conſtant. Roger in tract. ſubſtit. in materia compend. quæſt. 4. num. 118. fo. 207.*

ARGVMENTVM.

Vtrum compendioſa facta his verbis, Si filius meus deceſſerit ſine liberis, volo, quod bona mea vendantur, & pretium eorum detur pauperibus per fideicommiſſarios meos, infra tempora pubertatis contineat pupillatem?

SVMMARIVM.

1 *Compendioſa, facta his verbis, Si filius deceſſerit ſine liberis, volo, quod bona mea vendantur, & pretium eorum detur pauperibus per meos fideicommiſſarios, infra tempora pubertatis continet pupillarem, n. 1. medium, nu. 2. 3. & 4. contra, & male, num. 5. fundamenta, num. 6. 10. & 11. diruuntur, num. 7. 8. 9 & 12.*

2 *Copula eſt natura, vt vtrumque verbum determinet, num. 3.*

3 *Verba,* bona mea, *& verbum* mihi, *non impedit continere pupillarem, numer. 6. 7. & 8. declara, num. 9.*

4 *Hæres vniuerſalis non dicitur, habens pretium, numer. 10.*

5 *Pretium intelligitur deductis oneribus, n. 11.*

6 *Pretium in vniuerſalibus ſuccedit loco vniuerſitatis vendita, num. 12.*

QVÆSTIO XIX.

SI † teſtator dixerit, Si filius deceſſerit ſi- 1
ne liberis, volo quod booa mea vendantur, & pretium eorum detur pauperibus per fideicommiſſarios meos, vtrum hæc compendioſa cootinear pupillarem infra tempora pubertaris? Reſp. quod ſic, *Bart. in l. centurio. n. 24. ff. de vulg. & pup. ſubſt.* cum quo tranſire * DD. fate- *
tur ibid. *Socin. iun. n. 250. in fin. Sfor. Odd. in tract. cōpē. par. 5. tit. de compen. facta à pag. art. 2. n. 19 ver. ampliatur ſecundo, fol. 120.* vbi ait id * omnes ſequi, *Ripa* *
in d. l. centurio, n. 111. vbi Iaſ. n. 41. & Alex. n. 84. Sal in l. precibus, C. de impu. & aliis ſubſt. quem refert & ſequitur *G. de Bened. in c. Raynut. par. 2. ver. ſi abſq; liberis, el. 2. tit. de compend ſubſt. ſub n. 56. extra de teſtam. Bart. de Hucio in tract. ſubſt. cap. 5. num. 12.*

2 Quia illa † verba vltimo posita, *per fideicommissarios meos*, determinant verbum, *detur*, & verbum, *vendantur*, *l. mulieri, & Titio, ff. de condit. & demonstrat. l. 1. in princ. iuncta l. doli, in princ. ff. de seru.*
3 *corrupt. l. hæres, §. vxori, ff. de legat. 3.* Et talis † est natura copulæ, *l. sua, §. Caio ff. de fund. instru. l. fin. vbi gloss. ff. de vino, trit. & oleo legat. Salic. in Auth. hoc locum, C. de secund. nupt. Dec. cons. 82. column. 1.*
4 vnde ipsi fideicommissarii † præsumun ur directo vocati, & subaodiuntur verba, possint accipere authoritate propria, *l. alio, vbi gloss. 1. in fine, ff. de alim. & cib. legat. l. denique, §. interdum, ff. de pecun. legat. Bart. in d. l. centurio, sub numer. 21.*

5 Licèt contrariam sententiam † tenuerit *Socinus iunior in dict. l. centurio sub num. 251. in fine, Bald. in l. precibus, C. de impub. & aliis substit. Constant. Roger. in tract. subst. in mater. compend. quæst. 4. sub numero 129. in fine, fol. 210. Alex. Trentacinq. in tract. eiusdem tit. part. 1. c. 10. num. 9. in fin.*

6 Moti primò, propter illa † verba, *bona mea*, quæ non conueniunt pupillari, cum per eam succedatur pupillo, & eius bonis, *Instit. in princ. de pupillar. substit. l. sed & si plures, §. ad substitutos, ff. eod.* sed per fideicommissum succeditut testatori, *l. cohæredi, §. cum filia, ff. de vul. & pupill. subst.*

7 Sed respon. quod eamdem vim habent † illa verba *bona mea*, sicot verbum, *mihi*, *Menoch. de præ-*
8 *sum. lib. 4. part. 2. præsum. 54. num. 23.* Vt verbum † *mihi*, non impedit cootineri popillarem substitutionem, *l. si ita scriptum, §. si filio, ff. de bonor. possess. secundum tab. Bald. in d. l. precibus, sub num. 44. Socin. in l. 1. sub num. 13. ff. de vulg. & pupillar. substit. Corne. cons. 152. num. 31. lib. 2. Honded. consil. 73. n. 35.* ergo nec illa verba, bona mea.

9 Replicatur † verbum, *mihi*, non impedire pupillarem expressam, secus sub compendiosa comprehensam per verba communia, *Marcus Anton. Peregr. in tract. de fideicommiss. artic. 34. numer. 45. circa finem.*

10 Secundo, quia † nemo habens pretium, est hæres propterea vniuersalis, *l. cogi, §. & generaliter. ff. ad Trebell. l. non amplius, §. fin. ff. de leg. 1.* cum pre-
11 tium † intelligatur deductis oneribus, *l. illud, C. de collat.*

12 Sed respond. quod in his † vniuersalibus pretiū succedit loco vniuersitatis venditæ, *l. si rem & pretium, ff. de petit. hered. l. Imperator, §. fin. vbi Bar. ff. de legat. 1. Menoch. consil. 113. numero 1. volum. 3. Hieron. Gabr. consil. 35. num. 37 volum. 2. Campeg. de dote, part. 4. quæst. 8. num. 2. Vinc. Palaott. in tract. eiusdem tit. num. 127. in fine, Baptist. de S. Blas. in tract. eiusdem tit. cent. 1. sub numero 97.*

ARGVMENTVM.

Vtrum compendiosa his verbis facta, Si filius meus decesserit sine liberis, volo, quod bona mea vendantur, & pretium distribuatur inter pauperes, quorum electio fiat per fideicommissarios, infra tempora pubertatis contineat pupillarem?

SVMMARIVM.

1 *Compendiosa, facta his verbis, Si filius meus decesserit sine liberis, volo, quod bona mea vendantur, & pretium distribuatur inter pauperes, quorum electio fiat per meos fideicommissarios, continet fideicommissariam, numero 1. fundamenta, num. 2. & 6. dissoluuntur secundum aliquos, num. 3. & 7. contra, & malè, num. 8. media, nu. 9. 11. 13. & 14. resoluuntur legitimè, num. 10. & 12. Amplia, etiam si testator dixisset, bona mea vendantur, & pretium distribuatur inter pauperes, eligendos per meos fideicommissarios, num. 5. ratio, numer. 6. limita, nisi ex aliis verbis, infra, vel supra in testamento positis appareret, testatorem sensisse de pupillari, num. 17. exemplum, nu. 18. 19. 20. & 24.*

2 *Qualitas, quæ adiicitur determinato verbo, per relatiuum respicit solum suum accidens.*

3 §. Vxori, l. hæredes, ff. de legat. 3. *declaratur, n. 3. 4. & 5.*

4 *Qualitas adiecta per relatiuum, refertur ad omnia.*

5 *Verbum*, defertur, *est commune, num. 14.*

6 *Pupillus non potest grouari in legitima, num. 22. eius tamen hæres grauari posset, num. 23.*

QVÆSTIO XX.

SI † testator dixerit, Si filius meus decesserit sine liberis, volo, quod bona 1
mea vendantur, & pretium distribuatut inter pauperes, quorum electio fiat per meos commissarios, vtrum contineat pupillarē infra tempus pubertatis, quasi illa verba, *per meos fideicommissarios*, ad omnia præcedentia referantur; an vero contineat fideicommissariam, vt solum electio pertineat ad fideicommissatios, & distributio & venditio remaneat dispositioni iuris communis? Respond. quod continebit fideicommissariam, *Bart. in l. Centurio, num. 25. ff. de vulg. & pop. subst.* cum quo quasi omnes * *
transire, testatur ibidem *Socin. iunior num 252. Ias. sub numero 42. Constant. Roger. in tract. substitut. in materia compendiosa, quæst. 4. numero 131. Galiaula, Ripa & Zasius in d. l. centurio. ille, num. 311. iste, nu. 113. hic, num. 43. Corne. in l. precibus, num. 137. vers. non obstat, C. de impub & aliis subst. Gul. Bened. in c. Raynutius, part. 2. vers. si absque liberis, el. 2. titul. de compend. substit. num. 58. extra de testament. Bart. de Hucio in tract. substit. in materia compend. sub nume. 12. Bald. in tractatu eiusdem tit. in materia compend. numer. 16.*

Mouemur primò, quia † qualitas, quæ adiicitur 2
determinato verbo per relatiuum, respicit solum suum antecedens, *l. fin. ff. de alim. lega.* vnde illa verba, *quorum electio fiat per meos fideicommissarios*, intelliguntur quorum scilicet, *pauperum*, ad quod tantum verba, *per meos fideicommissarios*, referuntur, *l. filium, vbi not. ff. quando dies lega. ced.*

Respond. contrarii, † per *l. hæres, §. vxori, ff. de* 3
legat. 3. vbi qualitas adiecta per relatiuom refertur ad omnia.

Replicatur primo, quod ibi vltra † relatiuum,
fuit adiectum illud vniuersale, *omne*, merito ad o- 4
mnia fit relatio, *Bart. in l. Plautius, ff. de auro & argen. legat.*

Secundò, quia in *d. §. vxori*, illa † expositio con- 5
oenit & qoadrat respectu omniom, sed in nostro themate non quadrat respectu omnium, dum dicitur, quo-

tur, quorũ electio fiat, *Soc. Iun. in d. l. centurio, n. 253. vers. praeterea.*

6 Secundo mouemur, quia † ex quo testator de duobus disponit, scilicet de venditione bonorum, & de electione pauperum, prouidendo, quod istud vltimum fiat per fideicommissarios, certe videtur prohibere, quod aliud non fiat ab eis, *l. maritus. C. de procur. cap. nouit, extra de praesum. l. cum praetor, ff. de iud.*

Resp. contrarii, quod si istud medium esset verum, sequeretur, quod in prox. q. fideicommissarii
7 † non possent se impedire, nisi de electione; sed consequens est falsum, ergo, & antecedens, *Ias. in d. l. centurio, sub num. 42.*

8 Licet in contrariam sententiam † iuerint *Ioan. de Imol. in d. l. centurio, & in cap. Raynutius, extra de testamentis, Aret. in d. l. centurio, Alex. cons. 12. col. 3. vol. 2 Sforz. Odd. in tract. compend. par. 5. tit. de compend. facta à pagano, art. 2. sub numero 20. fol. 120. à tergo.*

9 Moti primo, quia ex quo † testator creauit eos simpliciter executores in testamento, videtur eos generaliter proposuisse ad omnẽ exequutionem contentorum in vltimo eulogio, *arg. l. de pretio, ff. de publ. in rem actio. l. talis scriptura, ff. de lega. 1. l. 4. §. filius. ff. de liber. & posth.*

10 Sed resp. quod isti † fideicommissarii in proposito themate non fuerunt simpliciter ordinati, sed cum illo relatiuo, quorum, *Ias. in d. l. centurio, sub numero 42.*

11 Secundo, quià licet † relatiuum, quorum, non potest referri ad omnia praecedentia, tamen illa verba, *per meos fideicommissarios*, ad omnia referuntur, *arg. l. mulieri, & Titio, ff. de con. & demonst.*

12 Sed resp. quod nisi † verba, *per meos fideicommissarios*, ad verbum *fiat* cum relatiuo, esset sermo imperfectus, *Ias. in d. l. centurio, n. 42. circa fin.*

13 Tertio, quia † directa successio dicitur deferri ad Ecclesiã exequutricem, *Auth. capitul. in tex. de-*
14 *fertur, C. de Episc. & Cler.* at † verbum, *defertur* est commune, *Imol. in d. l. centurio, numero 26. in fin. Cacciacup. in d. l. precibus, col. pen. Franc. in cap. si pater, col. 32. ver. vndecimo, est verbum, de testam. lib. 6.* ergo trahitur ad directam institutionem, cum adiectum sit vniuersitati bonorum, & concurrat fauor piae causae, & pupilli.

15 Idem esset, si testator dixisset, bona † mea vendantur, & pretium distribuatur inter pauperes e-
16 ligendos per meos fideicommissarios; quia illa verba, *per meos fideicommissarios*, referuntur ad participium solum *eligendos*, & participium resoluitur in verbum, & relatiuum, vt sic, *eligendos* resolueretur, idest, qui eligentur, *Bart. in d. l. centurio, nume. 25. circa fin. vbi Ias. numero 43 per gloss. in vers. dignitatibus, Clem. 1. de praebend. vbi Card. col. 9. Imol. in l. 1. circa fin. ff. de cond. & demonstr. Alex. cons. 109. col. 9. vol. 1. & cum in illis, vbi Canonista, extra de praeb. idem tenuit Const. Roger. in tract. subst. in materia compend. q. 4. nume. 133. Gul. de Bened. in d. tit. de compend. subst. sub num. 58. Bald. in tractat. subst. in materia compend. sub n. 16.*

Limita praedicta non procedere, quotiescun-
17 que ex † aliis verbis, infra, vel supra in testamento positis, appareret testatorem sensisse de pupillari substitutione, *Bar. in d. l. centurio, n. 25. in fi. Bal. in tract. subst. in materia compend. n. 16. in fi.*

Primum erit exemplum, quãdo † testator dixis- 18
set, & quandocunque filius meus decesserit; volo quod bona mea, & filii mei distribuãtur inter pauperes Christi, *Soc. Iun. Alex. & Rip. in d. l. centurio, illo, nume. 253. vers. & ex omnibus, iste, sub num. 81. hic sub num. 106. Gul. de Bened. in cap. Raynutius, par. 2. ver. si absque liberis, el 2. tit. de subst. comp. num. 56. vers. & multo magis, extra de testam. Salic. in l. precibus, C. de impub. & aliis subst. Sforz. Odd. in tract. compen. par. 5. tit. de compend. facta à pagano, art. 2. numero. 14.* vbi ait, ita concludere Doctores * nemine discrepante.

Secundum erit exemplum, quando † testator 19
dixisset, si in pupillari aetate decesserit, vel postea quandocunque, volo, quod bona mea vendantur, & distribuantur pauperibus; quia tunc distinguendo aetates, videtur testatorem voluisse, quod intra pupillarem aetatem, sit pupillaris, aliàs dicta commemoratio pupillaris ętatis diceretur frustra facta; *Bal. in l. si quis ad declinandum, C. de Episc. & Cle. per gloss. magnam, in fin. l. precibus, C. de impub. & aliis subst. Soc. sen. cõs. 117. col. 3, vol. 4.* Licèt super hoc exemplo cogitandum reliquerit *Soc. Iun in d. l. centurio n. 253. ver. sed si contrarium.*

Tertium erit exemplum, quando † testator, ita 20
disposuisset, & quandocunque filius meus decesserit, bona mea omnia, vel sine diminutione, vel tota mea haereditas detur pauperibus; quia tunc si esset fideicõmissum, voluntas testatoris non seruaretur; quia saltem legitima per filium detraheretur, in qua filius grauari non potest, & sic non tota haereditas, nec bona omnia darentur contra verba testatoris, vnde, vt voluntas eius seruetur, valere debet, vt pupillaris per quã vniuersaliter omnia bona dabuntur, ita probauit speciatim *Alex. in d. l. centurio, col. 27. ver. & tanto magis.*

Contrariam † sententiam, vt videatur inducta 21
fideicommissaria substitutio, tenuit *Soc. Iun. in d. l. centurio, numero 253. in fin.* vbi respondet fun-
damento Alex. quod licèt † pupillus in legitima 22
grauari posset, *l. quoniam in prioribus, C. de inoff. te-*
stam. tamen † eius haeres grauari poterit, per *l. si* 23
Titio, in fi. ff. de leg. 1. iuncta doctrina Bart. in l. qui duos. ff. de vulg. & pub. subst.

Quartũ erit exemplum, quãdo † testator dixis- 24
set. Quandocunque filius meus decesserit sine liberis, bona mea dentur, & distribuantur pauperibus per fideicommissarios meo filio succedentes; quia tũc cum testator voluerit eos filio succedere, solum per pupillarem contingere poterit, satis clare constare videtur, quod voluerit facere pupillarem, *Soc. Iun. in d. l. centurio, nume 255. vers. 4. per doctrinã Bart. in l. quaerebatur, ff. de milit. testam.* vbi tamen disputationis gratia in contrarium adducit quatuor fundamenta, quae ibi videre poteris, ne (vt est in prouerbio) recoctam crambem ad mensam reponere videar.

ARGVMENTVM.

Vtrum compendiosa facta à pagano verbis communibus filio impuberi, infra tempora pubertatis contineat pupillarem, & postea fideicommissariam?

SVMMARIVM.

1 Compendiosa, facta à pagano verbis communibus filio impuberi, infra tempora pubertatis continet

pupillarem, & postea fideicommissariã, n. 1. exemplum, n. 2. fundamẽta, n. 3. 4. 7. 10. 11. 13. 18. 19. 21. & 34. destruuntur secundum aliquos, nu. 8. 12. 16. 17. 20. 22. 35. 36. & 37. fortificatur, n. 6. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. & 33. limita, quando ex coniecturis appareret noluisse testatorem pupillariter substituere, n. 38. vel etiã si ex temporũ inclusione talis voluntas denegatur, n. 39. exempla, num. 40. 41. 42. 43. & 44. vel ex verbis adiectis clausulae exequutiua, n. 45. exemplum, n. 46. vel ex verbis quibus bona relicta fuerint, n. 47. exempla, n. 48. & 55. vel ex qualitate substituti, nu. 61. exemplum, nu. 62. contra, vt omni tempore sit fideicommissaria, num. 123. media, num. 124. 125. 129. & 131. reiiciuntur, nu. 126. 127. 130. 132. & 133.

2 Quod regitur, & terminatur secundum cursum temporis, variatur variato tempore, numero 3.

3 Verbum respiciens vnam personam, dicitur variari, secundum quod variatur qualitas illius personae, numero 4.

4 Sermo qui dirigitur ad personam, debet intelligi secundum conditionem personae, numero 7. declara, numero 8.

5 Pater praesumitur potius cõsuluisse filio, quam eum grauasse, numero 9.

6 Pupillaris dicitur fauor pupilli, numero 10. & 72.

7 Fideicommissum dicitur onus, numero 11.

8 Verba dubia sunt illi extremo applicanda, quod est dignius, & potentius, numero 13.

9 Verba in dubio sunt accipienda in potentiori significatu, numero 14.

10 Pupillaris est dignior, & potentior fideicommissaria, numero 15.

11 Compendiosa sub temporum pluralitate plures substitutiones continet, numero 18. vsq; ab initio tãtum in potentia, num. 19.

12 L. precibus, C. de impub. & aliis subst. casus, numero 21. declaratur, numero 22. 74. & 75.

13 Miles in dubio censetur vti iure communi, numero 23. alii distinguunt, numero 24. & alii aliter, numero 25. 26. 27. 28. & 30.

14 Quod iure communi conceditur, frustra ex priuilegio quaeritur, numero 32.

15 Cap si pater, de testam. lib. 6. declaratur, numero 34. 35. 36. 37. 76. & 77.

16 Verbum, mihi, & verbum, mea, nõ excludit pupillarem, numero 50. & 51. limita, numero 52.

17 Compendiosa, his verbis facta, & quandocunque filius meus decesserit, volo, quod bona mea deueniant ad Titium, non comprehendit pupillarem, numero 48. contra, numero 49. limita numero 52. 53. & 54. declara, numero 59. & 60.

18 Actiones non sunt bona mobilia, vel immobilia, numero 56.

19 Compendiosa, facta à pagano verbis communibus iure certo, non comprehendit pupillarem, numero 57.

20 Sforz. Odd. sententia reiecta, numero 58.

21 Compendiosa facta a pagano verbis communibus, omni tempore erit fideicommissaria, numero 62. media, numero 63. & 65. resoluuntur secundum aliquos, numero 64. media, numero 63. & 65. resoluuntur secundum aliquos, numero 64. 66 67. 68. & 69. cõtra, vt infra tempora pubertatis contineatur pupillaris, num. 70. fundamenta, num. 71 74. & 76. diruuntur, num. 73. 75. & 77. alii aliter, num. 78.

22 Matri fauetur in re dubia, vt fisco succedat, numero 78.

23 L. qui duos, in prin. ff. de reb. dub. declaratur, numero 67.

24 §1. L qui duos, ff. de reb. dub. enucleatur, numero 68. & 69.

25 Filii fauor praefertur fauori matris, numero 71.

26 Dubia in re, est eligenda media via, numero 79.

27 Mater excluditur à compendiosa facta à pagano verbis communibus, si aliqua ex causa fuisset exclusione digna, num. 80. exempla, num. 81. amplia, num. 122.

Item, si adesset statutum exclusiuũ foeminarum, numero 82. declara, num. 83.

Item si fuisset facta expressa aetatum numeratio, num. 84. exemplum, n. 85. declara, nu. 86. & 87.

Item, si fuisset concepta substitutio cum verbo distributiuo quandocunque, vel quacunq; die, vel quacunque hora, vel quocunque anno, nu. 88. ratio, nu. 89. contra, & recepimus, num 90. nisi (secundum aliques) dictae dictiones fuerint geminata, numero 91. exemplum, numero 92. contra, numero 93.

Item, si fuisset dictum, Filio meo impuberi, quãdocunque decesserit, succedat Titius, nu 94. declara, n. 95. vel etiam si dictum verbum impuberi appositum fuerit verbo dispositiuo, num. 96. exemplum, n. 97 declara, n. 98.

Item, si dictum fuisset, & quandocunque filius meus decesserit, ei substituo Titium, vel ei succedat Titius, numero 99. declara, numero 100. 101. & 102.

Item, si testator adderet verbum, per quod ostẽderet voluisse totam, & integram haereditatẽ ad substitutum deuenire, numero 103. exempla, numero 104. 105. & 106.

Item, si dictum fuisset, & quandocunque filius meus decesserit, Titius haereditatem a seipso, vel propria authoritate capiat, numero 108.

Item, si dictum fuisset, & quandocunq; filius decesserit, Titius liberè accipiat haereditatẽ, n. 109. ratio, numero 110.

Item, si substitutum fuisset magis dilectus, quam mater, num. 111. exempla, n. 112. 113. 115. & 116.

Item, si ex praecedentibus, vel sequentibus appareret testatorem, pupillariter substituere voluisse, numero 118. exemplum, numero 119.

Item, si testator aliquid specificè reliquisset eius vxori, numero 120.

Item, si testator reliquerit vxorem suam vsufructuariam, donec vixisset in viduitate, eaque nubente ademerit, numero 121.

28 Compendiosa, facta à pagano verbis communibus, in casibus, quibus excludit matrem, excludit etiam personas, contra quas tacita pupillaris non admittitur, numero 112.

29 Dispositio vniuersalis in vniuerso, idem operatur quod particularis in singulari, numero 89.

30 Compendiosa, quae non valebit iure directo, valebit vti fideicommissaria, numero 98.

31 Alexan. Trentacinq. in tract. substit. refellitur, numero 114.

32 Ioan.

32 *Ioann. Vinc. Hondede. sententia reiecta, num. 117.*
33 *Verbum*, commune, *in præcedentibus acceptum pro directo, in sequentibus pro directo accipi deberet, numero 119.*
34 *Argumentum de personis, ad tempus, valet, numero 114.*
35 *Verbum, quod potest haberi ad plura tempora, iudicatur in dubio esse prolatum ab initio, ut ostendat futuros euentus, numero 126.*
36 *Lex semper est certa de euentu, num. 127.*
37 *Deo soli futurorum cognitio attribuitur, n. 128.*
38 *Voluntatis diuisio esse non debet, num. 129.*
39 *Res eadem, non debet diuerso iure censeri, nu. 131. declara, numero 132. & 133.*

QVÆSTIO XXI.

1 VTrum † compēdiosa facta à pagano per
verba communia filio impuberi, veluti,
2 si † testator dixisset, Quandocunque filius meus decesserit, substituo Titium,
infra tempora pubertatis contineat pupillarem, &
postea fideicommissariam? Resp. quod sic, *Bar. in l.
113 Secundū erit exemplum, si † fuisset substitutus frater testatoris, *Bart. in d precibus, numero 13. Rip. in l. centurio, numero 137. vbi Alex. numero 99. Cravett. cons. 141. numero 7. Sforz. Odd. d. art. 3. sub num. 26. Tob. Non cons. 30. numero 8 Menoch. de praesum. 56. numero 15. 16. & 17.* vbi hoc exemplum, & praecedens declarat procedere, quando ipse substitutus esset talis, qui ab intestato etiam matrem excluderet, per *Butrium, cons. 53. col. 2. vers. item hoc.* Qui-

114 quid dixerit † *Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. 4. c. 11. n. 10. vers. tertio, in fin. Dec. cons. 317. col. 2. & cons. 332. circa fin.*

Tertium erit exemplum, quando † fuisset substitutus patruus, vel filius patrui, *Sforz. Odd. d. art. 3. sub numero 26. Ant. de Butr. cons. 53. in fin. Menoch. d. praesum. 56. num. 18. Alex. Trentacinq. d. c. 11. num. 10. ver. 2.* 115

Quartum erit exemplum, si † substituta fuisset pia causa, *Rip. in d. l. Centurio, numero 137. a Vall. cons 69. numero 27 vol. 1. Ias. d. l. precibus, numero 8. Sfo Z Odd. d. art. 3. nume. 26. in fin. Alex. cons. 38. vol. 1. & cons 12. vol. 3. & cons. 92. eodem volu. Menoch. d. praesum. 56. numero 18. in fin. Peregr. in tract. de fideicomm. art. 34. numero 43. Ruin. cons. 121. col. 2. & cons. 125 col. fin. lib. 3. Alex. Trentacinq. in d. cap. 11. numero 10. in fin.* Quicquid † dixerit *Honded. cons. 73. numero 34.* 116 117

Limita vndecimo, vt non procedat, quando ex † praecedentibus, vel sequentibus colligi posset, quod testator omnino pupillariter substituere voluisset; puta, quia † verbum commune in praecedentibus accepit pro directo; quia, & in sequentibus pro directo acceptum dicetur, *Bart. in d. l. centurio, numero 27. per l. si seruus plurimum. § fin. ff. de lega. 1. l. quod filiabus, in prin. ff. eodem. Sforz. Odd. d. art 3. numero 27. Rip. in d. l. centurio, numero 24. vbi Galvanl. numero 391. & Alciat. num. 90. Bart. in d. l. precibus, num. 14. vbi Cagn. num. 232. Fulgos. cons. 33. circa fin. Corn. cons. 152. numero 21. lib. 2. & cons. 316. numero 6. lib. 3. & cons. 159. num. 9. lib. 4. Beroi cons. 125. num. 5. lib. 2. Ioann. Marc. Aquil. in d. l. centurio, par. 4. numero 171. Menoch. d. praesum 56 numero 10. Cras. d. q. 74. numero 10.* vbi ait, ita transire simpliciter Doctores, * *Consb. Roger. in tract. subst. in materia compend. quaest. 4. nume. 72. Peregr. de fideicomm. art. 34. numero 34. Bart. de Hucio in tract. subst. in materia compend. sub n. 17 Bald. in tract. eiusdem tit. in materia compend. n. 21.* 118 119

Limita duodecimo, vt non procedat, quando † testator aliquid specifice reliquisset eius vxori, matrique pupilli; quia tunc videtur fecisse in recompensationem portionis sibi debitę in bonis filii, &, per consequens, voluisse contineri pupillarem indicta compendiosa ad matris exclusionem. *Simon de Prat. cons. 61. numero 35. Menoch. cons. 362. num. 12. ver. 5. suffragatur. & d. praesum. 56. n. 25. Pancirol. cons. 55. n. 6. ver. attamen.* 120

Limita decimotertio, vt non procedat; quando testator † reliquit vxorem suam vsufructuariam, donec vixisset in viduitate eaque nubente ademerit; quia tunc ea nubente voluit esse exclusam per pupillarem comprehensam in hac compendiosa, *Menoch. cons. 362 num. 13. vers. 6. confert, vol. 4. & d. praesum. 56. num. 26 Alexand. cons. 12. num. vigesimo quarto, vol. 3.* 121

Et haec omnia, quae in † persona matris scripta sunt, locū habebunt ex eadem ratione in aliis personis, contra quas tacita pupillaris non admittitur, ita docuit *Bart. in d. l. Centurio, numero 29 circa medium, Sforz. Odd. d. art. 3. numero 4. ver. quarta coniectura, Bald. in tract. subst. in materia compend. sub n. 21 Bar. de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia compend. n. 19.* De quibus personis ad nauseam vsque, scripsimus in 1. *Cen.* 122

Licet circa principalem conclusionem, vt substitutio compendiosa facta à pagano verbis communibus, omni † tempore sit fideicōmissaria, tenuerit *Azzo. in rub. C de impub. & aliis subst. num. 18 vers. si autem* 123

autem testator, *gloss. in ver. fideicommissi*, *vers. si vero ita, l. precibus*, *C. eodem*, *gloss. in ver. dumtaxat*, *l. centurio, ff. eod. Baldus in l. iam hoc iure*, *§ hoc itaque*, *ff. eodem*, *& in l. ex tribus*, *numero 2. versi. ego semper*, *C. de inoff. testament. & in l sicut in annos*, *vers. sed alia*, *ff. quibus mod. vsufruct. amitt. & in l. Pomponius*, *numero 1. ff. de negot. gest. & in d. l. precibus*, *numero 38. Alber. in rub. ff. de vulg. & pup. subst. col. 57. sub numero 90. & in d. l. precibus*, *numero 119. in fin. Innoc. in cap. Raynutius*, *in prin. extra de testament. Archid. in cap. 1. de testam. lib. 6. col. 6. versic. vltimo quaeritur*, *Oldrad. cons 99. Bart. cons. 241. numero 1 Baldus consil. 392. numero 1. lib. 4. & cons. 175. numero 5. & 7. lib. 5. & cons 350. num. 1. lib. 4. Angel. cons. 151. numero 2. Paul. de Cast. cons. 142. num. 2. lib. 1. Signor. de Homed. cons. 107. num. 24. & 28. Beroius consil. 123. numero 5. lib. 2. & cons. 125. num. 9. eod. lib. Natt. in add. ad Alex. cons. 17. lib 3.*

124 Mori primò, quia † valet argumentum à personis, ad tempus, *l. vel singulis*, *cum l. seq. ff. de vulg. & pup. subst. Cephal. cons. 319. num. 19. vol. 3. l. sed si hoc*, *§ fin. cum l. seq. ff. de cond. & demonstr.* at dicta substi-
125 tutio † est vna pro omni tempore, ergò verbum, *substituo*, ad plura tempora relatum, debet illa determinare vniformiter, sicut dicimus in personis, *l quamuis*, *& l. haereditatem*, *C. de impub. & aliis subst. l. iam hoc iure*, *ff. eod.* vndè cum dicta substitutio non potest esse, nisi omni tẽpore fideicommissaria, talis erit habenda.

126 Resp. cõtrarii; primò, quia † verbum, quod potest se habere ad plura tempora, iudicatur in dubio esse prolatum ab initio, vt ostendat futuros euentus, *l 3. in prin. ff. de adim. lega. l. hac conditio*, *ff. de cond. & demonstr. l. sed Iulianus*, *§ proinde*, *ff. ad Macedon*, *l. qui rei*, *circa prin. ff. de solut.* Vnde aut filius decessit in pupillari aetate, & videtur hoc verbum prolatum, ac si dixisset testator, Si in pupillari aetate decesserit, aut decesserit post pubertatem, & videtur prolatum in fideicommissaria; & sic vi-
127 detur ista substitutio vniformis, cũ † lex, quae semper est certa de euentu, *l. cum quidam*, *§ sum*, *ff. de acquir. hered.* faciat ab initio istam substitutionem pupillarem, & ex post facto fideicommissariam, *Bart. in d. l. centurio. sub num. 30.* quem ibidem refellit *Ias. nu. 44. circa fi. & sub numero 49.* in eo, quod
128 dixerit legem esse certam de futuro, cum † soli Deo tribuatur.

129 Secundò, quia non † debet esse diuisio voluntatis, *l. eum qui*, *in fin. ff de his*, *quib. vt indign.* Sed si ab initio esset directa, & postea efficeretur fideicommissaria fieret voluntatis diuisio, ergò, &c.

130 Resp. contrarii, quia † assumptũ procedit, quãdo voluntas pro parte valeret, & pro parte non; sed in nostro themate, non fit diuisio voluntatis, sed solum variatur substitutio ex vario tempore, quod iure permittitur, *Soc. Iun. in d. l. centurio*, *num. 263. ver. non obstat*, *Lanc. Polit. in tract. subst. in materia comp. sub num. 29.*

131 Tertiò, quia vna, † & eadem res non debet diuerso iure censeri *l. eum*, *qui ades*, *ff. de vsucap. cap. in vna*, *extra de decim.* at dicta substitutio diceretur diuersi iuris, quia infra tempora pubertatis esset pupillaris, postea fideicommissaria, ergò, &c.

132 Resp. contrarii, primò, quod † regula procederet eodem tempore, sed diuerso tempore non est dubium, quin possit diuerso iure censeri, *Soc. Iun. in d. l. centurio, num. 263. versi. demum, Lancell. Polit. in d. tit. de comp subst. num. 29. in fine.*

Secundò, quia, & si † vna, & eadem res quo ad 133
corporalem considerationẽ non potest censeri diuersimodè; tamen quo ad intellectualem ex diuidentis intellectu, vbi cõcurrunt plures intelligẽdi formae, diuersimodè intelligi potest, cũ vnũ pluribus aequipolleat, *Bald. in l. 1. col. 1. vers. 3. opp. C. de seru. fugit. Menoch. de recup. poss. remed. 1. numero 37.* vt in casu nostro concurrunt plures intelligendi formae, nempe quod voluerit testator impuberi substituere pupillariter, & puberi per fideicommissum, *Ioan. Marc. Aqu. in d. l. centurio, par. 4. num. 156. in fin. Menoch. lib. 4. praesum. par. 2. praesum. 54. sub num. 17.* ergo, &c.

ARGVMENTVM.

Vtrum compẽdiosa, facta per verbum cõmune, contineat vulgarem?

SVMMARIVM.

1 *Compendiosa, facta per verbum commune, continens pupillarem, etiam continebit effectu vulgarem, numero 1. ratio, num. 2.*

2 *Compendiosa, facta per verba obliqua omni tempore continebit fideicommissariam, numero 3. ratio, numero 4. 5. & 6. limita, numero 7. declara, numero 8.*

3 *Verba obliqua repugnant directae substitutioni, numero 8.*

4 *Verba obliqua impropriantur ad saluandam testatoris voluntatem, numero 7.*

5 *Compendiosa, facta per verbum commune continet vulgarem, num. 10. rationes, num. 11. 12. & 13. contra, & male, numero 15.*

6 *Haeredem habere est honor, num. 13.*

7 *Charitas ordinata incipit à se ipso, num. 14.*

8 *Compendiosa, facta per verbum commune, adiectis verbis denotantibus tractum temporis, comprehenderet fideicommissariam, vltra vulgarem & pupillarem, numero 16 exemplum, numero 17.*

9 *Compendiosa, facta simpliciter nullo adiecto verbo, quod tractum temporis requireret, comprahendit vulgarem; & pupillarem, non etiam fideicommissariam, numero 18. exemplum, numero 19. ratio, numero 20. contra, & male, numero 21. ratio, numero 22. & 23 eliditur, numero 24.*

10 *Substitutio in dubio interpretatur directa, numero 20.*

11 *Testamentum latissime interpretatur, numero 23.*

12 *Testator creditur accepisse verbum in potentiori significatu, numero 24.*

QVAESTIO XXII.

VTrum substitutio compendiosa facta per verbum commune, contineat vulgarẽ? Resp. distinguendo plures casus,
primus itaque erit, quando † dicta com- 1
pendiosa contineret pupillarem; quia tunc etiam continebit effectu vulgarem, *Bart. in l. centurio, n. 32. ff. de vulg. & pub. subst.* quem Doctores communiter * sequi, refert *Surd. decis. 37. num. 9. fol. 86. per l. iam hoc iure, in prin. ff. eodem, Sforz. Odd. in tract. comp. par. 5. art. 1. numero 1.* vbi testatur esse communem sententiam, *Soc. Iun. in d. l. centurio, numero*

273.vbi Alex.numero 70.Iaſ.nu. 23. Lanfranc. de O-
rian n.29.Rip.num.101.& 146.& Galeaul.num 422.
Bart.in l.quamdiu,la 3.ff.acquir. hared.num.10.vbi
Bald circa fin.verſ. is autem, Angel.num.8. Paul.de
Caſt.num.7.Aret.num.7.Imol.num.3.Cyn.in l.preci-
bus,n.20.C.de impub.& aliis ſubſt. vbi Alber.nu. 121.
Alex.num.12.Iaſ.num.12.Curt.num.44.& 46.Dec.
num.19 circa fin.Bart.in l.1.num.8.ff.de vulg.& pup.
ſubſt.Aret.in l.generaliter, C.de inſtit. Alber.in rubr.
ff.de vul.& pupill.ſubſt.num.91.Imol.in cap.Raynu-
tius,n.176.extra de teſtam. Franc.in cap.ſi pater, col.
35.eod.tit.lib.6.Aret.inſtit.in tract.ſubſtit.in materia
compend.num.8.Zaſius tract.eiuſdem tit.cap.5. num.
24. Bart.de Hucto in tract.eiuſdem tit.c.5. num.22.
Angel.conſ.41 num.3.& conſ.204.in fin. Alex.conſi.
13.num.4.lib.4.& conſ.1.num.2.lib.1.Corn.conſ.298.
num.2.lib.3.& conſ.297.num.2.lib.2.Dec.conſ.227.
num.5.& conſ.416.num.6.Soc.Iun.conſ 121.num.10.
lib.1.& conſ.169.numero 2.lib.2.& conſ.181.num.27.
eod.lib.& conſi.106.num.1.lib.1.Cranett.conſ.283.nu.
1.Natt.conſi.247.num.2.lib.1.Boe.deciſ.38.numero
10.l.precibus,C.de impub.& aliis ſubſt.cap.ſi pater,de
teſtam.lib.6.l.generaliter, C.de inſt.& ſubſtit. Bolo-
gnett.in d.l.centurio,num.245.Vaſq.de ſucceſſ.creat.
lib.2 § 11.numero 27.Alex. Trentacinqu.in tractat.
ſubſt par.4.cap.2.num.2.verſ.ex prædictis, Craſſ.in
§ ſubſtitutio, quaſt.61. Hier. Gabr.conſi.104.num.2.
vol.1. Vegius conſi.66.numero 25. Sforz. Odd.conſi.
2 *10 num.1.& 30.* Quia generalitas † illorum verbo-
rum, *quandocunque deceſſerit*, nõ minus aptè com-
præhendit caſum vulgaris, id eſt, ſi quis decedat
non heres, quam caſum pupillaris, id eſt ſi decedat
factus hæres, ſed in pupillari ætate, *Sfor. Od.d.art.*
1.n.2.verſi.adducitur.

3 Secundus caſus erit, quando † compendioſa
fuerit facta per verba obliqua, & tunc non conti-
nèret neque vulgarem, neque pupillàrem, ſed erit
omni tempore fideicommiſſaria, *Bart.in d.l.centu-*
* *rio, ſub num 32.* cum quo tranſire cõmuniter * Do-
ctores, teſtatur ibi *Soc.Iun.num.274.per l.coharedi,*
§ cum filia, ff.de vul.& pup.ſubſt.Bolognett.in d.l.cen-
turio,num.246.verſ.ſecunda eſt concluſio. Tum, quia
4 † verba obliqua repugnant vulgari; & directę ſub-
ſtitutioni, *Soc.Iun.in d.l.centurio, ſub num.274.* Tũ,
5 quia in verbis † obliquis videtur pręſupponi, quod
hæres adierit; & ſic reſtituere poſſit, quod repu-
gnat vulgari, *l.poſt aditam, C.de impub.& aliis ſubſt.*
l.ille, à quo, § ſi de teſtamento, ff.ad Trebell. Tum et-
6 iam, quia † talia verba important, quod quis capi-
at de manu alterius, quod etiam repugnat vulgari,
cum per eam quis directo veniat, & propria autho-
ritate capiat, *Soc.Iun.in d.l.centurio, ſub num.274.*

Licèt contrarium tenuerit *Dec.in d. l. precibus,*
col.10.& Ruin.in d.l.centurio.

7 Limita, quando euidenter † conſtaret teſtato-
rem voluiſſe directo ſubſtituere; quia tunc verba
obliqua impropriarentur ad ſaluandam teſtatoris
voluntatem, iuxta doctrinam *Bar.in l.quarebatur,*
ff.de teſtam.milit.

8 Intellige, vt tunc † conſeruetur in vim fidei-
commiſſi, non vt vulgaris ſubſtitutio, *Soc.Iun.in d.*
l.centurio,num.274.in fin.Soc.ſen.in l.1.col.fin.ff.de
vulg.& pup.ſubſt.

9 Licèt alii † dixerint, etiam tunc contineri vul-
garem, quos aliquando ſequutus ſum in *allegat.*
37.vol.4.

Tertius caſus erit, quando † ſubſtitutio com- 10
pendioſa fuerit facta per verbum commune, quia
tunc contineret vulgarem, *Bart.in d.l.centurio, ſub*
numero 32. cum quo tranſire Doctores * teſtatur *
Soc.Iun.ibi,num.275.per l.patrisfamilias primis tabu-
lis.ff.de vul.& pup.ſubſt. Menoch.lib.4.præſum.par.
2.præſum.35.num.1.Ioann.Marc.Aquil.in d.l.centu-
rio,par.4.num.204.Franc.Marc.quaſt.78.numero 2.
par.1.Bald.in tractat.ſubſt.in materia compend.num.
25.& 26.Iaſ.in d.l.centurio,numero 51.in fin. Tum,
quia † ſi in pupillari continetur vulgaris, vbi verba 11
repugnare videntur, ergò fortius continebitur in
compendioſa, in qua verba non repugnant, *Soc.*
Iun.in d.l.centurio, ſub num.275. Tum † quia ſi † pu- 12
pillo teſtator proſpexerit per pupillarẽ; ergò forti- 13
us videtur ſibi proſpexiſſe per vulgarem, cum ha-
bere † hæredem, ſit honor, & ordinata charitas in- 14
cipiat à ſe ipſo, *Sforz. Odd.d.art. 1.circa fin.per l.*
praſes, C.de ſeruitut.& aqua.

Licèt † contrariũ tenuerit *Lancel.Polit.in tract.* 15
ſubſt. in materia compend.quaſtio.8. præcipuè pro-
pter repugnantiam verborum, quem in 1. *centuria*
reiicimus, & fundamenta eius eſſe, penitus falſa
oſtendimus, quibus benè, quoque ſatisfecit *Socin.*
Iun.in l.centurio,num.277.& ſeq.ff.de vulg.& pu-
pill.ſubſtit.

Quartus caſus erit, quando in † compendioſa 16
facta per verbum commune, apponantur verba a-
liqua tractum temporis denotãtia; puta, ſi dictum
† fuiſſet, quandocunque deceſſerit, vel ſine liberis 17
deceſſerit; quia tunc in ea compræhenderetur vl-
tra vulgarem, & pupillarem, etiam fideicommiſſa-
ria ſubſtitutio, *Bar.in d.l.centurio, ſub num.32.* cum
quo tranſire communiter * Doctores, teſtatur ibi *
Soc.Iun.num.281.per cap. Raynutius, extra de teſta.
& l.generaliter, in prin. C.de inſtit.& ſubſt.l.haredes
mei, § cum ita, ff.ad Trebell.cap.1.de teſtam.lib.6.l.
precibus, C.de impub.& aliis ſubſt. Iaſ.in d.l.cẽturio,
num 53.Bart.in l.quamdiu inſtitutus, in fin.ff.de ac-
quir.hared.

Quintus caſus erit, quando † teſtator nullo ad- 18
iecto verbo, quod requirat tractum temporis, ſim-
pliciter ſubſtituerit; puta, ſi † dixiſſet, Filio meo ta- 19
lem ſubſtituo; quia tunc vulgaris tantum compræ-
henderetur, vel pupillaris, ſi fuiſſet facta filio im-
puberi, non tamen fideicommiſſaria, *Bart.in d.*
l.centurio, num.33.per l. Gallus, § 1. (ſecundum v-
nam caſus poſitionem,) *ff.de lib.& poſth.l.iam hoc*
iure, § 1.ff.de vul.& pup.ſubſt. & cum eo omñes * *
ferè tranſire, teſtatur *Soc.Iun.in d.l.centurio, nume-*
ro 283.Alex.conſil.22.col.3.vol.3.Iaſ.in d.l.centurio,
ſub num.54.Imol.in cap.Raynutius, in materia pupil-
laris, extra de teſtam.Pau.de Caſt.in l.fi. C.de hared.
inſt.Alex.in d.§ 1.l.Gallus, col.4.

Quia in † dubio debet fieri interpretatio, vt 20
ſubſtitutio ſit directa, *gloſſ.in fi.l.verbis ciuilibus, ff.*
de vul.& pup.Ioan.Vinc.Honded.conſ.73.num.33.
Lancell.Polit.in tract.ſubſt.in materia compend.ſub
num.30.Menoch.conſ.496.num.10.vol.5.per l.vlt.
C.de hared.inſtit.& conſ.481.num.5.eod.vol.Socin.
ſen.conſi.103.num.9.lib.2.Dec.conſi.366.in fin.&
conſ.371.num.2.Menoch.conſ.303.num.41.vol.2.
Cranett.in rub.ff.de legat.1.num.130.Dec.in rub.C.
de impub.& aliis ſubſtit.num.2.Bald.in l.precibus,
num.2.C.eod.Menoch.conſ.85.num.81.vol.1.Hie-
ro.Gabr.conſ.113.num.65.vol.2.& conſi.120.num.4.
eod.vol.

eodem volum. Grat. respon. 19. num 47. & respon. 8. num. 2. volum. 2. Purpur. consil. 29. num. 1. & cons. 139. num. 8. & consil. 36 c. numer. 6. Tiraqu. in l. si vnquam, versic. reuertatur, num. 253. C. de reuocan. donat.

21 Licèt contrariam sententiam, vt etiam † fidei-
commissaria contineatur, si post aditam, & maior
decesserit filius, tenuerit *Bald. in l. humanitatis, col. 11. versic. secundo quæritur, C. de impub. & aliis subst.*

22 Quia verba illa, † *Titium substituo*, dicuntur ge-
neralia & implicatiua, & possunt multipliciter in-
telligi, etiam per fideicommissum; vnde debent in
23 omnem casum intelligi, cum in testamentis † sit
facienda plena interpretatio, *l. in testamentis, ff. de regu. iur. c. cum dilecti, extra de donat.*

24 Sed respon. non est verum, quod † dicta verba; *talem substituo*, possint intelligi, etiam per obliquũ, cum repugnet præsumpta voluntas testatoris, qui creditur accepisse verbum in sui potiori significatione, *argum. l. 1. §. 1. ff. si ager vectig. vel emph. per §. sed quoties, Instit. de iure natur. gent. vel ciuil.*

ARGVMENTVM.

Quas substitutiones compẽdiosa comprẽhendat sub generalitate verborum?

SVMMARIVM.

1 *Cõpendiosa quas substitutiones comprehendat sub generalitate verborum, num. 1. 2. 3. 6 7. 9. & 12.*
2 *Compendiosa sub generalitate verborum comprahendit pupillarem, nume. 12.*
Item exemplarem num. 3.
Item, directam militarem, num. 6.
Item, fideicommissariam, nume. 7.
Item, reciprocam, numer. 9.
Item, vulgarem, num. 12.
3 *Exemplaris est introducta ad instar pupillaris, numerò 4.*
4 *Exemplari in substitutione quod statuitur, censetur statutum in pupillari; nisi iure cautum reperiatur contrarium, num. 5.*
5 *Reciproca quare non contineat fideicommissariam & compendiosam, secus num. 8.*
6 *Reciproca potest fieri compendiosè, num. 10. exemplum, num. 11.*

QVÆSTIO XXIII.

1 QVAS † substitutiones compen-
diosa sub generalitate verborum
comprehendat? Respond. com-
2 prehendere † imprimis pupilla-
rem, vt scriptum reliquit *Bologn. in l. centurio, num. 245. ff. de vulg.*
* *& pupill. substit.* vbi testatur communem opinio-
nem, * *Sforz. Odd. in tract. compend. part. 5. artic. 2.*
* *num. 1.* vbi testatur communem * opinionem, *Socin. iunior consil. 121. num. 263. Cranet. consil. 98. num. 14. per l. centurio, in text. ibi*, intra decimum quartum annum propria bona capiet, *ff. de vulg. & pup. substit. iuncta l. sed si plures, §. ad substitutos, ff. eodem, cap. si pater, de testam. lib. 6. l. precibus, in text. ibi*, si
* vero substitutio in secundum casum expressa, vel compendiosa, *C. de impub. & aliis substit. Petrus de Vbald. consil. 29. num. 7. volum. 1. cons. diuers. vltimo. volum.*

3 Item, continet † exemplarem, *Sfor. Odd. in tractatu compend. part. 5. artic 3. numer. 1.* vbi testatur communem * opinionem, *Socin. iunior consil. 103.* *
num. 2. lib. 1. vbi ait, id neminem * negare; quem *
refert & sequitur *Alexand. Trentacinqu. in tractatu substit. part. 4. cap. 2. in princ.* Quia exemplaris † est 4
introducta ad instar pupillaris; & quod † disponi- 5
tur in vna, dispositum videtur in alia, nisi iure cautum reperiatur contrarium, *Ripa in l. ex facto, num. 56. ff. de vulgar. & pupillar. substit. Cephal. cons. 423. num. 102. volum. 3.* vbi ait id omnes * testari, vnde quod dictum fuit in pupillari, debet obseruari in exemplari.

Item, continet † directam militarem, *Sfor. Odd.* 6
in tract. compend. part. 5. art. 4. vbi ait id omnes * *
affirmare per *l. centurio, ff. de vulgar. & pupill. substit. Alexand. Trentacinq. in tract. subst. part. 4. c. 2. circa princ.* vbi ait ita omnes * fateri. *

Item, continet † fideicommissariam, *Sfor. Odd.* 7
in tract. compend. part. 5. art. 5. num. 1. vbi ait id * o *
mnes fateri, *per l. precibus, in fine, C. de impub. & aliis substitut. cap. si pater, de testam. lib. 6. l. heredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. l. generaliter, C. de instit. & substitut. Socin. iunior consil. 81. num. 27. lib. 1 & consil. 106. numero 1. eodem lib. Iason in d. l. centurio, nu-*
mero 52. vbi subiicit, rationem diuersitatis, quare 8
reciproca † non contineat fideicommissariam, & compendiosam; sic, quia ista multa complectitur tempora, & habet tractum temporis in futuro; illa vero fit simpliciter, *Mandell. consil. 29. num. 1. volum. 1. Alexand. Trentacinq in tract. subst. part. 4. c. 2. circa prin.* vbi ait, ita omnes Doctores *
* vno ore tenere.

Item, continet † reciprocam, cum reciproca † 9
compendiosè fieri posset; videlicet si testator † di- 10
xisset: Et quandocunque decesserit, eos inuicem 11
substituo, *Sforz. Odd. in tract. compendiosa, part. 5.*
art. 6. numer. 1. vbi ait id omnes * tenere, *Ripa in l.* *
Lucius, num. 46. ff. de vulgar. & pupill. substit, per l. heredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. Alexand. Trentacinq. in tract. subst. part. 4. cap. 2. circa princ.

Et tandem continet † vulgarem, vt dicai in pro- 12
xima quæstione, addo *Guliel. de Benedict. in c. Raynutius, part. 2. versic. si absque liberis, el. 2. tit. de compend. subst. num. 5. extra de testament.* vbi testatur communem * opinionem, *Crott. consil. 368. num. 22. volum. 3. Bolognet. in l. centurio, sub num. 186. ff. de vulg. & pupill. substitut.*

ARGVMENTVM.

Vtrum compendiosa, facta in re certa per verbum commune, contineat fideicommissum tantum in re illa?

SVMMARIVM.

1 *Compendiosa, facta in re certa per verbum commune, continet fideicommissum tãtum in re illa, num. 1. exemplum, num. 2. Amplia, num. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10. limita, num. 21. 22. 23. 24. 30. 31. 32. & 33.*
2 *Verbum commune adiectum certæ rei, vel quantitati nunquam trahitur ad institutionem directam, num 3.*
3 *Compendiosa, facta in re certa per verbum commune, sub commemoratione mortis, in pupillari ætate contingentis, non continet pupillarem, sed fideicommissariam tantum, num. 10. exemplum, num. 11. medium, num. 12. dissoluitur secundum*

aliquos, num. 13. contra, vt contineatur pupillaris, num. 15. fundamentum, num. 16. 17. & 18. destruitur, num 19. & 20.

4 *Præsumptio illa ex duabus præualet, quæ est potentior & benignior, numer. 14.*

5 *Pater substituendo, si verba, & persona patiantur. præsumitur semper velle facere pupillarem, numero 17.*

6 *Actus ille semper præsumitur gestus, cuius propria qualitas, & suo natura conueniens exprimitur, num. 18.*

7 *Compendiosa, facta in re certa per verbum commune, in qua quidem filius pro sua legitima institutus fuerit, continebit pupillarem, numer. 23 ratio, num. 24. declara secundum aliquos, num. 25. contra, & male, num. 27. limitatur numer. 28. & 29.*

8 *Fideicommissum in legitima relinqui non potest, nume. 24.*

9 *Grauamen in dubio censetur relictum ab hæredibus filii, num. 26.*

QVÆSTIO XXIV.

1 VTRVM † substitutio compendiosa, facta in re certa per verbum commune, puta, si testator dixisset, Si filius † meus decesserit sine liberis, el
2 substituo Titium in tali fundo, vel talis fundus perueniat ad Titiũ, contineat pupillarem substitutionem, vel particulare fideicommissum in re illa tantum? Resp. quod continet particulare fideicommissum in re illa tantum; ita vt si filius moriatur impubes, substitutus non capiet omnia bona impuberis, sed tantum rem illam, *Bar. in l. centurio, num. 33. ff. de vulg. & pupillar. subst.* cum quo
* transit communiter * Doctores, testatur ibi *Soci. iunior, num. 286. vbi etiam Aret. colum. 13. versic & licèt ista, Galianla num. 431. Ripa num. 152. & Alcia. num. 97. Bald. in tract. subst. in materia compend. nu. 27. Bart. de Hucio in tract. eiusdem tit. cap. 5. nu. 22. Gulıel. de Bened. in c. Raynutius, part. 2. vers. si ob q; liberis, el. 2. tit. de compend. substitut. num. 49. extra de testament. Ioan. Dilect. de arte testandi, tit. de subst. cautel. 16. Bald. cons. 170. lib. 1. Angel. consil. 13. num. 3. Paul. de Castr. cons. 342. num. 1. lib. 1 Aret. consil. 154. num. 13 & 14. Roma. cons. 58. in princ. & consil 334. num. 3. & cons. 200. num. 1. Alexand. cons 25. in fin. lib. 1. & cons. 252. in fin. lib. 6. Socin. senior cons. 117. num. 3. & 7. versic. & pro maiori, lib. 4. Capra cons. 6. num. 10. & 11. Corn. cons. 138 num. 6. & 7. lib. 3. & cons. 40. num. 4. lib. 3. & cons. 94. colum. 1. & 2. & consil. 297. num 1. lib. 1. Berous consil. 125. num. 10. lib. 2. Socin. iunior cons. 136. num. 1. lib. 1. Paris. consil. 59. numero 5. lib. 2. & consil. 44 num. 45. lib. 3. Crauett. consil. 210. num. 1. Boer. decis. 33. num. 7. Sforz. Odd. in tract. compend. part. 5. tit. de compend. facta à pagano, artic. 3.*
* *numer. 35.* vbi testatur communem * opinionem, *Crass. in §. substitutio, q. 76. n. 1.* vbi etiam dicit com-
* munem * opinionem, *Bolognett. in d. l. centurio, sub num. 251. Alexand. Trentacinq. in tract. subst. par. 4.*
* *cap. 2. num. 17.* vbi testatur hanc esse communem, * & receptam scribentium sententiam.

3 Quia † verbum commune, adiectum certæ rei, vel quantitati nunquam trahitur ad institutionem directam, *l. cogi, §. & generaliter, ff. ad Trebell. §. aliud quoq;, c. iuncto § caterum, Auth. cum de appell. cognoscatur, l. Lucius Titius, §. filium, ff. de legat. 2.*

Amplia primo, vt dicta † substitutio neque ex- 4
emplarem contineat, *Ripa in d. l. centurio, num. 153. Sforz. Odd. d. artic. 3. num. 36. Alexand. consil. 25. in fine, lib. 1. & cons. 252. in fine lib. 6. Bolognet. in d. l. centurio, num. 251. versic. tertio ampliatur, Alex. Trentacinq. in d. c. 2. nume. 18.*

Amplia secundo, vt † neq; vulgarem contineat, 5
Sforz. Odd. in d. artic. 3. num. 37. per l. Lucius, §. filiam. ff. de legat. 2. Galianla in d. l. centurio, n. 431. Franc. in c. si pater, col. 39. vers. quis intelligit, de testament. lib. 6. Alexand. Trentacinq. in d. c. 2. sub nume. 18.

Amplia tertio, vt procedat, etiam † si fuerit facta 6
per verba directa nõ ciuilia, puta, talis accipiat talẽ rem; quia neque traheretur ad institutionem directam, *Bart. in d. l. centurio, num. 35. in fine, vbi Socin. iunior num. 287. Galianla num. 443 & Ripa nu. 153. Alexand. cons 45. num. 9. lib. 1. Corn. cons. 191 num. 2 lib. 1. Socin. iunior cons. 136. num 2. lib. 1. Sforz. Odd. d. artic. 3. numer. 38. Crauet. cons. 210. num. 1. Bolognet. in dicta l. centurio, nume. 251. versic. vnde ampliatur, Alexand. Trentacinq. in d. c. 2. numer. 7.* vbi testatur communem * opinionem. *

Amplia quarto, vt procedat, etiam si † fuisset di- 7
ctum in bonis mobilibus & immobilibus, & sic in re certa, quo ad qualitatem bonorum, & rerum, quasi dumtaxat de rebus corporalib. fuisset dispositum, *Ripa in d. l. centurio, numero 153* quem refert *Sforz. Odd. d. artic. 3 num. 39. Bolognett. in d. l. centurio. numer. 251. versic. secundo ampliatur, Alexand. Trentacinq. in d. c. 2. n. 18. in fine, Galianla in d. l. centurio, numer. 282.*

Amplia quinto, vt procedat, etiam si † adesset 8
clausula, per quam vellet testator dispositionem suam valere omni meliori modo, *Sforz. Odd. d. art. 3. num. 40.* quia (inquit) illa non operatur vltra intentionem, vel præter voluntatem testatoris, *Deo. cons. 205. Crauet. consil. 210. num. 1. Alex. Trentacinq. in d. c. 2. sub nume. 18.*

Amplia sexto procedere, etiam si † substitutus 9
fuisset cohæres instituti; quia tunc neque per ius accrescendi posset vniuersam hæreditatem capere, *Roma. cons 58. n. 1. & cons. 200. n. 1. Sforz. Odd. d. art 3. num. 41. per l. verbis ciuilibus, ff. de vulg. & pupillar. substit. Alex. Trentacinq. in d. c. 2. sub numer. 18.*

Amplia septimo procedere, etiam si fuisset facta
† compendiosa substitutio, sub commemoratione 10
mortis, in pupillari ætate contingentis; veluti, si † 11
testator instituisset filiam in certa quantitate, & si decedat sine liberis in pupillari ætate, vel postea, quandocumque volo, quod dicta quantitas veniat ad talem; quia tunc neque contineret pupillarem, *Bartolus in dicta l. centurio, num. 35 vbi Socin iunior num. 288. Ripa num. 153 & Alciat. num. 97 Bartol. de Hucia in tractatu subst. in materia compendiosa, num. 23. Gul. de Bened in c. Raynutius, par. 2. versic. si absq; liberis, el. 2. tit. de compend. substitut. nume. 49 extra de testament. Bald. cons. 170 num 1 lib. 1. & cons. 296. n. 3. lib. 4. & cons. 110. n. 1. lib. 5. & cons. 121. nu. 3. eodem lib. Corn. cons. 40 nu. 4 lib. 3 & cons 94. num. 3. lib. 1. Berous consil. 125. num. 2. lib. 2 Socin. iunior cons. 136. num 1. & 2. lib. 1.* vbi testatur communem * opinio- *
nem, *Socinus senior consil. 117. colum. 3. vol. 4. Franc. in c. si pater, col. 54. versic. quinto quæritur, de testam. lib. 6.* hancque esse magis communem * opinionẽ *
fatetur *Sforz. Odd. dict. artic. 3. numer. 41. versicul. contrarium, folio 133. Crass. in § substitutio, quæst. 76.*

numero

num.26. vbi testatur hanc esse magis communem *
* opinionem.
12 Quia cum † testator disponendo, se restrinxit
ad certam rem, & ita substitutionem limitauerit,
non videtur eius mens, quod vltra habeat substitu-
tus, *l. in agris, ff. de acqu. rer. dō. l. cūprator, ff. de iudic.*
13 Resp. contrarii, quod licèt ex † certæ rei expres-
sione, arguatur, quod noluerit pupillariter substi-
tuere, tamen è contra, per illa verba, *si decesserit in*
pupillari ætate, arguitur, quod voluerit eam facere,
14 & ex † duobus præsumptionibus, illa debet atten-
di, quæ est potentior, & benignior, *l. Diuus, ff. de in*
integr. rest.
15 Contrariam sententiam, vt † contineatur pu-
pillaris, tenuit *Bar.* (sibi contrarius,) in *d. l. precibus,*
in gloss. fin. C. de impub. & aliis subst. & consil. 8. lib. 1.
Angel. cons. 147. numero 5. Soc. sen. cons. 117. in fin. lib.
4. Corn. cons. 138. nu. 8. lib. 3. Mathesil. Sing. 151. eam-
que, vti veriorem amplectitur *Sforz. Odd. in d. art.*
3. num. 41. vers. ego puto, Lancell. Polit. in tract. subst.
in materia compendiosa, col. 10. Paul. de Cast. Soc. & A-
ret. in l. 1. ff. de vul. & pup. subst.
16 Quia per illa † verba, *si in pupillari ætate*, argui-
tur, quod ita testator voluerit, *gloss. fin. l. precibus, C.*
de impub. & aliis subst. & semper in dubio debemus
17 interpretari, quod † pater substituendo pupillo,
faciat pupillarem, si verba & persona patiantur, *c. si*
18 *pater, de testam. lib. 6.* Illeque actus semper † præ-
sumitur gestus, cuius propria qualitas, & suæ na-
turæ conueniens exprimitur, *Bald. in l. cum dotem,*
per illum text. C. de iure dot.
19 Resp. contrarii, quod ex † dictis verbis, si in pu-
pillari ætate, non apparet, quod voluerit facere pu-
pillarem, sed potius quod fideicommisso voluerit
adiicere conditionem talem, sicut dicitur in *l. co-*
heredi, § cum filia, ff. de vul. & pup. subst. Quin imò
20 volūtas testatoris declarari debet, † ex his certis ver-
bis, &, per consequens, cum tantum de re cer-
ta disposuerit, videtur necessario referri quod no-
luerit vniuersaliter disponere verbis de se omnino
repugnantibus, & quamuis verbum cōmune, quo
fit substitutio, possit trahi ad vtrumque, & in dubio
deberet trahi ad directum, & ad benigniorem sen-
sum; tamen illud procedit, quando essemus vere in
dubio, & quando verba patiuntur; sed in dicto casu
non sumus in dubio, sed clare constat, quod testa-
tor tantum voluerit de re certa disponere; vnde o-
mnia alia debent voluntati adaptari, cum necessa-
rio contrarium non importent, *Soc. Iun. in d. l. cen-*
turio, num. 288. in fin.
Limita primo principalem conclusionem non
21 procedere (secundum aliquos) quando fuisset † fa-
cta substitutio in re, quę aliquo modo, & respectiue
vniuersalis dici posset, *puta*, in bonis paternis, *Rip. in*
d. l. centurio, num. 154.
22 Contrariam † sententiam, & receptiorem, * te-
* nuit *Alciat. in d. l. centurio, n. 97. Sforz. Odd. d. art. 3. n.*
42. Corne. cons. 138. n. 7. lib. 3. Soc. Iun. cons. 121. vol. 1. A-
lex. Trentacinq. in tract. subst. par. 4. cap. 2. n. 25. in fin.
23 Limita secundo vt nō procedat, quando † filius
in illa re certa fuisset pro sua legitima institutus, quæ
res non excederet summam legitimæ, quia tūc va-
lebit, vti pupillaris, *Bald. in l. ex tribus, nu. 2. vers. ego*
semper, C. de inoff. testam. Angel. in l. coharedi, § cū fi-
lia, ff. de vul. & pup. subst. Cuma. in d. l. cēturio, vbi Rip.
n. 154. vers. limita tertio, & n. 128. Sfor. Od. in d. art. 3.
sub nu. 43. per c. si pater, de testam. lib. 6.
Quia cum in † legitima fideicommissum relin- 24
qui non potest, *gloss. l. quoniā in prioribus, C. de inoff.*
testam. Ias. in Auth. nouissima, num. 43. C. eod. vbi te-
statur communem * opinionem, *Roder. Suarez. in* *
d. l. quoniam, num. 13. Fern. Vasq. de success. creat. § 10.
num. 418. Crass. in § legitima, quæst. 38. num. 3. vbi ait
esse indifferenter receptū, * deberemus dicere di- *
ctam substitutionem iure directo valere, *arg. l. quo-*
ties, ff. de reb. dub.
Resp. contrarii, quod † poterit valere iure lega- 25
ti particularis, ab intestato venientibus relicti, sicut
quando legata relinquūtur à substituto, quia venit
legitima, *Bart. in l. qui duos, in fi. ff. de vul. & pup. subst.*
Replicatur, quod in † dubio grauamē non cen- 26
setur relictum ab hæredibus filii, *Rip. in d. l. centurio,*
num. 128. Sforz. Odd. art. 3. sub num. 43. vbi testatur
communem * opinionem. *
Licèt alii † contrarium tenuerint, inter quos 27
est *Alex. & Alcia. in d. l. centurio, ille, num. 89. vers. &*
subdit, iste, numero 97. Bald. cons. 121. numero 3. lib. 5.
Roman. consi. 334. nume. 3. quem refert Sforz. Odd. in
d. art. 3. num. 43.
Quorum sententia absque controuersia defen-
di non poterit, quando filius non † haberet aliquid 28
in bonis tempore mortis testatoris; quia tunc sub-
stitutio facta in illa sola re, quam testator relique-
rat, traheretur ad omnia bona pupilli, & sic valeret
iure directo, *Sforz. Odd. d. art. 3. numero 43. in fin.*
vbi subiicit, venire in † tali substitutione, etiā bona 29
postea quæsita per pupillum, cum attendatur va-
liditas substitutionis ab initio, & non ex post facto,
Paul. de Cast. in l. 1. numero 4. ff. de vul. & pupill. subst.
Bald. in l. ex tribus, numero 2. vers. ego semper. C. de in-
off. testam.
Limita tertiò, vt † non procedat, quando in re 30
certa fuisset facta substitutio, cum clausula pleno
iure, videlicet, Accipiat Titius pleno iure talē do-
mum; quia tunc continebitur pupillaris, *Aret. in d.*
l. centurio, col. pen. per Bart. in cons. 15. numero 6.
Contrariam † sententiam tenuit *Sforz. Odd. in* 31
d. art. 3. sub nume. 44. per l. Titia, § 1. ff. de leg. 2. Rip.
in d. l. centurio, Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. 3.
cap. 2. num. 26.
Limita quarto vt non procedat, quando † di- 32
ctum fuisset vulgariter, pupillariter, & per fidei-
commissum, *Rip. in d. l. centurio, nu. 154. Corn. consi.*
35. num. 10. lib. 2. Sforz. Odd. d. art. 3. nume. 45. Alex.
Trentacinq. in d. cap. 2. num. 19.
Limita quinto, vt non procedat, quando † insti- 33
tuto filio in re certa, ei fuisset facta substitutio sim-
pliciter; videlicet, Filius meus in fundo Sempro-
niano hęres esto, & quandocunque decesserit sub-
stituo Titium; quia tunc perinde habetur, ac si sub-
stitutio facta fuisset in tota hæreditate, *Sforz. Odd.*
d. art. 3. num. 46. Franc. in cap. si pater, col. 48. vers. Et
idem, de testam. lib. 6. per illum text. qui loquitur in
his terminis, *Aret. cons. 154. num. 14. Soc. sen. consi.*
117. col. pen. vers. aliquando, lib. 4. Paul. de Cast. consil.
49. num. 1. libro 2. Corn. cons. 291. num. 2. vers. nec ob-
stat, libro 1.

ARGVMENTVM.

Vtrum cōpendiosa, facta à pagano per ver-
ba communia in tota hæreditate, diuisa
per quotas, contineat pupillarem?

SVMMARIVM.

1 *Compendiosa, facta à pagano per verba commu-
nia in tota hæreditate, diuisa per quotas, conti-
net pupillarem, numero 1. exemplum, numero 2.
ratio, numero 3. limita, nisi tota hæreditas non fu-
isset diuisa per quotas, numero 4. exemplum, nu-
mero 5 sublimita, numero 7.
Item, si omnia bona fuissent distributa per quo-
tas, numero 8. exemplum, numero 9. secus si non
fuissent distributa per quotas omnia bona, nu-
mero 10.*
2 *Verbum commune, trahitur ad institutionem di-
rectam, in testamento nullo alio hærede vniuersa-
liter instituto, num. 6.*

QVÆSTIO XXV.

1 VTrum † compendiosa facta à pagano
per verbum cōmune, in tota hæreditate
diuisa per quotas, contineat pupillarem;
2 veluti, si dictum fuisset, & † quandocun-
que filius decesserit, substituo Titium in vna vncia,
& in aliis vndecim vnciis substituo Caium? Resp.
vtique, *Bart. in l. centurio, numero 36. ff de vulg. &*
* *pupill. subst.* cum quo transire Doctores * testatur i-
bi *Soc. Iun. numero 289.* vbi etiam *Imol. numero 24.
Rip. numero 154. Claud. num. 32. Alciat. numero 98.
Aret. col. 12. & Galiaul. numero 444. Corn. in l. preci-
bus, numero 131. C. de impub. & aliis substit. Franc. in c.
si pater, col. 48. vers. sexto quæritur, de testam. lib. 6.
Bald. in tract. subst. in materia compend. numero 27.
Bart. de Hucio in tract. eiusdem tit. in materia cōpend.
numero 23. in fin. Gul. de Bened. in cap. Raynutius, par.
2. verb. si absque liberis, el. 2. tit. de compend. subst. nu-
mero 49. extra de testam. Sforz. Odd. in tract. com-
pend. par. 5. tit. de compend. facta à pagano, art. 3. nu-
mero 29. fol. 130. à tergo, Corn. consil. 128. numero 10.
lib. 3. Crass. in § substitutio, quæst. 61. numero 1.* vbi ait,
* ita omnes * communiter transire, *Bologn. in d. l.
centurio, numero 253. Alexan. Trentacinq. in tract.
subst. par. 4. cap. 2. num. 15.*

3 Quia † diuidendo totam hæreditatem per quo-
tas, in plures personas, perinde est, ac si vnum tan-
tum in totum substituisset, cum assignatio portio-
num habeat vim institutionis, etiam quod non ap-
ponatur, hęres esto, *l. 1. § Diuus autem Pius, ff. de hæ-
red. instit.*

4 Declara primo, vt procedat, quando † tota hæ-
reditas fuisset distributa per quotas; secus si non fu-
5 isset tota distributa per quotas; veluti, si † testator
dixisset, & quandocunque filius decesserit, substi-
tuo Titium in quatuor vnciis, & de residuo nihil
dixerit; quia tunc non continebitur pupillaris, sed
erit fideicommissaria, *Bart. in d. l. centurio, sub nume-
ro 36.* cum quo transire Doctores * testatur, ibi
* *Soc. Iun. 1. numero 290.* vbi etiam *Claud. Seisel. nume.
42. Rip. numero 156. Galiaul. num. 439. & Alcia. nu-
mero 98. Franc. in d. cap. si pater, col. 48. vers. sexto
quæritur, Bald. in tract. subst. in materia compend. nu-
mero 27. Bart. de Hucio in tracta. eiusdem tit. capite 5.
n. 23. Gul. de Bened. in d. tit. de compend. subst. nu. 49.
Paul. de Cast. cons. 342. num. 1. lib. 1. Corn. cons. 138. nu.
6. & 7. lib. 3. & cons. 291. n. 1. lib. 5. Paris. cons. 59 n. 1. lib.
* 1.* vbi ait, ita omnes * tenere, per *l. cum autem, ff. de
leg. 2. Crass. d. quæst. 61. n. 1. in fi.* vbi testatur commu-
* nem * opinionem, *Bolognett. in d. l. centurio, numero
253. vers. ampliatur, Alex. Trentacinq. in tract. subst.
par. 4. cap. 2. n. 16.* vbi testatur hanc esse cōmunem,
* & receptam scribentium sententiam.

Quia † verbum commune trahitur ad institu- 6
tionem directam, quando in testamento nullus a-
lius esset vniuersaliter hæres institutus, *l. his verbis,
in prin. ff. de hæred. instit.* Sed in nostro themate, est
alius hæres institutus vniuersaliter; scilicet primus
institutus, & hæres eius post mortem suam, ergo,
&c. Quicquid dixerit *Sforz. Odd. d. art. 3. nume. 30.
vers. vnde.* Nisi aliquo modo constaret, quod † te- 7
stator voluerit facere testamentum pro pupillo, &
sic ei pupillariter substituere; quia tunc, licet de
parte tantum disposuerit, tamen trahetur ad vni-
uersam hęreditatem pupilli, *Soc. Iun. in d. l. centurio,
n. 291. arg. l. 1. § si ex fundo, ff. de hæred. inst. l. cohæredi,
§ fin. ff. de vul. & pupill. subst.*

Declara secundo, vt † procedat, etiam quod fu- 8
issent distributa omnia bona per quotas; videlicet,
si † testator dixerit, volo, vt Titius habeat tertiam 9
partem bonorum, & Sempronius alias duas tertias
partes; quia etiam tunc pupillaris continebitur,
*Bart. in d. l. centurio, nume. 36. vbi Claud. numero 42.
Imol. nume. 24. Rip. num. 157. Alciat. numero 98. in fin.
Aret. col. 12. & Galiaul. num. 444. Bald. in tract. subst.
in materia compend. num. 27. Gul. Bened. in cap. Ray-
nutius, par. 2. ver. si absque liberis, el. 2. tit. de subst.
compend. num. 49. extra de testam. Sforz. Odd. d. art.
3. num. 33.* vbi testatur hanc esse communem* con- *
clusionem, *Crass. in § substitutio, quæst. 61. num. 2.* v-
bi etiam dicit communem* opinionem, *Bolognett.* *
in d. l. centurio, n. 253. vers. ampliatur.

Licèt contrarium tenuerit *Soc. Iun. in d. l. centu-
rio, num. 289. vers. sed mihi, Franc. in d. cap. si pater,
col. 48. vers. sexto quæritur, per l. non amplius, § fin. ff. de
lega. 1. l. cum autem, ff. de lega. 2.*

Verum tamen, si † omnia bona distributa non 10
fuissent per quotas, pupillaris nō contineretur, *Sfo.
Odd. d. art. 3. num. 34. Imol. in d. l. centurio, num. 24.
vbi Rip. num. 155. Claud. num. 24. Galiaul. num. 439.
& Alciat. numero 8. Franc. in cap. si pater, col. 48. vers.
sexto quæritur, de testam. lib. 6. Bald. in tract. subst. in
materia compend. n. 27. Gul. de Bened. in tit. de cōpend.
subst. n. 49. Paul. de Cast. cons. 342. num. 1. lib. 1.*

ARGVMENTVM.

Vtrùm filii positi in cōditione censeantur ex testamento vocati?

SVMMARIVM.

1 *Positi in conditione censentur expressim à testatore
vocati, vt ex testamento succedant, numero 1. &
2. media, numero 3. 12. 14. & 17. dissoluuntur,
numero 11. 13. 17. & 18. contra, numero 19. fun-
damenta, numero 20. 23. 34. & 37. diruuntur,
numero 21. 22. 24. 25. 26. 28. 30. 32 33. 35. 36. &
38. Aliorum distinctio, vt prima opinio procede-
ret, quando fuissent instituti descendentes; secun-
da vero, quando extranei, nume. 39. contra, nu-
mero 40. & 41. Author amplectitur posteriorem
sententiam, nume. 42. nisi ex coniecturis, & præ-
sumptionibus contrarium appareat, numero 43.
siue colligantur ex dispositis in testamento, num.
44. siue aliunde, quam ex testamento, nume. 45.
etiam quod fuissent leues, numero 46. exempla,
numero 47. 61. 107. 108. 112. 113. 120. 121.
122. 123. 124. 125. 126. [illegible]0. 134. 135. 136.
137. 138. 139. 144. 145. 146. 147. 148.
149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 158. 159. 160.
& 161.*

& 161. limita prædicta exempla, seu coniecturis, numero 162. 167. 168. 169. & 170. & tunc, vtrum censeantur vocati per compendiosam, vel per vulgarem, vel per fideicommissariam solā, num. 171. 172. 173. 174. 175. 176. & 177. Quæ ve vtilitas oriatur esse positos in conditione, numero 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. & 187.

2 L. Lucius, la 2. in fin. ff. de hæred. instit. *declaratur, nu. 3. 10. & 11.*

3 *Verba non solum, eundem dispositionem in singulis partibus orationis implicant, n. 4.*

4 *Determinatio vna, respiciēs plura determinabilia, æqualiter determinat, n. 5.*

5 *Venientes ab intestato censentur tacite vocati à defuncto, nu. 6 impropriè tamen, & fictè; sed verè, & propriè à lege, num. 7.*

6 *Testatoris dispositio debet intelligi in casu vero, non autem ficto, nu. 8.*

7 *Testator nō præsumitur decessisse pro parte testatus, & pro parte intestatus, nu. 9.*

8 § fin. l. si mater, ff de vul. & pup. subst. *declaratur, num. 12. & 13.*

9 *Ablatiui absoluti inducunt conditionem, num. 14.*

10 *Ablatiui absoluti important fideicommissum, nu. 15. declara, num. 16.*

11 *Filius institutus, & rogatus restituere hæreditatem ex coniectura pietatis, intelligitur si decesserit sine liberis, num. 17.*

12 *Positus in conditione, dicitur solum ad exclusionem substituti, num. 18.*

13 *Conditio nil ponit in esse, num. 20.*

14 *Verba conditionalia, aliquando disponunt, nu. 21.*

15 *Verba enuntiatiua, aliquando disponunt, num. 22.*

16 L. 1. C. de pactis, *enucleatur, numero 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. & 33.*

17 *Filius hæres patris, non potest eius facto contrauenire, numero 25.*

18 *Filius, ergo hæres, num. 26. contra, vt debeat probari, numero 27.*

19 § fin. l. si quis eum, ff. ad Trebell. *declaratur, numero 34. 35. & 36.*

20 *Substitutio directa (secundum aliquos) non inducitur ex tacita voluntate, num. 35. secus in obliqua, numero 36.*

21 § ex facto, l. ex facto, ff. ad Trebell. *enucleatur, num. 37. & 38.*

22 *Positi in conditione sub qualitate masculinitatis, censentur ex testamento vocati, num. 47. ratio, num. 48. contra, num. 49. nisi secundum eos alia coniectura concurrerent, num. 50. de quibus, num. 51. 52. 54. 55. & 56 amplia, num. 57. 58. & 59. limita remissiue, num. 60.*

23 *Positi in conditione, & grauati onere fideicommissi, censentur vocati ex testamento, num. 61. media, num. 62. 69. 71. & 73. eliduntur, num. 64. 68. 70. 71. 72. 74. & 75. contra, num. 76. fundamenta, num. 77. 78. 82. 84. & 86. diruuntur, numero 79. 80. 81. 83. 85. 87. & 88. absque scrupulo si aliqua accederet coniectura, num. 96. 97. & 98. limita 99 100. 101. 102. 103. 104. 105. & 106.*

24 *Consequens qui vult, videtur velle & eius antecedens, numero 62. & 78. etiam in odiosis, nu. 63. declara, numero 64. 68. & 88.*

25 § interdum, l. denique, ff. de pecul. lega. *declaratur, num. 65.*

26 L. alio, ff. de alim. & ciba. legat. *exponitur, numero 66.*

27 L. si ita stipulatio, in prin. ff. de oper. liber. *declaratur, num. 67.*

28 § Seio liberis, l. Titia, ff. de lega 2. *casus, nu. 69. declaratur, num. 70.*

29 *Opinio illa in dubio est tenenda, quæ testamento fauet, num. 73.*

30 *Opinio nulla inueniri potest tam vera, tam æqua, & sancta, quæ subtilibus rationibus, & cauillationibus conuinci nequeat, n. 75.*

31 *Grauare non possum, quem non honoro, num. 77. declara, num. 79. 80. & 81.*

32 § si plures, l. cum quasi, ff. de fideicomm. libert. *casus, numero 82. declaratur, numero 83.*

33 *Inducta ad diminutionem, non debent operari contrarium effectum, numero 84. declara, numero 85.*

34 L. hæreditas ad Statium, ff. de hæred. inst. *enucleatur, num. 86.*

35 *Testator, si iusserit hæreditatem suam restitui Titio, si filius ipsius testatoris sine liberis, & etiam si filius ipsius instituti sine liberis decesserint, censeri debet inductum fideicommissum à filiis filiorum, num. 86. cōtra, n. 90. Alii distinguunt, n. 91. & 92. Alii aliter, num. 94. & 95.*

36 *Positi in conditione, censentur vocati ex testamento, si eorum patri ab intestato succedere non potuisset, num. 108. exempla, numero 109. & 110. extenditur, numero 111.*

37 *Positi in conditione censentur vocati, si testator fuerit digressus ad plures gradus substitutionū, sub illa conditione, si sine filiis, numero 113. contra, numero 114. & absque difficultate, si concurreret alia coniectura, etiam leuis, numero 115. exemplo, numero 116. & 117. limita, numero 118. & 119.*

38 *Positi in conditione censentur vocati in legatis, & fideicommissis particularibus, numero 126. ratio, num. 127. contra, num. 128.*

39 *Fideicommissa, & legata particularia possunt nutu relinqui, numero 127. ac etiam vniuersalia, numero 128.*

40 *Conditio, quæ ex ablatiuo absoluto inducitur, habet maiorem vim, quam aliæ conditiones, numero 131.*

41 *Ablatiuus absolutus, quando importet dispositionem, numero 132.*

42 *Positi in conditione censentur vocati, quando testator voluisset bona sua conseruari in agnatione, & familia, numero 139. exempla, numero 140. 141. & 143.*

43 *Positi in conditione censentur vocati, quando testator adiecerit clausulam,* omni meliori modo in testamento, *numero 155. contra, numero 156. ratio, numero 157.*

44 *Limitata causa, limitatum producit effectum, numero 162.*

45 *Filios esse positos in conditione vtilitas quæ, numero 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. & 187.*

QVÆSTIO XXVI.

QVia aliquando dubitatur, vtrum filii positi in † conditione censeantur vocati, & fideicommisso grauati, vt contingit in quæst. quam posuit *Bart. in l. cen-* 1

turio, numero 37. ff. de vul. & pupill. subst. nempe, si testator dixisset, Si filius meus decesserit sine liberis, vel eius filii sine liberis, bona mea deueniant ad talem ante omnia mare Anglicum transfretase proposui, vt facilius alterius decisio habeatur, *Bologn. in d. l. centurio, numero 255. Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. 4. cap. 11. numero vigesimo.*

nere fideicommissi vniuersalis, *Ias. in d. l. centurio,
num. 58. circa med.* vbi assignat rationem vniuersita-
tis, quia in fideicommisso vniuersali antecedens
non esset longe maior; secus in legato particulari,
88 & regula, qui vult consequens, videtur † velle an-
tecedens, procedit, nisi illud antecedens esset lon-
ge maior, *Roma. in l. illud, ff. de acquir. hered. l. pen.
§ illo, C. de necess. her. inst. iuncto prin. illius legis.*
Infertur ex dicta coniectura decisio dubii, in
89 principio propositi, quod si testator † iusserit hæ-
reditatem suam restitui Titio, Si filius ipsius testa-
toris sine liberis decesserit, & etiam si filii ipsius fi-
lii instituti sine liberis decesserint, tale fideicom-
missum dicetur, etiam relictum à filiis filiorum,
*Bart. in d. l. centurio, sub num. 37. Bald. in tract. subst.
in materia comp. sub n. 28.*
Licèt contrarium inferatur ex contraria sentē-
90 tia, scilicet, vt † videatur dumtaxat relictum fidei-
commissum à primo instituto sub duplici conditi-
one, *Imol. in d. l. centurio, vbi Aret. col. 21. Bal. & Sa-
lic. in d. l. precibus, circa fin. Soc. cons. 140. colu. 2. Alex.
cons. 11. col. 4. lib. 3.*
91 Alii verò distinguunt, aut † filius primò institu-
tus decesserit sine liberis, & fideicommissum di-
92 cetur relictum ab ipso filio instituto. Aut † primò
institutus decesserit cum liberis, qui postea sine
liberis decesserunt, & tunc si fuerit prohibita de-
tractio Trebellianicæ, onus dicetur iniunctum, et-
iam ipsis nepotibus, alias secus, *Soc. in d. l. centurio,
sub numero 35.*
93 Et alii aliter, scilicet, aut grauamen expressè
fuerit iniunctum ipsi filio instituto, sub duplici ta-
men conditione; puta, Instituo filium meum, & si
filius meus sine filiis decesserit, vel eius filii sine li-
beris decesserint, volo, vt prædictus filius institu-
tus restituat hæreditatem meam Titio; & tūc cum
primò institutus fuerit expressè grauatus, & non
liberi eius, nō erit quærēdum, vtrum fuerint gra-
uati, vel vocati, *Bellon. cons. 80. num. 6. Socin. cons. 218.
col. 3. lib. 2. Curt. Iun. cons. 239. num. 20. Clar. in § te-
stamentum, q. 78. ver.* quia tamen, vbi ait in hoc ne-
minem * discrepare. Aut † expressè grauamen *
fuerit iniunctum ipsis filiis in conditione positis; 94
puta, quia testator dixisset, Instituo filium meum,
&, si filius meus sine filiis decesserit, volo vt resti-
tuat hæreditatem meam Titio, & filii mei nati, vel
nascituri ex ipso filio meo instituto pariter sine fi-
liis decesserint, volo vt restituat hæreditatē meam
eidem Titio; & tunc aut filii sunt ex descendenti-
bus ipsius testatoris, & censentur vocati, & graua-
ti. Aut non sunt ex descendentibus, & tunc non
sunt vocati, nec grauati, *Clar. in § testamentū, quæst.
78. circa fin. ver. secundus.* Aut † grauamen non est 95
expressè iniunctum ipsi filio instituto, neque et-
iam eius filiis in conditione positis; sed simpliciter
testator dixisset, Si filius meus sine filiis decesserit,
vel etiam eius filii sine liberis decesserint, volo vt
hæreditas mea perueniat ad Titium, & tunc et-
iam neque vocari, neque grauati censentur, sed in-
iunctum grauamen filio instituto sub duplici con-
ditione, *Clar. in d. quæst. 78. ver. tertius,* nisi (inquit)
tales filii essent de descendentibus testatoris, & vl-
tra grauamen adesset aliqua alia coniectura, etiam
leuis; quia tunc intrepide in contrariam inclinaret
sententiam in iudicando, & consulendo.
Dictaque coniectura multò magis procederet,
quando eidem aliqua alia † accederet coniectura, 96
*Menoch. d. præsum. 76. num. 40. Curt. sen. cons. 51. col.
8. ver. & inclinare, Ruin. cons. 108. nu. 16. & consil. 111.
num. 14. lib. 2. Ioseph. Rusticus in tract. an, & quando
liberi positi in cond. voce. lib. 4. cap. 3. num. 1.* Veluti † 97
fauor piæ causæ; quia tunc grauati positi in condi-
tione censentur vocati, *Menoch. d. præsum. 76. sub
num. 40. Ruin. cons. 113. numero 22. & cons. 139. lib. 3.
Zanc. in § cum ita, par. 7. num. 40. l. hæredes mei, ff. ad
Trebell. Ioseph. Rusticus d. cap. 3. nu. 5. Ant. Gabr. lib.
4. concl. tit. de fideicom. concl. 4. num. 23.* Vel † vltra 98
onus restitutionis iniunctum, & quod positi fue-
rint in conditione, adesset etiam prohibitio alie-
nationis fauore filiorum facta patri ipsorum posi-
torum in conditione; quia tunc filii positi in con-
ditione sine dubio vocati censentur, *Ioseph. Rustic.
in tract. an, & quando filii positi in cond. voce. lib. 3. c.
3. num. 1.* vbi subiicit alias coniecturas hanc secun-
dam principalem confirmantes, *Ruin. cons. 122. nu-
mero 4. lib. 2. Menoch. d. præsum. 76. num. 41. Socin.
sen. cons. 250. nu. 5. lib. 2. Curt. sen. cons. 45. vol. 4. versi.
fortius, Paris. cons. 37. n. 21. & 22. lib. 2. Soc. Iun. cons.
116. nu. 4. lib. 3. Berous cons. 82. nu. 7. lib. 2. Alba. cons.
87. num. 13. Zanc. in d. § cum ita, par. 7. num. 43. Me-
noch. cons. 613. n. 10. vol. 7.*
Limita primò dictam coniecturam non pro-
cedere, quando † positi in conditione fuissent gra- 99
uati sub nomine appellatiuo hæredum; quia tales
grauati, nō dicuntur à testatore vocati, *Menoch. d.
præsum. 76. nu. 42. Ruin. cons. 113. numero 4. & con-
sil. 124. num. 3. lib. 2. Soc. sen. cons. 116. numero 4. lib. 3.*

Zanch. in d. § cum ita, par. 7. nu. 25. & 37. Ioseph. Rusticus in d tract. an, & quando filii positi in condit. lib. 4. cap. 4. num. 1.

100 Limita secundò, vt locum non habeat dicta coniectura, quando † positi in conditione essent aliqun in casu expresse vocati; quia tunc licèt positi sint in conditione, & simpliciter grauati; tamen non præsumuntur simpliciter vocati, sed solum in illo casu expresso; ex quo sequitur, quod onus restitutionis eis impositum, restringitur, vt ita demum eo grauati censeantur, si eueniet casus ille in quo fuerunt expressè vocati; in tantum, quod si aliunde hæreditas ad eos, sic in conditione positos perueniret, & conditio euenit; tamen nisi verificetur casus ille, in quo fuerunt ii expressè vocati, onus illud non habebit locum, *Menoch. d. præsumpt. 76. num. 43.* vbi testatur hanc esse receptam * opinionem, *Anchar. cons. 36. Aret. consi. 155. nu. 4. Comens. cons. 118. in fin. Capra cons. 2. in 2. dub. Alex. cons. 185. num. 22. lib. 2. & consi. 24. num. 5. in fin. lib. 3. & consi. 55. nu. 14. lib. 4. Rimin. sen. cons. 182. num 15. lib. 1. Corn. consi. 186. num. 10. lib. 3. Soc. sen. cons. 94. num. 6. lib. 4. & consi 62. num. 7 & cons. 136. col. 1. ver. addo etiam, libr. 3. Ruin. cons. 83. & consi. 96. num. 8. & consi. 100 nu. 7 & cons. 104. num 8. & cons. 111. num. 4. consi. 113. num. 6. & cons. 114. num. 8. & cons. 121. num. 9. & cons. 175. num. 3. & cons. 180. nu. 12. lib. 2. & cons. 128. & consi. 134. num. 14. & 15. & cons. 143. num. 5. & consi. 228. nu 6. lib. 3. Dec. cons. 291. col. pen. ver. non obstat, & cons 384. col. 3. ver. secundo, & consi. 465. colu. penult. ver. quinto non obstat, Paris. consi. 44. col. 1. & cons. 86. num. 40. lib. 2. Cels. Hugo consi. 20. numero 38. Zanch. in d. § cum ita, part. 7. num. 26. Ioseph. Rusticus in tract. an, & quando filii positi in cond. lib 4. c. 4. nu. 2.* Quicquid dixerit *Paul. de Cast. consi. 5. colu. 2. lib. 1. Paris. cons. 41. n. 62. lib. 2.*

101 Extende dictam limitationem procedere, etiam si † positi in conditione essent expressè vocati in casu alienationis; quia tunc, etsi positi in conditione, & grauati sint, attamen non præsumuntur vocati, nisi eueniente casu illo alienationis, in quo fuerunt expressè vocati, *Menoch. d. præsum. 76 nu. 44. Zanch. in d. § cum ita, par. 7. num. 28. Ioseph. Rust. in d. tract. an, & quando filii positi in cond. libr. 4. cap. 4. numero 3.*

102 Idem, si † in alio capitulo non essent quidem expressè vocati, sed solum tacite, & vulgariter tantum, sicuti quando nepotes continentur appellatione filiorum; quia tunc prędicti nepotes non censentur alio casu vocati, nec onus restitutionis dicitur sub duplici conditione impositum primis institutis, sed tantummodo nepotes illi, etsi in alio capitulo positi in conditione, etiam grauati, dicentur grauati solum eueniente casu, quo filii ante aditam hæreditatem decedent; atque ita casu quo ipsi nepotes ex dicta tacita vocatione succedunt, aliàs non; & ob id sequitur, quod licèt hæreditas alio casu ad ipsos nepotes deferatur, & verificetur, etiam conditio substitutionis ipsis nepotibus facta, tamen substitutio non habebit locum, nisi filii decedant ante aditam hæreditatem, *Menoch. d. præsum. 76 num. 44. circa med. Ruin. consi. 104. in 2. dub. volu. 2. Zanch. in d. § cum ita, par. 7. num. 29. Ioseph. Rustic. d. lib. 4. cap. 4. num. 5.* Quicquid dixerit *Corn. cons. 226. in 1. dub. lib. 4. Ruin. cons. 185. column. 4. lib. 2.*

103 Sublimita non procedere, quando † testator substituisset omni in casu ipsis in conditione positis; quia tunc dicta substitutio non restringeretur ad eum solum casum, in quo ipsi essent vocati, *Menoch. d. præsum. 76. num. 44. in fin. Zanch. in d. § cum ita, par. 7. num. 35. Ruin. cons. 69. col. 3. lib. 2. & in l. filiusfamilias, § Diui, col. antepenult. ff. de leg. 1.*

104 Limita tertiò, vt dicta coniectura locum non habeat, quādo † substitutio fuisset facta post mortem plurium positorum in conditione, *Menoch. d. præsum. 76. num. 45. Ruin. cons. 115. num. 9. lib. 3. & consi. 142. nu. 11. lib 3. Ceph in l. centurio, num. 959 ff. de vul. & pupill. subst. Ant. Gabr. lib. 4. concl. tit. de fideic. concl. 4. num. 20.*

105 Limita quartò, vt locum † non habeat, quando filii sunt positi in conditione, sed hæredes hæredis grauati; quia tunc filii non censentur vocati, *Ruin. consil. 113. num. 5. lib. 2. Menoch. d. præsum. 76. numero 46. Ant. Gabr. d. concl. 4. nu. 22.*

106 Limita quintò, vt dicta coniectura procedat, quando † filii positi in conditione sunt nominatim grauati; secus, si testator disposuerit, quod post ipsorum filiorum mortem bona peruenirent ad Sempronium substitutum; quia tunc illi in conditione positi non censentur vocati, *Alexan. cons. 105. num 6. vol. 1. & cons. 202. col. 1. lib. 6. Rimin. sen. consi. 26. nu. 6. lib. 1. Soc. sen. cons. 33. num. 2. lib. 4 Dec. consi. 182. col. 2. & cons. 422 col. 1. Soc. Iun. consi. 176. nu. 20. lib. 2. Cephal. in l. centurio, nu. 957. ff. de vulg & pup. subst. & cons. 17. nu. 19. lib. 1. Ioseph. Rustic. in tract. an, & quando filii positi in condit. lib 4. cap. 4. num. 9* vbi plures alias subiecit limitationes.

107 ¶ Tertia est coniectura, quando † testator posuerit filios in conditione his verbis; si & hæres meus decesserit sine filiis legitimis, & ex legitimo matrimonio natis; quia tunc dicti filii in conditione positi dicuntur vocati ex testamento, *Menoch. d. præsumpt. 76 numero 48. Socin. Iun. consilio 110. numero vigesimoquinto & consilio 145. numero 39. libro tertio, Crauett. consil. 885. colum. 2. & consi. 917. colu. 1. Decian. consilio 33. numero 90. & consil. 41. numero 30. libro primo, & consil. 34. numero 118. in fin. libro tertio, Menoch. consil. 325. numero 10. libro quarto, Ioseph. Rusticus in tractatu an, & quando filii positi in cond. voc. lib. 3. c. 3. n. 1. in fi.*

Licèt contrarium tenuerit *Zanch. in dict. § cum ita, particula septima, numero 37. in Vall. consilio 34. numero 64. libro quarto, Iacobus Berrett. consilio 74 numero duodecimo, Curt. Iun. consil. 111. Ruin. consilio 134. libro secundo, Dec consil. 513. Cephal. cons. 14. Nat. cons. 551 n. 13.*

108 ¶ Quarta est coniectura, quando † positi in conditione non possent succedere eorum patri ab intestato; quia tunc censentur vocati ex testamento, *Menoch. consilio 393. numero 70. volum. 4.* vbi testatur hanc esse receptissimam * sententiam, * quo loci etiam confutauit argumenta *Zanch. dissentientis, Bolognett. in dict. l. centurio, numero 263. Alexand. Trentacinq. in tractat. subst. partic. 4. cap. vndecimo, numero 27. ver.* contrariam, vbi eam fatetur esse magis communē * *Consēsis in l. Lucius, la* *

2. lu.

2 in fi. ff. de hared. inst. Alex. conf. 185. n. 20. lib. 2. Corn.
conf. 74. nu. 9 lib. 2. Ruin. conf. 131. nu. 13. & conf. 142.
n. 13 vers. quaratio, lib. 3. Grat. cons. 32. n. 17. & consi.
103. nu. 26. lib. 2. Soc. Iun. cons. 141. nu. 17. & cons. 158.
nu. 74. & cons. 174. n. 25. & cons. 175. n. 2. lib. 2. Cephal.
cons. 251. n. 86. lib. 2. Dec. cons. 103. n. 19. lib. 2. Cranett.
cons. 917. n. 1. Alban. cons. 9. n. 2. Menoch. consi. 17[illegible].
n. 53. lib. 2. & d. præsum. 76. num. 49. Ioseph. Rust. & in
tract. an, & quando filii positi in cond. voce lib. 3. capit.
4. n. 1. Crass. in § fideicommissum, q. 14. num. 6. Franc.
Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 3. nu. 16. Quic-
quid dixerit Zanch. in l. hæredes mei, § cum ita, num.
778. & in noua editione, par. 7. n. 69. ver. sed super hac,
109 ff. ad Treb. veluti quando † statutum excluderet fæ-
minas existentibus masculis; & testator posuerit i-
psas fæminas in conditione, dicens, & si hæres me-
us decesserit sine filiis, vel filiabus, Menoch. d. præ-
sum. 76. sub n. 49. Vel etiã datur exemplum, quan-
110 do † testator ita dixerit, etsi Titius hęres meus de-
cesserit nullis relictis filiis ex Caio, (qui extraneus
erat) tũc substituo Sẽpronium; cum enim filii Caii
non essent successori ab intestato illo Titio hæredi
instituto, sequitur dicendũ, testatorẽ voluisse vo-
care filios illos Caii, alioquin testator frustra po-
suisset illos in conditione, Menoch. libr. 4. præsum.
par. 2 præsum. 76. n. 49 in fi.

Extende dictã coniecturã etiã procedere, quã-
111 do † vnà cũ non successuris ab intestato essent posi-
ti in conditione, etiã illi, qui succedere poterunt;
quia tunc, & ii, qui alioquin ab intestato poterunt
succedere, dicuntur vocati, Menoch. d. præsum. 76. n.
50. & 51. vbi reddit rationẽ, & confutat argumenta
contraria, Ruin. cons. 142. n. 7 lib. 3. Alban. cons. 9. n.
6. Quicquid dixerit Zanch. in d. § cum ita. par. 7. nu.
69. in fin.

Quinta est coniectura, quãdo ipsi instituti sunt
112 etiã † reciproce substituti, si eorũ vn9 decesserit si-
ne filiis; quia tũc filii illi positi in cõditione cẽsen-
tur vocati ex alia substitutione eius patri facta, Me-
noch. d. præsum. 76. n. 52. Corn. consi. 146. col. 4. nu. 13.
lib. 2. Rimin. sen. cons. 78. col. 2. lib. 1 Zanch. in d. § cum
ita, par. 7. n. 70. Ioseph. Rust. in tract. an, & quando filii
positi in cond. voce lib. 5. c. 1. n. 1. Menoch. cons. 138. n. 6.
vol. 2. Paris. cons. 37. n 38. lib. 2. GoZad. cons. 64. nu. 12.
Menoch. cons. 613. n. 6. vol. 7.

113 Sexta est coniectura, quando † testator digressus
est ad plures gradus substitutionũ, semper sub illa
cõditione, si sine filiis; quia tunc filii positi in con-
ditione cẽsentur vocari, Milanens. decis. 1. n 136. lib.
1. Achilles Pedroch. cons. 39. col. 2. & cõs. 40. col. 3. Me-
noch. cons. 173. n. 54. & 55. vol. 2. vbi testatur hanc es-
* se magis receptã * opinionẽ, Anchar. cons. 74. nu. 2.
in fi. Alex. cons. 64 col. pen. ver. corroboratur, lib 5. Ias.
consi. 232. col. 1. lib. 2. Curt. Iun. cons. 11. n. 6. & cons. 16.
n 7. ver. confirmo hac, Paris. cons. 77. n. 10. & cons. 78.
n. 5 lib. 2. & cons. 5. n. 41. & consi. 8. n. 8. & consi. 50. nu.
35. & cons. 53. n. 42. lib. 3. Purp. in l. 1. n. 112 ver. salua-
tur tamen opinio, C. de pact. GoZad. cons. 64. n 10. Ru-
be. consi. 28. col. pen. ver. non obstat, etiam id, Chassan.
cons. 17. n. 1. Ruin. consi. 139. n. 19. lib. 3. Grat. consi. 89.
nu. 9. & cons. 101. n. 18. lib. 2. Boer. q. 155. n. 21. in fi. Cels.
Hugo consi. 20. n. 21. vbi ait hanc esse verã opinionẽ,
& sequendã, Soc. Iun. cons. 168. n. 75. ver. sed in propo-
sito, lib. 2. Mantua cons. 22. n. 55. lib. 1. Ceph. cõsi. 114. n.
26. lib. 1. Natt. cons. vlt. n. 4. lib. 4. Alba. consi. 86. nu. 2.
Tob. Non. cõs. 31. n. 15. Rim. Iun. cõs. 21. n. 41. Menoch.
præs. 76. n. 53. vbi testatur hanc esse com. * opin. Io- *
seph. Rust. in d. tracta. an, & quando filii positi in cond.
voc. lib. 3. c. 1. n. 1. Ant. Gabr. li. 4. concl. 1. de fideic concl.
4. n. 13. & 14. in fi. vbi ait hãc esse magis com. * opin. *
Alcia. in l. Lucius, nu. 49. ff. de vul. & pup. subst. Dec.
cons. 103. n. 17. lib. 2. vbi dicit communẽ * opinionẽ, *
Menoch. consi. 370. n. 16. vol. 4. Crass. in § fideicommis-
sum, q. 14. sub n. 3. ver. sed priorem, Fran. Mant. de cõ-
iect. vlt. vol. lib. 11. tit. 3. n. 13 Ant. Thesaur. decis. Ped.
96. n. 15. & 17. vbi exemplificat, quando testator di-
xisset, Instituo filium, & eo sine liberis decedente,
substituo Sempronium, & moriente Sẽpronio si-
ne liberis, vel filii sine liberis, substituo Caiũ, Zãch.
in l. hæredes mei, § cum ita, n. 269. ff. ad Trebell. Viui-
us lib. 2. decis. 262. n. 13. & 14. vbi testatur esse verio-
rẽ, & receptiorem, * Surd. cons. 67. n. 34. & cons. 96. *
n. 32. Ant. Cessius consi. 42. n. 8. vol. 2. Honded. cõs. 60.
n. 83. & consi. 67. n. 5. Bursa. cons. 301. n. 25. lib. 3. SforZ.
Odd. cons. 66. nu 76. Decian. consi. 28. n. 25 lib. 2. Rim.
Iun. consi. 767. nu. 5. & 6. vol. 7. vbi testatur hanc esse
magis receptam * opinionem, Menoch. consi. 613. n. *
8. vol. 7. & cons. 455. num. 16 vol 5. & consi. 420. num.
5. eod. vol. & consi. 348. nu. 2. volu. 4 & consi. 310. num.
16. eod. vol. Cranett. cons. 992 nu. 11. vol. 6. Olasc. cons.
35. nu. 5. Cephal. cons. 476. nu. 15. vol. 4. Fab. Turrett.
consi. 81. nu. 55. vol. 1.

Licèt † contrariam sententiam tenuerit Cla. in 114
§ testamentum, q. 79. ver. quarta allegatur, vbi ait in
practica non esse recedendum ab ea, R p. in l. cẽtu-
rio, n. 165. ff de vulg. & pup. subst. Paris. consi. 31. nu.
29. & cons. 44. nu. 21. lib. 2. & cons. 14. num. 24. & 25.
lib. 3. Soc. in l. cum aui, col. pen. ff. de cond. & demon-
str. Cur. Iun. consi. 11. col 4. & consi. 43. col. 3. & in l. 1.
col. 3. C. de pact. Soc. cons. 62. col. fi. vol. 3. & cons. 69.
col. 5. & consi. 104. col. 3. & cons. 116. col. 5. vol 3. Man-
tua cons. 194. col. 3. Ruin. consi. 128. num. 20. vol. 3. vbi
eam testatur communem, * & consi. 134. colu. 3. & *
cons. 136. col. fi. & consi. 138. col. 1. & cons. 141. in fi. vol.
3. Capra consi. 2. in 2 q. à Vall. cons 51. num. 10. lib 4.
Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. 4 c. 11. sub nu. 20.
ver sed quæ, vbi eam testatur esse verissimã in puo-
cto iuris, Menoch. cons. 135. nu. 2. vol. 2. Vegius consi.
74 nu. 244. Hier. Gabr. consi 95. sub nu. 23. vol. 2. Ce-
ph. cons. 517. nu. 76. vol. 4. Laur. de Pinu consi. 11. sub
numero 2.

Et multo magis procederet dicta coniectura;
quando cum ea † concurreret alia quæuis conie- 115
ctura, etiam leuis, R p. in d. l. centurio, nu. 165. & in
resp. 1. tit. de subst. Soc Iun. consi. 110. num. 28. ver. & li-
cèt, lib. 3. Alba. cons. 87 num. 12. Zanch. in d. § cum ita,
par. 7. nu 79. Cephal. cons. 152. nu. 17. Menoch. d. præ-
sum. 76. num. 53. circa fi. Ruin. consi. 40. numero 4. lib.
1. à Vall. cons. 51. n. 10. lib. 3. Franc. Mantica de coniect.
vlt. vol. lib. 11. tit. 3. nu. 13. vers. verum, veluti, quando 116
alii à testatore minus dilecti vocati sint, Menoch. d.
præsum. 76 nu. 53. in fin. Ceph. consi. 152. nu. 17. R p. in
d. l. centurio, n. 165. ver. quarta coniectura, Mantica
d. tit. 3. n. 12. ver. verum. Vel etiam, quando † extra- 117
neus vltimo loco vocatus fuisset, Menoch. d. præ-
sum. 76. nu. 63. in fi. & consi 310. num. 16. in fin. vol. 4.
Alba. cons. 87. nu 13.

Limita primò dictam coniecturam locum non
habere, quando † testator fecerit plures gradus 118
substitutionum sub eadem conditione, expresse
honorando filios in conditione positos in vltimo
gradu; quia tunc alii aliorum graduum non cen-

sentur vocati, *Menoch. d. præsum. 76. nu. 54. Rip. in d. l. centurio, nu. 165. ver. quarta coniectura, Ant. Gabr. de fideic. concl. 4. n. 16.*

119 Limita secundò, vt locum † habeat in descendentibus testatoris, secus in aliis; *Alexan. consi. 64. nu. 5. ver. corroborãtur prædicta, lib. 1. Rum. cons. 128. num. 19. lib. 3. Ioseph. Rust. in tract. an, & quando filii in cond. positi voce. lib. 3. c. 1. n. 2.*

Licèt dubitauerit *Menoch. lib. 4. præsum. par. 2. præsum. 76. n. 55. in fi.*

120 Septima est coniectura, quando † testator expressim vocauit filios substituti, vt si ita dixerit, Instituo Caium, etsi Caius decesserit sine filiis, tunc ei substituo Sempronium, & eius filios; quia tunc illi filii Caii hæredis instituti præsumuntur ex testamento vocati, *Cur. Iun. cons. 16. col. 3. ver.* sed quid fortius, *Crauett. cons. 62. n. 10. Soc. sen. consi. 6. n. 15. lib. 3. Rum. cons. 142. nu. 13. vers. ex præmissis itaque, lib. 3. Gozza. cons. 64. num. 10. ver. quinto, idem fatis, Rip. in d. l. centurio, nu. 165. ver. quibus omissis, ff. de vul. & pupill. subst. Marzar. cons. 1. num. 3 ?. vers. tertia coniectura, Ioseph. Rust. in tract. an, & quando filii positi in cond. voco. lib. 5. cap. 1. n. 2. Menoch. cons. 393. n. 28. & 30. vol. 4. & d. præsum. 76. nu. 56* quia (inquit) si vocauit filios substituti à se minus dilectos, præsumendum est, quod multo magis vocare voluerit filios instituti plus dilectos per *l. Publius, § vlt. ff. de cond. & demonstr.*

Licèt contrariam sententiam tenuerit *Gabaul. in l. centurio, nu. 448. ver. amplia tertio, ff. de vulg. & pup. subst. Zanch. in d. § cum ita, par. 7. nu. 72. Alex. cons. 202. circa fin. lib. 7. Soc. sen. consi. 73. n. 31. & cons. 74. in fin. lib. 4.*

121 Octaua est coniectura, quando † testator, ita dixerit, Instituo Caium, & Sẽpronium filios meos, & si eorum vnus decesserit sine filiis, substituo superstitem, & eius filios; quia tunc illi filii præmorientis positi in conditione, præsumuntur vocati, *Romun. sen. consi. 89. num. 11. lib. 1. Zanch. in d. § cum ita, par. 7. num. 73. Ioseph Rustic. in tract. an, & quando filii positi in cond. voco. lib. 5. cap. 3. nu. 1. & 2. Menoch. d. præsum. 76. nu. 57.* Quicquid dixerit *Rum. cons. 102. nu. 5. in fin. lib. 2.*

122 Nona est coniectura, quando † filii bis positi fuerunt in conditione; quia tunc ex testamento vocati præsumuntur, *Corn. cons. 73. num. 8. libr. 2. Gozzad. consi. 64. col. 2. ver. tertio, Grat. cons. 89. numero sexto, libro 2. Purpur. inter consi. Sylua. cons. 53. num. quarto Zanch. in d. § cum ita, par. 7. numero 73. Menoch. d. præsumpt. 76. numero 58. & consil. 135. nu. 7. & consi. 152. num. 6. ver. secundo accedit, vol. 2. Ioseph. Rustic. in tracta. an, & quando filii positi in condit. vocen. lib. 5. cap. 2. num. 21. Franc. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 3. numero 25. Menoch. consi. 613. num. 7. vol. 7. & cons. 549. num. 2. vol. 6. & consi. 135. numero 7. volu. 2. Bursat. consilio 301. numero 23. volum. 3.*

Licèt contrariũ tenuerit *Ant. Gabr. lib. 4. concl. tit. de fideic. concl. 4. n. 32.*

123 Decima est coniectura, quando † testator in alio testamenti capite præsupponeret, hos in conditione positos esse vocatos; puta, si dixisset, *si etiam ipsi filii filiorum institutorum recusabunt acceptare hæreditatem*, &c. quia tunc positi in conditione censentur vocati, *Crauett. consilio 62. num. 13. Zanch. in dict. § cum ita, partic. 7. numero 75. Socin. senior, consil. 73. colu. 8. libro 4. Ruin. consilio 160. numero 24. vers. quamuis ergo, libro secundo, Grat. consi. 64. numero 10. & consil. 126. Cephal. consi. 476. numero 11. lib. 4. Menoch. d. præsum. 76. numero 59. Ioseph. Rustic. in tract. an, & quando filii positi in cond. voce. lib. 5. c. 2. n. 3. & c. 4. n. 3.*

Vndecima est coniectura (secundum aliquos) quando † adesset fauor piæ causæ; quia tunc positi in conditione censerentur vocati, *Ias. in l. si quis, id quod, numero 22. ff. de iur. omn. iud. Zanch. in d. § cum ita, partic. 7. numero 40. & 76. per Anch. consilio 74.* 124

Contrariam † sententiam, & receptiorem * tenuit *Menoch. d. præsum. 76. nu. 6. Rum. consi. 182. numero 9. lib. 2. Paris. cons. 86. n. 68. lib. 2. Rustic. in tractat. an, & quando filii positi in cond. vocent. lib. 3. c. 6.* 125 *

Duodecima est coniectura, quando † in legatis, & fideicommissis particularibus filii positi sunt in conditione; quia tunc vocati præsumuntur, *Angel. & Corn. in l. in legatis, C. de legat. Ias. consi. 4. colu. 4. nu. 13. vbi Bocc. in add. lib. 1. & in l. si pecuniam, in 2. not. ff. de cond. ob causam. Purpur. in l. 1. col. penult. C. de pact. Petra sanct. Sing. 61. Soc. Iun. consil. 158. colum. vlt. lib. 2.* vbi testatur communem * opinionem, *Rustic. in tract. an, & quando filii positi in cond. voce. lib. 3. cap. 2. nu. 1. & 12.* vbi ait hanc esse magis receptam * opinionem; eamque restringit procedere in meris & puris legatis, non autem in conditione subintellecta à lege, *Decian. consil. 48. vol. 1. Franc. Mantica de coniect. vlt. volun. lib. 8. tit. 1. num. 54. Bonifac. Roger. consi. 13. num. 17. vol. 1. Ant. Gabr. lib. 4. concl. tit. de fideicomm. concl. 4. num. 12. Cephal. consi. 588. num. 13. volu. 4. Sur. in tract. de alim. tit. 2. quæst. 14. num. 13. Vasq. de success. creat. lib. 3. § 26. limit. 31. nu. 88. Zanch. in l. hæredes mei, § cum ita, par. 7. num. 3. vers. pro contraria verò, ff. ad Trebell.* Quia † legata, & fideicommissa singularia nutu relinqui possunt, *l. nutu. ff. de legat. 3.* 126 * * 127

Contrariam † sententiam tenuit *Menoch. d. præsum. 76. sub num. 62. Socin. in l. cum auus, col. penult. ff. de condit. & demonstr. Ias. in l. 1. num. 10. C. de pact. Gabaul. in l. centurio, num. 99. ver. tertio limita, ff. de vulga. & pupill. substit. vbi Claud. Seisel. colu. penult. Alciat in l. 1. § si quis ita, col. 4. ff. de verbo. obl. Claud. Seisel. in l. si cum dotem, num. 12. ver. sed quia ista limitatio, ff. solu. matrim. Peregr. de fideicom. art. 28. numero 16. ver. verum, Bonifac. Roger. cons. 12. n. 30. volu. 1.* 128

Et respondent ad mediũ prioris sentẽtiæ, quod etiam † fideicommissa vniuersalia possent nutu relinqui, *Bal. in l. epistolam, C. de fideic. Soc. sen. cons. 113. col. 1. lib. 3.* 129

Decimatertia est coniectura, quando † filii positi fuissent in cõditione per ablatiuos absolutos, vt quia testator dixisset, non extantib. filiis, quia tunc vocati censentur, *Corn. in l. 1. col. 3. ver. nec obstat dicto, n. 13. C. de cond. inser. Ludo. Bol. cons. 62. col. 5. ver. 2. dicamus, Rum. cons. 201. nu. 3. lib. 2. Dec. cons. 283. nu. 5. & cons. 578. nu. 12. Curt. Iun. cons. 43. nu. 7. Purp. inter cons. Silua. cons. 53. num. 4. ver. quinta colligitur coniectura, Soc. Iun. cons. 4. n. 7. ver. sed pro nũc, Menoch. cons. 152. n. 10. vol. 2. & cons. 393. n. 22. vol. 4. Roma. in l. si cũ dote, § similiter, n. 18. ff. sol. matr. Paris. cõs. 66. n. 19. vol. 3. Decia. cons. 41. n. 48. lib. 1. & cons. 44. n. 58. li. 3. Ioseph Rust. in tract. an, & quãdo filii in cõd. positi voc. li. 6. c. 3.* quẽ refert *Menoch. d. præs. 76. n. 63.* 130

Ant.

Ant. Gabr. lib. 4. conclu. tit. de fideicomm. conclus. 4. n. 41. Franc. Mant. de coniect. vlt. volunt. libr. 11. tit. 3. n. 14. Menoch. consil. 152. n. 9. vol. 2. Matth. Brun. consil.
131 *82. sub n. 15.* Quia conditio, † quæ ex ablatino absoluto inducitur, habet maiorem vim, quàm aliæ conditiones; habet namq; vim dispositionis, cum testator disponere posset, *Bart. in l. fideicommissa, §. cum esset, ff. de legat. 3. & in l. 1. §. qui habebat, n. 4. ver. nunc ad propositum ff. de bon. poss. contra tab. & in l. 2. §. vlt. num. 2. ff ad Tertull. Barbat. consil. 34. col. 4. lib. 1. Alexand. consil. 185. num. 19. versic. nono non obstat, lib. 2. c. Capitulum sanctæ Crucis, extra de rescript. Bonif. Roger consil. 12. n. 97. vol. 1.*
132 Respondent contrarii, † ablatiuum absolutum importare dispositionem, quando verba referũtur ad eum, qui vult agere ex illa dispositione, *Alexan. consil. 158. num. 19. lib. 2. Bald. in rubr. C. de instit. & substitut. in fine.* Sed in nostro casu verba non diriguntur ad filios positos in conditione, sed ad gratuitum sub illa conditione.
133 Licèt contrariam † sententiam tenuerit *Paul. de Castr. consil. 359. lib. 2. Ioan. de Anan. consil. 68. circa fin. Alex. consil. 105. num 7. lib. 1. & consil 185. nu. 19. & consil. 199. lib. 2. Cur. senior consil. 64. colum. 4. Rain. consil. 141. num. 12. lib. 3. Dec. consil 61. colum. 2. & consil. 89. col. 1. Ripa in rubr. ff. solut. matrim. nu. 34. & in l. centurio, num. 161. ff. de vulg. & pupill. substitut. R ibe. in l. pater filium, num. 76. ff. de inoffic. testam. Zasch. in d. §. cum ita, part. 7. num. 80. Pancirol. consil. 59 sub num. 49.* vbi * eam testatur veriorem & communiter * receptam.
134 Decimaquarta est coniectura, quando † filii positi fuissent in conditione affirmatiua; puta quia testator dixisset, *Extantibus masculis, non succedat talis*; quia tunc masculi censentur vocati; Secus, si ponantur in conditione negatiua; veluti, *Si non extiterint masculi, succedat talis, Anton. Gabr. d. conclus. 4. num. 21. & 54. Paul. de Castr. consil. 359. col. 1. vers. nec obstant, lib. 2. Cur. iunior consil. 43. nu. 7. versic tertia etiam, Zanch. in d. §. cum ita, part. 7. nu. 82. Rum. consil. 158. num. 13. & consil. 181. in fine, & consil. 210. num. 4. lib. 2. & consil. 134. colum. 2. & consil. 141. n. 13. lib. 3. Decius consil. 283. num. 5. Grat. consil. 3. num. 22. lib. 1. Zucchard. in l. 1. num. 26. versic. vel posito quod, C. de pact. Natta consil. 551. num. 11. lib. 3.*
135 Contrariam sententiam † tenuit *Menoch. d. præsum. 76. num. 66. & 67.* vbi dictæ coniecturæ refert exemplum, si testator dixisset; Instituo Caium, cui decedenti sine liberis, substituo Sempronium: Si vero, extantibus liberis, decesserit Caius, Sempronius non succedat; sufficiens vix esse, vt aliquod exemplum simpliciter affirmatiuæ conditionis adaptari posset, *Rum. consil. 154. lib. 3. Menoch. consil. 152. num. 21. volum. 2.*
136 Decima quinta est coniectura, † quando per filios in conditione positos tacitè censentur exclusæ aliæ personæ, quæ alias essent melioris, vel eiusdẽ conditionis, quam ipsi positi in conditione; quia tunc in conditione positi censentur vocati, *Rum. consil. 99. num 14. lib. 1. & consil 140 numer 14. libr. 3. Grat. consil 48. num 14. lib. 1. & consil. 12. num. 15. libr. 6. Socin. iunior consil. 141. num. 17. lib. 2. Zanch in d §. cum ita, part. 7. num 83. Rusticus in tract an & quando liberi positi in cond. voc. lib. 3. c. 3. n. 3. & c. 6. n. 22. Menoch. d. præsum. 76 numer. 68.*
137 Decimasexta coniectura est (secundum aliquos) quando † testator vsus fuerit consilio Galli; quia tunc filius in conditione positus censetur vocatus, & quidem directè & primo loco, *Corne. consil. 97 col. 2. versic. similiter, libr. 2. Ferd. Louzes in annotat. ad Gabaul. in l. centurio, num. 449. ff. de vulgar. & pupillar. substitut. Fortun. Garz. in l. Gallus, in princip. nu. 39. vbi Salamonius, num. 25. ff. de liber. & posth. Socin. iunior consil. 29. num. 4. lib. 3. Couarr. in capit. Raynutius, §. 3. num. 9. extra de testament. Zanch. in d. §. cum ita, part. 7. nume. 84. versic. 19.*
Contrariam sententiam, vt † filius sub Galli formula non censeatur vocatus, nec institutus, sed ab intestato succedat; tenuit *Alexand. consil. 185. num. 17. libr. 2.* vbi testatur communem * opinionem, *Iason & Galsaula in dict. l. Gallus, in princ. ille, num. 44. ste, num. 20. Iosephus Rusticus in tractatu an & quando filii positi in conditione vocen. lib. 3 c. 4. nume. 7. Anchar. consil. 137. Ioann. Marc. Aqu l. in d. l. Gallus, § & quid si tantum, part. 1. num. 269. vbi etiam Tornel. quæst. 1. num. 24. Menoch. d. præsum. 76. nume. 69.* 138
Decima septima coniectura est, quando constat † testatorem voluisse bona sua conseruari in agnatione & familia; quia tunc filii positi in conditione vocati censentur, *Crass. in §. fideicommissum quæst. 14. num 5.* vbi testatur hanc esse magis communem * opinionem, *Anton. Thesaur. decis. Pedam. 96. numero 10. Franciscus Mantica de coniectur vlt. volun. lib. 11. titul. 3. num. 15. Anton. Cessius consil. 42 num. 9. volum. 2. Iacob. Berrot. consil. 63. num. 3. Hondedeus consil 67. num. 3. Menoch. consil. 481. num. 3. volu. 1. Ossasc. consil. 35. num. 7. Surd. consil. 241. num. 42. volum. 2. Corne. consil. 59. num. 10. libr. 2. Socinus senior consil. 150. in fine. lib. 2. Rum. consil. 111 num. 5. & consil. 167. num. 13. libr. 3. Grat consil. 89. num. 8. & consil. 106. num. 46. lib. 2. Curt. iunior consil. 43. numero 8. Mantua. consil. 22. columna. 5. lib. 1. Anton. Gabr. d. t. conclus. 4. num. 18. & 45. Rum. consil. 101. colum. 4. volum. 2. & consil. 22. colum. 1. & consil. 160. colum 7. & consil. 198. colum 3 volum. 2. & consil. 128. colum. 1. & consil. 131. colum. 10. & consil. 139. colum. 2. & consil. 199. colum. fin. volum 3. Cephal. consil. 251. numer. 81. libr. 2. Decian. consil. 103. num. 27. lib. 2. Menoch. consil. 393. num. 32. lib. 2. Ioseph. Rusticus in tractatu, & quando filii positi in condit. vocen. lib 3. cap. 3. num. 1. Menoch. d. præsum. 76. num. 70. Clar. in §. testamentum, q. 79. versic. quinta est.* vbi ait hanc esse communem * & * firmam conclusionem. Veluti si † facta fuisset prohibitio alienationis extra familiam, cum clausula, quia testator vult bona perpetuò conseruari in familia, *Anton. Gabr. d. conclus. 4. num. 34. Corn. consil. 59. colum. fin. volum. 2. Curt. iunior consil. 43. colum. 3. Socin. consil. 250. in fine, Iosephus Rusticus d. c. 5. num. 12. Menoch. d. præsum. 76. num. 70. Decian. consil. 41. num. 36. volum. 1. Crass. dict. quæst. 14. num. 4. Mantica d. tit. 3. num. 14. Viuius lib. 1. decis. 262. num. 21.* Quicquid dixerit *Paris. consil. 44 colum. 3. volum. 2. Alex. consil. 202. col. 5. lib 7. Corn. consil. 186. colu. 2. Soc. consil. 69. colum. 5. & consil. 116. colum. 3. versic. qua omnia, lib 3. Zanch. in d. § cum ita. part. 7. num. 13.* Vel quando testator † dixisset, velle bona sua transire de descendente in descendentem, *Iosephus Rusticus d. c. 5 num. 10. & 17. Menoch. d. præsum. 76. num. 70. circa finem, Anton Gabr. d. t. conclus. 4. numero 39. Paris. consil. 37. colum. 4. volum. 2.* Vel, quando † hæreditas esset grauata onere reali, *Anton. Gabr. dict. conclus. 4. num. 40. Paris. consil. 37. numero 22.* 139 140 141 142

colum.4.vol 2.Menoch.d.præsum.76.num.70.in fine, Curt iunior cons.139.num.20.Tob.Non.cons.32.col.2. Iosephus Rusticus in tractatu, an & quando filii positi in conditione vocentur, lib 5.c 5.n.8. Vel quādo fuisset
143 † facta prohibitio alienationis descendentibus in perpetuum, *Franc. Mantica de coniectur. vlt. volun. lib.11.tit.3 num.14. in fine:* vbi testatur hanc esse magis commmunem * opinionem, *Decian.cons 44.numero 47. volum. 3. Anton.Thesaur.decis Pedam.96, numero 29.*

144 Decima octaua coniectura est, quando † testator grauauit hæredes suos, vt perpetuo curarent, fieri anniuersarium in aliqua Ecclesia; quia hoc onus significat esse vocatos omnes descendentes testatoris, *Matth. Gribal.inter cons.Port.cons 40 num.13. Curt.iunior cons.87.num.6. vers.accedit ad confirmationem. Rusticus in d.tractatu, an & quando filii positi in conditione vocentur, lib.5.c.5 num 12. & 13. & c. 6. num.4. Port.cons.46 n.17. Menoch.d.præsum.76.sub num.72. MarZar.cons.1.n.36.& 37.*

Decimanona erit coniectura, quando in condi-
145 tione † positus esset nepos testatoris eiusdem nominis; vt, quia auus vocabatur Calceranus, eodéq; nomine nepos, & dixisset, & si sine filio Calcerano mei nominis decesserit, substituo Gasparem; quia tunc præsumitur testatorem vocasse Calceranum illum in conditione sic positum, *Iosephus Rusticus in tract.an & quando filii positi in conditione vocentur, lib.5.c.6.num.6.*

146 Intellige quando institutus † alios habuisset filios, vel facile suscipere potuisset, aliàs secus, *Menoch d.præsum.76. num.73.*

147 Vigesima erit coniectura, quando † testator habuisset respectum ad stirpes, & non ad capita hæredum institutorum & grauatorum, *Menoch. d. præsum.76.n.74. Iosephus Rusticus in tract.an & quādo filii positi in cond.voc.lib.5.c.6.Cephal.cons.419.n. 75.Iason cons.143.col.pennul vers. non obstat quartum, & col.vlt vers.secundo respondetur, vol.1.*

148 Vigesima prima erit coniectura, quando † testator in substitutione mentionem descendentium fecerit; veluti si dixisset: Instituo Caium, & si ipse decesserit sine descendentibus, substituo Sempronium; quia tunc cum dispositio extendi debeat ad omnes, vsque ad decimum gradum, & postea non detur successio ab intestato, videtur testatorem nō reseruasse iùs legitimarum hæreditatum, *Cels. Hugo consil. 20.num.39. Iosephus Rusticus in tract. an & quando filii filii positi in conditione vocentur, lib.5.c.6. num.9. Cephal.cons.419.num.19.lib.3.*

Licèt contrariā sententiam visus sit tenere, *Menoch.lib.4.præsum.part.2. præsum.76.sub num.76.*

149 Vigesima secunda erit coniectura, quando † testator dixisset, *ei*, vel, *eis substituo, Cels. Hugo cons. 20. num.38. versic. vlterius, Iosephus Rusticus in tractatu, an & quando filii positi in conditione vocentur, lib.5.c. 6.n.11. Menoch.d.præsum.76.n.76.circa fin.*

Vigesima tertia erit coniectura, quando filii po-
150 siti † sunt in conditione substitutionis fideicommissariæ, *Menoch d.præsum.76.num.77. & cons.135. num. 13.vol.2.Boer.q.155.n.20.& 22. Alber.in l.Lucius, la.2.in fine, ff. de vulg & pupill. subst. Barba.cons.27. col.16.lib.1.& cons.55.col.7.lib.2. Paul.de Castr. cons. 264.col.2 lib.2.Zanch.in d.§ cum ita,num.713.versic. imo plerique, & num.793. Iosephus Rusticus* (& si dubius) *in d.c.6 numer.13.*

Vigesima quarta erit coniectura, quando † te- 151
stator in vltimo substitutionis gradu ita dixisset, ita & taliter, quod ipsius testatoris hæreditas & bona remaneant in eius hæredes & eorum descendentes, *Cephal.cons.478.num.31. versic. quarta est coniectura, Iosephus Rusticus d.c.6.num.13. Menoch d. præsum.76.num.78.*

Vigesima quinta erit coniectura, quando † te- 152
stator in fine substitutionū excludit fœminas propter pauperes Christi; quia tunc multo magis videtur voluisse excludi fœminas à filiis masculis, *Rusticus in d.tractatu an & quando filii positi in conditione vocentur, lib.5.c.6.num.10. MarZar.consil.1.nu.39. versic.sexta coniectura, Menoch.dict. præsum. 76. numero 79.*

Vigesima sexta erit coniectura, quando testator 153
† prohibuit omnibus illis, quibus hæreditas peruentura esset, Trebellianicæ detractionem; quia tunc filii positi in conditione præsumuntur vocati, *Iosephus Rusticus in tractatu, an & quando filii positi in conditione vocentur, lib.5 c.6.n.21. Rimi.senior cons. 243.n.90.vers.& maxime,lib.1. GoZZad.cons.64.n.13. Cranet.inter cons.MarZar.cons 5.n.9.vers.quarto vacua, Simon de Prat.lib.3.vlt.volunt.solut.3.nu.5. Cephal.cons.419.n.18.lib.3.Menoch.d.præsum.76.nu.80.* vbi ait hanc opinionem esse veriorem.

Vigesima septima erit coniectura, quando † me- 154
lior esset conditio transuersalium, quàm descendentium ipsius instituti, *Iosephus Rusticus (post Ruin.Soc.seniorem, Paris.& Cranet.) in d.tractatu, an & quando filii positi in conditione vocentur, lib.5.c. 6.n 6.Menoch.d.præsum.76.nu.81.*

Vigesima octaua erit coniectura, quando testa-
tor † in testamento adiecerit clausulam, *omni meliori modo*; quia tunc filii in conditione positi præsu- 155
muntur vocati, *Iosephus Rusticus d. c. 3. num. 23. Simon de Prat.lib.3.de interpr.vlt.volunt.solut.3.num.6. Puteo.decis.215.lib.3. Vrsinus lib.2.decis.262.n.23. Hieron. Gabr.cons.123.num.30.volum.2. Paris.cons.21.nu. 53.lib.3. Cuma.cons.25.colum.2. Curt.iunior cons.73. n.22.& cons.114.n.9. Socin senior cons.12.& cons.63.n. 20.vers.postremo, vol.3.Rimin.iunior cons.583.nu.14. lib.5. Honded.cons.65.num.41.*

Contrariam sententiam † tenuit *Menoch.d.præ-*
sum. 76. sub num 82. SforZ. Odd. cons. 66. num. 26. 156
Quia † clausula, *omni meliori modo*, tunc operatur, 157
quando dispositio & actus non potest valere aliquo modo; secus si potest, *Curt.iunior consil.72.num.22. Felin.in cap. cum super, num.11. extra de offic. delegat.* sed in casu nostro dispositio testatoris, qui filios in conditione posuit, satis valida est, vt intelligatur filiis illis reseruata successio ab intestato; ergo non debet operari, vt filii censeantur ex testamento vocati.

Vigesima nona erit cōiectura (si coniectura dici poterit, cum lex municipalis sustulerit omnem du-
bitationem) quando extaret † statutum, sicut Ro- 158
mæ, quod filii positi in conditione censeantur vocati; quia tunc testator ponendo filios in conditione, præsumitur voluisse eos vocare ex testamento, vt sua voluntas statuto conformis sit *Iosephus Rusticus in tractatu an & quando filii positi in conditione vocentur, lib. 5. capit.7. in fine, Hieron. Gabr. consil. 115. numero 1. & 2. libr.2. Menoch. dict. præsumpt. 76. numero 83.*

Trigesima erit coniectura, quando † testator 159
dixisset

de hærede in hæredem, donec superfuerint masculi de domo; quia tunc positi in conditione, censentur vocati, *Paris.cons.52.num.14 & consil.63.num. 29.lib.2. Simon de Prat. de interpr. vltim. volunt. lib.3. solut.3.num.18. Iosephus Rusticus in tractatu, An & quando filii positi in conditione vocentur, lib.5.cap 6.in fine, Menoch d.præsum. 76. nu. 84.*

160 Idem, si † fuisset dictum, vt succederet substitutus, quousque alter suorum descendentium esset superstes, *Anton. Gabr. libr.4. concl.tit. de fideicomm. conclus.4.num.48. Grat.cons.116.colum.penult.libr. 2. Ruin.cons.108.num.13.lib.2, Iosephus Rusticus in d. c. 6.num.1.* Quicquid dixerit *Zanch in dict. § cum ita, part. 7. numero 15. Alexand. consil. 29. numero 11. libro 5.*

161 Trigesima prima erit coniectura, quando † testator filio à se instituto, substituerit compendiosè; quia tunc filii ipsius instituti positi in conditione, censentur vocati, *Soc. iun.cons.174.n.24.lib.2. Cephal. cons.419.num.8.lib.3. Tob. Non.cons.31.numer.14. & cons.32. num.12. Menoch.cons.393. sub nume. 31. vol. 4. & d.præsum.77.num.85.* Quicquid dixerit *Hieron. Zanch. in l. hæredes mei, § cum ita, par.7. ff. ad Trebell. Rusticus in tractatu an & quando filii positi in condit. vocentur, lib.5.cap.6.*

162 Limita primo prædictas omnes coniecturas, vt locum habeant respectu portionis patris † sui, cuius causa filii ipsi fuerunt in conditione positi; secus quo ad portiones aliorum institutorum, quorum respectu non censentur vocati, *Menoch. d. præsum. 77. numero 86. & cons.348. numero 10. lib. 4. Socin. in l. hæredes mei, § cum ita, num.3. vers primus casus, ff. ad Trebell. Ripa in l.1 num 12. C. de pact. Ruin.consil.155. num.12. libr.3. & cons.134.nu.7. vers. præterea & cons. 141. colum. penult. versic. postremo. & cons.142.num.5. lib.3. Paris.cons.18 n.61. lib.2. Alciat. resp. m.546.nu.1. Curt. iunior cons.135.num 6 Natta consil.551.num. 6. & 7. Cravet.cons.306. num.1. Franciscus Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib.11.tit.3 num.27.* vbi ait, ita esse de mente omnium * Doctorum, *Ripa in d. l. centurio, num.166. in fine, Decianus cons.28.n.13.lib. 2. Hieron. Gabr.cons.115.num.9. Cephal.cons 401.n 31. Mar. Ant. Peregr. in tract. de fideicom. art 28.num. 19. Honded.cons.60.num.59.* Quia positio illa in condi-163 tione, est limitata quo ad personam, & portionem patris ipsorum filiorum; ergo limitatum debet parere † effectum, *l. in agris, ff. de acquir. rer. dom.* atque ita censeri debent ii filii vocati, quo ad portionem ipsius patris.

164 Contrariam sententiam † tenuit *Ruin.cons.139. num.19. lib.3. Socin. iunior cons.110.num.39.lib.3. Cravet.cons.130.n.6. & cons.885. in fine, Zanch. in d. § cum ita, part. 7. num. 85. & part. 8. num.128. Decius consil. 270. colum. 2. & cons.545. in princ. iuncto fine.* Quia † 165 facilius debent dici vocati ad portionem cohæredum, quàm ad illam patris, *Cuma.cons.123.col.penul. Socin. in l. cum avus, col. vlt. ff. de condit. & demonstr. Ruin.cons.102.num.10 in fine lib. 2.*

Infertur ex dicta limitatione, quod ii positi in † 166 conditione multo minus inter se reciprocè substituti, & vocati dicuntur, *Menoch. d. præsum.76.num. 87. versic. ex hoc, Zanch. in d. § cum ita, part. 7. nu. 87. Rumin. senior cons.326.num.25. versic. præterea, libr.2. Ruin.cons.141. in fine lib.2.*

Limita secundo, vt locum non habeat, quando 167 † cessaret ratio positionis in conditione; quia tunc vocati nullo modo censentur, *Butr.consil.27. Socin. cons.73.num.31 lib.4. Zanch. in d. § cum ita, part. 7. num.92. Rusticus in tractatu an & quando filii positi in conditione vocentur, lib. 5. cap. 9. num.10. Menoch. d. præsum.77.num.88.* vbi ait exempla colligi ex adductis authoritatibus.

Limita tertiò, vt dictæ † coniecturæ locum non 168 habeant, quando positi in conditione essent in alio testamenti capitulo expressè vocati; quia tunc in eo capitulo, in quo positi sunt in conditione, nunquam censentur vocati, *Menoch. d. præsum. 77. num. 89. Socin. senior cons.116 colum. 2. versic. & in terminis, lib. 3. Paris. consil.86.nu.40. lib. 2. Zanch. in d. § cum ita, part. 7. numero 93.*

Limita quarto, vt non procedat, quando † vltra 169 conditionem, *si sine filiis*, adiecta esset alia conditio, veluti, *si sine testamento*, vel, *alienatione bonorũ*, quia tunc dicti filii stantibus coniecturis vocationis, venire non possunt tanquam substituti, si pater in testamento, vel inter viuos de bonis illis aliquid alienauerit, *Zanch. in d. § cum ita, par. 7. nu. 94. Rustic. in tractatu, an & quando filii positi in conditione voc. lib.5.cap.9.num.14. Menoch. d. præsum.77.numer.90.* quia (inquit) cum hi filii positi in conditione vocati fuerint sub multis conditionibus, & illæ omnes verificatæ non sunt ob earum defectum non succedunt.

Limita quinto, vt dictæ coniecturæ non procedant, quando † testator voluerit testamentum suũ 170 intelligi debere, vt iacet ad literam, & sine aliqua interpretatione; quia tunc filii positi in conditione non censentur vocati, *Menoch d. præsum.77. nu. 91. Berous cons.57.num 63.lib 3. a Vall.consil.51.num.13. lib.3. Iosephus Rusticus in tractatu an & quando filii positi in conditione vocentur, lib 5. cap. 9. in fine.*

Verumtamen (secundum aliquos) filii positi in † conditione ex coniecturis prædictis censentur vo- 171 cati per compendiosam, atque ita vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, *Bartol. in l. Lucius, la.1. in fine, ff. de hered. instit. Corne. cons.273.colum. 4. lib.4. Curt. iunior cons.48.col.penul. Corn. cons. 273. col. 3. volum. 4.*

Intelligunt istorum opinionem procedere, † 172 quando testator posuit in conditione sub verbis denotantibus compendiosam; veluti si dixisset, Quandocunque decesserit sine filiis, *Ruin.cons.158. num.13. lib.2. & cons.139.num.23. & cons.141. colum. penult. versic. postremo, lib.3.*

Idem, si dixisset † vulgariter, pupillariter, & per 173 fideicommissum, *Zanch. in dict. § cum ita, part.7. numero 104.* quem refert *Menoch. d. præsum.77. num 92. in fine.*

Alii dixerunt, quod censentur vocati † per solam fideicommissariam, *Socin. senior consil.140. col.* 174 *1. lib.1. Rusticus in tractatu an & quando filii positi in conditione vocentur, lib.6 cap. 5. numer.7.* Quorum sententia admittitur (secundum aliquos) quando † substitutio concepta fuisset verbis significanti- 175 bus tractum temporis successiuum, *Ruin. cons.142. colum. antepenult. versic non obstat etiam, libr.3. Boer. quæst.155.num 20. Ruin.cons.158.colum.penul. vol.2. & cons.139.col.vlt. vol.3.*

Alii vero docuerunt, † censeri vocatos per vul- 176 garem, *Socin. senior cons.113. colum. pen. lib.1. & cons. 69 num.4. & 5 & cons.104.col.penul.lib.3. Rumin. senior cons 326.nu.31.lib.2. Zanch. in d. § cum ita, par.7.*

num. 100. Comenf. in l. Gallus, §. quidem rectè, in fine, ff. de lib. & posth Ruin consil. 128. num. 15. lib 3. & consil. 140. num. 4. vers. praeterea, iuncto fine ipsius responsi, volum. 3.

177 Et alii distinxerunt duos casus: primus est † substitutionis inter patrem & filios in conditione positos, cum scilicet post illũ succedunt, & tunc dicũtur succedere per fideicommissum, si is pater effectus sit hæres, alioquin succedunt antecedenti hæredi, qui ita grauatus manet.

Secundus casus substitutionis est, quando ipsi positi in cõditione successerunt, & tunc dicitur vulgariter esse vocatos, atque ita directò substitutos; inter quos fuit *Menoch. cons. 325. sub num. 45. volu. 4. & dict. præsum. 77. num. 95. Ruin. consil. 128. num. 15. lib. 3.*

178 Scire denique positos in conditione esse vocatos, vel non esse, est maximæ vtilitatis; prima itaq; erit vtilitas, quia † licet, quando pluribus institutis facta sit substitutio post mortem vltimi, eorum cẽseatur inducta inter eos reciproca substitutio; tamen quando substitutio facta est post mortem vltimi, ex positis in conditione non censetur inducta reciproca inter eos, *Menoch. d. præsum 77. num. 96. vers. prima, Zanch in d. §. cum ita, par. 7. numer. 1.*

179 Secunda est vtilitas in † casu *l. cum auus, ff. de condit. & demonstrat.* quæ locum non habet in positis tantum in conditione, sed requiritur, quod sint vocati, *Socin. in d. l. cum auus, num. 58. Menoch. d. præsum. 77. num 96. vers. secunda, Dec. in l. generaliter, §. cum autem, num. 12. C. de instit. & substit. Ruin. consil. 106. colum. penul. lib 2. Cur. iunior consil. 33. vers. secundo principaliter, Socin. iunior consil. 100. libr. 1. Zanch in d. §. cum ita. par. 7. in prin.*

180 Tertia est vtilitas, quia si † positi in conditione sunt vocati, præferuntur substituto; qui aliàs eos ab intestato excluderet, secus si vocati non fuerint, *Menoch. d. præsum. 77. num. 96 & 97.* puta (inquit) si positæ sunt in conditione filiæ, quæ alioquin ab intestato excluderentur ab agnatis ex statuti dispositione, si ipsæ dicerentur ex testamento vocatæ, ipsæmet excluderent agnatos; quia quando locus esse potest successioni ex testamento, cessat illa ab intestato, *l. quamdiu, ff. de acquir. hæred. l. quamdiu, ff. de regul. iur. Zanch. in d. §. cum ita. part 7. num. 53.*

181 Quarta est vtilitas, quia si positi † in conditione fuerint vocati, poterunt reuocare bona ab eorum patre alienata, si eius hæredes non erunt; secus vero si non fuerint vocati, *Paul. de Castr. in l. filius familias, §. cum quis, ff. de legat. 1. & consil 379. col. 2. lib. 2. Cuma. in l. Lucius, la. 2. num 6. ff. de hered. instit. Alex. cons. 66. col 3. lib. 2. Socin. senior cons. 116. colum 3. vers. præterea mortuo, lib. 3. Galiaul. in l. centurio, num. 447. ff. de vulga. & pupill. substitut. Paris. consil. 87 col. penul. lib. 2. Conar. in cap. Raynutius, §. 3. num. 1. extra de testamen. Zanch. in d. §. cum ita, par. 7. num. 2. Cephal. in d. l. centurio, n. 963. Menoch. d. præsum 77. sub num. 97.*

182 Quinta erit vtilitas, quia si positi in † conditione non dicuntur vocati, non poterunt venire ad bona testatoris, & si non alienata, repudiata hæreditate patris, vel legitimè exhæredati, secus si dicerentur vocati, *Bald. in l. Lucius, la. 2. ff. de hered. instit. Paul. de Castr. in l. filius familias §. cum quis. ff. de legat. 1. Galiaul. in d. l. centurio; num. 447. versic. secunda vtilitas, Boer. quæst. 155. Zanch. in dict. §. cum ita, numer. 2. Menoch. dict. præsumpt. 77. sub numer. 97.*

Sexta erit vtilitas, quia si † hæres extraneus decederet, non adita testatoris hæreditate, eius filii positi in conditione, regulariter consequi non possent bona illa, cum hæreditas non adita transmittatur; secus vero si essent vocati; quia tunc possent bona illa obtinere iure fideicommissi, prouiso tamen prius de hærede, *Menoch. d. præsum. 77. nu. 98. Galiaula in d. l. centurio, n. 447. versic. tertia vtilitas, Boer. q. 155 Zanch. in d. §. cum ita, part. 7. num. 2. vers. sexta & vltima.* 183

Septima erit vtilitas, quia si † filii positi in conditione non sunt vocati ex testamento, sed solum ab intestato; & institutus non efficiatur hæres, agnati tanquam proximiores poterunt succedere ab intestato. Si vero institutus adiret hæreditatẽ, illi agnati nõ possent succedere ab intestato, *Meno. d. præsum. 77. n. 98. & 99. per §. proximus, Inst. de legit. agnat. success. l. quamdiu, ff. de acqui. hære l. quãdiu, C. qui adm.* 184

Intelligunt, nisi ille hæres † institutus decederet intestatus; quia tunc eius filii in conditione positi, immediatè succedendo patri essent etiam hæredes testatoris cum hæres hæredis, testatoris fit hæres, *l. vltim. C. de hered. instit.* quapropter cum succederent immediatè ab intestato. videntur habere hæreditatem testatoris, etiam ab intestato; sed mediatè ex testamento, eum institutus, eius filii succederent, ex testamento successissent, *l. 1. & 2. ff de pæt hæred. Imol. in l. Lucius, la. 2. column. 4. versic. item aduerte, ff. de hæred. instit. Cephal. in d. ll. centurio, numero 961. & 962. Menoch. dict. præsumpt. 77. nume. 100.* 185

Octaua erit vtilitas, quia † si filii positi in conditione censentur vocati, recognoscere dicuntur bona à testatore, non autem ab eorum patre, *Menoch. dict. præsum. 77. num. 100 versic. octaua, l. coheredi, §. cum filia, ff. de vulg. & pup. subst. Cephal. in d. l. centurio, numer. 964.* 186

Nona erit vtilitas, quia si filii † positi in conditione fuissent vocati, pater institutus suo delicto, quo eius bona fisco publicarentur, non præiudicaret filiis in his bonis testatoris, *Menoch. d. præsum. 77. in fine.* quia (inquit) si alienari hæc bona non possent, nec etiam fisco publicari, *Cephal. in d. l. centurio, nu. 965. Ripa in l. filius familias, §. diui, n. 51. ff. de legat. 1.* 187

ARGVMENTVM.

Quã substitutionem contineat compendiosa, facta per verba directa, & communia simul, apposita in persona vnius?

SVMMARIVM.

1 *Compendiosa facta per verba directa & communia, simul apposita in persona vnius, continebit substitutionem directam & fideicommissariam, numer. 1. exemplum, num. 2. media, num. 3. & 5. dissoluuntur, num. 4. & 6. contra, & male, n. 7. fundamentum, n. 8. dissoluitur, n. 9. declara, n. 10. limita, 11. & 12.*

2 *Verba debent aliquid operari, nu. 3.*

3 *Verba dubia declarantur per verba præcedentia, vel sequentia clara, num. 8.*

4 *§. fin l. si seruus plurium, ff. de legat. 1. declaratur, num. 9.*

QVÆ-

QVÆSTIO XXVII.

1 SI † compendiosa fuerit facta per verba directa, & communia, simul apposita
2 in persona vnius, veluti, si † testator dixisset, *Si filius meus decesserit sine liberis, talem sibi substituo, & eum sibi hæredem facio*; vel dixisset, *bona mea ad talem perueniant, & in his eum hæredem instituo*, quid iuris erit? Resp. quod continebit substitutionem directam, causatam verbo directo, & fideicommissariam, caulatam à verbo communi, *Bart. in l. centurio, num. 38. ff. de vulg. &*
* *pupill. subst.* cum quo transire communiter * doctores, testatur ibi *Soc. Iun. num. 308.* vbi etiam *Alex. num. 95. Imol. num. 24. Ias. n. 59. Galiaul. nu. 480. Aret. num. 16. Claud. Seisel. num. 45. & Rip. numero 170. Corn. in l. precibus, num. 124. C. de impub. & aliis substit. Sforz. Od. in tractat. com. par. 5. tit. de comp. facta à paga. art. 4. numero 6.* vbi testatur hanc esse cō-
* munem * opinionem, *Berous, consi. 127. num. 5. lib. 2. Bald. in tract. subst. in materia compend. n. 30. Bart. de Hnc. in tract. eiusdem tit. cap. 5. num. 25. Zas. in tractat. eiusdem titul. in materia compendiosa, col. 11. versic. quaero secundo, Crass. in § substitutio, quæst. 78. nu.*
* 1. vbi testatur communem * opinionem, *Const. Roger. in tractat. substit. in materia compend. quæstio. 4. num. 86. Alex. Treniacing. in tractat. eiusdem tit. par.*
* *4. c. 13. sub n.* 1. vbi testatur hanc esse communem* opinionem.

3 Mouemur primò, quia † verba debent aliquid operari, *l. si quando, ff. de leg. 1.* &, per consequens, adiectio dictorum verborum.

4 Resp. contrarii † esse absurdum, quod quando potest valere actus vno iure, quo ad aliud prouisio superflua remaneat, *l. testamentum, C. de testament.*

5 Secundo per † *l. recusare, § Titius, ff. ad Treb.*

6 Resp. contrarii, quod ibi † fuerunt diuersæ conceptiones, & dispositiones; sed in nostro themate vnico contextu, *Lancel. Polit. in tract. subst. in materia comp. sub nu. 44.*

Licèt alii tenuerint contrariam sententiam, vt
7 † verbum commune, & ambiguum declaretur ratione coniuncti directi, & sic minus potens, & minus dignum reguletur à digniori, & potentiori, inter quos est *Lancel. Polit. in tract. subst. in materia comp. sub num. 44.*

Moti per regulam *l. si seruus plurium, § fin. ff. de*
8 *leg. 1. l. sed & si adiiciatur, ff. pro soc.* vbi † verba dubia declarantur per verba præcedentia, vel sequētia quæ clara sunt.

9 Resp. contrarii † quod in *d. § fin.* illud procedit, ex quo non resultat superfluitas alicuius verbi, sed quodlibet operatur, cum sint apposita in diuersis dispositionibus; secus esset in casu nostro, & in *d. l. sed si adiiciatur*, illud procedit in societate, quæ à communi vsu arguendo semper coiri solet ex quæstu, & non ex omni lucro, *Soc. Iun. in d. l. centurio, n. 308. ver. secundo, per l. coire, ff. pro socio.*

Declara principalem conclusionem, vt eodem
10 † tempore dicatur directa vulgaris, vel pupillaris, ac etiam fideicommissaria, *Soc. Iun. in d. l. centurio, nu. 308. ver. declara, vbi Alex sub n. 95.*

11 Eamque limita, quando † verbum directum veniret ad determinationem verbi communis; veluti si dicatur, Titium substituo hæredem; quia tunc dicetur facta solum directa: nam verbum *substituo* non posset operari fideicommissariam, cum veniat determinandum per verbum directum, sibi adiunctum, *Alexan. Iason & Claud. in d. l. centurio, vbi Socin. Iun. numero 309. Baldus in l. precibus, C. de impuber. & aliis substit. colum. 12. Angel. consil. 111. Imol. in cap. Raynutius, in materia cōpend. extra de testam.*

Idem, èeontra, quando † verbum directum in 12
substitutione appositum potest se habere per modum dispositionis, & demonstrationis; veluti, si testator dixisset, Si talis filius meus decesserit sine filiis, tunc ei substituo Titium infra scriptum meum hæredem, (quem postea infra hæredem scripserit,) quia tunc debet intelligi demonstratiue, & non dispositiue, &, per consequens, dicta substitutio non deberet dici facta per verba directa, & communia, sed tantum per verba cōmunia, *Bar. in d. l. centurio, n. 39.* cū quo transire Doctores * te- *
statur ibi *Soc. Iun n. 16 ver. cum ista, per l. fi. § Titia ff. de libera. lega. Bar. de Hncio in tract. subst. cap. 5. nu. 25. in fi. Bald. in tract. eiusdem tit. in materia compendiosa, n. 31. in fi. Const. Rog. d. q. 4. n 94. & 95.*

ARGVMENTVM.

Vtrum substitutus habeat electionem succedendi ex substitutione directa, vel obliqua, si compendiosa fuerit facta per verba directa, & cōmunia simul in persona vnius apposita?

SVMMARIVM.

1 *Compendiosa, si fuerit facta per verba directa, & communia simul in persona vnius apposita substitutus habebit electionem succedendi ex substitutione directa, vel obliqua, num. 1. medium, num 2. contra, num. 3 fundamenta, nu. 4. aliorum distinctio, numero 5 Amplia, numero 6. 15. & 16.*

2 *Substitutus habet electionem. qua substitutione succedere velit, testatore substituente vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, numero 6. limita, n. 9. & 14.*

3 § Titius, l. recusare, ff. ad Treb. *declaratur, numero 11. 12. & 13.*

4 *Verbum*, fideicommissum, *est obliquum, n. 17.*

QVÆSTIO XXVIII.

SI † compēdiosa substitutio fuerit fa- 1
cta per verba directa, & communia simul in persona vnius apposita, vtrū substiturus habeat electionem succedendi ex substitutione directa, vel obliqua? Resp. quod sic, *Bar. in l. centurio, sub num. 38. ibi, vel melius. ff. de vul. & pup. subst.* cum quo trāsire communiter * Doctores testatur ibi *Soc. Iun.* *
num 310. vbi etiam Alex. num. 95. Ias. num. 59. Imol. num. 24. col. antepen. Aret. sub num. 16. Claud. Seisel. num. 45. Galiaul. num. 485. & Alciat. numero 103. Corn. in l. precibus, num. 124. C. eod. vbi Caccialup. numero 80. Bart. in l. recusata, § Titius, num. 2. ff. ad Trebell vbi Angel. num. 1. Paul. de Cast. num. 3. & Alex. numero 1. Baldus in tractat. substit. in materia compend. sub numero 30. Zas. in tractat. eiusdem titul. capite 5. colu. 11. & fatetur hanc esse communem * o- *
pinionem, *Sforz. Odd. in tracta. compen par. 5. tit. de compend. facta a pagano, art. 4. sub nu. 7. Bart. de Hucio in tract. subst. in materia compend. sub numero 25.*

Franc.in cap si pater, col. 49, vers. octauo quaeritur, de testam.lib.6. Fulgo. cons. 43. numero 5. Soc. cons. 144. num 3. lib. 1. & cons 20. numero 12. eod. lib. Dec. consil. 416. numero 16. Natt. cons. 395. num. 3. Paris. cons. 36. num. 40. lib. 2. Guid. Pap. decis. 532. numero 2. Franc. Marc. decis. 305. num. 4. Crass. in §. substitutio, quaest.
* *78. nu. 1.* vbi dicit communem * opinionem, *Const. Roger. in tractat. subst. in materia compend. quaest. 4. sub numero 86. Pract. Papiens. tit. de forma libell. quo agit. ex substit. compend. sub num. 30. Bolognett. in d. l. centurio, numero 271. Alexand. Trentacinq. in tractat. substit. par. 4. cap. 13. numero 2. & par. 5. cap. 10. nume-*
* *ro 15.* vbi testatur hanc esse magis communem * opinionem.

2 Mouemur per † *l. si quis seruo, in tex. ibi, in potestate serui est vtrum velit, ff. de manum. testam. l. fin. in tex. ibi vtrum velit eligere habeat potestatẽ, C. de codic.*

3 Coottariam sententiam tenuit † *R. p. in d. l. centurio, n. 170. vbi Soc. Iun.* (aliquantulum dubius) *nu. 310. vers. sed considera.*

4 Mouentur, quia aliàs verbum † directum, & commune, intra pubertatem valeret iure fideicõmissi, contra voluntatem testatotis, qui ad illum finem apposuit, vt vnumquodq; valeret secundum suum tempus, *arg. l. omnes ff. si cert. pet.* vnde cum fideicommissaria oon continetur, oisi tempore soo, & concurreret cum aliqua directa, non deberet dari electio substituto.

5 Alii distinguunt, aut † concurrunt simul vulgaris, & fideicommissaria, & tunc aut institurus noluit esse hæres, & procedit prima opioio; aut non potuit, & procedit secuoda; aut concurrunt pupillatis, & fideicommissaria, & tunc indistinctè procederet secunda senteotia, *Sforz. Odd. in tractat. comp. par. 5. tit. de comp. facta à pagano. art. 4. n. 7. vers. ego distingno.*

Amplia primo principalem conclusionem pro-
6 cedere, quando † testator post factam substitutionem, dixisset, eam valere vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum; quia tunc etiam esset electio substituti, per quam venire velit *Bar. in d. l. centurio, sub numero 38.* cum quo transire fere omnes
* * Doctores, restatur ibi *Soc. Iun. numero 311. vers. idem dixit, vbi etiam Alexan. Ias. Aret. & Claud. Seisell. Bar. in l. si Titio, ff. de vsufruct. lega. Guid. Pap. quaest. 352. Marian. Soc. sen. cons. 20. & cons. 290. col. 2. Bal. in tract. subst. in materia compendiosa, sub numero 30. Const. Roge. in tract. eiusdem tit. in materia cõp. q. 4. num. 92. Pract. Papiens. in forma libell quo agitur ex subst. comp. num. 30. circa fi. Alex. Trentacinq. in d. cap. 13. numero 6.* vbi testatur hanc esse magis com-
* munem * opinionem.

7 Intelligunt, vt † quælibet substitutio nõ habeat locum copulatiue, licèt oratio substitutionis fuerit copulatiue concepta; sed procedet disiunctiue, vt sic copola resoluatur in disiunctiuam, atque ita dabitur electio substituto, *Aret. in d. l. centurio, Bar. de Hucio in tract. subst. c. 6. numero 13. arg. l. si quis seruus, ff. de manum. test.*

8 Licèt alii tenuerint, quod † quælibet habebit locum in suo tempore, & sic successiue; scilicet vulgaris ante aditam; pupillaris, si decedat pupillus, & fideicommissaria post pubertatem, prout est de natura compendiosæ, *Cyn. in l. precibus, C. de impub. & aliis subst. Imol. in c. Raynutius extra de testam. Cuma. & Rom. in l. recusare, § Titius. ff. ad Trebel. Soc. Iun. in d. l. centurio, n. 313. vers. sed cõcluditur, Dec. in d. l. precibus, numero 20.*

Limita primo ampliationem prædictam, quando † testator expresserit particulariter casus cuiuslibet sobstitutionis; puta, si hæres non erit, vel in pupillari ętare decesserit; vel postea quandocunque, 9
Soc. Iun. in d. l. centurio, n. 314. Dec. in d. l. precibus, col. 13. Claud. Seisel. in d. l. centurio, Sforz. Odd. in tract. cõpend par. 5. tit. de comp. facta a paga art. 4. n. 8. nisi (inquit) distinctio tẽporũ singulariter facta nõ fuisset.

Licèt contrarium † tenuerit *Gabaul. in d. l. centurio, numero 487.* 10

Moti per † *l. recusare, § si Titius. ff. ad Trebell.* 11

Sed resp. primo, quod licèt ibi † fuisset facta substitutio separata, tamen constat de mente testantis, quod solum in eo voluerit fauere substituto, *Soc. Iun. in d. l. centurio, sub numero 314.* 12

Secundo, quia ibi non † fuit facta temporis denumeratio, sed fideicommissaria fuit facta pure, & sine tempore, *Soc. Iun. in d. l. centurio, numero 314. vers. praeterea, quem probauit Sforz. Odd. d. art. 4. sub numero 8.* 13

Limita secundo, quando fieret informa † reciprocæ, duobus simul institutis; veluti, & quandocunque decesserint, illos inuicem substituo vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum; quia tũc cõtinebitur popillaris, etiam si fuerit facta imparibus, & fideicommissaria locum habebit post tempus mortis, *Soc. Iun. in d. l. centurio, numero 314. in fi. Sforz. Odd. d. art. 4. nume. septimo, in fin. Berous cons. 47. num. 6. lib. 3 & cons 79. nu. 28. lib. 2.* 14

Amplia secundo, quando † testator dixisset, Si filius meus decesserit sine liberis, Titium instituo & substituo; quia tonc valebit vtroque iure, & dabitur pariter electio substituto, cũ verbum, *instituo*, sit directum, *Bart. in d. l. centurio, sub numero 38. per l. 1. in prin. ff. de vul. & pup. subst. l. si pater, filio, & l. 1. in princ. ff. de hared. instit. l. pen. ff. de ventre insp. Bart. de Hucio in tract. subst. c. 5. sub numero 25 Bald. in tract. eiusdem tit. in materia compendiose, numero 31. Const. Roger. in d. quaest. 4. numero 87.* 15

Amplia tertio, quando † testator vsus fuisset verbo communi, & obliquo, veluti, si testator dixisset, Si filius meus decesserit sine liberis, volo bona mea deuenire àd Titium iure sobstitutionis, & fideicommissi; quia tunc etiam erit electio substituti, ex qua succedere velit, ex directa scilicet, vel obliqua, cum verbum, *substitutio*, sit commune, & † verbum *fideicommissum*, sit obliquum, *Bart. in d. l. centurio, sub numero 38.* cum quo transire Docto- 16 17
res * testatur ibi *Soc. Iun. num. 315. vers. & licèt, l. recusare, § Titius. ff. ad Trebell. l. si quis seruo, ff. de manum. testam. Bal. in tract. subst. in materia compendiosa, sub num. 31. Const. Roger. in d. quaest 4. num. 88.* *

ARGVMENTVM.

Compendiosa facta per verba directa, & communia in persona diuersorum, quid contineat?

SVMMARIVM.

1 *Compendiosa, concepta per verba directa, & communia in persona diuersorum quid contineat, distinguũtur plures casus, n. 2. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. & 11.*

2 *Compendiosa, facta per verba communia in certa portione, dato instituto vniuersali non potest trahi ad substitutionem directam, numero 3.*

QVÆ-

QVÆSTIO XXIX.

1 SI † compendiosa fuerit facta per verba
directa, & communia in persona diuer-
sorum concepta; veluti si testator dixis-
set, Etsi filius meus sine liberis decesserit,
Titius hæres esto, & Sempronius quoque eandem
habeat hæreditatem, quid iuris erit? Resp. distin-
2 guendo plures casus; primus itaque erit, quando †
testator vnum substituit directo per verba directa,
& ciuilia simpliciter; alium vero per verba com-
munia in certa portione; & tunc substitutus simpli-
citer, erit substitutus directo, substitutus autem
per verba cõmmunia erit oneratus fideicommis-
so, *Bart. in l. centurio, numero 40. ff. de vulgar. &
pupill. substitut. Sforz. Odd. in tractat. compendiosa,
partic. 5. in fin. numero 13. Baldus in tractat. substit.
in materia compendiosa, sub numero 32. Bart. de Hu-
cio in tract. eiusdem tit. in materia compendiosa, sub
numero 27. Gul. Bened. in cap. Raynutius, par. 2 vers. si
absque liberis, ol 2. tit. de compend. subst. nume. 54. ex-
tra de testam. Const. Roger. in tract. subst. in materia
Compendiosa, quæst. 4. numero 105. Alex. Trentacinq.
in tract. eiusdem tit par. 4. cap. 13. numero 11. vers. pri-
3 mus.* Quia † substitutio facta per verba communia
in certa portione, dato instituto vniuersali, nõ po-
test trahi ad substitutionem directam, *Bart. in d. l.
centurio, sub numero 40. Sforz. Odd. in d. par. 5. in
fin. numero 11. vers. tertia est*, vbi testatur commu-
* nem * opinionem, *l. his verbis, in prin. ff. de hered.
instit. § si vero nulla, vbi gloss. in ver. relictus, Auth.
de hæred. & falcid. Crass. in § substitutio, quæst. 78.
numero 3.*

4 Secundus casus erit, quando † testator vnum
substituerit directo in certa portione, & alium per
verba communia in residua portione; & tunc illa
substitutio facta per verba communia, poterit tra-
hi ad directam, cum nullus alius reperiatur hæres
institutus, *Bart. in d. l. centurio, sub numero 40.* cum
* quo omnes transire testatur ibi *Soc. Iun. nume. 319.
arg. l. 2. C. de hered. institu. Bald. in tract. subst. in ma-
teria comp. sub numero 32. Bar. de Hucio in tract. eius-
dem tit. in materia compendiosa, sub numero 27. Gul.
Bened. in d. tit. de compend. sub numero 54. Ale-
xand. Trentacinq. in d. capite 13. numero 11. vers. aut
substitutio.*

5 Tertius erit, quando † testator vnum substitue-
rit per verba directa in certa parte, & alium per ver-
ba communia in alia certa parte, & tunc vocatus
per directa erit hæres vniuersalis; alius vero fidei-
commissarius, *Soc. Iun. in d. l. centurio, numero 321.*
6 *vbi etiam Bolognett. num. 283.* Nisi † testator dispo-
suisset de omnibus bonis, puta per verba directa
substituisset Titium pro dimidia parte, & per ver-
ba communia Caium pro alia dimidia; quia tũc v-
terque erit hæres pro dimidia, *Soc. Iun. in d. l. centu-
rio, num. 321. vers. sed si, & n. 322. in fin.*

7 Quartus erit casus, quando † testator vnum sub-
stituit in certa portione per verba directa ciuilia, a-
lium vero substituit in alia portione per verba me-
re obliqua, & tunc substitutus per verba directa e-
rit hæres vniuersalis, alius autem fideicommissa-
rius, *Bart. in d. l. centurio, sub numero 40. per l. cohere-
di, § fin. ff. de vul. & pup. subst.* cum quo transire Do-
* ctores * testatur *Soc. Iun. in eadem l. centurio, num.
223. Bal. in tract. subst. in materia compend. numero 32.
in fine, Bart. de Hucio in tract. subst. in materia com-
pendiosa, sub numero 27. Zas. in tract. eiusdem tit. cap.
5. sub num. 29.* vbi ponit exemplum, *Imol. in d. l. cen-
turio, & in cap. Raynutius, extra de testam. Franc. in
cap. si pater, col. 56 eod. tit. lib. 6 Gul. Bened. in d tit. de
compend subst. sub numero 54. Crass. d. quæst. 78. num.*
3. vbi testatur communem * opinionem, *Const. Ro- *
ger. in tract. substit in materia compend. quæst. 4. nu-
mero 98. Alex Trentacinq. in d. cap. 13. num. 11. vers.
tertius casus est.*

Quintus casus erit, quando vnus † substituitur 8
per verba communia in certa portione, & alius in
alia portione per verba mere obliqua; quia tunc
tota substitutio dicetur fideicommissaria, *Bar. in d.
l. centurio, numero 41.* cum quo transire Doctores
testatur, * *ibi Soc. in Iun. numero 324. Sforz. Odd. in* *
*tract. compend. par. 5. in fi. numero 14. Bald. in tract.
subst. in materia compendiosa, numero 33. Bart. de Hu-
cio in tract. eiusdem tit. cap. 5. numero 27. in fin. Gul.
Bened. in d. tit. de compend subst. sub num. 54. Crass. in
d. quæst. 78. num. 6.* vbi testatur communem * opi- *
nionem, *Apost. ad Alex. cons. 12. in litera B. vol. 3.* vbi
ait hanc conclusionem conformiter omnes * te- *
nere, *Const. Roger. d. quæst. 4. numero 100.* Nisi † illa 9
pars, quæ relinquitur per verba obliqua, relinqua-
tur ab eo, qui in parte per verba communia voca-
tus fuerat; puta, si dictum fuisset, Titium substituo
in tertia parte, & eum rogo, vt aliam tertiam resti-
tuat Caio; quia tunc Titius erit hæres vniuersalis,
& directus, *Soc. Iun. in d. l. centurio, n. 324. ver. lim. ia
secundo post Bar. ibidem, sub n. 41.*

Sextus casus erit, quando † apponuntur verba 10
communia in persona diuersorum, quos substituit
in certis portionibus, diuidendo hæreditatem in-
ter eos; quia tunc sine dubio traheretur ad substi-
tutionem directam, cum diuisio hæreditatis per
partes, licèt non adiiciatur *hæres esto*, ad institutio-
nem trahatur, *Bart. in d. l. centurio, numero 41. in fin.
per l. 1. § Diuus, ff. de hered. instit. Bald. in tract. subst.
in materia compendiosa, sub numero 33. Bart. de Hu-
cio in tract. eiusdem tit. cap. 5. nu. 28. in fin. Gul. Bened.
in d. tit. de compend. subst. sub n. 54.*

Septimus casus erit, quando † factis pluribus le- 11
gatis in institutione, testator dixerit, Volo residuũ
bonorum meorum ad Caium peruenire, quia tunc
Caius esset hæres vniuersalis directus, nec substitu-
tio vniuersaliter facta, propter illud verbum resi-
duum, alterabitur. *Bart. in d. l. centurio, numero 42.
arg. l. 2. C. de hered. instit. Bald. in tract. subst. in mate-
ria compendiosa, numero 33. in fin. Gul. Bened. in d. tit.
de compend. subst. nu. 55. Bar. de Hucio in tract. subst. tit.
cap. 5. num. 29. in fine.*

ARGVMENTVM.

Quid est verbum directum in genere?

SVMMARIVM.

1 *Verbum directum in genere est illud, quod suapte natura importat, vt is cui relinquitur, de sua manu accipiat, nec in alterius factum trahatur, numero 1.*

2 *Verbum directum est illud, quod significat tale ius, ex quo possit adiri hereditas de iure ciuili, vel bonorum possessio de iure pratorio, num. 2.*

3 *Verbum directum, est significans, quod aliquid sine petitione ipso iure competat, num. 3.*

4 *Verbum directum est, per quod immediate vniuersaliter succeditur testatori, numero 4.*

5 *Verbum directum, est excludens ministerium alterius in vniuersali substitutione, n.5.*

6 *Verbum directum est continens dispositionem, & exequutionem simul, nu.6.*

7 *Verbum directum, est omne verbum relatum ad substitutum, seu significans successionem descendere ab instituto ad ipsum substitutum immediatè, num.7.*

8 *Verbi directi mentio facta inuenitur in legibus Imperatorum, n.8.*

QVÆSTIO XXX.

1 Quid † est verbum directum in genere? Resp. esse illud, quod suapte natura impottat, vt ille cui relinquitur, de sua manu accipiat, nec in alterius factum trahitur, *Bar. in l. centurio, num. 43. ff. de vul. & pup. subst. per gloss. in ver. directis, l. eam, quam, C. de fideicom. & in l. omne verbum, C. com. de legat.* cum quo trãsire Doctores testatur in eadem *l. centurio, Soc. Iun. num. 327. vbi Rip. num. 179. Galiaul. numero 301. & Caccialup. num. 96. Sforz. Odd. in d. tractatu compend. par. 4. art. vit. numero 2. fol. 35. Bart. de Hucio in tractat. subst. cap. 5. numero 29. Bald. in tract. eiusdem tit. in materia compendiosa, numero 36. Lancell. Polit. in tractatu eiusdem tit. in materia compendiosa, sub numero 46. Zas. in tract. eiusdem tit. cap. 5. numero secunda, circa medium, Aret. instit. in tractatu subst. in materia compend. num. 7. Petrus Gregor. par. 3. Syntagm. iuris vniuers. libr. 42. cap. 11. num. 5. fol. 535. & cap. 26. sub num. 4. Maccagn. ab Azeguid. lib. 2. comm. opin. cap. 6. num. 6. Bolognett. in d. l. centurio, numero 6. & 295. Alexand. Trentacinq. in tractat. subst. par. 4. cap. 4. num. 1,* vbi testatur communem * opinionem.

2 Vel etiam dicitur † omne verbum, quod significat tale ius, ex quo possit adiri hæreditas de iure ciuili, vel bonorum possessio de iure prætorio, *Bal. in l. fi. num. 11. C. de sacrosanct. Eccl. R p. & Galiaul. in d. l. centurio, ille, num. 179. iste, num. 50. in fin. Sforz. Odd. d. art. fin. numero 2 ver. secunda, Aret. in § extraneo, sub num. 1. Instit. de pupill. subst. Gul. Benedict. in cap. Raynutius, in ver. eidem impuberi succederent, sub num. 4. extra de testam. Petrus Gregor. par. 3. Syntagm. iuris lib. 42. cap. 11. sub num. 5. Molin. lib. 1. de primogen. Hisp. par. 2. cap. 14. numero 2. Bolognett. in dict. l. centurio, sub numero 6. & 295. ver. secunda.*

3 Vel etiam † omne verbum significans, quod aliquid sine petitione ipsi iure competat, *Sfor. Od. d. art. fin. num. 2. ver. tertia, Azzo. in rub. C. de fideicomm. libert. Aret. in § extraneo, Instit. de pupill. subst. Caccialup. in d. l. centurio, num. 99. Gul. Bened. in cap. Raynutius, in ver. eidem impuberi succederent, sub n. 4. extra de testam. Bolognett. in d. l. centurio, sub num. 6. Alex Trentacinq. in d. cap. 4. sub nu. 1.* Quicquid dixerit *Rip. in d. l. centurio, n. 179.*

4 Vel etiam omne † verbum, per quod immediatè vniuersaliter succeditur testatori, *Bal. in l. fin. numero 21. C. de sacrosanct. Eccl. Angel. in § extraneo, num. 2. Instit. de pupill. subst. Sforz. Odd. d. art. fi. numero 2. ver. quarta, Caccialup. in d. l. centurio, num. 99. Gul. Bened. in d. ver. eidem impuberi succederent, sub numero 4. vers. tertia regula, Petrus Gregor. d. c. 11. sub num. 5. Bolognett. in d. l. centurio, sub numero 6. & 295. ver. septima, Alexand. Trentacinq. in d. cap. 4. sub numero 1.*

5 Vel etiam omne verbum † excludens ministerium alterius in vniuersali substitutione, *Bald. in l. fin. num. 71. C. de sacrosanct. Ecclesi. per l. si quis ita. ff. de vulg. Sforz. Odd. d. art. fi. nu. 2. ver. sexta, Aret. in § extraneo, Instit. de pupill. subst. Rip. & Caccialup. in d. l. centurio, Ant. Fumo. in tractat. subst. in materia compendiosa, num. 76. Gul. Bened. in d. ver. eidem impuberi succederent, num. 5. vers. quinta regula, Petrus Grego. in d. cap. 11. sub num. 5. Bolognett. in d. l. centurio, sub num. 6. & 295. ver. quinta, Alex. Trentacinq. in d. cap. 4. sub n. 1.*

6 Vel etiam † omne verbum, continens dispositionem, & exequutionem simul, *Bald. in l. fin. col. penult. num. 24. C. de sacros. Eccl. Rip. in d. l. centurio, Sforz. Odd. d. art. fi. num. 2. in fin. Gul. Bened. in capit. Raynutius, vers. eidem impuberi succederent, num. 5. ver. sexta, extra de test.*

7 Vel etiam † omne verbum relatum ad substitutum, seu significans successionem descendere ab instituto, ad ipsum substitutum immediatè, *gloss. l. eam quam, C. de fideicomm. Gul. Bened. in d cap Raynutius, in ver. eidem impuberi succederent, numero 4. ver. quarta regula, per cap si pater, de testamen. lib. 6. Bolognett. in d. l. centurio, sub num. 6. Alex. Trentac. in d. c. 4 sub num. 1.*

Licet contrarium tenuerit *Rip. in d. l. centurio, num. 179. Sforz. Odd. d. art. fi. n. 2. ver. septima.*

8 Hisque verbi directi † in legibus Imperatorum inuenitur facta mentio, vt legitur in *l. si testamento, C. de impub. & aliis subst. l. quoniam indignum, C. de testam. l. eam quam, C. de fideic.*

ARGVMENTVM.

Quæ sint verba directa in specie?

SVMMARIVM.

1 *Verba directa in specie, quæ sint, n. 1. & seq.*

2 *Verba,* hæres esto, *sunt directa, nu. 2. declara, numero 3. 4. 5. 6. 7. & 8.*

3 *Verbum,* adiicio, *est directum, numero 9. exemplum, num. 10.*

4 *Verbum,* adiudico, *est directum, n. 11.*

5 *Verbum,* assigno, *est directum, n. 12.*

6 *Verbum,* consigno, *est directum, n. 13.*

7 *Verbum,* resigno, *est directum, n. 14.*

8 *Verbum,* accrescat, *est directum, numero 15. contra, vt sit commune, numero 16. alij distinguunt, numero 17.*

9 *Verbum,* cedo, *est directum, num. 18. ratio, num. 19. & 20.*

10 *Cedere, est abdicare à se, & tradere alteri, quo magis fieri potest, num. 20.*

11 *Verbum,* concedo, *est directum, num. 21. contra, vt sit commune, numero 22. media, num. 23. 24. 25. 26. & 27.*

12 *Verba,* dominus esto, *sunt directa, n. 28.*

13 *Verbum,* instituo, *est directum, nu. 29. contra, & male, vt sit commune, n. 30.*

14 *Verbum,* instituo, *est directum ciuile, numero 31. & non potest obliquari, num. 32. nisi fuisset adiectum certarei, vel ad saluandam voluntatem testatoris, num. 33.*

15 *Verbum,* instituo, *conuenit substitutioni, n. 34.*

16 *Substitutio potest concipi per verbum* substituo, *n. 35. exemplum, n. 36.*

17 *Verbum* sit, vel erit, *est directum, num. 37. alij distinguunt, num. 38.*

18 Ver-

18 *Verbum*, capiat, accipiat, recipiat, *&* percipiat *directum est, num. 39. alii dixerunt esse obliquũ, numero 40. alii commune, num. 41. & alii aliter, numero 42.*

19 *Verbum*, communicetur, *est directum, num. 43. contra, ut sit obliquum, n. 44.*

20 *Verbum*, hæreditate, *est directum, numero 45. media, num. 46. & 47. contra, ut sit commune, numero 48.*

21 *Verbum* moriatur, *est directum, num. 49. contra, ut sit commune, n. 50 declara, n. 51.*

22 *Verbum* vadat, *est directum, num. 52. nisi fuisset addita dictio* semper, *n. 53.*

Idem de verbo transeat, *num. 54.*

23 *Alex. Trentac. subtractor aliena laudis, num. 55.*

24 *Verbum* sumat *est directum, num. 56 & significat idem, quod verbum accipiat, n. 57.*

QVÆSTIO XXXI.

1 Quæ sint † verba directa in specie? Resp.
2 verbum † *hæres esto*, esse directum *Bart. in l. centurio, sub nu. 43. ff. de vulg. & pup. subst. gloss. l. precibus, C. eod. l. 1. ff. de hered. instit. Sforz. Odd. in tract. compend. par. 4. in vers. esto,*
* vbi ait, id omnes * vno ore fateri, *Const. Roger. in tract. subst. in materia compend. quæst. 4. num. 97. infr. Bal. in tract. subst. in materia compendiosa, sub num. 36. Aret. instit. in tract. subst. in materia compend. sub num. 7. Lancell. Polit. in tract. subst. in materia compend sub num. 12. Zas. in tract. eiusdem tit. cap. 5. num. 3. Paul. Leon. in tract. eiusdem tit. in materia compen. num. 32. Soc. Iun & Ias. in d. l. centurio, ille. num. 328.*
* vbi ait, ita transire * Doctores, *iste, num. 62. Bald. in l. fin circa fin. C. de sacrosanct. Eccl. Gul. Bened. in cap. Raynutius, ver. eidem impuberi succederent sub num. 11. extra de testam. Maccogn. ab Angnid. com. m. op. lib. 2. cap. 6 sub nu. 6 Molin. lib. 1. de Hisp. primogen. par. 1. cap. 14. sub num. 2. Alex. Trentacinq in tractat. subst. par. 4. cap. 4. n. 6. & 7.*

3 Intellige primò procedere, quando † testator ipse hæredem faciat; secus si disponat, vt alius faciat; quia tunc erit commune, &, per consequens inducat fideicommissum, *Bart. in d. l. centurio, num. 43. & 44. Sforz. Odd. in d. ver. hæres esto, in fin. Bolo-*
4 *gnett. in d. l. centurio, numero 307.* Veluti si † dixisset volo, quod talem hæredem recipias, *l. pater filium, § fin. ff. de leg. 3 l. Lucius § fin. ff. de vul. & pup. substit.*
5 Vel rogo, vt † etiam hæredem facias, *l. ex facto, in prin. ff. ad Trebell. l. filiusfamilias, § vt quis hæredem, ff. de leg. 1.*

Intellige secundo; procedere etiam, quod non
6 fuerit expressum, sed subintelligatur; quia † testator nullo verbo dispositiuo, vel exequutiuo substituerit; veluti, Titius hæres esto, & quandocunque sine filiis decesserit, Sempronius; quia etiam tunc dicetur facta substitutio cum verbo directo ciuili, *Gul. Bened. in c. Raynutius, par. 2. in vers. succederent, num. 11. extra de testam. per l. 1. in tex. ibi, ergo, & si ita, ff. de hæred. instit. Bald. in l. fin. in fin. C. de sacrosanct. Eccles. Sforz. Odd in d. ver. hæres esto, ver. ampliatur, per l. miles, ita in tex. ibi quo adiuuet, ff. de milit. testamen.*

7 Intellige tertiò, vt procedat, quãdo dicta † verba essent coniuncta; secus si fuerit verbum, *hæres*, dumtaxat appositum; quia tunc, cum conueniat, etiam fideicommissario, *l. filium, § 1. ff. quod cum eo,*
8 *l. 2. C. quando, & quibus quarta pars, lib. 10.* Erit † commune, *Sforz. Odd. in d par. 4. in ver. hæres esto, vers. dicas igitur.*

Item, † verbum *adiicio*, est directum; puta, si † 9
testator dixisset, Quandocunque filius meus de- 10
cesserit, bona mea adiicio tali, *Gul. Bened. in cap. Raynutius, in ver. eidem impuberi succederent, nu 6. extra de testam. per Instit. in prin. de eo cui libert. causa bona adiiciuntur, l. 1 ff. de fideicomm. libert. Caccialup. in l. precibus, col. penult. C. de imp. & aliis subst. Aret. in § extraneo, num. 5. Instit. de pup. subst. Sfor. Od. in d. tract. compend. par. 4. fol. 39. a tergo, Bald. in l. fin. sub n. 23. C. de sacrosanct. Eccl. Petr. Gregor. lib. 42. Syntagm. iuris, par. 3. cap. 11. sub num. 5. Alex. Trentacinq. in tract. subst. par 4. cap. 4 nu. 4.*

Item, verbum † *adiudico*, est directum; quia si- 11
gnificat vltimum effectum dispositionis, *Bal. in l. fin num. 23 in fi. C. de sacrosanct. Eccl. per l sed, & si res, ff. de publ. Instit. de off. iud. in fin. Caccialup in l. precibus, col. penult. C. de impub. & aliis subst. Sforz. Od. in tract. compend par. 4. f. 39. a tergo, Aret. in § extraneo, sub num. 5 Instit. de pupill subst. per § si. cum gloss. Instit. de inoff. testam. Gul. Bened. in capit. Raynutius, ver. eidem impuberi succederent, num 7. extra de testam. Petr. Greg. lib. 42. Syntagm. iuris, part. 3. cap. 11. sub num. 5. Molin. d. c. 14. sub num. 2. Alex. Trentac. in tract. subst. par. 4 c. 4. nu. 4.*

Item, verbum † *assigno*, est directum, *Bal. in l. fi.* 12
num. 24 C. de sacrosanct. Eccle. per l. 1 ff. de assign. libe. c. p. 2. de off. ordin. lib. 6. Gul. Bene. in cap. Raynutius, ver. eidem impuberi succederent, num. 5 extra de testam. Aret. in § extraneo, sub num. 5. Instit. de pupill. subst. Sforz. Odd in tractatu compend par. 4 fol. 40. Caccialup. in l. precibus, col. penult. C. de impub. & aliis subst. Bald. in l. quoties, C. famil. hercisc. Petrus Grego. d. cap. 11 sub num 5. Molin. de primogen. Hisp. par. 1. lib. 1. c. 14 sub nu. 2. Alex. Trentac. in d. c 4. n 4.

Item, verbum † *consigno*, est directum, *Sforz.* 13
Odd. in tractat. compendiosa, par. 4 fol. 40. sub verbo assignetur.

Item, verbum † *resigno* est directum, *Sforz. Od.* 14
in tracta. compend par. 4. fol. 40. sub verbo assignetur.

Item, verbum † *accrescat*, est directum, *Bart. in* 15
l. centurio, nu. 55. ff. de vul. & pup. subst. non enim (inquit) adaptatur, vt quis capiat de manu alterius, cum quo simpliciter transire omnes * testantur ibidem *Soc. Iun num. 341. per rub. & nigrum, C. quando non petentium partes, l. qui patri, in princ. ff. de acquir. hæred. l. vnica, § his ita, C. de caduc. tolle. Gabriel. in d l. centurio nu 55. Bal. in l. fin. sub nu. 24. C de sacrosanct. eccl. Aret. in § extraneo, sub nu 5. Instit. de pupill. subst.* hancque esse communem * opinionem *
fatetur *Sforz. Od. in tract. compend par. 4. fol. 39. Imol. in cap. Raynutius, nu. 196 extra de testam. vbi etiam Gul. Bened. in ver. eidem impuberi succederent, nu. 10. Rip. in d l. centurio, nu. 195. Bal. in l. 1 C. quando non pet. par. & in d. § his ita, Franc. in cap. si pater, col. 30. vers. 8. de testam. lib 6. vbi etiam Bal Corn. in l. precibus col. 16 C. de imp. & aliis substit. Tiraq. in l. si vnquam, in ver. reuertatur, n. 206. & 207. C. de reuoc. donat.* vbi ait neminem * huic sententiæ aduersantẽ *
reperisse, *Bal. in tract. subst. in materia compendiose, n. 40.* vbi ait hãc esse veritatem, *Lanc. Polit. in tract. eiusdem tit. in materia compend. in fin. pract. Papiens. in form. libelli quo agitur ex subst. cõp. n. 33. Petr. Gregor. d. c. 11. n. 5. Molin d. c. 14. sub n. 2. Alex. Trentac. in tract. subst. par. 4. n. 3.* vbi testatur comm. * opi- *

16 Licèt alii tenuerint esse, † verbum commune,
cum sit applicabile vtrique significationi, directæ
scilicet, & obliquæ, *Sforz. Odd. in tract. comp. part.*
4. fol. 39. a terge, versic. sed nihilominus, per l. codicil-
lis. ff. de vsufru. lega. Ioan. Bolognett. in d. l. centurio, n.
13 ver. quarta, & 318.

17 Et alii distinguant, aut † ponitur inter hæredes
directo vocatos, & procederet prima sententia, aut
inter vocatos per fideicōmissum, vel legatum, ve-
luti si testator dixisset, Lego fundum Seio, & Caio,
vel volo eis restitui hæreditatē, ita vt portio vnius
alteri accrescat; & haberet locum secunda; *Soc. Iun.*
in d. l. centurio, sub n. 341.

18 Item, verbum † *cedo* est directum, *Bald. in l. fin.*
sub numero 24. C. de sacrosanct. Eccles. Sforz. Odd. in
tract. compend. part. 4. fol. 40. Caccialup. in l. preci-
bus, colum. pen. C. de impub. & aliis subst. Gul. Bened.
in cap. Raynutius, in ver. eidem impuberi succederent,
numero 10. extra de testam. Aret. in § extraneo, sub
num. 5. Instit. de pupill. subst. per l. fin ff. de don. l. 1. ff. de
const. prin. Alex. Trentacinq. in tractat. substit. par. 4.
19 *num. 5.* Quia † verbum *cedo*, significat quandam
suppositionem omnimodam, & integralem alte-
20 rius in locum suum, *Clem. 1. de renunciat.* At † ce-
dere est abdicare à se, & tradere alteri, quo magis
fieri potest, *Bar. in l. 1. n. 23. C. de actio. & obligat.*

21 Item, verbum † *concedo*, est directum, *Bal. in*
l. fin. sub nu. 24. C. de sacros. Eccl. Gul. Bened. in capit.
Raynutius, in ver. eidem impuberi succederent, sub nu-
mero 10. extra de testam. Aret. in § extraneo, sub num.
5. Instit. de pup. subst. Caccialup. in l. precibus, col. pen.
C. de impub. & aliis subst. § sed, quod Principi, Instit.
de iure natura. Bald. in l. humanitatis, C. de impub. &
aliis subst. Molin. d. cap. 14. sub num. 2. Alex. Trenta-
cinq. in d. c. 4. nu. 5.

22 Contrariam sententiam, vt † sit commune, te-
nuit *Sforz. Odd. in tract. compend. par. 4. fol. 40. à ter-*
23 *go.* Tum (inquit) quia † reperitur, etiam in sensu
obliquo, *l. cum pater, § dulcissimis, ff. de leg. 2.* Tum
24 quia in † dubio idem significat, quod dono, *Bart.*
25 *in l. vxoris § cum seems, num. 4. ff de leg. 3.* & † dona-
26 tio est ab hærede præstanda, *§ 1. Instit. de lega.* Et †
donatio idem est quod datio, *l. 1. in prin. ff. de donat.*
27 Et † *dato*, est verbum obliquum, *Bal. in d. l. fin. sub*
num. 24. & in tract. substit. in materia compend. num.
trigesimosexto, in fin.

28 Item, *dominus* † *esto*, est verbum directum, *Bal.*
in l. fin. C. de sacrosanct. Eccles. Franc. in cap. si pater,
col. 29. vers. secunda est. de testam. lib. 6. Galiaul. in d.
l. centurio, numero 568 Sforz. Odd. in tract. compend.
* *par. 4. fol 42. à terge*, vbi ait, ita omnes * vno ore fa-
teri, per *§ fin. Instit. de hered. qual. & differ. Aret. in §*
extraneo, sub num. 5. Instit. de pupill. substit. per l. his
verbis, ff. de hered. instit. Zas. in tractat. substit. cap.
5. num. 3. Paul. Leon. in tractat. eiusdem tit. in mate-
ria compend. num. 305. Mol. in d. cap. 14. num. 2. A-
lexan. Trentacinq. in tractat. substit. par. 4. cap. 4. nu-
mero 6.

29 Item, verbum † *instituo*, est directum, *Bart. in*
l. centurio, num. 47. & 56. ff. de vulg. & pupill. substit.
Gul. Bened. in cap. Raynutius, in ver. eidem impuberi
succederent, num. 11. extra de testam. Rip. Galiaul. &
Soc. Iun. in d. l. centurio, ille, num. 180. iste, nu. 510. hic,
num. 329. per l. 1. ff. de hered. instit. Bald. in l. fin. col. fi.
ver. istud est certum, C. de sacrosanct. Eccl. Aret. in §
extraneo, num. 5. in fin. Instit. de pupill. subst. Bald. in l.
1. in prin. ff. eod. & in rub. C. eod. nu. 4. Sfort. Odd. in
tract. compēd. par. 4. fol. 44. à tergo, vbi testatur com-
munem * opinionem, *Socin. in l. 1. col. 1. ff. de vul. &* *
pup. substit. Ias. in d. l. centurio, n. 62. Bart. de Hucio in
tract. substit. in materia compendiosa, sub numero tri-
gesimo, Bald. in tractat. eiusdem tit. in materia compē-
diosa, sub numero trigesimoseptimo, Lancell. Polit. in
tract. subst. in materia comp. in fin. Zas. in tract. eiusdē
tit. cap. 5. sub num. 3 Paul. Leon. in tractat. eiusdem tit.
in materia compend. numero 32. Sforz. Od. consi. 91.
num. 92. vbi testatur communem * opinionem, *
Rimin. Iun. consi 739. numero 44. volum. 7. Menoch.
cons. 115. num. 2. vol. 2. & consi. 105. numero 72. vol. 1.
Marcus Anguiss. consi. 53. numero tertio; & cons. 133.
numero primo, & consi. 122. numero 7. Marcabrun. ab
Anguiss. consi 61. numero vigesimosexto, Cephal. cons.
446 numero tertio, volum. 3. & consi. 450. num. pri-
mo, eod. volum. Purpur. consi. 30. numero septimo, &
consi. 190. numero quarto, & consi. 216. numero octa-
uo, Molin. d. cap. 14. numero 2. Alexand. Trentacinq.
in tractat subst. par. 4. cap. 4. num. 8. vbi testatur hanc
esse communem * opinionem. *

Licèt alii docuerint, esse † cōmune, inter quos 30
fuit *Bolognett. in d. l. centurio, sub num 306. Alexand.*
Trentacinq. in præfat. tract. subst n. 19.

Amplia, vt dicatur verbum † directum ciuile, 31
Cranett. consi. 984. numero 84. volu. 6. Bursa. consi.
327 numero quarto, volum. 3. Cephal. consi. 403. nu-
mero 13. vol. 3. Bart. in d. l. centurio, in fi. Pau. de Cast.
in d. l. certi iuris, num. 4. C. de testam. milit. Paris. cons.
93. num. 7. & 8. lib. 2. Rimin. Iun. consi. 30. numero 31.
volu 1. Siluan. cons. 23. num 1. Berous consil. 79. num.
6. libr. 2. Atque ita non posset obliquari, † *Bart. in d. l.* 32
centurio, sub nu. 56. Aret. in § extraneo, num. 5. in fin.
Instit. de pupill. substit. Sforz. Odd. in d. par. 4. fol 45.
vers. retenta, Bart. de Hucio in tract. subst. cap. 5. num.
5. in fin. Cephal. consi. 450. num. 33. volum. 3. Laur. de
Pinu, cons. 57. num. 12. Nisi fuisset † adiectum cer- 33
tæ rei, vel ad saluandam volūtatem testatoris, quia
tunc haberet sensum obliquum, *Sfor. Od. in tract.*
compendio. par. 4. folio 45. ver. breuiter, Zas. in dict.
capit. quinto, sub numero tertio, Paul. Leon. in tracta-
tu substit. in materia compendiosa, numero trigesimo-
sexto, & trigesimoseptimo.

Et posset † conuenire substitutioni, ita vt per 34
† illud rectè concipiatur; veluti, si testator dixisset. 35
Et quandocunque † decesserit, instituo Titium, 36
Sforz. Odd. in tractat. compendiosa, par. 4. fol. 46. in
ver. instituo, in fin. Ias. in d. l. centurio, sub numero 62.
Bart. in l. quis liberis, § hac verba, in fin ff. de vulgar. &
pupill. substit. l. mulier, § fin. ff. de cond. instit. l. si quis
mihi bona, § fin. ver. ideoque, vbi Bald. ff. de acquir.
hered. gloss. in ver. posse, l. Gallus, in princ. ff de lib. &
posth. Dec. consi. 384. num. 6. l. si pater filio, in ver. sic
instituit, ff. de vul. & pup subst. Rebuff. consi. 178. nu.
7. Quicquid dixerit *Anton. de Butrio, consi. 76. Bald.*
in l. 1. ff. de vul. & pupill subst. & cons. 186. num. 5. lib.
1. Galiaul. & Soc. Iun. in d. l. centurio, ille, nu. 510. iste,
sub numero 330.

Item verbum † *fit*, vel *erit*, est directum, *Tiraq.* 37
in l. si vnquam, in ver. reuertatur, num. 181. C. de re-
uoc. donat. Bald. in l. 1. § hac autem, in prin. ff. de hered.
instit. & consi. 195. col. 2. ver. præterea, hic testator,
lib. 4. & consi. 3. col. 2. libr. 5. Caccialup. in l. precibus,
col. fi. in fi. C. de impub. & aliis subst. vbi ait, ita omnes
*tenere, *l. Titia, § si. ff. de leg. 2. Bar. in l. centurio, n. 19.* *
in fin.

in fin. ff. de vul. & pup subst. Alex. Trẽta in tract. subst.
* par. 4. c. 4. n. 6. & 7. vbi testatur, ita omnes * testari.
39 Alii distinguũt, aut † verbum *fit*, vel *erit*, adiungitur verbo hæres; puta, si testator dixisset, Volo, vt hæres sit, siue quandocunque decesserit, Titius hæres erit, & tunc erit directum; aut adiungitur verbo hæreditas; velut, si testator disposuisset, volo, vt hæreditas mea sit Titii, seu, post mortem meam erit Titii, & tunc erit obliquum, *Sforz. Odd. in tracta. compend. par. 4. fol. 83. per l. quoniam indignum, C. de testam. l. & eo modo, ff. de lega. 1.*

Item, verbum † *capiat*, siue *accipiat*, siuè *recipiat*, siuè *percipiat*, directum est, *Bart. in l. centurio, num. decimosexto, & 19. in fin. ff. de vul. & pupill. subst.* quẽ refert, & sub dubio sequitur *Tiraq. in l. si vnquam, in ver. reuertatur, numero 189. & 190. in fin. C. de reuoca. donat. Soc. Iun. in d. l. centurio, numero 246. vbi Soc. sen. in 5. not. Imol. col. penult. & Franc. Aret. col. antepen. vers. circa secundam quæstionem, Bart. in l. à lio, numero 6. ff. de alim. & cibar. lega. Caccialup. in l. precibus, numero 192. C. de impub. & aliis substit. Franc. in capite si pater, colum. 30. versi. decimotertio; de testam. lib. sexto, Imol. in capite Raynutius, versi. 196. versi. adde, extra de testam. Bart. cons. 56. col. 1. Dominic. in d. capite si pater, in ver. testatore, colum. penult. vers. quædam sunt verba, vbi Perus. versi. 18. Bald. cons. 120. colum. 1. lib. 2. & cons. 381 col. vlt. lib. 3. Angel. cons. 97. colum. 2 & consi. 125 col. penult. ver. necobstat, quod verba, Alex. consil. 45. colum. 3. vers. præterea dictis filiis, libro primo, & consil. 12. colum. 2. lib. 3. & consi. 51. colum. 5. lib 7. Corn. in d. l. precibus. colum. 5. & consil. 152. col antepenult. lib. 2. & cons. 322. col. 4. vers. & hoc in terminis, lib. tertio, Soc. cons. 116. colum. 2. versi. hic tamen non obstat. lib. 1. & consi 80. colum. 2. libro tertio, l. Titia cum testamento, § 1. ff. de lega. 2. l. si filius, in prin. & l. Antonius, ff de fideicomm. libert. Bart. de Hucio, in tract. subst. cap. quinto, sub numero sexto, Bald. in tractat. eiusdem tit. in materia compendiosa, sub numero sexto, Bolognett. in d. l. centurio, sub numero quinquagesimooctauo, Alexand. Trentacinq. in tractat. substit. par. 4. c. 4. n. 2. & 5.*

40 Alii tenuerunt, esse † obliquum, *Luc. de Penn. in l. Domini, in princ. C. de agric. & censit. libro vndecimo, & in l. canaticorum, C. de eroga. milit. anno. lib. 2. capite licet, 23. distin. l. ergo, § hi, qui fideicommissariam, ff. de fideicomm. libert. l. liberis, in prin. ff. de alim. & cib. lega.*

41 Alii † commune, *Sforz. Odd. in tract. compend. part. quarta, folio trigesimooctauo, in ver. accipiat, Cuman. consi. 130. colum. prima. Gul. de Perus. consilio trigesimoprimo, numero vigesimosecundo, volum. primo, cons. diuers. vlt. volun. Baptista a Sancto Blasio consi. 146. n. 8. vol. eod.*

42 Alii tandem discrimen fecerunt † inter *capere*, & *accipere*: vt capere, sit verbum directum, accipere obliquum, *Alciat. in l. aliud est capere. ff. de verbo. & rer. signif.*

43 Item, verbum † communicetur, est directum; *Caccialup. in lege precibus, colum. penult. Codice de impub. & aliis substitut. Baldus in capit. si pater, de testam. libro sexto, per l. vbi pure, ff. ad Trebell. Alexan. Trentacinq. in tractat. substit. par. 4. cap. 4. numero quinto.*

44 Licèt contrariam sententiam, vt † sit obliquum, tenuerit *Sforz. Odd. in tracta. compend. par. quarta, fol. 46. à tergo.*

Item verbum † *hæreditet*, est directum, *Cumanus consil. 2. numero octauo, Ias. in l. centurio, numero septuagesimoquarto, ff. de vulga. & pupillari. substit.* tum (inquit,) quia † hæreditare, idem 46
est, quod hæres esto, & verbum hæres est, est directum; tum quia sonat, quod † directò, & propria 47
authoritate, & nõ per manus alterius capiat, *Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. 4. c. 4. n. 7.*

48 Licèt contrariam sententiam, vt sit † commune, probauerit *Sforz. Odd. in tractat. compend. par. 4. fol. 44. à tergo, Bolognett. in d. l. centurio, sub numero 325.*

49 Item, verbum † moriatur, est directum; *Bart. in l. centurio, nume. 56. ff. de vul. & pub. subst.* cum quo transire Doctores * testatur ibidem *Soc. Iun. num. 342.* vbi exponunt, *moriatur talis*, id est, directò ad talem perueniat, per *cap. si pater, de testam lib. 6 § fin. Auth. de incestis nupt. in text. ibi, pater moriatur filiis legitimis, l. qui duos, in text. ibi, quasi vtrique vltimus decessisse sibi videantur; ff. de reb. dub. Bal. in l. fin. circa fin. C. de sacrosanct. Eccle. Angel. in § extraneo, sub numero 5. Inst. de pupill. subst. Bart. cons. 241. numero 5. Bald. cons. 38. lib 2. numero 5. Roma consi. 358 in fin. Corn. cons. 322. num. 12 lib. 3. Rip in d. l. centurio, num. 96.* vbi testatur communem * opinionem, *Bald. in tract. subst. in materia compendiosa, sub numero 40. Bart. de Hucio in tract. eiusdem tit. cap. 5. numero 32. in fin. Tract. Papiens. in tit. de forma l bell. quo agit ex subst. compend. numero 34.* vbi ait vltra montes multoties practicari dictum verbum, dum testator dicit, si filius meus decesserit sine filiis, moriatur Caio, *Gul. Bened. in capite Raynutius, verb. eidem impuberi succederent, numero 5. extra de testam. Petr. Grego. par. 3. Syntagm. iuris vniuersi lib. 42. cap. 11. sub numero 5. fol. 533. Marcabruũ ab Anguill. cons. 81 numero 59. Cephal. cons. 429. nume. 151. vol. 3. vbi dicit, id esse verissimum, Tob. Non. cons. 30. numero 5.*

50 Contrariam sententiam, vt sit † commune, tenuit *Sforz. Od. in tract. compendiosa, par. 4. fol. 46. versi. quamobrem, Ang. in d. l. centurio, numero 5. ver. necobstat, Lancell. Polit. in tractatu substit. in materia compendiosa, sub numero 12. Zas. in tractatu eiusdem tit. cap. 5. sub numero 3. Oldrad. consi. 125. ver. & posset poni exemplum, Alex. consi. 51. numero 9. lib. 7. & cons. 165 num. 1. 2. & 3. libr. 5. Capra consilio 99. num. 3. Bursa. cons. 327. num. 4. vol. 3. Bolognett. in d. l. centurio, sub num. 12. & 319. Alexan. Trentac. in tract. subst. par. 4. c. 4. n. 30.*

Verumtamen si posteriorem opinionem intelligere velis, vt verbum *moriatur*, non sit † dire- 51
ctum ciuile, sed commune omnibus gentibus, rectè senties ex *Bar. in d. l. centurio, num. 56 in fi.* quem ita quoque intellexit, *Pau. Leo. in tract. subst. in materia compendiosa, n. 414.*

62 Moti etiam, quia verbum † *hæres*, est directum, & hæres, est successor, *l. quoties, § hæredem ff. de hæred. instit. l. nihil aliud. ff. de verb significat.*

63 Sed resp. quod verbum † *successor*, est verbum generale, & conuenit verbo hæres, tanquam suæ speciei, vnde quemadmodum non valet argumentum à genere ad speciē affirmatiue; ita nec sequela ista, est successor, ergo hæres, *Sf. Odd. in tract. compend par. 4 fol. 52 in fin.*

Quorum opinio posset procedere, quādo prin-
64 cipaliter refertur ad † personam instituti, secundario vero ad bona, veluti, si testator dixisset, & quandocunque decesserit, succedat ei Titius; quia tunc omnino esset directum, aliàs, si principaliter referretur ad res, & bona, secundario vero ad personas, videlicet, & quandocunq; decesserit, succedat Titius, esset commune, *Bald. in l. fin. numero 25. vers. idem dico, C. de sacrosanct. Eccl. Gul. Bened. in capite Raynutius, in ver. eidem impuberi succederent, numero 16. extra de testam. Galiaul. in d. l. centurio, numero 527. Soc. Iun. cons. 95. n. 22. lib. 1. Alex. Trentacinq. in d. c. 4. n. 22. ver. ego non discedo.*

65 Et alii indistinctè, quod est † commune, inter quos videtur, *Soc. Iun. in d. l. centurio, n. 340. Sforz. Odd. in tract. compend. par. 4. fol. 53. à tergo, vers. vnde.*

Item, verbum † *suscipiat*, est commune, *Sforz. Odd. in tract. compend. par. 4. fol. 52. à tergo. per l. cum mota, C. de transactio.* 66

Item, verbum *transeat*, † est commune, *Sforz. Odd. in tract. compend. par. 4 fol. 52 à tergo, per l. 2. in fin. ff. de alim. & cibar. lega.* 67

Alii amplectuntur, quando fuisset † adiecta dictio *semper*; inter quos fuit *Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. 4. c. 4. sub nume. 9. Decian. cons. 38. volum. 2.* 68

Item verbum † *vendicet*, est commune, *Aret. in l. centurio, in fin. ff. de vul. & pup. subst. Bald. in l. fin. col. fin. C. de sacrosanct. Eccl. Alex. Trētacinq. in tract. subst. par. 4. c. 4. num. 19.* 69

Licèt alii tenuerint, esse † directum, *Sforz. Odd. tract. compend. par. 4. fol. 53. ver. ego puto.* 70

Item, verbum † *veniat*, est commune, *Sforz. Odd. in tract. compend. par. 4. fol. 53.* vbi testatur hanc esse magis communem * sententiam, *Corn. in l. precibus. n. 108. C. de impub. & aliis subst. Franc. in c. si pater, col. 31. vbi etiā Bald. de testam. lib. 6. Alex. Trentacinq. in d. c. 4. n. 23.* 71

Licèt alii crediderint, esse † obliquum, *Signor. de Homod. cons. 96. col. 3. in 2. dubio.* 72

Item, verbum † *pertineat*, est commune, *Bart. in l. centurio, numero 49. ff. de vul. & pup. substit. per l. verbum illud pertinere, ff. de verb. & rer. signific. Soc. Iun. in ead. l. centurio, numero 338.* vbi etiam *Aret. num. 19. Ias. numero 68. Rip. numero 189. & Galiaul. nume. 519. Bart. Bald. Angel. Salic. & Paul. de Castr. in l. 1. C. de pact. inter empt. & vend. Bart. & Bald. in l. licet, C. de pact. vbi Angel. numero 2. Paul. de Cast. numero 4. Aret. num. 1. Dec. num. 9. & Ias. num. 14. Bart. in l. Lucius, § filiam ex asse, ff. de lega. 2. & in l. 1. num. 12 ff. de donat. & in l. fideicommissa, § filia, ff. de leg. 3. & in l. Seia, in fine, ff. de don. causa mort. Bald. in d. § filiam ex asse, & in l. iam hoc iure, § sed si alter, ff. de vul. & pupill. substitut. Aret. in §. extraneo, sub num. 7. Instit. de pup. subst. Corn. in l. precibus, num. 108. C. de impub. & aliis substit. Imol. in cap. Raynutius, numero 196. vbi etiam Gul. Bened. in ver. eidem impuberi succederent, numero 15. extra de testam. Franc. in cap. si pater, col. 31. vbi Bald. de testam. lib. 6. Soc. consilio 80. col. 1. lib. 3. Guid. Papiens. consi. 203. Roma. consilio 369. numero 35. Sforz. Odd. in tract. compend. par. 4. fol. 48.* vbi testatur hanc esse communem * conclusionem, *Curt. Iun. in d. l. licet, num. 4. C. de pact. Bar. de Hucio in tract. substit. cap. 5. sub nume. 31. Bald. in tract. eiusdem tit. in materia compendiosa, sub num. 38. Pract. Papiens. in forma libelli, quo agitur ex subst. compend. sub numero 32. Petr. Gregor. d. cap. 11. sub numero 7. Maccagna. ab Azzoguid. com. opin. lib. 1. cap. 6. n. 6. Bolognett. in d. l. centurio, num. 19. vers. quarta, & numero 313. Alex. Trentacinq. in d. cap. 4. num. 24.* vbi testatur hanc esse communem * opinionem 73

Licèt alii dixerint, esse † directum, *Bal. in l. licet, in princ. C. de pact. Guid. Pap. cons. 31. n. 2.* 74

Et alii, esse † obliquum, *Dyn. in l. Lucius, la 2. § filium, ff. de leg. 2. Cyn. in l. 1. C. de pact. inter emp. & vendit. l. per fideicommissa, § si filio, ff. de leg. 3.* 75

Restringe primo verbum prædictū, † & omnia præcedentia quando fuisset addita clausula *vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum*, quia tunc omne verbum erit directum, vel obliquum secundum sua tempora, & personarum capacitatem, quibus substitutio facta fuerit, *Sfor. Odd. in tract. comp. par. 4. in fi. fol. 53.* 76

15. col. 2. vers. ad secundum, & consil. 244. colum. 3. Franc. Tigr. consil. 152. Bald. in l. centurio, col. 2. vers. item, & ratio, vbi Ang. colum. 3 vers. sed huic decisioni, ff. de vul. & pup. subst. idem Bald. in l. precibus, col. 12. ꝟ. unum etiam aduerte, C. de impub. & aliis subst. & in l. vlt. circa fi. C. de sacrosanct. Eccl. & in l. si quis, ita per illum text. ff. de vsufru. & in l. vlt. col. 1. C. de bared. instit. & in cap 1. col. vlt. extra de iudic. & cons. 35. in prin. lib. 2 & cons. 37. circa fi. lib. 3. & cons. 422. circa med. lib. ead. & cons. 296. circa med. lib. 4. & consil. 175. col. 1. lib. 4. Angel. cons. 125. col. 2. vers. hinc descendit, Cuma. consil 2. col. 3. Anchar. cons. 8. cal. 1. Paul. de Castr. in l. 1. col 2. C. de pact. inter empt. & vend. Roma. cons. 503. col. 2. vers. secundo probatur, Franc. Aret. cons. 155. col. 2. vers. quid autem ista pars, Alex. consil. 12. col. 4. vers rursus posito, lib 3. Corn. in l. precibus, col. 16. vers. dicit tamen, C. de impub. & aliis subst. & consi. 47. col. 2. lib. 1. & cons. 295. col. 2. eod. lib. & cons. 112. col. 4. vers. nam pramittenda est, lib 2. & cons. 238. col. 2. vers. aliud autem, eod. lib. 2. & consil. 316. col 2. lib. 3. & cons. 138. col 3. ꝟ. pro quo facit, lib 4. Alex. (si is est) *consil. 14. col. 5. vers. non enim filii, lib. 4. Soc. in l. 1. col. 7. vers confirmo istam, de reuoc don. Ias. in l. Marcellus, col. 6. vers. ad tertiam inductionem, ff. ad Trebell. Dec. cons. 95. col. 2. & cons. 371. col. 1. vers. & hoc etiam confirmatur.*

97 Quartò restringe, quando † verbum commune, esset appositum substitutioni directę de sui natura; 98 videlicet, si testator † dixisset, & si hæres erit, perueniat hæreditas ad Titium; quia tunc directum tantum haberet sensum, *Sforz. Odd. in tract comp. par. 4. fol. 37. vers. limitatur tertio, Paul. de Cast. in l. 1. num. 4. C. de pact. inter empt. & vend. Gul. Bened. in c. Raynutius, ver. eidem impuberi succederent, sub n. 15. extra de testam.*

Licèt contrarium tenuerit *Cyn. in l. 1. C. de pact. inter empt. & vend.*

99 Quinto restringe, nisi † lex, consuetudo, vel cōmunis vsus loquendi daret alium sensum, & intellectum verbis prædictis, *Gul. Bened. in cap. Raynutius, ver. eidem impuberi succederent, nume. 17. extra de testam per l. librorum, § quod tamen Cassius, ff. de leg. 3. l. quoniam indignum, C. de testam. l. Labeo, ff. de supell legat. Bal. in l. fin. in fin. C. de sacrosanct. Eccl.*

100 Sextò restringe, quando † constaret de voluntate testatoris; quia tunc erit seruanda, reiecta propria significatione verborum, *Gul. Beno in cap. Raynutius, ver. eidem impuberi succederent, sub nume. 17. extra de testam. per l. querebatur, vbi Bart. ff. de milit. testam. Pau. Leon. in tract subst. in materia compēdiosa, sub num. 327. Surd. consi. 232. num. 25. & 26. vol 2.* vbi ait, ex testatoris voluntate directam substitutionem obliquari, & obliquā directari, *Capra cons. 50. num. 14. Paul. de Castr. in l. verbis ciuilibus, nu. 6. ver. secundus ff. de vul & pupill. subst. Simon de Prat. de interpr. vlt. vol. lib 3. interpr. 2 dub. 1. f. 5. n. 23. in fin.*

ARGVMENTVM.

Quid importent verba hæc, Filium meum viuum, & mortuū relinquo Titio filio, impubere prius instituto?

SVMMARIVM.

1 *Filio impubere instituto, testatore dicente eundem filium meum viuum & mortuum relinquo Titio, quid importent dicta verba, numero 1. 2. 3. 4. 9. 11. 14. 16. & 17.*

2 *Tutela debet constitui verbis expressis, numero 5. declara, num. 6.*

3 *Mater censetur relicta tutrix, si fuerit dictum, vt moretur cum filiis suis, num. 7.*

4 *Pater non potest eligere sepulturam filio suo, nisi adsit consuetudo, num. 10.*

QVÆSTIO XXXVI.

Quidam † rusticus instituto eius filio impubere, dixit, *Filium meū viuum & mortuū relinquo Titio*, queritur, quid importent ista verba? Resp. alios dixisse impor- 1
tare † duo: Primū, dum dicunt relinquo viuum, o- 2
perant, vt † Titius dicatur relictus tutor, qui habet 3
curam, & regimen personæ, honorumque administrationem. Secundùm, dum dicūt, & † mortuū, 4
operantur, ac si testator dixisset, *moriatur Titio*, &c, per consequens, censetur Titius filio substitutus, *Soc sen. in l qui duas, in princ. 2. not. ff. de reb. dub. arg. cap. si pater, de testam. lib. 6. § fi. Auth. de incest. nupt. & in consi. 83. col. 1. & 2. vol. 1. per Instit. in prin. de tutel. Bolognett. in l. centurio, num. 322. ver. ego autem, ff. de vul. & pup. subst.*

Resp contrarii ad primum, quod tutela non intelligitur relicta per huiusmodi verba dubia, sed verbis † expressis constitui debet, *l. qui in aliena, §* 5
quanquam, vbi gloss. & Bal ff. de neg. gest. Rom. sing. 164. l. quidam decedens, § 1. ff. de adm. tut. Bald. in l. omnem, col. 1. C. ad Trebell.

Replicatur, illud esse † de iure Digestorum, quo 6
mater non poterat esse tutrix, secus hodie, *Boer. decis. 124 num. 3. 4. 5. & 6. Pau. de Cast. in l. si vir vxori, § cum vir vxori, ff. de cond. & demonst.* vbi docuit mattem † relictā esse tutricem, si solū dictū fuerit, 7
vt moretur cū filiis suis, *Bald. in c. ex parte, col. 2. in fi. extra de app.* vbi vult, quod si filius fuerit relictus in potestate matris, in eius tutelā relictus videtur, *Bolognett. in d. l. cēturio, sub n. 321. Ias. in l. manumissiones quoque, ff. de iust. & iure.*

Ad secundū resp. quod ineptū est dicere, vt per † illud verbum mortuum, dicatur facta substitutio, 8
cum nullum verbum de ea appareat, *Soc. Iun. in d. l. centurio, num. 344. vers. circa secundum.*

Alii docuerunt, quod per illa verba testator voluerit cōmittere † Titio eligēdi sepulturā filio suo, 9
Galiaul. & R p. in d. l. centurio, ille, n. 539. iste, nu. 197.

Resp. contrarii quod † pater non potest eligere 10
sepulturā filio suo, nisi adsit consuetudo, *c. licèt, de sepult. lib. 6 Gomes. c. 50. lib. 3. Regum, c. 13. c. vnaquaque, 13. q. 2.*

Alii, ita demū primam amplectuntur sententiā, si † addatur verbum *sine liberis*, videlicèt, & relin- 11
quo eum viuum, & sine liberis etiam mortuum, Titio, *Rip. in d. l. centurio, col. 8.*

Resp contrarii primo, quia si † liberos susci- 12
peret, & viueret diu, nulli melius, quam filiis propriis cura, seu custodia illius conueniret, *arg. l. 1. u. 1. in fin. ff. de cur. fur.*

Secundo, quia posset intelligi esse commissum Titio illud, quod † filii illius instituri fuissent eo 13
moriente, videlicet, vt curam gereret funeris illius: nam filiis extantibus credidit testator illos pie funus curaturos, *Sforz. Odd. in tract. compend. par. 4. in ver. moriatur, vers. tertia, fol. 47. à tergo.*

Alii remiserunt iudicis † arbitrio, qui secundū 14
illius Titii qualitatem, & mentē testatoris verba illa interpretari debeat, cōfirmando eū in tutorem,

vel curatorem, argum. l. 1. ff. de confirm. tut. l. pen. ff. eodem.

Resp. contrarii eorum opinionem peccare in
15 duobus; primo, quia † respicit tantum verbum viuum, & non verbum mortuum: secundò, quia quo ad verbum viuum extinguitur relictum aduenięte pubertate, Sfor. Od. in d. par. 4. f. 47.

16 Alii distinguunt, aut fuit † additum cũ omnibus bonis suis, & tunc procederet prima sententia; aut dicta verba non fuerunt addita, & tunc, (vt dicta verba viuum, & mortuum æqualiter, & sic perpetuo terminentur) dicendum erit, fuisse relictum filium Titio alendum, & in præmium, si quid fuerit filii sui tempore mortis relictum ipsi Titio iure substitutionis, vel fideicõmissi secundum ætatem in qua filius moreretur, Sforz. Odd. in tractat. compen par. 4. in ver. moriatur, circa fi. arg l. Stichus, § Titio, ff. de alim. & cibar. lega.

Ego verò discederem à primo membro primę
17 distinctionis, quando, scilicet addita † fuerint illa verba, cum omnibus bonis suis; & crederem tunc testatorem filio suo pupillariter substituere, vt mecum sentit Menoch lib. 4. prasum. par. 2. prasum. 34. sub numero quadragesimoquinto, Soc. Iun. & Ioann. Marc. Aquilin. in d. l. centurio, ille, num. 243. iste, circa fin Boer. quaest. 124. num. 6. Soc. sen. consil. 83. vol. 1. ver. circa secundum, lib. 1. & in l. qui duos, in 2. not. ff. de reb. dub.

ARGVMENTVM.

Vtrum substitutiones, quæ sub compẽdiosa continentur, sint tacitæ, vel expressæ.

SVMMARIVM.

1 Substitutiones, quæ sub compendiosa continentur, dicuntur expressæ verbis generalibus, num. 1. limita, n. 2. 3. 6. 7. & 8.

2 Substitutionis aliquo casu expresso sub compendiosa, dicetur specialiter sub ea contineri, num. 2. exemplum, nu 3. contra, & malè, num. 4. distinctio remissiue, nu. 5.

3 Substitutiones contenta sub compendiosa partim tacita, & partim expressa; quo ad verba, & quo ad casus, non dicuntur expressa verbis generalibus, num. 8. exemplum, nu. 9. declara, nu. 10. 11. & 12.

QVÆSTIO XXXVII.



1 Trum substitutiones, quæ † sub cõpendiosa continentur sint tacitæ, vel expressæ? Resp. esse expressas verbis generalibus, gloss. in versic. non ad matrẽ, l. Lucius, ff. de vul. & pup. subst. & l. in testamẽto, in verbo senserit, C. de milit. test. Bar. in l. 1. n. 8. & in l. cẽturio, n. 4. ff. de vul. & pup. subst. & in d. l. in testamento, n. 2. & in l precibus, n. 6. C. de imp. & aliis subst. Sfor. Od. in tract comp par. 5. art. 6. q. 2.
* nu. 1 fol. 63. a terge, vbi testatur communem * opinionẽ, Ang. in d l. precib. n. 2. & 9. vbi Alex. nu. 4. & Dec. n. 8. Aret. in d. l. 1. n. 7. vbi Ias. n. 15. & Rip. nu 77. Dec. in d. l. in testamento, n. 16. Imo. in l. Lucius, n. 6. ff. de vul. & pup. subst. & in d. l. centurio, n. 10. vbi etiam Rip. n. 118. Hier. Verius, in l. ex facto, n. 417. ff. de vulg. & pup. subst. Gul. Bene. in c. Raynutius, in ver. si absq; liberis, el 2. extra de test. vbi etiã Imol. n. 165. Ang. cons. 204. col. fin. Alex. consi. 47 n. 10. lib. 2. & consi. 12. num. 23. lib. 3. & cons. 51 num. 18 lib. 7. Bertrand. cons. 16. n. 3. & consi. 96. n. 1. lib. 1. & cons. 62. n. 2. & cons. 166. n. 11 lib. 2. Guid. Pap. decis. 521 nu. Ruin. cons. 105. n. 10. lib. 2. Cranett. cons. 62. n. 3. Dec. cons. 416. n. 7. à Vall. cons. 69. num. 21. lib 1. Natt. consi. 246. nu. 6. Crass. in § substitutio, quest. 62. n. 1. vbi testatur communem * opinionem, Ant. Gom. var. resol. tom. 1. cap. 7. numero 3. Ferna. Vasq. de success. progress. § 18. nu. 12. Alex. Trõtacinq in tractatu substit. par. 4. cap. 3. numero 1. vbi testatur hanc esse communem, * & receptam scribentium sententiam. *

Licèt contrariam sententiam tenuerit gloss. in ver. compẽdiosa, d. l. precibus, Pau. Leo. in tract. subst. in materia comp. sub n. 40.

Limita primò non procedere, quando aliquis
† casus substitutionis exprimeretur; veluti, si † te- 2
stator dixisset, & si filius meus in pupillari ætate, 3
vel postea quandocunque decesserit sine filiis, substituo; vel dixisset, & si hæres non erit, aut postea quandocunq; decesserit substituo Titium; quia tũc substitutio, cuius casus specialiter expressus est, dicitur specialiter expressa, sicuti, si sola facta esset in sua speciali forma, cæteræ verò dicuntur omnino tacitæ, Bart. in l. Lucius, nu. 19. ff. de vulg. & pup substit. vbi Alex. num. 13. Ias. num. 28. & Rip. nu. 40. Alex. in d. l. in testamento, num. 10. C. de milit. testam. Dec. cons. 416. nu. 9. Sforz. Odd. d. quest. 2. num.
6. vbi testatur communem * opinionem, Crass. in *
§ substitutio, q. 62. num. 2. vbi etiam testatur com- *
munem * opinionem.

Licèt † contrariam sententiam tenuerit Dec. in 4
l. in testamento, sub num. 76. C. de milit testam & in l. precibus, num. 26. C. de impub & aliis subst. & in l. fin. n. 6. C de inst. & subst.

Et † distinguat Alex. Trontacinq. in tract. subst. 5
par. 4. cap. 3. n. 3. ver primo erit.

Limita secundò, quando esset † aliqua substitu- 6
tio, quæ non posset contineri sub generalitate verborum compẽdiosæ, sed sub alia substitutione cõtenta in cõpendiosa, iuxta extensionem l. iam hoc iure, ff. de vul. & pup. subst. quia tunc, & si in cõpendiosa contineatur, dicetur esse omnino tacita, Soc. Iun. cons. 121. n. 23. lib. 1.

Licèt † contrarium, dixerit verius, Sforz Odd. 7
in tract. compend par. 5. art. 6. quest. 2. num. 9. ver. sed ego, fol. 65.

Limita tertiò, quia quandoque in † compen- 8
diosa continentur substitutiones partim tacitæ, & partim expressæ, non solũ quo ad verba, sed etiam quo ad casus, Angel. cons 204. num. 2. Bald. consilio 408. lib. 2. Beroius consi. 13. num. 3. & 9. consi. 102. num. 2. lib. 2. Corn. cons. 199. num 8. lib. 2. & cons. 236. lib. 3. Dec. cons. 4 6. num. 9 Cranett. cons. 62. num. 3. Socin. Iun. consi. 106. num. 18. 19. & 20. vol. 1. Sforz. Odd. d.
quest. 2. circa fin. vbi testatur communem * opinio- *
nem; subiicitque exemplũ, quando in cõpendiosa 9
fuisset expressus casus vulgaris in vno illorũ duorum casuum; scilicet impotentiæ, vel nolũtatis, & in alio non; vel si institutus decesserit in vita testatoris, vel quãdo institutus erat legitimatus à testatore, & legitimatio declaratur inualida, & consequenter ista institutio; quia tunc vulgaris in casu
tacito locum habebit, Crass. in § substitutio, q. 62.
n. 3. vbi testatur communem * opinionem. *

Sublimita primo, quando † casus tacitus esset 10
omnino contrarius casui expresso, Sfor. Odd. d. q. 2. circa fi. Soc. Iun. cons. 106. n. 26. vol. 1.

Sublimita secundò, quando per † hoc exclude- 11
tetur per-

retur persona magis dilecta, *Sf. Odd. d.q.2. in fi. per gloss. & Bart. in l. si mater, § si filius, ff. de vul. & pupil. subst. Soc. Iun. cons. 106. n. 21. & 22. vol 1.*

12 Sublimita tertio, quando † fuisset dictum, tūc, & eo casu, *Sforz. Od. in d.q.2. in fin. Soc. Iun. consil. 106. nu. 30. vol. 1.*

ARGVMENTVM.

Vtrum substitutio compendiosa, ab omnibus fieri posset?

SVMMARIVM.

1 *Compendiosa, ab omnibus fieri potest.*
2 *Compendiosa, continet illas substitutiones, quæ personis conuenirent.*
3 *Vulgaris substitutio à quocunq; fieri potest.*

QVÆSTIO XXXVIII

1 Vtrum substitutio † compēdiosa ab omnibus fieri posset? Resp. q sic, *Paul. Leo in tract. subst. in materia compend. sub n. 45.* vbi tamen subiicit, cōtinere
2 † illas substitutiones, quæ personis conuenirent, *arg. l. 2. & l. centurio, ff. de vulg. & pup. subst. l. humanitatis, & l. precib. C. eod.* sicut etiā vul-
3 garis † fieri potest à quocunq; *Bers. consi. 211. nu. 11. col. 2. Paul. Leon. in tractat. subst. in materia pupillaris substit. num. 127.*

ARGVMENTVM.

Quare paganus, post pubertatem, & aditam hæreditatem, non potest directo substituere?

SVMMARIVM.

1 *Paganus, cur directo substituere non potest, hereditate adita, numero 1. 2. 5. 6. 12. 15. 17. 19. & 20.*
2 *Hæres qui semel est, non potest desinere esse hæres.*
3 *Hæredes duo insolidum esse non possunt.*
4 *Lex potest facere, vt quis desinat esse hæres.*
5 *Aditione hæreditatis bona confunduntur, & vnum efficitur patrimonium.*
6 *Testator non potest disponere de rebus alienis, numerē sexto, nisi domino consentiente, numero 10.*
7 *Testator potest disponere de rebus ipsius hæredis, numere 9.*
8 *Hæres adeundo hæreditatem, consentit omnibus dispositis in testamento, n. 11.*
9 *Trebellianica detrahitur ex dispositione legali, vt fideicommissaria substitutio sustineatur, numero 13.*
10 *Vulgaris locum habet, filio instituto repudiante, & retinente tantum legitimam, n. 14.*
11 *Substitutio fuit introducta, vt facilius sustineantur voluntates testatorum, n. 16.*
12 *Lex mirabilia facit, nu. 17.*
13 *Legi sic placuisse respondere, est refugium miserorum, num. 18.*
14 *Testamenti factio non debet auferri homini sanæ mentis, num. 19.*

QVÆSTIO XXXIX.

1 Qvare † paganus post pubertatem, & aditam hæreditatem non potest directo substituere? Resp. esse rationem, quia
2 qui semel † est hæres nō potest amplius desinere esse hæres, *l. ei, qui soluendo, ff. de hæred. instit. l. etsi sine, § sed quod Papinianus, ff. de minor. l. hoc amplius, C. de fideicomm. Tiraq. de iure primoge. q. 53. num. 26. in fin. Bolognett. in rubr. ff. de vulgar. & pupill. substit. numero 15.* at si alius † substitueretur 3
post aditam, essent duo hæredes insolidum, quod impossibile est, *l. si vt certo, § si duobus, ff. commo. l. quod contra, § vnus duo, ff. de reg. iur. Peregr. de fideicomm. art. 11. num. 84. Franc. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 4. tit. 5. art. 20. nu. 3.*

Hancque rationem esse magis communiter * receptam, testatur *Dec. in l. post aditam, C. de impub. & aliis subst. Paul. Leon. in tractat. substit. in materia compend. num. 253. Sforz. Odd. in tract. compen. par. 5. præmisso 2. ver. secunda, fol. 67. Angel. in l. centurio, ff. de vul. & pupill. subst. vbi Galiaul. num 9. & Bolognett. sub num. 60. 62. & 63. Bart. & Bal. in l. 1. C. de sacrosanct. Eccl. ille, col. 20. ver. sexto quæro, iste, col. 8. ver. vnus incidenter.*

Sed resp. contrarii, quod † lex potuisset facere, 4
vt quis desiueret esse hæres, sicut disposuit in milite, & in pupillari substitutione, *Bart. in l. fi. § 1. col. 2. ff. ad Tertul. Ang. in § si quis autem, col. 2. Auth. de hered. & falcid. Aret. cons. 143. col. 1. Dec. in l. post aditam, sub num. 1. C. de impub. & aliis substit.* vnde oporteret assignare rationem, quare pagano non fuit concessum, vt facere valeat, quod qui semel est hæres, posset desinere esse hæres.

Alii dixerunt, quia per † aditionem hæredis, 5
instituti bona ipsa sunt confusa, & vnum effectum patrimonium, *l. sed si plures, § filio, ff. de vulgar. & pupill. subst. l. 1. § veteres, vbi Dect. ff. de acquir. possess.* Vnde testator disponeret de rebus † alienis, quod 6
non licet, *Auth. ingressi, C. de sacrosanct. Eccl.*

Resp. contrarii; primò, quia si dicta ratio esset vera, neque per † fideicommissum disponere possent, quod est notorie falsū, *Pau. Leo. in tract. subst.* 7
in materia comp. sub nu. 250. per l. post aditam, in ver. directa, C. de imp. & aliis subst.

Secundò, quia neque à † milite posset directo 8
post aditā substitui, attenta ratione prædicta, cum neque ipse de rebus alienis testari posset, *l. cū filiusfamilias, in fi. ff. de milit. test.*

Tertiò, quia imò testator † posset de rebus ipsius hæredis disponere, *l. vnum ex familia, § si rem, ff. de leg. 2. l. hærede, C. de fideicom. Bar. in l. nemo potest, § opp. ff. de leg. 1.* 9

Quartò, quia posset quis † disponere de bonis 10
alicuius, consentiente domino, *l. sicut, § si quis venditionis. ff. quib. mod. pigno. vel hypoth. soluo. capite 1. de prohib. feud. alien. per Feder.* sed † hæres adeundo 11
hæreditatem, consentit omnibus dispositis in testamento, *§ cum hæres, Inst. de oblig. quæ ex quasi contract.*

Alii crediderunt, esse rationē, propter † quartas 12
detrahendas, legitimam scilicet, & Trebellianicā, *Galiaul. in d. l. centurio, n. 95.*

Resp. contrarii, quia † Trebellianica detrahitur 13
ex dispositione legali, vt sustineatur fideicommissaria substitutio, non autem detrahitur ex substitutione directa, *§ sed quia hæredes, Instit. de fideicomm. hære. Pau. Leo. in tract. subst. in materia compendiosa, subst. n. 262. 265. & 266.*

Item, si esset verum, quod paganus nō posset directo substituere post pubertatē, vt detrahatur legitima, sequeretur, quod vulgaris substitutio non posset fieri illi, cui debetur legitima; cum si † filio à 14

patre instituto vulgariter substituatur, isq; paternam hæreditatem repudiet, & suam legitimam sibi iure naturæ debitam velit, nihilominus vulgaris substitutio directa locum habebit, *Paulus Leon. in tract. subst. in materia compendiosa, sub n. 263.*

Alii existimarunt esse rationem; quia non fuit 15 † necessarium, vt lex concederet pagano facultatem substituendi post pubertatem, & aditam hære-
16 ditatē, cum † substitutio fuit introducta, vt facilius substineantur voluntates testatorum, & ne caduca fierent: nam nisi ex testamento hæreditas adeatur, omnia in eo scripta corruerent; quapropter credens institutus suspectam hæreditatem, & sic deficiente primo gradu, fuit introductus secundus, vt per eum testamentum confirmetur; adita itaque hæreditate, fuit satisfactum huic intentioni & effectui; ideo legislator non curauit, vt post aditam hæreditatē paganus posset directo substituere, *Paul. Leon. in tract. subst. in materia compend. sub numero 268. per l. 1 §1. C. de caduc. tollend. l. si nemo ff. de testam. tute. Belognett. in rub. ff. de vul. & pup. subst. numero 6.*

17 Alii iudicarunt, esse rationem, legis † voluntatem, quæ mirabilia facit, secundum *Bart. in l. 1. ff. de cond. indeb.* concedere nanque voluit militi, vt possit facere definere esse hæredem, & non pagano; quia ei concesserat aliud priuilegium, posse pro alio testari, *gloss. l. illa institutio, ff. de hered. instit. Galiaul. in d. l. centurio, col. 1. Bart. in l. 1. C. de dot. promiss. l. non omnium ff. de legib.*

Resp. contrarii, quod ex prædictis non tollitur proposita difficultas; estq; † refugium miserorum
18 dicere, *sic placuit legislatori*, cum licet non expressa, saltem tacita ratio semper lateat vtriusq; legalis dispositionis, *Menoch. de arb. iud. lib. 2. cēt. 1. ca. n. 82. sub numero 14.*

19 Alii docuerunt, esse rationem, quia iniquum † esset auferre factionem testamenti homini sanæ mentis, *Sforz. Odd. in tract. compend. par. 5. præmisso 2. fol. 68. vers. ego breuiter*, vbi soluit contrariū, quod
20 idem esset de fideicommisso, per quod † impediretur libera testandi facultas; quia imo non dicitur impediri testari, qui de aliqua re disponere non potest, cum posset instituere heredem, eum quem testator iusserat, per *l. ex facto, in princ. vbi gloss. ff. ad Trebell.*

ARGVMENTVM.

Vtrum paganus posset directo substituere piam causam post pubertatem, & aditā hæreditatem?

SVMMARIVM.

1 *Paganus (secundum aliquos) potest directo substituere piam causam post pubertatem, & aditam hæreditatem, numero 1. & 2. medium, numero 3. dissoluitur, numero 7. & aliorum distinctio, numero 9. refellitur, numero 10. Author tenet indistincte partem negatiuam, num. 11. fundamenta, num. 12*

2 *Testamentis in ordinandis ad pias causas attenditur ius gentium, num. 4.*

3 *Lex in testamentis ad pias causas dispensauit circa impedimenta iuris ciuilis, num. 5.*

4 *Miles potest substituere directo post pubertatem, & aditam hæreditatem, num. 6.*

5 *Pater inter liberos non potest substituere directo post pubertatem, etiam quod in testamentis inter liberos attendatur ius gentium, num. 7. & 8.*

6 *Priuilegiatus contra pariter priuilegiatum, non vtitur priuilegio, num. 10.*

7 *Paganus non potest substituere directo fauore libertatis, post pubertatem, & aditam hæreditatem, num. 12.*

8 *Libertas est fauorabilior legitima, num. 13.*

9 *Libertas minuit legitimam, num. 14.*

10 *Pia causa non minuit legitimam, num. 15.*

11 *Priuilegium substituendi directo post pubertatem, & aditam hæreditatem, videtur concessum fauore testatoris, num. 16.*

QVÆSTIO XL.

Trum † paganus possit directo substituere piam causam post pubertatem, & aditam hęreditatem? Resp. nonnullos tenuisse † quod sic, inter quos fuit Gabriel. in Lcenturio, num. 99. ff. de vul. & pup. subst. Bald. cons. 456 numero 1. lib. 4. Abb. cons. 32. lib. 2. Sforz. Odd. in tract. compend. par. 5. præmisso 4. fol. 81. vers. ego igitur. vbi testatur ab hac opinione in consulendo non esse recedendum, *Zas. in tract. subst. cap. 5. num. 14. & 15.* vbi ait hanc opinionem esse verissimā, & in practica obseruatam, *Alex. Trentacinq. in tract. eiusdem tit. par. 4. cap. 8. n. 9. vers. ex prædictis.* 1 2

Mouentur præcipue, quia in † testamentis ad pias causas attenditur merum ius gentium, *c. cum esses, & c. relatum, extra de testam. Tiraq. de priuil. piæ causæ circa prin.* sicut attenditur in † testamentis militum, *Bart. in l. neque enim, in princ. ff. de milit. testam.* in quibus (inquit) lex dispensauit † circa impedimenta iuris ciuilis, non autem iuris gentium; vnde quia impedimentū seruitutis, & discretionis est iuris gentium, non videtur dispensatum, cum seruo hostium, nec in pupillo, *l. iacere ff. de milit. testam. l. fin. C. eod. Bart. in l. 1. n. 6. C. de sacrosanct. Eccle.* Ac † militi permittitur substituere directo post pubertatem, & aditam hæreditatem, *Bart. in d. l. neq. enim, sub nu. 4. C. eod. Crass. in § substitutio, quæst. 63. num. 1. & in § testamentum, quæst. 7. num. 4. Tiraq. de priuil. piæ causæ. 20 priuil. circa prin.* ergo etiam fauore piæ causæ permissum videtur. 3 4 5 6

Resp. contrarii quia etiam in † testamentis inter filios attenditur ius gentium, *l. hac consultissima, § ex imperfecto, C. de testam. vbi Bart. circa fin. Ias. in d. l. centurio, numero 9. in fine*, & tamen non reperitur, quod † inter eos pater possit vti priuilegio substituendi directo, post pubertatem, & aditā hæreditatem, *Soc. Iun. in d. l. centurio, sub num. 81. Sforz. Odd. d. præmisso 4. fol. 80. a tergo, vers. secunda,* vbi ait, id omnes * tenere. Quicquid dixerit *Ias. in d. l. centurio, sub num. 9.* 7 8

Aliquos vero distinguere, quod aut est † hęres instituta alia pia causa, & ei post aditam poterit directo alia pia causa substitui; aut fuerit hæres instituta alia persona, & tunc secus, *Bart. in rep. l. 1. 6. q. 5. quæst. prin. numero 71. C. de sacrosanct. Eccl.* quem refert, & sequitur *Ias. in d. l. centurio, num. 9. vers. sed in hoc, vbi etiam Bolognett. num. 35. vers. tertia, & nu. 37.* vbi testatur hanc esse veriorem opinionem. 9

Resp. contrarii, falsam omnino esse hanc distinctionē, quia si nō potest pia causa directo substitui, quando persona priuata est hęres instituta, multo minus poterit, quando alia pia causa esset hæres instituta; cum priuilegiatus † contra priuilegiatum 10 non vta-

non vtatur priuilegio; *l. verum, § sciendum, cum l. seq. ff. de minor. Bart. & Iaf. in l. si quas actiones, C. de sacrosanct. Eccl. Menoch. consil. 242. numero 18. vol. 3. Tiraq. de priuil. pia causa, 26. priuil. col. 4. fol. 59. l. assiduis, ff. qui pot. in pign. habe. l. priuilegia, ff. de priu. cred. Menoch. cons. 680. num. 38. vol. 7. Dec. in cap. in præsentia, num. 51. extra de probat. c. vlt. extra de ord. cognit.*

Ego verò legendo, & consulendo semper tenui
11 indistincte non posse † paganum vti priuilegio sub-
stituendi directò post pubertatem, & aditam hære-
ditatem fauore piæ causæ vt etiam docuit *Bald. in l.*
1. numero 71. C. de sacrosanct. Eccl. & in l. extraneum,
numero 3. C. de hære. inst. Soc. Iun. & Rip. in d. l. centu-
rio, ille, num. 82. iste, num. 22. vers. quarto facit, vbi
* testatur hanc esse communem * opinionem, *Lan-*
cell. Polit. in tract. subst. in materia compendiosa, nume.
11. Pau. de Cast. cons. 152. vol. 1.

12 Moueor primo, quia † pagano dictum priuile-
gium non conceditur fauore libertatis. *l. sed. & si si-*
ne, § quod Papinianus, ff. de minor. ergo nec fauore
13 piæ causæ, qua † libertas est fauorabilior, cum illa
14 † minuat legitimam, *d. § Papinianus, l. Papinianus, §*
quarta autem, vbi Fulgos. in 3. not. ff. de inoff. testam.
quem refert, & sequitur *Tiraq. in præfat. tract. de pri-*
15 *uil. pia causa, col. 14. fol. 16* ista † verò non, *cap. fin.*
17. quæst. fin. gloss. l. si quis ad declinandam, C. de Episc.
& Cler. & in l. Papinianus, § 1. ff. de inoff. testam. Alex.
consil. 18. circa prin. lib. 4.

16 Secundo, quia hoc † priuilegium substituendi
directò per pubertatem, & aditam hæreditatem,
videtur concessum fauore testatoris, *l. centurio, ff.*
de vulg. & pupill. subst. at in nostro casu ex parte te-
statoris nullus videtur fauor, ergo, &c.

ARGVMENTVM.

Quo pacto compendiosa finiatur?

SVMMARIVM.

1 *Compendiosa, quomodo finiatur, num. 1. 2. & 3.*
2 *Compendiosa, finitur eisdem modis, quibus vulga-*
ris, pupillaris & fideicommissaria, contenta sub
dicta compendiosa.
3 *Compendiosa, considerata per se finitur principali-*
ter duobus modis, scilicet caducitate, & defectu
conditionis.

QVÆSTIO XLI

1 QVomodo † finiatur compendiosa sub-
2 stitutio? Resp. quod finitur † eisdē mo-
dis, quibus vulgaris, pupillaris & fideicō-
missaria contentę subdicta compendio-
sa, *Bart. in l. centurio, in finē, ff. de vul. & pup. subst. Cō-*
stan Roger. in tractat. subst. in materia compend quæst.
4 n. 151. Crass. in § substitutio. quæst. 79. in prin. Pract.
Papiens. tit. de forma libell. quo agitur ex subst. comp.
sub numero 35. Bal. in tract. subst. in materia compen-
diosa, in fin.

Verum tamen considerata per se † finitur prin-
3 cipaliter duobus modis; scilicet caducitate, & de-
fectu conditionis, *Crass. in § substitutio, quæst. 79. n.*
1. Sforz. Odd. in tract. compend. par 6. in prin. numero
1. fol. 141.

ARGVMENTVM.

Vtrum compendiosa efficiatur caduca re-
spectu vulgaris, mortuo instituto in vi-
ta testatoris?

SVMMARIVM.

1 *Compendiosa, non efficitur caduca respectu vulga-*
ris, mortuo instituto in vita testatoris, numero
1. media, numero 2. & 3. Amplia, num. 4. limi-
ta, num. 6. & 11.
2 *Casus impotentia, facit esse locum vulgari, num. 3.*
3 *Vulgaris semper succeditur testatori, etiam si fuissent*
facti mille gradus illius, num. 5.

QVÆSTIO XLII.

VTrum † mortuo instituto in vita testato- 1
ris, substitutio compendiosa efficiatur
caduca respectu vulgaris? Resp. quod
non, *Sforz. Odd. in tract. compend. par. 6.*
art. 1. num. 3. fol. 141. vbi testatur esse communem * *
opinionem, *Oldrad. cons. 20 Bart. consi 37 num. 3. &*
cons. 38. n. 2. & cons 40. num. 1. lib. 1. Bal. cons. 151. lib. 4.
& cons. 170. nu. 3. lib. 5. & cons. 148. eod. lib. & cons. 408.
lib. 2. & cons. 441. lib. 4. Petr. de Ripa, inter cons. Bal.
156. lib. 4. Alex. cons. 188. num 5. lib. 2. & cons. 162. n. 1.
eod lib. Soc. inter cons. Corn. cōs. 298. circa fi. lib. 3. Idē,
Corn. cons. 236. in princ. lib. 3. & cons. 197. num 8. lib. 2.
& consi 297. num. 2. vers. his tamen, lib. 1. Dec. consil.
227. n. 11. & cons. 427. num. 4. Socin. Iun. consil. 42. n.
12. vers. verum prædictis, lib. 1. Paris. cons. 62. n. 11. lib. 2.
& cons. 64. num. 15. lib. 2.

Probatur etiam authoritate † necessaria, & ra- 2
tione: authoritate, per *l. vnicam, § in primo, & § pro*
secundo, in text. ibi, nisi vacuatis, & in text. ibi, nisi, &
in hunc casum, vel substitutus, C. de caduc. tolle. ratio-
ne, quia institutus non fuit hæres, quia non potuit,
& † casus impotentiæ facit esse locum vulgari sub- 3
stitutioni, *l. cum proponas, C. de hæred. instit.*

Amplia, vt procedat, † quando instituto filio, 4
fuerit ei compendiose substitutus Titius & ipsi Ti-
tio cōpendiose substitutus Mæuius, quia deceden-
te prius substituto primo, quam filius institutus, lo-
cum fecit substitutione, vnde substitutus secundo
loco, ipsi primo substituto admitti potest ad hære-
ditatē instituti post primū substitutum decedentē
ex vulgari substitutione, *Sforz. Odd. d. par. 6. art. 1.*
num. 4. vbi testatur hanc esse communem * opinio- *
nem, quia (inquit) per vulgarē † semper succeditur 5
testatori, etiam si fuissent facti centum gradus il-
lius, *Bart in l. quamdiu, la 3. in fin. ff. de vul. & pup.*
subst. vbi Angel. n. 8. Imol. num. 3 & Aret. n. 7. Paul. de
Cast. cons. 152. in prin. lib. 1. Soc. Iun. cons. 94. numero
41. lib. 1.

Limita primo, vt non † procedat in vulgari ta- 6
cita, veluti, & si dictum fuisset, & si filius meus hæ-
res erit, & in pupillari ætate, vel postea quandocū-
que decesserit, Titium substituo; quia cum hoc ca-
su in compendiosa, non continetur vulgaris ex-
pressa in genere, tanquam sub compendiosa; sed
tacite, tanquam sub pupillari expressa in specie; &
vulgaris, quæ continetur in expressa pupillari, de-
ficiat, deficiente ipsa pupillari: ac iudem in casu
proposito moriente filio instituto viuente testato-
re, deficit pupillaris, per consequens dicitur effecta
caduca substitutio, quoad vulgarē, & successionem
ex ea, *Oldrad. cōs. 177. Bald. cons. 408. lib. 2. & cōs. 441.*
lib. 4. & cons 148. & cons. 170. n 3. lib. 5.

Contrariam † sententiam tenuit *Sforz. Odd in* 7
d par. 6. art. 1. sub num. 5. vbi eam dixit cōmunem, * *
Oldrad. cons. 20. vers. ad secundam quæstionē, Alexan.
cons. 162. num. 1. & cons 188. num. 1. lib. 2. vbi etiam di-
xit communem * opinionem, quia (secundū eos) *
non est verum, quod † extincta, & caducata pupil- 8

lari, extinguatur vulgaris, tacite sub ea contenta,
Rip. in l. 1. n. 167. ff. de vul. & pupill. subst. vbi testatur
* hanc esse magis communem * opinionem, *gloss. l. quod si filius. ff. de capt.*

Limita secundò, vt non procedat, quando com-
9 pẽdiosa fuisset † facta ventri, & posthumus institu-
tus non nasceretur, quia tunc vulgaris deficeret,
*Oldrad. cons. 177. Ioan. Andr. in add. ad Spec tit. de te-
stam. § 1. in add. magna, in verbo, cumpatronus, ver oc-
currit, Anchar. cons. 356 n. 2. Fulgos. cons. 49. vers. in
oppositum, Alex. cons. 1 n. 9. lib. 1.*

10 Contrariam † sententiam tenuit *Sf. Od. in tract.
compend. par. 6. art. 1. nu. 6.* vbi dicit esse magis com-
* muniter * receptam, *Bart. in l. 1. num 33. ff. de vul-
gar. & pup. subst. vbi Soc. numero 32. Ias. n. 60. & Rip.
num. 168. Fulgos. cons. 89. num. 1. Alex. cons. 188. nu-
mero 5. Soc. Iun. consil. 94. num. 46. lib. 1. & consil. 42.
num. 34. lib. 1.* nisi contrarium appareret ex forma
11 substitutionis, quo ad † mentem testatoris, velu-
ti, si dictum fuisset, tunc, & eo casu, *Sforz. Odd. in d.
art. 1. num. 6. in fin.*

ARGVMENTVM.

Vtrum compendiosa efficiatur caduca respectu pupillaris, mortuo instituto in vita testatoris?

SVMMARIVM.

1 *Compendiosa, efficitur caduca respectu pupillaris, mortuo instituto in vita testatoris, num. 1. fundamentum, nu. 2. 3. & 4.*
2 *Pupillo succeditur per pupillarem, tamquam ex testamento ab eo facto, nu. 3.*
3 *Pupillaris requirit aditionem hæreditatis, n. 4.*

QVÆSTIO XLIII.

1 VTrum viuo † testatore, mortuo in-
stituto cõpendiosa efficiatur cadu-
ca respectu pupillaris substitutio-
nis? Resp. quod sic, *Sf. Odd. in tract.
comp. par. 6. art. 1. n. 7.* vbi ait neminẽ
* *legisse discrepantẽ, *Oldrad. cons. 177. & cons. 20. Io.
Andr. in add. ad Specul. tit. de test. § 1 in add. magna,
in ver. cumpatronus, ver. occurrit, Bal. cons 148. lib. 5.
& cons. 408. lib. 2. Petr. de Rip. inter cons Bal. cõs. 156.
lib. 4. Bal. cons. 157. lib. 4 Feder. de Sen. cons. 266. nu. 1.
& 3 Corn. cons. 297. in fin. lib. 1. Corn. cõs. 35. n. 22. lib.
2. & cons. 298. n. 2. lib. 3.*
2 Confirmatur authoritate † necessaria, & ratio-
ne. authoritate, per *l. quod si filius, in tex. ibi, nihil est,
quod de secundis tabulis, ff. de capt.* ratione, quia per
3 † pupillarem succeditur pupillo, tanquã ex testa-
mento ab eo facto, *Rip. in d. l. qui habebat. ff. de vul.
& pup. subst.* sed viuente patre, filius in potestate te-
4 stari nõ potest. Item, quia † pupillaris requirit adi-
tionem hæreditatis, *l. 2. § adeo, ff. de vul. & pup. subst.
Bar. in l. neque enim, ff. de milit. testam. Bald. in l. mili-
tes, C. eod. Aret. in § pen. col. fin. Instit. eod.* Sed donec
pater viuit, impossibile est, vt eius hæreditas à fi-
lio adeatur, *l. si alienum, § in extraneum, ff. de hæred.
instit.* ergo, &c.

ARGVMENTVM.

Vtrum compendiosa efficiatur caduca respectu fideicommissariæ, mortuo instituto viuo testatore?

SVMMARIVM.

1 *Compendiosa, non efficitur caduca respectu fideicommissaria, mortuo instituto viuo testatore, num. 1. ratio, nu. 2. contra, & male, vt tunc habeat locum vulgaris, & non fideicõmissaria, n. 3.*
2 *Grauato mortuo quandocunque, transit ad eius hæredem grauamen restituendi hæreditatem, numero 3.*

QVÆSTIO XLIV.

VTrum † fideicõmissaria contenta 1
sub compendiosa efficiatur cadu-
ca mortuo instituto viuo testato-
re? Resp. quod nõ, *Sf. Od. in tract.
comp. par. 6. art. 1. nu. 8.* vbi testatur
communem * opinionẽ, quia (in-
quit) mortuo † instituto grauato quandocunque, 2
transit ad hæredem eius grauamen restituendi he-
reditatẽ fideicommissario, per *l. vnicam, § pro secũ-
do, in tex. ibi, nisi hoc casu substitutus, C. de caduc. toll.
Bal. cons. 170. n. 3. & 4. lib. 5. Pau. de Cast. cons. 268. n. 1.
li. 2. Soc. cons. 52. in fi. lib. 1. Alex. cõs. 1. n. 4. lib. 1. Corn.
cons. 298 in fi. lib. 3. & cõs. 35. n. 8. lib. 2. Dec. cons. 427.
n. 4 Paris. cons. 62. n. 21. lib. 2.*

Licèt alii dixerint, vt † tunc habeat locum vul- 3
garis & fideicommissaria, inter quos fuit *Alexan.
Trentac. in tract. subst. par. 4. c. 14. n. 35.*

ARGVMENTVM.

Vtrum compendiosa facta pure, finiatur decedente substituto ante institutum?

SVMMARIVM.

1 *Compendiosa facta purè, non finitur decedente substituto, ante institutum, num. 1. exemplum, nu. 2. amplia, nu. 3. 4. & 5.*

QVÆSTIO XLV.

VTrum † compendiosa facta pure, 1
pota si † testator dixisset, Instituo 2
filium meũ, & rogo, vt hæredita-
tẽ meã restituat Sempronio, finia-
tur, si moritur prius substitutus,
quã institutus? Resp. quod non;
sed quandocũq; substitutus, seu fideicommissarius
præmoriatur, trãsmittit omne ius suũ ad hæredes,
Sf. Od. in tract. comp. par. 6. art. 2. n. 2. vbi ait, ita tene-
re omnes * vbique sine scrupulo, *glo in ver. suscepis- *
set, l. hæredes mei, § cum ita. ff. ad Trebell. l. si Pontio-
nilla, C. quando dies lega. vel fideicomm. ced. l. si pure,
ff. eod. l. vnica, C. de his, qui ante apert. tab. l. vnica, §
cum igitur, C. de cad. toll. Alex. Trentatinq. in tractat.
subst. par. 4. c. 14. n. 26.*

Amplia primò, vt † fiat transmissio, etiam in 3
hæredes extraneos, *Bar. in l. hæredes mei, § cum ita,
nu. 2. ff. ad Trebell. Sforz. Odd. d. art. 2. n. 1.* vbi ait, id
omnes * tenere, *l. vnica, § cum igitur, C. de cad. toll.*

Amplia secundo, vt procedat, etiã si † fideicom- 4
missarius decesserit, antequam institutus adiuerit,
Sforz. Od. d. art. 1. sub n. 2. vbi testatur com. * opin. *
Rip. in d § cũ ita, n. 57. vbi etiam ait, hãc esse veram,
& comm. * sententiam, *l. vnica, § cum igitur, in tex.
ibi, à die mortis testatoris cedere, C. de caduc. toll.*

Amplia tertiò, vt procedat moriente fideicom-
missario † ante verbalem restitutionem, *Bar. in l. a- 5
pud Iulianum, § vtrũ, n. 1. ff. ad Trebell. & in l. cogi, §
idem Mecianus, ff. eod. Sfor. Odd. d. art. 2. sub n. 2.* vbi
testatur communem * opinionem, *Corn. cons 18. n. *
2. lib. 4. Rip. in d. § cum ita, num. 57. glo. in ver. decesserit. d § vtrum, & d. § idem Mecianus, in ver. successissent.*

AR-

ARGVMENTVM.

Vtrum compēdiosa facta in diem certam, finiatur mortuo prius substituto, quam instituto?

SVMMARIVM.

1 *Compendiosa, facta in diem certam, non finitur mortuo substituto, prius quam instituto, numero 1. exemplum, numero 2. secus si fuisset facta in diem incertam, nu. 3. exemplum, num. 4. ratio, num. 5.*

QVÆSTIO XLVI.

1 VTrum † cōpendiosa facta in diē certā, mortuo prius substituto, quā instituto, finiatur? Resp. quod non, sed fideicōmissarius transmittet ad hæredē, *Sf. Od. in tract. comp. par. 6. art. 2. n.*
* *6.* vbi ait, ita omnes * cōcludere; subiicitq; exēplū,
2 veluti, si † testator dixisset filiū instituo, & rogo eū,
vt post decē annos restituat hæreditatē meā Caio,
gl. l. si post diē legati, § 1. ff. quādo dies lega. ced. l. vnica,
3 *§ fin antē, C. de caduc. toll.* secus autē si † fuisset facta
4 in diē incertā; videlicet, † Instituo filiū meū & post
mortem eius Titium substituo; quia tunc mortuo
prius substituto, quā instituto, non transmittet ad
hæredes, *Sf. Odd. d. art. 2. sub n. 7. per l. si cum hæres, ff.*
5 *quando dies lega. ced.* quia tunc nulla actio † competit post mortem testatoris, licèt in primo casu cōpetat, sed interea obstet exceptio, quo minus effectualiter peti possit, *gloss. l. cedere diem, ff. de verb. signif.*

ARGVMENTVM.

Vtrum compendiosa, facta sub conditione finiatur, mortuo substituto ante institutum?

SVMMARIVM.

1 *Compendiosa, facta sub conditione, vtrum finiatur mortuo substituto ante institutum, distinguuntur duo casus, n. 1. 2. & 4.*

2 *Compendiosa, facta sub conditione substituto extraneo, & mortuo ante institutum, extinguitur, nu. 2. amplia, n. 3.*

3 *Compendiosa facta sub conditione, substituto aliquo ex descendentibus, & vita functo, ante institutum, efficitur caduca, numero 4. amplia, numero 5. limita, numero 6. 10. 11. 14. 16. 17. 19. 22. 26. & 28.*

4 *Substitutionis conditionalis spes non transmittitur, etiam ad descendentes, n. 5.*

5 *Substitutionis conditionalis ius transmittitur in descendentes ex coniectura ta mente testatoris, n. 6. declara, nu. 8. & 9.*

6 *Testator potest facere transmissibile id, quod sui natura non est transmissibile, & econtra, numero 7.*

7 *Compendiosa facta sub conditione, aliquo ex descendentibus substituto, non extinguitur eo mortuo ante institutum, testatore disponente; quod fuisset locus iuri transmittendi, numero 10.*

Item, quando testator nominasset in substitutione heredes substituti, vel filios eius, illos quoque substituendo, numero 11. exemplum, num. 12. declara, num. 13.

Item, quando testator dixisset substituo Titium, & Sempronium, & eos inuicem substituo non in capita: sed in stirpes vsq; in infinitum, n. 14. ratio, num. 15.

Item, quando in substitutione fratrum institutorum fuisset substitutus, etiam filius vnius ex illis fratribus eo tempore superstes, num. 16. exemplum, num. 17. declara, num. 18.

Item, quando facta substitutione inter descendentes fuisset substitutus extraneus illis omnibus demum sine filiis descendentibus, nu. 19. contra, & male, num. 20. limita, nu. 21.

Item, quando descendentes fuissent positi in conditione, nu. 22. exemplum, nu. 23. contra, & perperam, nu. 24. declara, num. 25.

Item, quando substitutio fuisset iuncta cum iure accrescendi, nu. 26. contra, nu. 27.

Item, quando testator voluisset prouidere conseruationi agnationis, n. 28. declara omnes prædictas restrictiones, n. 29.

8 *Pia causa æquiparatur descendentibus, n. 30.*

QVÆSTIO XLVII.

VTrum † compendiosa facta sub condi- 1
tione, veluti, & quandocunque sine liberis decesserit; vel, si sine liberis decesserit; vel, post mortem filii; vel, si hæres erit; vel, hæres erit, & postea decesserit, finiatur mortuo substituto ante institutum? Resp. distinguēdo
duos casus; primus erit, quando fuerit † substitutus 2
aliquis extraneus, quia tunc compēdiosa extingueretur, *Peregr. in tract. fideicom. art. 32. n. 6. Alex. Trētacinq. in tractat. substit. par. 4. cap. 14. num. 1. Sforz. Odd. in tractat. compend. par. 6. art. 2. n. 8. & 9.* vbi ait,
ita omnes * Doctores tenere respectu vulgaris, pu- *
pillaris, exemplaris, & fideicōmissariæ, *l. Lucius, § fi. ff. de vul. & pup. subst. l. sed si plures, l. qui plures, l. qui habebat, ff. eod. l. heredes mei, § cum ita, ff. ad Trebell. l. vnica, § cum igitur, C. de caduc. toll. Crass. in § substitutio, quæstio. 79. nu. 1. Ant. Gabr. lib. 4. concl. tit. de hered. instit. concl. 2. num. 12. Alex. cons. 36. col. 2. vers. confirmātur prædicta, vol. 3. & consi. 165. colum. 1. ver. vnde si quæratur, vol. 5.*

Amplia, etiam si † esset certissimum, tēporeque 3
moritur substitutus, quod casus, seu cōditio substitutionis esset euentura; puta, si institutus esset adeo senex, vt conditio filiorū esset desperata, quis tunc si substitutus prius decederet, extingueretur substitutio moriente postmodum instituto, *Sforz. Odd. d. art. 2. sub n. 10. fol. 145.*

Secundus erit casus, quando fuisset † substitutus 4
aliquis de descendentib⁹ testatoris; veluti si pater duos habens filios, illos instituat, & quandocunq; decesserint sine filiis, illos inuicem substituat; quia tunc si decesserit vnus ex illis cū filiis, & alter postea sine filiis, dubitatur, vtrū ad portionē decedentis sine filiis, vocentur illi filii fratris prædefuncti substituti in totū iure fideicommissi reciproci; an quasi caduca facta substitutione, admittantur vnà cum matre, vel alio fratre defuncti pro virili portione ab intestato, iuxta *Auth. defuncto, C. ad Tertull. iuncto § 1. Auth. vt fratrum filii?* Resp. quod simul mater, & nepotes ab intestato admittuntur, quasi caduca facta substitutione, *gloss. in ver. susceptisset, l. heredes mei, § cum ita, ff. ad Trebel. ibique etiam Pau. de Cast. num. 3. Alex. num. 6. Soc. sen. nu. 9. Rip. nu. 60. Soc. Iun. num. 37. & 47. Fab. à Coramb. numero 27. gloss. l. vnica, C. de his, qui ante apert. tabul. vbi Cyn. in fi. Bar. n. 4. Bal. n. 10. Salic. in 8. & 10. quæst. & Alber.*

nu.4. Bart. Ang. & Alber. in l.is, cui, ff. de actio. & obl.
ille, n.1 isto, num 2 & 3. hic, num.3. Bal. in l.cum ex fi-
lio, in fine, ff. de vul. & pupil. subst. vbi Alex. n.4. Imol.
in fin. & Aret. col.2. ver. primum est, Bal. in l.in perso-
nam, nu.3. C. de fideicom. vbi Salic. & Alber. in fi. Bar.
in l.1. nu.8. circa fi. ff. de leg.1. vbi Rip. nu.36. Iacob. de
Nigr. n.62. & Crott. n.37. in fi. hancq; esse cõmunem
* *sententiã in toto iure receptã, nemine ambigere,
fatetur *Sforz. Odd. in tract. comp. par.6. art.2. n.13. fol.*
145. Cyn. in l.1. epp.2. C. comm. de lega. Bald. in l. si pa-
ter, num.19. C. de instit. & subst. & in l. vnica, § sin au-
tem aliquid, nu.5. C de caduc. toll. vbi Salic. in fi. Cra-
nett. in l.cum filiofamilias, num.330. ff. de leg.1. Ioann.
Delect. in tract. de arte testan. tit. de subst. cap.23. num.
2. Tiraq. de retr. liga. § 1. gloss.2. n.25. Oldrad. cons 131.
ver ad primum, Bal. consi.9. n.1. lib.2. & cons 216. nu.
2. lib.1. & consi.254. nu.2 eod. lib. & cons.319. n 6 lib.
4. & consi.115. nu.1. & cons.266. n.3 lib.5. Rom. cõsi.17.
in princ. & cons.162. n.1. & consi.181. nu.9. Alex. consi.
206. nu.2. lib.6. & consi.62. num.2. lib.7. & consil 252.
lib.6 & cons 263. nu.4. lib.5. & consi.30. nu 3 lib 2. &
cons.250. lib.6. Aret. consi 1. nu.5. Fulgos. cons.15. n.1 &
3. Soc. consi.6. nu.17. lib.3. & cons.104. num.8. eod. lib.
& cons.94. n.15. lib.4. & consi.197. col.1. lib.2. & consi.
74. nu.1. & cons.77. nu.3. lib.4 Guid. Papa consi.214.
sideratur, cum sit pietati consentaneum, testatorem voluisse, non solum consulere filio, sed etiam eorum filiis, ne alienas successiones propriis anteponeret, *Menoch d. præsum. 89. nu. 16. vers. præmitto. Cuma. & Soc. in d. l. cum. auus, per illum text. Crass. in § fideicommissum, quæst. 21. n. 2. in fi.*

Estque fundata non in fictione legis, sed in † 3
præsumpta, & coniecturata voluntate testatoris, *Bart. in l. ex facto, § si quis rogatus, el. 1. numero 4. ff. ad Trebell. Paul. de Cast. in d. l. cum auus, vbi Soc. sen. numero 66. & 70. Anchar. cons. 46. Roman. consil. 170. numero 7. Corn. in d. § cum autem, num. 4. & 7. Barba. in d. l. cum acutissimi, nume. 12. Ruin. cons. 122. numero 1. in fin. lib. 7. Dec. cons 11. numero 20. & cons. 285. numero 11. & cons. 465. in fin. & in dict. § cum autem, numero 10 Ias. in d. l. cum acutissimi, in 1. not. Curt. Iun. consil. 33. num. 8. Paris. cons. 19. num. 95. lib. 2. Soc. Iun. cons. 100. num. 10. & cons. 128. numero 33. lib. 1. Suarez alleg. 27. numero 12. Emanuel à Costa, in capite si pater, par. 1. de testam. lib. 6. Menoch. d. præsum. 89. num 3. Ant. de Padilla, in d. l. cum acutissimi, numero 6. Dec. cons. 60. numero 33. lib. 3. Menoch. cons. 95. numero 25. lib. 1. Ant. Gabr. d. concl. 2. sub numero 83.* Quicquid dixerint *Cuma. in d. l. cum auus, Matra. Soc. sen. cōs. 23. n. 16. v. decimotertio, lib. 1. Fulgos. in d. l. cum acutissimi.*

Quia † iurisconsultorum munus olim fuit so- 4
lum vel interpretandi, vel respondendi de iure, *§. responsa, vbi Mar Salomo. Instit. de iure naturali gen. & ciuili*, non autem statuendi, *l. 2. § Publius, ff. de orig. iur.* & inducere fictionem † fuit proprium, vel 5
populi Romani, vel Principis, cum sit legis dispositio contra ipsam veritatem, *Bart. in l. fin, qui pro emptore, quæst. 1. ff. de vsucap. l. si forte, ff. de castr. pecul. Menoch. d. præsum. 89. num. 5. & 11 & lib. 1 præsum q. 8 numero decimo, gloss. §. accedit, l. vnica. C. de rei vxo. act.*

Dictaq; præsumptio † est iuris tantum, non au- 6
tem iuris, & de iure, *Soc. in d. l. cum auus, nume. 71.*

& 74. Ioann. Andr. in add. ad Specul. tit. de præsum. § species, numero 5 in ver. in prædictis, Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsum. 9. Menoch. d. præsum. 89. nume. 13. in fin.

7 Et ista † conditio tacite à lege subintellecta, quoad exclusionem substituti, nihil differt ab ea, quæ exprimitur à testatore, *Menoch. d. præsum. 89. numero 18.* vbi ita concordat contrarias sententias, *Alex. in l. ex facto, § si quis rogatus, el 1. nume. 11. ff. ad Trebell. Emanuel a Costa in l. Gallus, § & quid si tantum, par 4. numero 77. ff. de lib. & posth. Dec. in cap. in præsentia, nume 37. vers. mihi tamen, extra de probat. Corn. in l. generaliter, § cum autem, nu. 4. C de instit. & subst. Soc. in d. l. cum auus, num 63. Dec. cons. 416. num. 16. vers. tertio dato, Ias. in d. § cum autem, n. 6. Claud. Seisel. & Rip. in d. § si quis rogatus, el. 1. ille, col. 1. iste, num. 27.*

8 Amplia primo principalem conclusionem, vt procedat, etiam in † filio naturali, quem pater hæredem instituit in ea portione, quam ei secundum iuris dispositionem relinquere potuit; quia tunc si pater instituit, & grauauit post mortē suam restituere alteri, intelligitur, si decesserit sine filiis, *Menoch. d. præsump. 89. numero 21. per l. generaliter, § cum autem, C. de instit. & subst. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 10. tit. 7. num. 12. Anto. Gabr. d. concl. 2. num. 2.*

9 Intellige prædictam extensionem, vt procedat proprie in † filio naturali, non autem in filio spurio, *Suarez. allega 27. nume. 12. & 17. Padill. in l. cum acutissimi, nu. 13. C. de fideicomm. Berous in cap. in præsentia, nu. 305. extra de probat. Menoch. d. præsum. 89. numero 21. in fin.*

10 Amplia secundo, vt procedat, etiam in † filio naturali, vel spurio legitimato, in totum instituto; quia grauatus restituere post mortem suam, intelligitur grauatus, si sine liberis decesserit, *Menoch. d. præsum. 89. numero 21 Soc. in l. cum auus, numero 57. ff de cond. & demonstr. Bald. in l. cum acutissimi, numero 7. C de fideicomm. vbi Barba. nume. 229. Alex. col. 1. Ias. nu. 7. Dec. n. 12. & Ant. de Padilla n. 17. Franc. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 10. tit. 7. num. 17. Ant. Gabr. d. concl. 2. nu. 35.*

11 Amplia tertio, vt procedat, etiam in † filiis susceptis ab ipso filio grauato, dum fuerit in deportatione, *Menoch. d. præsum. 89. numero 30.* vbi testatur communem * opinionem, *Bal. & Ant. Padill. in l. cum acutissimi, C. de fideicomm. ille, col. pen. iste, numero 42. Soc. sen. in l. cum auus, numero 100. ff. de cond. & demonstr.* vbi testatur communem * opinionem.

12 Amplia quartò, vt procedat, etiam in † filio arrogato, (qui in arrogatoris potestatem transit, *l. cū adoptiuus, § 1. C. de adopt.*) *Soc. in l. cum auus, n. 56. v. sed tu considera, ff. de cond. & demonstr. Menoc. d. præsum. 89. num. 31.*

13 Amplia quinto, vt procedat, etiam in † filio adoptiuo (qui saltem iure antiquo non transit in agnatione adoptantis, *l. arrogato, §. 1. ff. de adopt.*) *Menoch. d. præsum. 89. numero 31. in fin. Cuma. in l. cum auus, in fin. ff. de cond. & demonstr. Fulg. in l. generaliter, §. cum autem, nume. 6. C. de instit. & subst. Barba. in l. cum acutissimi, numero 287. C. de fideicomm. Rimin. sen. consi. 578. num. 3. Ias. in d. § cum autem, col 5. vers. secundo modo potest intelligi, Picus in l. Titio, §. Titia, num. 63. vers. vel dici posset, ff. de leg. 2.*

14 Contrariam sententiam † tenuit *Cyn. Petr. & Alber. in d. § cum autem, numero 2. & 6. Alex. in l. ex facto, § si quis rogatus, el 1. num. 12. ff. ad Trebell. vbi Clau. Seisel. num. 3. Soc. in d. l. cum auus, num. 56. ver. secus autem videtur, Dec. in d. § cum autem, limit. 7. Anton. Padilla in d. l. cum acutissimi, num. 18. Tiraq. in l. si vnquam. in versi. susceperit liberos, num. 10. C. de reuoc. don. Gul. Bened. in capite Raynutius, in ver. duas habens filias, nume. 149. & in ver. & vxorem nomine Adelasiam, num. 740. & in ver. si ab que liberis moreretur, el 1. num. 30. extra de testamen. Dec. in cap. in præsentia, colum. 15. vers. quarto non habet locum, extra de probat. & in l. precibus, col. 6. vers. & pro ista differentia, C. de impub. & aliis subst.*

15 Alii vtramque concordarunt † opinionem distinctionis fœdere; vt prima procederet in adoptato ab auo materno, vel alio ascendente; secunda vero, ab extraneo, *Ant. Gabr. d. concl. 2. numero 52. Soc. in d. l. cum auus, col. 29. Mantica d. tit. 8. nume. 19. vers. sed ego.*

16 Amplia sexto, vt procedat, non solum quando † grauaretur filius, sed etiam quilibet vlterioris gradus descendens, *Ant. Gabr. d. concl. 2. num. 7. Bald. Angel. & Corn. in l. cum acutissimi, C. de fideicōm. Soc. in l. cum auus, col. 26 ff. de cond. & demonstr.*

17 Amplia septimò, vt procedat, etiam si † grauetur filia fœmina, vel descendentes ab ea, *Ant. Gabr. d. concl. 2. numero 17. Paul. de Cast. & Soc. in d. l. cum auus, ille, circa prin. iste, col. 25.*

18 Amplia octauò, vt † procedat, etiam si filia grauata, per statutum fuisset exclusa, *Ant. Gabr. d. concl. 2 nume. 18. Ruin. cons. 77. colum. fin. vol. 2. Crass. in § fideicōmissum, quæst. 26.* vbi testatur hanc esse veriorem, & magis communem * opinionē, *Decia. cons. 60. n. 17. vol. 3. Corn. cons. 91. nu. 1. vol. 1.*

19 Amplia nono, vt procedat etiam. si in † eodem testamēto testator expresserit conditionem, si sine liberis decesserit; quia adhuc subintelligeretur dicta tacita conditio, *Cuma. & Soc. in l. cum auus, ff. de cond. & demonstr. Aret. cons 156.*

20 Contrariam † sententiam videtur tenere *Ant. Gabr. d. concl. 3. num. 29 Barba. in d. l. cum acutissimi, Soc. in d. l. cum auus, col. 21. Curt. Iun. cons. 191. col. fin. & cons. 33. col. 3. Paris. consi. 19. col. 10. vol. 2. Soc. Iun. cons. 128. vol. 1. Grat. cons. 54. col. 2. vol. 1.*

21 Amplia decimo, vt procedat, etiam in † filio instituto, & grauato à matre, vel ab ascendente per lineam maternam, *Menoch. d præsum. 89. num. 46. gloss. 2. vbi Bart. nume. 1. l. generaliter, § cum autem, C. de instit. & subst. idem Bart. in l. cum auus, ff. de cond. & demonstr. vbi Paul. de Cast. numero 1. & Soc. numero 48. & 52.* vbi testatur communem * opinionem, *Barba. in l. cum acutissimi, nu. 84. C. de fideicomm. Aret. in l. 2. in fi. C. de inoff. testam. Corn. consilio 197 col. penult. lib. 3. Ias. & Dec. in d. § cum autem, ille, col. 2. vers. tertio extendo, iste, num. 8. idem Dec. consil. 391. col. 2. & cons. 416. col. 1. Emanuel à Costa, in capite si pater, 1. par. in ver. si absque liberis, num. 5 de testam. lib. 6. Ant. Padilla, in d. l. cum acutissimi, numero 15. Tiraq. in l. si vnquam, in ver. Patronus, sub numero 1. C. de reuoc. don. Guid. Pap. cons. 51. col. 2. vers. & licet, Franc. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 10. tit. 7. numero 14. Ant. Gabr. d. concl. 2. num. 16. Ceph. cons. 576. num. 3. vol. 4.*

22 Amplia vndecimò, vt procedat, etiam in † filio emancipato, *Menoch. d præsum. 89 numero 51. Bart.*

& Cum.

& Cum. in d. l. cum auus, vbi Soc. nu. 51. ff. de cond. & demonstr. Ant. Padilla in d. l. cum acutissimi, n. 14. C. de fideicom. Ant. Gabr. d. concl. 2. n. 32.

23 Amplia duodecimo, vt procedat, etiam quando † pater vnà cum filio instituerit extraneum, & vtrumque grauauit testitoere; quia tunc in persona filii subintelligitur cõditio hæc, Si sine filiis decesserit, etsi in persona extranei subintelligi non possit, *Menoch. d. præsum. 89. nu. 52. Soc. in l. cum auus, num. 53. ff. de condit. & demonstr. & in l. heredes mei, § cum ita, num. 19. ff. ad Trebell. Corn. consil. 197. numero 2. & 9. lib. 3. Ant. Padilla in l. cum acutissimi, n. 19. C. de fideicom. Franc. Mantica de coniect. vltim. vol. libro 10. tit. 8. n. 7.* vbi ait hanc esse benigniorem opinionem.

24 Contrariam sententiam † tenuit *Cuma. in d. l. cum auus, Ioann. Sperellus in l. in testamento, C. de testam. milit. Anchar. cons. 43. Ruin. consi. 3. num. 18. & consil. 157. num. 8. lib. 2. Dec. consi. 544. col. vlt. ver. tertio facit, Soc. sen. consi. 191. col. 6. ver. sed posito quod, lib. 2.* eamque receptiorem * esse fatetur *Menoch. lib. 4. præsum par. 2. præsum. 89. num. 52. in fin. Anton. Gabr. d. concl. 2. n. 61.*

25 Amplia decimotertiò, vt procedat, etiam † in donatione causa mortis; veluti si testator dixisset, Si contigerit hoc morbo me decedere, do nonfilio meo bona mea, quæ post eius mortẽ volo, vt perueniant ad Caium; quia tunc intelligitur dicta tacita conditio, si filius decesserit sine liberis, *Menoch. d. præsum. 84. nu. 150.* vbi testatur hãc esse receptam * sententiam, *Gabr. lib. 4. concl. tit. de fideicom. cõcl. 2. num. 19. gloss. Bald. & Salic. in l. 1. C. de don. causa mort. Alex. in l. ex facto, § si quis rogatus, et l. 1. colum. 5. ff. ad Trebell. Corn. consi. 197. col pen. volu. 3. Alex. Dec. Corn. & Ias. in l. generaliter, § cum autem, C. de inst. & subst. Chassane. consi. 52. colu. 1. Ruin. consi. 6. col. 2. vol. 2. Soc. in d. l. cum auus, num. 98. ff. de cond. & demonstr. Conarr. lib. Pract. quæst. cap. 38. numero 11. Eman. à Costa in cap. si pater, par. 1. ver. sic. si absque liberis, nu mero 14. de testam. lib. 6. Ant. Padill. in l. cũ acutissimi, num. 20. C. de fideicomm. Franc. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 10 tit. 7. n. 20.*

26 Amplia decimoquarto, vt procedat etiam in substitutione facta in † donatione inter viuos; veluti, si pater donat descendenti cum onere testituendi post mortem suam; quia subauditur hæc tacita conditio, si descendens decesserit sine liberis, *Menoch. d. præsum. 89. num. 152. Baldus in dict. l. cum acutissimi, num. 13. Caccialup. in d. § cum autem, quæst. 7. Soc. in d. l. cum auus, num. 97. Ias. in l. 3. num. 197. C. de iure emphyt. Couarr. in lib. Pract. c. quæstio. cap. 38. num. 12. Emanuel à Costa in d. verb. si absque liberis, numero 15. Anton. Padilla in d. l. cum acutissimi, numero 21.* [illegible]

27 Amplia decimoquinto, vt † procedat etiã statute statuto, quod verba testamentorum intelligantur, vt iacent, sine vlla interpretatione, *Ant. Gabr. libro 4. concl. tit. de fideicomm. concl. 2. nu. 31. quem sequitur Franc. Mantic. d. tit. 8. nu. 12. Barb. in d. l. cum acutissimi.* Quicquid dixerit *Thomas Decian. in d. l. cum acutissimi, Ioann. Bapt. de S. Seuerino in l. generaliter, § cum autem, quæst. 23. C. de instit. & subst. Ioann. Curt. in l. Gallus, § & quid si tantum, nu. 43. ff. de liber. & posthum.*

28 Limita primò, vt non procedat in † filio spirituali hærede instituto, & grauato à patre spirituali, quia etsi filii nomen obtineat, non tamẽ pietas, & affectio naturalis erga eum consideratur, sicut erga filium carnalem, *Menoch. d. præsum. 89. nu. 53. Pic. in l. Titia, § Titia, num. 7. ff. de leg. 2. Franc. Mant. d. tit. 8. num. 21.* Quicquid dixerit *Barba. in d. l. cum acutissimi.*

29 Limita secundò, vt non pcedat, quando † filius instituisset patrem suum, quẽ grauauit post mortem suam restituere; quia tunc non subintelligitur tacita hæc conditio, si pater institutus decesserit sine filiis, *Menoch. d. præsum. 89. num. 54. gl. in ver. voluntate, l. ex facto, § si quis rogatus, et l. 1. ff. ad Trebell. Bart. in l. cum auus, num. 2. ff. de cond. & demonstr. vbi Soc. num. 14. ver. quarto infertur, Maria. Socin. sen. consi. 23 num. 12 lib. 1. Ias. in l. generaliter, § cum autem, col. 4. ver. septimo limita, C. de instit. & subst. vbi Dec. numero 5. Gozad. in l. qui se patris, numera 197. C. vnde liberi, Franc. Berengar. in l. in quartam, par. 3. nu. 99. ff. ad l. Falcid. Ioan. de Gir. in rub. C. de secund. nupt. num. 99 Alciat. in tract. præsu. reg. 3. præsum. 8. in fin. & resp. 268. num. 1. Natt. in l. hac consultissima, § ex imperfecto, in fin. C. de testament. Roder. Suarez in l. quoniam, in prioribus, ampl. 16. n. 4. C. de inoff. testam. à Vall. consil. 39. num. 13. lib. 3. Ant. Padilla in l. cum acutissimi, num. 16. C. de fideicomm. Emanuel à Costa, in c. si pater; par. 1. in ver. si absque liberis, num. 6. de testam. lib. 6. Tiraq. in l. si vnquam, in ver. susceperit liberos, n. 266. in fin. C. de reuoc. don.* idem dixi, si fuisset instituta mater, & granata restituere, *Franc. Mantica d. tit. 8. num. 24.* vbi testatur communem * opinionem, *Ant. Gabr. d. concl. 2. nu. 27.* vbi testatur mag's communem * opinionem, *Cross. in § fideicommissum, quæst. 23.* vbi etiam dicit communem * opinionem.

Licet contrariam sententiam tenuerit *Cyn. in d. § cum autem, quæst. 2 Ang. in d. § si quis rogatus, col. vltim. ver. sed hic dubito, Barb. in d. l. cum acutissimi, nu. 49. Dec. in d. § cum auus, num. 25. vers. & ista cõclusio.* eamque in puncto iuris esse veriorem, testatur *Tiber. Decia. consi. 6. n. 16. vol. 3.*

30 Sublimita primo, vt non procedat, quãdo † extaret aliqua coiectura, quæ significaret filium grauantem patrem à se institutum, intellexisse, si decessisset sine liberis; *Alciat. Resp. 586. nu. 2. Menoch. d. præsum. 89. num. 54. vers. ceterum, per Bar. in l. vlt. n. 2. ver. quæsitum, vel cos. ff. ad Tertull.*

31 Sublimita secundo, vt procedat respectu † filiorum patris instituti; atque fratrum ipsius testatoris, non autem respectu aui ipsius testatoris; quia si extat auus tempore, quo testator iste patrem suum instituit & grauauit, subintelligitur conditio, si pater ipse institutus, grauatusque decedat non superstite patre suo, sicque testatoris auo, quem ipse testator præsumitur posuisse in conditione; *Menoch. d. præsum. 89. nu. 54. ver. rursus, Cuman. in l. cum auus, ff. de cond. & demonstrat. Fulgos. in l. generaliter, § cum autem, C de institut. & substitu. vbi Dec. numero decimoquinto, vers. venio ad secundum, Ant. Gabr. d. concl. 2. n. 49.*

32 Contrariam † sententiã tenuit *Alex. in l. ex facto, § si quis rogatus, et l. 1. ff. ad Trebell. Corn. in l. generaliter, § cum autem, C. de instit. & substitut. vbi Ias. colum. 4. ver. septimo limita, Soc. in d. l. cum auus, numero decimosexto. Rip. in d. § si quis rogatus, numero 5. Emanuel à Costa, in c. si pater, par. 1. in ver. si absque liberis, num. 5. vers. hac autem, de testam.*

lib.6.Roder. SuareZ. in l. quoniam in prioribus, ampl. 36.num.4.in fin. C.de inoff.test.

33 Limita tertiò, vt non procedat, quando † frater instituit, & grauauit fratrem, Tiraq. in l. si vnquam, in vers. susceperit liberos, sub numero 266. C. de reuocand. donat. Socin. in l. cum auus, colu. 1. & 2. ff. de cond. & demonstr. Dec. cons. 259. col. vlt. Chassan. cons. 65. colum. 2. vers. eo etiam maximè, Gul. Benedict. in cap. Raynutius, in ver. si absque liberis moreretur, el 1. num. 3. extra de testamen. Iacob. Aret. Cyn. Alber. Angel. Fulgos. Ioan. à Monte Sperello, & Corn. in d. § cum autem, Imol. in d. l. cũ auus, & in d. § si quis rogatus, Anchar. consi. 71. circa med. Paul de Castr. cons. 14. col. vlt. lib. Alex. consil. 38. col. 2. libr. 1. Cepoll. consi. Cans. consilium 54. col. 2. ver. nec obstat, Dec. cõs. 497. num. 1. & cons. 529 num. 7. Rip. in d. § si quis rogatus, el 1. num. 55. vbi testatur communẽ * opinionem, Menoch. d præsum. 89. numero 55. vbi etiam dicit communem * opinionem, & soluit argumentum tenentium contrarium, Emanuel a Costa in c. si pater, par. 1. in ver. si absque liberis, num 7. de testam. lib. 6. Cephal cons. 576. num. 13. lib. 4. Anto. Padilla in d. l. cum acutissimi, nu. 6. Mantica d. tit. 8. numero 15. vbi testatur communem * opinionem, Ant. Gabr. d. concl. 2. num. 46. Crass. in § fideicommissum, q. 24. vbi testatur communem * opinionem, Rimin. Iun. cons. 37. num. 15. volum. 1.

Licèt contrariam sententiam tenuerit Barbat. in l. cum acutissimi, numero 20. ff. de fideicommiss. & consilio 28. col. 2. & 3. lib. 2.

34 Limita quarto, vt non † procedat, quando maritus instituit, & grauauit vxorem; quia tunc non subintelligitur conditio, si decesserit sine liberis, Menoch. d. præsum 89. numero sexagesimoprimo, per l. qui filium, § Sabinus, ff. ad Trebell. Caccialup. in l. generaliter, § cum autem, C. de institut. & substitut. Barba. in l. cum acutissimi, C. de fideicommiss. vbi Ant. Padilla numero 28. Socin. in l. cum auus, numero decimoquarto, vers. tertio infertur, ff. de condit. & demonstrat. Ruin. consilio 3. numero decimotertio, lib. 2. Mantica d. tit. 8. numero 26. Ant. Gabr. d. concl. 2. numero 63.

35 Amplia primò, vt procedat, etiam † si ipsa vxor non fuisset hæres instituta, sed solum vocata, tanquam hæres fiduciaria, Menoch. d. præsum, 89. sub num. 63. l. Seius Saturninus, ff. ad Trebell. Socin. in d. l. cum auus.

36 Amplia secundò, vt procedat, quando ipsa vxor fuisset instituta, & grauata vnà cum filiis, Tiber. Decian. cons. 60. num. 13. lib. 3. Menoch. d. præsumpt. 89. num. 63. in fin.

37 Sublimita, vt non procedat, quando † testator habet ex illa vxore filios; quia tunc instituendo, & grauando vxorem, subintelligitur conditio, Si ipsa vxor decesserit sine prædictis filiis, Menoch. d. præsum. 89. num. 63. in fi. Bal. cons. 391. vol. 3.

38 Limita quintò, vt non procedat, quãdo † testator instituit, & grauauit amicum suum; quia tunc non subintelligitur conditio hæc, Si decesserit sine liberis, Menoch. d. præsum. 89. num 65. Soc. in l. cũ auus, nu 11. ff. de cond. & demonstr. Purpur. cons. 516. num 7. lib. 2. Emanuel a Costa in cap si pater, par. 1. in ver. si absque liberis, numero 7. de testam. lib. 6. Ant. Padilla in l. cum acutissimi, n. 27. C. de fideicom. Frãc. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 10. tit. 7. num. 12. circa fi. Ant. Gabr. lib. 4. concl. tit. de fideicom. concl. 2. n. 55. Licèt contrariam sententiam tenuerit Barba. in d. l. cum acutissimi, num. 26. & 78. Gul. Bene. in c. Raynutius, in ver. si absque liberis moreretur, el 1. num. 4. extra de testam.

Et multò minus non procederet in † extraneo grauato, Ant. Gabr. d. concl. 2. num. 34. gloss. in vers. filios, d. § cum autem, & in d. l. cum acutissimi, in ver. deinceps, & l. ex facto, § si quis rogatus, ff. ad Trebell. Socin. reg 167. lim. 1. & in d. l. cum auus, colum. 26. Bertrand. con. 23. col. 5. vol. 1. Crass. in § fideicommissum, quæst. 22. circa fin. vbi testatur communem * opinionem meus Abb. in cap. in præsentia, num. 30. extra de probat. Anton. GomeZ. var. resol. tom. 1. cap 5. nu. 35. Decian. consi. 24. nu. 18. vol. 1. Mantica de coniect. vlt. vol. tit. 8. nu. 23. Alexan. Trentacinq. in tract. subst. par 4. c. 7. n 3. 39

Limita sextò, vt non procedat, in † contractibus gratia vtriusque contrahentium confectis, Menoch. d. præsum. 89. num. 152. in fi. Anton. Gabr. d. concl. 2. num. 59 Bal. in d. l. cum acutissimi, in fin. Iason in l 2. col. 90. C. de iure emph. Dec. in l. generaliter, col. 4. C. de instit. & subst. Ruin. consi. 35. col. 6. volum. 1. Licèt contrarium teneat Chassan. cons 53. col. 5. 40

Limita septimò, vt non procedat, † quando pater nõ instituisset filium, sed dumtaxat eum posuisset in conditione; veluti si dixisset, Instituo Caium, & si filius meus decesserit intra vigesimum suæ ætatis annum, grauo ipsum Caium restituere hæreditatem meam Sempronio; quia tunc non intelligitur ipsa tacita conditio, si filius decesserit sine liberis, Menoch. d. præsum. 89. nu. 153. Bart. & Imol. in l. qui filiũ, § Sabinus. ff. ad Trebell. Pau. de Cast. in d. l. cum auus, num. 2. vbi Soc. num. 58. Ias. in l. generaliter, § cum autem, nu. 9. C. de instit. & subst. vbi Dec. nu. 12. Rimin. sen. cons. 182. num. 21. lib. 2. Ruin. consil. 106. col. pen. lib 2. Curt. Iun. cons. 33. num. 8. Socin. Iun consi. 100. num. 8. lib. 1. Ant. Padilla, in d. l. cum acutissimi, nu. 40. Beroius cons. 128. num. 23 lib. 2. Zanchius in l. hæredes mei, § cum ita, par. 7. numero primo, ff. ad Trebell. 41

Limita octauo, vt non procedat † ex contrariis coniecturis, Franc. Mantica d. tit. 8. nu. 16. Anchar. cons. 46. num. 1. Roman cons. 370. num. 3. ver. his tamen non obstantibus, Socin. in d. l. cum auus, num. 72. Curt. Iun. cons. 33. num. 8. Paris. cons. 19. num. 95. vol. 2. Soc. Iun. consil. 100. num. 10. & cons 128. numero 33. vol. 1. Ant. Gabr. d. concl. 2. nu. 36. Crass. in § fideicommissum, quæst 30. vbi testatur communem * opinionem, Sf. Od. in tract. comp. par. 4 art. 4 in fin. 42

Limita nonò, non † procedere, quando pater instituerit duos filios hæredes, & alterũ grauasset simpliciter post mortem restituere hæreditatem, alterum vero sub expressa conditione, Si sine liberis decesserit; quia tunc non subintelligitur dicta conditio in altero fideicommisso simpliciter iniũcto, Crass. in § fideicommissum, q. 25. vbi testatur hãc esse crebriorem, * & verissimam sententiam, Socin. inter cons. Curt. sen. cons. 2. nu. 1. Soc. Iun. consi. 128. nu. 43. vol. 1. Decia. consi. 3. num. 8. lib. 2. Mantica d. tit. 8. num. 9. Sforz. Odd. in tract. compend. art. 4. in fine, fol. 34. Quicquid dixerit Cephal. cõs 391 n. 19. & 20. 43

ARGVMENTVM.

Verum conditio si sine liberis decesserit, tacite à lege subintellecta in substitutione, habeat locum in persona nepotum, & pronepotum? SVM.

SVMMARIVM.

1 *Conditio, si sine liberis decesserit, tacite à lege subintellecta in substitutione habet locum in persona nepotum, & pronepotum, n. 1. & 2.*
Item, in omnibus descendentibus, num. 3. etiam natis tempore testamenti, & testatori cognitis, numero 4. contra, & malè, numero 5. limita, numero 6. 7. 8. & 9.
Item, in fœminis, n. 10. declara, n. 11.

2 *Conditio,* si sine liberis decesserit, *tacite à lege subintellecta, in substitutione locum nō habet in nepotibus naturalibus ex filio grauato, numero 12. limita, nu. 13.*
Item, in filiis adoptiuis, nu. 14.
Item, in filia exclusa a statuto, existentibus masculis, n. 15. declara, n. 16.
Item, in filio spirituali, numero 17.
Item, in filiis, qui ingressi fuerint religionem bonorum incapacem, n. 18.
Item, in filiis deportatis, & damnati in metallū, numero 23.
Item, in filio posthumo, nato in quinto, vel sexto, vel octauo mense, n. 24.
Item, in partu monstroso, n. 25.
Item, in filiis, qui non existant tempore mortis grauati, nu. 26.
Item, in fratribus ipsius grauati, nu. 28.

3 *Substituti statim admittuntur, filio grauato ingrediente religionem incapacem non expectata ipsius morte naturali, numero 19. ratio, num. 20. secus si ingressus fuerit religionem bonorum capacem, numero 21.*

4 *Monasterium habetur loco liberorum, n. 22.*

5 *Filii positi in tacita conditione a lege subintellecta in substitutione, sufficit, ut superstes sit post ipsius grauati mortem, n. 27.*

6 L. cum auus, ff. de cond. & demonstr. *non habet locum in transuersalibus, sed fuit inducta fauore descendentium, n. 29.*

QVÆSTIO LI.

1 VTrum conditio si † sine liberis decesserit, tacite à lege subintellecta in substitutione, à testatore facta, habeat locum in persona nepotum, & pronepotum, vt etiam præsumantur positi in cōditione ad
2 exclusionem substituti? Resp. quod † sic, *Menoch. lib. 4. præsum. par. 2. præsum. 89. nu. 71. per l. cum auus, ff. de cond. & demonst. l. cum acutissimi, C. de fideicom. Anton. Gabr. lib. 4. concl. tit. de fideicommiss. concl. 2. numero 4.*

3 Amplia primo, vt procedat, etiā in † omnibus descendentibus, qui quidem, & ipsi præsumuntur positi in conditione ad exclusionē substituti, *Menoch. d. præsum. 89. num. 72. per l. generaliter, § cū autem, in text. ibi sine iusta sobole v. tam suam vel quæ rit, & in text. ibi, nulla liberorum, & ex eis procreandorum adiectione habita, C. de inst. & substit. Franc. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. 7. nu. 13. Ant. Gabr. d. concl. 2. n. 5.*

Amplia secundò, vt procedat non solum quan-
4 do † nepotes, & similes, nondum nati fuissent tempore conditi testamenti; sed etiam quando erant nati, & cogniti ipsi testatori: quia adhuc subintelligitur hæc conditio, Si filius institutus decesserit sine illis liberis, iam natis, *Menoch. d. præsum. 89. nu. 77.* vbi comprobat sex fundamentis, & strenue respondet contrariis, *Cum. in l. cum auus, n. 3. ff. de cond. & demonstr. Corn. in l. generaliter, § cum autem, nu. 7. C. de instit. & substit. & consi. 217. numero 6. & cons. 197 lib. 3. Marian. Soc. sen. consil. 23. numero 7. & 8. lib. 1. Argel. Aret. in tract. de testam. in gloss. 79. num. 10. Socin. sen. in l. heredes mei, § cum ita, numero 15. ff. ad Trebell. Ruin. cons. 77. num. 14. lib. 2. & cons. 131. nu. 10. ver. non obstat quoque, lib. 3. Ias. in d. § cum autem col. 2. ver. nunc assumo, Menoch. cons. 283. nu. 22. lib. 3. Franc. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 10. tit. 7. numero 16. & tit. 8. numero 22. Crass. in § fideicommissum, quæst. 21. sub num. 6.* vbi testatur hāc esse benigniorem, æquiorem, & humaniorē opinionem, *Sforz. Od. cons. 97. numero decimoseptimo, & 18.* vbi testatur esse magis communem, * & veriorem opinionem. *

Licèt contrariam sententiam, vt non † proce- 5
dat dicta conditio respectu liberorum, iam mortuorū, tenuerit *Tiraq. in præfat. l. si vnquam numero 65. & in ver. filios non habens, numero 18. C. de reuocan. donat. per l. generaliter, § cum autem, in tex. ibi liberorum ex iis procreandorum, & in text. ibi, si de nepotibus cogitauerit, C. de instit. & substit. l. sicuti, C. de testamen. milit. Roman. cons. 370. Barb. in l. cum acutissimi, colum. 2. C. de fideicomm. & in repet. capit. Raynaldus, col. 6. vers. faciat etiam, extra de testamen. Socin. in l. cum auus, colum. 39. vers. extra, ff. de condit. & demonstrat. & consil. 191. column. 1. libro 2. Dec. in l. generaliter, colum. 4. versic. nunc regula, C. de institut. & substitut. & consilio 365. colum. 2. vers. quarto, & vltimo, & consil. 366. colum. 3. & cons. 581. num. 3. Paris. consi. 19. num. 95. lib. 2. Grat. consilio 9. num. 4. lib. 1. Curt. Iun. cons. 33. numero 8. Socin. Iun. cons. 100. num. 11. lib. 1. & cons. 128. num. 49. & 93. eod. lib. & cons. 113. num. 7. libr. 3. Ant. Gomez. lib. 3. var. resol. cap. 5. nu. 36. Ant. Padilla in d. l. cum acutissimi, num. 19. in fin. Emanuel à Costa in cap. si pater, par. 1. ver. si absque liberis num. 9. de testam. lib. 6. Anton. Gabr. d. concl. 2. nu. 37.* vbi testatur hanc esse magis communem * opinionem, *Rimin. Iun. consil. 50. num. 61. vol. 1.* *

Limita prædictam ampliationem primò non procedere, quando † repugnaret aliqua coniectu- 6
ra; veluti, quando testator institutis duobus filiis, eos grauasset restituere; sed in substitutione vnius adiecit conditionē, Si decesserit sine filiis, iam natis; in substitutione verò alteri facta, nihil dixit; quia hoc casu non suppletur conditio in personam alterius, *Paul. de Castr. in l. cum auus, ff. de cond. & demonstrat. Marian. Socin. sen. cons. 23. in fin. libro 1. Dec. cons. 442. num. 4. & cons. 581. num. 5. Paris. cons. 21. num. 20. lib. 4. Grat. cons. 5. lib. 2. Curt. Iun. consilio 33. numero 6. & 11. Soc. Iun. cons. 128. numero 37. lib. 1. Emanuel à Costa in cap. si pater, par. 1. vers. si absque liberis, numero 10. de testam. lib. 6. Socin. in d. l. cum auus, nu. 38. & inter cons. Curt. sen. consi. 2. colu. 2. ver. quod autem sic cogitauit, Menoch. d. præsum. 89. num. 94.* Quicquid dixerit *Barba. in l. cum acutissimi, nu. 294. C. de fideicomm. Ruin. cons. 131. numero 12. vers. non obstat etiam, lib. 3.*

Idem esset, quando † testator filio iam nato ali- 7
quid legauerit; quia tunc præsumitur noluisse eum ponere in conditione, quo ad exclusionem substituti; alioquin, sicut expressè ei legauit, eundem expressè posuisset in conditione, *Roma. cons. 570. Dec. cons. 284. n. 11. Menoch. d. præsum. 89. n. 94. vers.*

& præterea. Mantica d.tit. 8. sub num. 22. vbi subiücit; non esse coniecturam sufficientem, si de eis in aliqua parte testamenti fuisset facta mentio. Quicquid dixerit Ant. Gabr. d. concl. 2. numero 38. Socin. Iun. consil. 128. col. 16. vol. 1. Soc. sen. consi. 23. volum. 1. Crass. in d. quæstio. 21. in fin. Corn. consil. 197. numero 6. volum. 3.

8 Idemque esset, quando † auus ipse testator odio prosequutus fuisset nepotes, iam natos; quia tunc subintelligi non debet conditio prædicta ad eorum cōmodum, Menoch. d. præsum. 89. num. 94. ver. est & alia, Socin. in d. l. cum auus, num. 78. vers. vltimo allegat.

9 Limita secundò non procedere, quando † testator reliquisset legatum, vel fideicommissum rei particularis; quia tunc attendendum esset discrimen, vtrum nepotes filii instituti & grauati, nati essent, vel non tēpore conditi testamenti, Soc. in d. l. cum auus, num. 35. ver. sed alias in hac materia, & cons. 191. col. 6. ver. sed ad prædicta respōdeo, lib. 2. Menoch. d. præsum. 89. n. 94. in fi.

10 Amplia tertiò, vt procedat, etiam quoad † fæminas, quæ ita intelliguntur positæ in conditione, sicut & masculi, Soc. Iun. cons. 158. num 36. lib. 2. Menoch. d. præsum. 89. n. 95.

11 Intellige dictam ampliationem, nisi † testator expressè posuisset in conditione, filios masculos, veluti si dixisset, Et si filius meus institutus decesserit sine filiis masculis, restituat hæreditatem meam Caio; quia tunc non subauditur tacita cōditio, si sine filiabus etiam decesserit; cū per expressionem masculorum in cōditione positorum, testator noluerit ponere in conditione, sed omnino excludere fæminas, Bart. in l. cum auus, num. 4. ff de cond. & demonstr. vbi Soc. col. 4. ver. demum ponamus, Alex. cons. 197. num. 10. lib. 6. Iaso. in l. si quis id, quod, num. 13. & 21. ff. de iur. omn. iud. Dec. in l. 2. num. 92. ff. de reg. iur. Ruin. in l. Gallus, § si eius, num. 94. ff. de lib. & posth. Soc. Iun. cons. 119. num. 3. & consi. 128. nu. 58. lib. 1. Cravett. consi. 613. num. 2. & cons. 13a. num. 9. Natt. cons. 128. num. 2. Ludou. Molin. lib. 3. de Hisp. primogen. cap. 5. nu 31. 41. & 45. vbi testatur hanc esse magis communem * opinionem, subiicitque, idem esse de masculis descendentibus à fæmina, Socin. in l. Gallus, § nunc de lege Velleia, colum. pen. ver. quarto deducitur, numero 6. ff. de lib. & posthum. vbi testatur hanc esse magis communem * opinionem, Siman. cons. 43 num. 45. Pet. Imol. consi. 1. nu. 30. 58. & 59. & consi. 116. num. 9. & 10. Paris. cons. 48. num. 10. lib. 2. & consil. 57. num. 18. eod. libr. A. ban. cons. 87. nu. 14. Cephal. consi. 251. num. 49. Gregor. Lopez. in l. 3. tit. 13. par. 6. in ver. Mugeres, colum. 7. vbi dicit communem * opinionem, Burgos de pace in proœmio Legum Tauri, num. 123. Franc. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 10. tit. 8. n. 10.

12 Limita primò conclusionem principalem non procedere, quando † nepotes ex filio instituto, & grauato, fuerint naturales; quia tunc illi non præsumuntur in conditione positi ab ipso auo testatore, vt excluderent substitutum, Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. 4. cap. 7 num. 27. vbi testatur hanc esse magis communem * opinionem, Petrus de Bella Pert. Cyn. Rain. de Forliuio, Franc. de Rampon. Nicol. de Neap. Bal. Ange. Pau. de Cast. & Salic. quos refert, & sequitur Soc. in l. cum auus, nu. 61. ff. de cond. & demonstr. Aret. in l. 2. in prin. num. 10. ver. simile videmus, ff. de vul. & pupill. subst. Corn. cons. 1. nu. 30. lib. 4. Iaf. in l. generaliter, § cum autem, num. 9. C. de instit. & substit. vbi Dec. num. 22. & in d. l. precibus, nu. 11. ver. & pro ista differentia, C. de impuber. & aliis substit. & in cap. in præsentia, col. 14. vers. alia tamen fuit, extra de probat. Ruin. cons. 140. nu. 14. lib. 2. & in l. Gallus, § si eius, num. 155. ff. de lib. & posthum. Galiaul. in l. centurio, num. 211. ff. de vulg. & pup. substit. Rip. in l. ex facto, § si quis rogatus, el 1. nu. 27. ff. ad Trebell. & in l. si vnquam, nu. 78. C. de reuoc. donat. Hercul. in d. § si quis rogatus, col. 13. Beroes in d. capit. in præsentia, num. 272. Ant. Gomez lib. 1. var. resol. cap. 5. num. 40. Neniz. consi. 69. nu. 28. Ant. Padill. in l. cum acutissimi, nu. 30 C. de fideicomm. Menoch. d. præsum. 89. sub num. 99. Franc. Mantica de coniect. vlt. volu. lib. 10. tit. 8. num. 17. vbi testatur hāc opinionem esse communiter * receptam, Ant. Gabr. d. concl. 2. n. 67. & 68. vbi etiam testatur communem * opinionem, Crass. in § fideicommissum, q 37. n. 1. vbi testatur esse magis communem * opinionem.

Licèt contrariam sententiam tenuerit Bart. in d. § si quis rogatus, el 1. num. 3. vbi Ang. num. 1. Imol. col. 2. & Alex. nu. 6. Aret. & Imol. in d. § cum autem vterque, numero 4. Soc. consi. 182. col 2. lib. 2. Decian. cons 1. num. 117 lib. 2. Dec. in l. generaliter, colum. pen. C. de inst. & substit.

Nisi † naturales fuissent legitimati, quia tunc cēserentur in hac conditione positi ad exclusionem substituti, Bald. in l. acutissimi, numero 12. C. de fideicomm. & cons. 349. col 2. ver. sequitur videre, libr. 3. Hercul. in l. ex facto, § si quis rogatus, el 1. colum. 15. ver. & aduerte, ff ad Trebell. Menoch. d. præsum 89. num. 103. Quicquid dixerit Ruin. in l. Gallus, § si eius, n. 154. ff de lib. & posth. 13

Limita secundò non procedere in † filiis adoptiuis; ii enim non faciunt deficere conditionem, atque ita non excludunt substitutum, Bart. in l. ex facto, § si quis rogatus, el 1. num. 3. ff. ad Trebell. Menoch. d. præsum. 89. num. 104. Cuman. in l. filius familias, § cum quis, in fi ff. de leg. 1. & in l. centurio, numero 10. ff. de vul. & pupill. subst. Alber. in l. generaliter, § cum autē, n 2. C de instit. & substit. & in l. 1. C. de cōd. insert. Angel. Aret. in tract. de testam. gloss. 89. numero 18. Ruin. cons. 106. nu 8 lib. 2. Soc. in l. cum auus, num. 65. in fin. ff. de cond. & demonstr. Zanch. in l. hæredes mei, § cum ita, par 8. num. 34. ff. ad Trebell. Ant. Padill. in l. cum acutissimi, num. 23. in fin. C. de fideicom. Mantica d. tit. 8. n. 18. Alex Trentacinq. in tract. subst. par. 4. cap. 7. n 16 ver. secunda est, vbi testatur communem * opinionem. Quicquid dixerit Paul. de Cast. in l. cum auus, n. 2. ff. de cond. & demonstr. & cons. 14 n primo, ver. quantum ad secundum, lib. 1. Rip. in d. § si quis rogatus, n 27. ver. ista ratio. 14

Limita tertiò non procedere in † filia exclusa à statuto, existentibus filiis masculis; quia hæc filia non dicitur posita in conditione à testatore, vt excludat substitutum, à quo ipsa fæmina excluderetur, si locus esset successioni ab intestato secundum statuti dispositionem, Menoch. d. præsum. 89. num. 146. vbi testatur hanc esse communem * opinionē, Pau. de Cast. cons. 409. lib. 2. & in l. cum auus, n. 6. ff. de cond. & demonstr. Io. à Monte Sperello in l. cū acutissimi, C. de fideicom. Carcialup. in l. generaliter, § cū autem, quæst. 25. C. de inst. & subst. Bal. Nouel. inter cons. Corn. consi. 120. lib. 2. idem Corn. cons. 145. in fi. & cons. 197. col. 4. lib. 1. & cons. 20. col. 5. ver. & idem alias, & 15

bus, & conf.124.col.5.ver.ad idem, lib. 2. & consil. 1. colum. antepen. vers. nam ex quo, lib. 3. Soc. in l. centurio, col 7. vers. ex qua conclusione, ff. de vul. & pup. subst. & in l. cum auus, nume. 95. ff. de cond. & demonstr. & cons. 182. libro 2. & cons. 55. col. 2. vers. sed consulentes, lib. 3. Brun. in tract. quod stantibus masculis, art. 5. quaest. 12. col. 2. Soc. Iun. cons. 168. numero 72. ver. non obstat etiam, lib. 2 Zanch. in l. haeredes mei, § cum ita, par. vlt. nume. 7. & 8. ff. ad Trebell. Quicquid dixerit *Corn. consil. 91. col. 2. lib. 1. & cons. 202. col. 5. lib. 2. Soc. Sen. & Tornell. in d. § cum ita, ille, col. penult. iste, num. 154 Decian. cons. 60. num. vigesimonono, lib. 3.*

16 Sublimita, quandò ipse † haeres à patre suo grauatus instituat filiam, alioquin à statuto ab intestato exclusam; quia tunc substitutus excluditur, *Menoch. d. praesum. 89 num. 107. Soc. in l. cum auus, num. 96. vers. sed iterum ff. de cond. & demonstr. & in § cum ita, colum. 16. & in l. haeredes mei, ff. ad Trebell. & cons. 182. lib. 2. Corne. consil. 202. colum. vers. praeterea, & secundo, lib. 3. Rusn. consil. 145. col. antepen. & cons. 152. col. 3. lib. 2. Brun. in tract. quod stantibus masculis, art. 11 quaest. 9. Zanch. in d. § cum ita, par. vlt. nu. 12. & 21. Dec. cons. 60. n. 29. & 30. lib 3.*

17 Limita quarto non procedere in † filio spirituali; quia iste non facit deficere conditionem, atque ita substitutum nõ excludit, *Menoch. lib. 4. praesum. par. 2. praesum. 89. n. 108.*

18 Limita quinto non procedere in † filiis, & descendentibus, qui ingressi sunt religionem bonorum incapacem in vniuersali, & in particulari, veluti, ordo fratrum minorum reformatorum; quia tunc non praesumuntur positi in conditione hac tacita ad conclusionem substiturorum. *Menoch. d. praesum. 89. numero 109. Bald. in l. acutissimi. C. de fideicomm. Cuman. in l. filius familias, § cum quis, ff. de leg. 1. Caccialup. in l. generaliter, § cũ autem, quaest. 7. C. de inst. & substit. Soc. in l. cum auus, numero 99. & 100 ff. de cond. & demonstr.* vbi ait esse verissimam opinionem.

19 Et tunc † substituti statim admittuntur non expectata morte naturali ipsius filii, *Soc. in d. l. cum auus, numero 103. ff. de cond. & demonstr. Rusn. in l. Gallus, § & quid si tantum, numero 18. ff. de liber. & posthum. Alexand. cons. 13 colum. 2. lib. 3. Menoch. d. praesum. 89. sub num. 109. Franc. Mantica de coniect. lib. 11. tit. 7. sub numero 8. Peregr. in d. art. 28. sub num.*
* *63.* vbi testatur hanc esse receptiorem * opinionem, *& in tract. de iure fisci, lib. 3. tit. 5. de deporta. nu.*
* *21.* vbi etiam testatur communem * opinionem, *Bart. lib. 4. Minoricarum, & in l. cum pater, § haereditatem, ff. de lega. 2. Angel. in l. ex facto, § ex facto, ad Trebell. Soc. Sen. cons. 292. volum. 2. Dec. in cap. in praesentia, numero 74. extra de prob. & cons. 419. Rusn. in l. Gallus, § & quid si tantũ, col. 5. ff. de lib. & posthum. Paris. cons. 65. in 1. dub. vol. 2. Pancirol. cons. 114. Hended. cons. 62 numero 18. 19. & 37. Corbol. de causa priuat. ob mort. ciuilem, numero 1. fol. 23. à Vall. cons. 97.*
20 *n. 41. vol. 1.* Quia † quo ad effectum bonorũ, perinde est, ac si ingressus fuisset naturaliter mortuus, *Marc. Ant. Peregr. in tract. de iure fisci, lib. 3. tit 5. nu. 22. & 23.* vbi intelligit respectu bonorũ, qui possidebat tẽpore ingressus; non etiã, quo ad bona, quae antea alienauerat: nam eorũ respectu, fideicõmissarius habebit necesse expectare mortem naturalẽ ipsius ingressi grauati, per *Bal. cons. 280 vol. 1.*

Licet contrariam sententiam tenuerit *Imol. in d. l. cum pater, § haereditatem ff. de leg. 2. Salic. in l. 1. colum. 4. C. de hared. instit. Alex. in d. § ex facto, Soc. in l. cum auus, num. 104. ff. de cond. & demonstr. Felyn. in capite licet vndique, extra de off. deleg. Rip. in l. ex facto, § si quis rogatus, num. 42. ff. ad Trebell.* quia (inquit) spes est, substitutum naturaliter praecedere grauatum, atque ita euanescere fideicommissum ad fauorem haeredum professi, *Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. 4. cap. 6. num. 3. vers. ego, Vasq. de success. Creat. libro 3. § 21. numero 171.* vbi eam testatur communem * opin. *

Verumtamen secus esset † in filiis, qui ingressi 21
fuerint religionem bonorum capacem; quia facerent deficere fideicommissum & applicarentur bona religioni, *Menoch. d. praesum. 89. numero 109. in fi. Ant. Gabr. d. concl. 2. numero 77. & 78.* quia (inquit)
monasterium † habetur loco liberorum, † *Bal. in* 22
l. cum acutissimi, col. fin. C. de fideicomm. Soc. in l. cum auus, col. 72. ff. de cond. & demonstr. & consi. 182. col. 2. Ioan. Baptist. à S. Seuerino in l. generaliter, § cum autẽ, quaest. 7. C. de instit. & substit.

Limita sextò, non procedere in † filiis deportati, & damnati in metallum; quia ii non faciunt deficere fideicommissum, *Menoch. d. praesum. 89. numero 110. Soc. in l. cum auus, nu. 105. ff. de cond. & demonst. Ant. Gabr. d. concl. 2. nu. 75.* vbi testatur communem * opinionem, *Canalc. decis. 77. nume. 45. & nono, par. 3. Roder. Suarez. alleg. 27. sub nu. 19. Hier. Gigas cons. 104. col. 3.* 23 *

Limita septimo, non procedere in † filio posthumo, nato in quinto, sexto, vel octauo mense; atque ita quando partus vitalis non est, & qui statim decessit; quia tunc hic filius non debet dici positus in conditione ad exclusionem substituti, *Soc. in l. cum auus, numero 100 ff. de cond. & demonstr. & consil. 275. in fi. lib. 2. Bal. & Alex. in l. 3. C. de posthum. hared. inst. Menoch. d. praesum. 89. sub numero 111.* vbi testatur hanc esse magis receptam * opinionem, *Ant. Gabr. d. concl. 2. nu. 7.* Quicquid dixerit *Bal. in c. 1. Episc. vel abb.* 24 *

Limita octauo non procedere, quando † partus esset monstrosus, *Socin. in l. cum auus, numero 100 ff. de cond. & demonstr. Franc. Marc. decis. 168. num. 10. par. 1. Menoch. d. praesum 89. n. 112.* 25

Limita nonò non procedere in † filiis; qui, etsi nati sint, tamen non extant tempore mortis grauati, cum eo adhuc superstite, decesserint; quia tunc non excluderetur substitutus: non enim sufficit hos filios esse natos, sed requiritur superstites esse tempore mortis eorum patris, vel ascendentis grauati, *Soc. in l. cum auus, numero 109. ff. de cond. & demonstr. per l. ex facto, § penul. ff. ad Trebell. Menoch. d. praesum. 89. numero 113.* vbi subiicit, satis 26
esse, quod filii, qui intelliguntur † positi in tacita 27
hac conditione, superstites sint post grauati mortem, etiam si deinde ipsi decedant sine filiis; quinimo sufficiet, quod per temporis momentum grauato supersint, *Rip. in d. § pen. n. 1. & 2. per l. cũ vxori, C. quando dies leg. cedat, Ias. cons. 66. col. 5. lib. 3.*

Limita decimò non procedere, quo ad † fratres ipsius grauati, qui non intelliguntur positi in conditione ad exclusionem substituti; veluti, si testator instituerit duos filios, & post eorum mortem eis substituat extraneum, & contingat vnum ex dictis fratribus decedere nullis relictis filiis, sed solo ipso fratre superstite; quia tunc is frater 28

superstes non intelligitur positus in conditione ad exclusionem dicti extranei substituti, *Menoch.*
29 *d.præsum.89 num.114.* quia (inquit) dispositio, *d.l.cum auus*, fuit edita fauore descendentium grauati non autem transuersalium, *Caccialup. in l generaliter, § cum autem quæstio.20.C.de instit & subst. Soc in d l.cum auus, num.94. ver. quo autem ad secundum, Zanch. in l. heredes mei, § cum ita, par.8. n.40. & 106 ff ad Trebell.*

ARGVMENTVM.

Vtrum conditio, *Si sine liberis*, tacite à lege subintellecta in substitutione, subaudiatur in præiudiciũ cuiuslibet substituti extranei?

SVMMARIVM.

1 *Conditio, si sine liberis, tacita à lege subintellecta in substitutione, subauditur in præiudicium cuiuslibet substituti extranei, num.1. amplia, numero 2.3.4. & 7.*

QVÆSTIO LII.

VTrum conditio, Si sine liberis decesserit, tacite à lege subintellecta in substitutione facta à testatore subaudiatur in præiudicium cuiuslibet extra-
1 nei substituti? Resp. † vtiq;, *Menoch. lib.4.præsum.par.2.præs 89.nu. 116.* vbi testatur, id o-
* mnes* passim sine controuersia admittere.

2 Amplia primò procedere, etiam quod fuisset † substituta vxor ipsiusmet testatoris; quia etiam illa censetur exclusa ab his filiis, in dicta conditione tacita subintellectis, *Menoch.d præsum.89. numerá 117.gloss. & Bart.in l.Lucius.ff.de vulg. & pup.subst. Alber.in l.precibus, n.67. C. de impub. & alius substit. vbi etiam Bald.in fin. Argel. cons.144.col.1.Tiraq. in l.si vnquam, ver. liberis, num.117. C. de reuocan. donat. Bart.in l.2.in princ.col. vlt. ver. quarto dixi ff. de vulg. & pupill.subst. Calcan.cons.28.colum.2. vers. quarto, idem dixit Alex.consi.68.col.3.vers.& pro hoc etiam, lib 2.F. an. Aret. consil. 40.col. 2. vers in contrarium, & cons.167.col.1.Corn cons.239.col.2.lib.2. Ias.in l.si pater circa fin. ff. de vulg. & pup.subst. Bertrand.cons.379.col.vlt.lib.1.& cons.40.num.3.lib.2. Ruin.in d.l.2.in princ.nu.68.Berous, in cap. Raynutius, nu.353.extra de testam.*

3 Amplia secundò procedere, etiam quãdo † substitutus esset alter testatoris filius; quia tunc filii instituti grauati substitutum illum excluderent, *Menoch.d.præsum.89.num.119. Bar. in l.cum auus, num.4 ff.de cond.& demonstr. vbi Socin. numero 39. Bal.Salic. & Paul.de Castr.in l.cum acutissimi, C.de fideicomm. Angel. in l. ex facto, § si quis rogatus, el 1. ff.ad Trebell.meus Abb.consi.38,num.2.lib 1. Rom. consi 370 num.2.Socin.sen.cons.6 num 6.lib.3. Ruin. consil.37 num.9.lib.3. Ias.in l.generaliter, § cum autem, col 1. vers.primò amplia, C.de inst. & substit. vbi etiam Dec. num.6. Gul.Benedict.in cap. Raynutius, in ver. si absque liberis, el 1.extra de testament. Paul. de Castr.consil.14.col.1.lib.1. & consil.198.colum.1. lib.2.& consil.309.col.2.eod.lib. Alex. Ioan. de Monte Sperello, & Corn.in d. § cum autem, Alex. consil.5. col.2.ver.& illud esset verum lib.3.& cons 38.col.vlt. libro 6 Aret.cons.156.col.5.vers ex his infertur, Corn. cons.83.col.2.lib.1.& consil.276.col 5. vers.& innuantur præmissa lib.3.& cons.42.col.1.lib.4.Barba.in c. Raynaldus, col.23.vers.præterea adduxi, extra de test. & cons.61.col.4.vers.nec videtur illud, lib.1. & consil. 63.lib.2.& consi.85.col. pen. vers. capio primum, vol. 4.Curt.sen.cons.45.col.8.vers quia d. dispositio, & cons. 93.col. 11. ver. non obstat secundum, adiectio, Socin. consil.182.col.2. ver. confirmatur, & secundo, libro 2. & consil.6.col.1.vers.secundo, lib.3.Iaso cons.141.colu. 3.ver.ad idem, & fortius, lib.2. Dec.cons.568.col. vlt. versi. non obstat quod nepus, Tiraq. in l. si vnquam, ver.donatione largitus, sub num.294 C. de reuoc. donat. Ruin.consilio 131.num. 4. lib. 3. Bertrand. consil. 13.circa fin.lib.3.Chassan.cõsi.53.colum.2. vers.primo, & cons.67.col. 5. vers. & primo ad primum, Goza. cons.4.nu.15.Ant. Gabr.lib 4.concl.tit.de fideicomm. concl.2.nu.11.Crass.in § fideicommissum, quæst.2. nu. 3.* vbi testatur communem *opinionem, *Ant.Thesaur.decis.Pedam.188.n.10.* *

Licèt contrariam sententiam tenuerit *Bald.in l.generaliter, § cum autem, numera 4. C. de instit. & substit.& in l.quidam, col.1.C.de instit.& subst. Guid. Pap.cons.27.colu.2.versi. nec potest dici, & cons. 165. in fin.& cons 215.col.vlt & consi 218.in 3.dub. Alex. in l pupillari, num.6.vers.pro quo, ff.de vulgar. & pupill substit.*

Amplia tertiò procedere, etiam, quando † substituta fuisset pia causa, quia tunc etiam subintelligitur tacita hæc conditio, Si filius ipse institutus, & grauatus decesserit sine liberis, *Ant.Gabr.lib.4. concl.tit. de fideicomm. concl. 2. numero 14.* vbi testa- 4
tur communem*opinionem, *Bald.in l.cum acutissimi, col 1.C.de fideicomm. Riccard Malumb. Pau. de Castro, Ioann. de Monte Sperell. Corn. & Cum. in l.cum.auus, ff de cond.& demonstrat. Dec. & Ioann. Baptist.a S.Seuerino, in l.generaliter, § cum autem, C.de instit & substit. Socin.in dict.l.cum auus, colum. 23. Felyn. in capit. Ecclesia sancta Mariæ, colum. 34.extra de Const.& in cap. in præsentia, colum. 1. vbi Bald extra de probat. Socin. Iun. consil 125 colum. 4 vol.1. Ruin. consilio 182. col.1.volumin.2.& consilio 185.col.3.eod vol.& cons 131.col.8. vol.3.* vbi testatur *
communem * opinionem, *& cons.121.col.3.& cons. 122.col 1.eod. volum. Paris. cons.19. num. 95. libro 2. Arius Pinel.in l.3 num.26.C.de bon.mater.* vbi testa- *
tur hanc esse veriorem, & receptiorem * opinio- *
nem, *Rom. nal.sen.cons.183.num.15.lib.1.& cons.7a.in fine, & cons 86.num.74.lib 5. Emanuel a Costa in c. si pater, par.1.in vers.si absque liberis, num.37.de testam. lib.6. Anto.Gomez.lib.1.var.resol. cap.5. numero 34. Padilla in d l.cum acutissimi, numera 8. Menoch. lib. 4.præsum par.2 præsum.89 numero 124.* vbi testatur
communem * opinionem, *Franc. Mantica de coniect. vlt.vol.lib.10.tit.7. nu. 4.* vbi testatur hanc opi- *
nionem esse frequentissimo * Doctorum calculo *
receptam, *Sf.Odd.cons.97.nu 23.* vbi testatur com-
munem*opinionem, *Fern Vaq.de success progress. § 36.nu 6.Tiber. Decian cons.103.nu.22.vol. 2. Crass. in § fideicommissum, quæst. 21.sub num. 5.* vbi testa- *
tur hanc esse magis communem * opinionem, *Tiraq in l.si vnquam, in ver.liberis, numero 8a. C.de reuoc. donat.* *

Licèt contrariam sententiam tenuerit *Anchar. cons.46.* quem refert *Tiraquell. de priuil. pia causa, 17.priuile. Barba.in d.l.cum acutissimi, Ias.in d. § cum autem, col.2. Dec.cons 504.col.fin. & consi. 529. col.fi. Socin.in d.l.cum auus, col.19. Alexan.consi.92 colu. 2.vol.3.Paris.cons.70.col.fi.vol.2.& consi. 86. col pen. eod.vol. Ruin.cons.3.col.2. vol. 2. Corsett. in singu. incip. li-*

cip. licèt donatio, Alexand. Trentacinq. in tractat, substit. par. 4. capite 7. numero septimo, vbi eam dicit esse
* communem. *

Declara primo dictam ampliationem non pro-
5 *Fœminæ non faciunt deficere conditionem, si sine filiis, adiectum expressè in substitutione, quando apparet testatorem consulere voluisse conseruationi agnationis, numero 20. exemplum, nu. 21. maximè substituto aliquo de agnatis testatoris, numero 22. exemplum, nu. 23. contra, & malè, numero 24. secus extraneo substituto, num. 25. nisi fuisset de familia testatoris, num. 26. contra, & perperam, n. 27. declara, nu. 28. & 29.*

QVÆSTIO LVIII.

1 VTrum † fœminæ, sicut masculi faciant deficere conditionem, si sine filiis decesserit, expresè adiectam in substitutione? Resp. vtiq; *Surd.* (bene intelligẽs) *cons. 156. n. 3. vol. 2. Ceph. cõs. 484 n 44. vol. 4. & cõs. 45. n. 13. & cons. 49. n. 14. volu. 1. Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. 4. c 7. nu. 9.* vbi testatur communem * opinionem, *Auell. consi. 93. num. 4. lib. 2. Sfor. Od. in tract. comp. par. 6. quaest. 2. art. 4. numero 2. fol. 156.* * vbi testatur hanc esse omnium * conclusionem, * *Alex. cons. 178. in prin. lib. 5. & consi. 55. numero 9 lib. 3. Paul. de Cast. consil. 151. num 2. lib. 2. Soc. Sen. cons. 55. nu. 1. lib. 3. & consi. 182. n. 1 lib. 2 Corn. cons 202. nu. 4. & 5. lib 3. Dec. cons. 169. n. 4. Gozzad. consi. 89. n. 1. Grat. consil. 68. num. 9. lib. 1. Soc. Iun. consil. 13. numero 13. lib. 3. & consi. 158. numero 35. & 37. lib. 2. Curt. cons. 139. num. 13. Ruin. consi. 143. nu 2. & consi. 143. n. 6. & consi. 144. nu. 12 lib. 2. Mantua cons. 10. n. 1. lib. 2. Ceph. cons. 45. num. 7. libr. 1. Anton. Gabr. lib 6. concl. tit. de ver. sign. concl. 6. num. 8. Ioann. Andr. & Ant. de Butr. in cap. Raynoldus, extra de testam. Calcan. consil. 47. col. 3. Ruin. consi. 93. colu. 4. volum. 2. à Vall. cons. 82. nu 8. vol. 3. Couarr. in d. cap. Raynaldus, in princ. num. 2. Bursa. consi. 64. num. 10. volum. 1. Crass. in § fideicommissum, quaest. 35.* vbi testatur communem * opinionem, * *Fran. Mantica de coniect. vlt. vol. libro 11. tit. 14. num. 1. Marc. Ant. Peregr. in tract. de fideicom. art. 25 num. 6. Rimin. Iun. cons. 750. numero 1. volu. 7. Menoch. cons. 95. num. 24. vol 1. Bursa. consilio 300. num. 77. volum. 3.* vbi testatur hanc esse veriorem, & communiorem * opinionem, * *Bonifac. Rog. cons. 41. num. 46. vol. 1. Ant. Crossius cons. 27. num 3. volu. 1. Vegius consi 65. num. 1. Cephal. cons 306. num. 3. volum 3. & cons. 433. nu. 22. eod. volum. Laur. de Pinu. cons. 10. num. 1. à Vall. consi. 82. num. 8. volum. 3. Surd. decis 66. num. 7.* Quicquid dixerit *Marc. Ant. Eugen. cons. 12. n. 33. vol. 1.*

Quia licèt † fœminæ non veniãt appellatione 2 filiorum ex propria significatione, sed per extensionem, seu interpretationem, aut propter rationis identitatem, *Ant. Gabr. lib. 6. conclus. de verbor. signific. conclus. 6. num. 31.* vbi testatur communem * opinionem, *l. pronuntiatio, in text. ibi porrigitur, ff. de verbor. signific. l. pen. in fin. C. de praepos. sacr. cubic. libro 12. l. cum in adoptiuis, versi. quae in filio, C. de adopt. gloss. Dyn. & Bar. in l. 1. ff. de verbor. significat. Iaco. Butr. & Bart. in l. si quis in tantam, C. vnde vi, Specul. tit. de disp. & allega. § post hoc autem, col. 7. vers. vel vbi masculinum, Bart. in l. liberorum, col. 4. ver. secundo principaliter, ff. de verbor. signific. Cyn. Ange. & Salic. in l. quicunque, C. de seru. fugit. Baldus in l. fin. col. 6. C. de hered. instit. & in l. 1. col. fin. ff. de pecul. Imol. in l. si ita scriptum, colu. 1. ff. de leg. 2. Angel. Aret. in § fi. col. 1. Instit. qui testamen. tut. dar. poss. Archid. in cap. si quis suadente, 17. quaestio. 4. Cardin. in Clem. 1. col. 2. de elect. & in cap. 1. Quintaualle, colu 2. de iure iura. Abb. consil 39. colum. 2. volum. 2. Fulgos. cons. 18. colum. 1. & cons 63. colu. 2. & cons. 34. colum. 1. Cuma. cons. 166. colum. 1. Corn. consi. 14. volum. 2. & cons. 222. volum. 3. & cons. 244. colum. 2. volum. 2. & consil. 202. colum. 2. volum. 3. & consi. 335. colum. 4. volum. 1. & cons. 69. col. 1. volum. 2. & cons. 271. colum. 4. volum. 1. & cons. 138. col. fin. volum. 2. & consil. 275. colum. 1. volum. 4. Alex. consi. 45. colum. 1. volum. 7. & consil. 61. colum. 1. volum. 1. & cons. 29. col. 3. volum. 3. & cons. 234. col. 1. volum. 6. Socin. cons. 90. col. 2. volum. 1. & cons. 73. colum. 1. volum. 4. Grat. consi. 54. colum. 3. volum. 2. & cons. 64. colum. 2. volu. 2. & cons. 65. colum. 2. & consil. 68. colum. 2 volum. 2. Dec. in l. fœmina, colum. 13. ff. de reg. iur. & consilio 459. col. 2. Curt. sen. cons. 40. colum. 3. Soc. cons. 73. colum. 1. volum 4. Ruin. cons. 15. numero 3. volum 3. Socin. Iun. cons. 168. col. 4. vol. 2. & consi. 170. col. penult.*

eod. vo-

eod. volum. & *cons.114. num.18. volum.1. Curt. Iun. cons.163. num.13. Tiraq. de retr. sanguin. § 1. gloss. 9. numero 178.* & *179.* vbi testatur hanc esse communiorem,* & receptiorem opinionem, *gloss. l. seruis legatis, in prin. ff. de leg. 3. Abba. consi.19. nu.4.* vbi dicit communem * opinionem, *Crass. d. quaest.35. nu.1. in fin. Peregr. in tract. de fideicomm. art.25. sub nu. 4.* vbi testatur communem * opinionem, *Menoch. cons. 204. num.1. volu.1. Hondede. cons.12. nu.2.* & *consi 57. num.2.* vbi testatur communem * opinionem, *Decian. cons.74. n.5. lib. 3.* vbi etiam dicit communem *opinionem, *Menoch. cons.496. nu.19. 20.* & *21. volum.5.* vbi testatur hanc esse communem * & receptiorem opinionem.

3 Quamuis alii tenuerint, fœminas † venire ex proprio significatu, vel ex interpretatione cõprehensiua, *Card. Flor. in Clem.1. colum. 3. quaestio. 3.* vbi etiam *Barba de elect. per gloss. l.1. ff. de verbor. signific. Barb. inter cons. Alex. consi.52. colum.2. libro 4. Curt. sen. consil.9. colum.7. Barbat. in rub. de fide instrum. col.8. Decian. cons.1. num.26. volum.2. Riminald. Iun.*
4 *cons.737. num. 4. volum. 7.* Tamen bono iure † admittuntur propter identitatem rationis, & coniecturatam menté testatoris, *Surd. decis.85. n. 8. Dec. in l. fœmina, col.15. ff. de reg. iur. Ant. Gabr. d. concl. 6. num.47. gloss. pragm. Sanction. fol.25. colum.3. Sforz. Odd. d. art.4. num.2. in fin. l. cum auus. ff. de condit.* & *demonstr. l. cum acutissimi, C. de fideicomm. l. generaliter, § cum autem, C. de instit.* & *substit. l. haeredes mei, § cum ita, ff. ad Trebell.*

5 Limita primò, vt non procedat, quãdo † fuisset dictum, si sine filiis masculis decesserit; quia tunc fœminæ non faciunt deficere substitutionem, *Soc. Iun. consil.13. num.4. lib 3.* & *cons.69. num.10. eod. lib. Capra cons.18. nu.5. Grat. cons.68. num.9. lib.1. Sforz. Odd. in d. art.4. num. 3.* vbi ait, ita omnes * concludere, *Crass. in § fideicommissum, quaest.35. n.2.* vbi testatur communem * opinionem, *Ias. in l. si quis, nu. 21. ff. de iur. omn. iud. Paris. cons.39. nu. 3. volum.2.* vbi testatur cõmunem * opinionẽ, *Peregr. in tract. de fideicomm. art.25. n. 11. Franc. Mantica de coniect. vlt. volu. lib.11. tit.15. num.1. Ant. Thesaur decis. Pedam.188. num.2. Alex. Tranctacinq in tractat. substit. par.4. cap.7. num.9. ver. secundus,* vbi testatur communem * opinionem.

6 Amplia primò, vt procedat, etiam † in nepotibus ex fœmina; quia neq; ipsi substitutionem deficere faciẽt, *Ang. in l. sed si in hac § liberos, ff. de in ius voca. Soc. Iun. cons.69. num.28. lib.3. Capra cons.18. n. 5. Corn. cons.146. nu.10. Sfor. Odd. d. art.4. numero 4.* vbi testatur hanc esse magis communem * opinionem, *Crass. d. quaest.35. num.3.* vbi etiam testatur cõmunem * opinionem, *Tiber. Decia. cons.127. nu.16. volu.3.* & *cons.1. volum.3.* & *cons.1. volum.2. Soc. in l. Gallus, § nunc de lege, num.6. ff. de lib.* & *posth. Franc. Mantica d. tit.15. n.2.*

7 Licèt † alii contrarium tenuerint, inter quos est *Alban. cons.86. n.4.* & *consil.87. n.3. Guid. Pap. decis. 612. in prin.*

8 Et alii † quatuor casus distinxerint, in quorum est numero *Alex. Trentacinq. in tract. substit. par. 4. cap.7. num.10.*

Amplia secundò, vt (secundum aliquos) pro-
9 cedat, etiam quod † testator simpliciter dixisset, *sine filiis,* dummodo in alia parte testamenti locutus fuerit de filiis masculis; quia tunc censetur de filiis masculis dixisse, etiam in illa parte, in qua simpliciter de filiis dictum fuit, *Surd. decis.322. numero 70. Zanch. in l. haeredes mei, § cum ita, par.4. numero 319. Beccius cons.88. numero 43. Abb. cons.36. col. fin. volum.1. Cuma. cons.117. in primo. Curt. sen. cons.52. colum.5. Barba. inter cons. Alex. consil. 48. colum. 5. volum.4. Guid. Pap. quaest.485.* & *consi.87. Ias. consil. 3. colum. pen. volu.1. Paris. cons.18. colum.3. volum. 2.* & *cons.71. col. 4. vol.4. Dec. cons.15. col. pen.* & *consi. 345. col.5.* & *consi.480. colum.1.* & *consi.495. col.2.* & *cons.568. col.1. Ias. cons.140. col.7. fundamento 8. volu. 2.* & *consi.69. col. fi. volum.3.* & *cons.137. colum.8. volum.4. Ioann. Ant. Alex. cons.150. circa fin.* & *cons.106. Franc. Curt. cons.112. colum.2.* & *consi.113. colum.3.* & *consi.114. col. fin.* & *consil.153. colum.2. Brun. in tracta. quod ex tanti. masc.5. art.13. quaest. Soc. Iun. consilio 90. numero 17. volum.1. Mantua cons.221. Grat. cons. 89. colum.1. volum.2. Soc. Iun. cons.160. colum 7. volum. 2. Ruin. consi.36. col.5. volum.1.* & *cons.118. colum.9. eod. volum. Menoch. consi.585. nume.14.* & *25. vers. respondetur, volum. 6. Simon. de Prat. de interpret. vlt. vol. fol.147. n.72.* & *73. Honded. cons.57. n.10. 32.* & *33.*

Contrariam sententiam, vt per † verbum filii 10
masculi in testamento appositum, non sumatur declaratio ad verbum filiis, simpliciter in eodẽ testamento appositum, vt intelligatur de masculis, tenuit *Auchar. cons.120. in fin. Ioan. de Anan. cons. 227. col.11. Alex. cons.28. colum 3. volum.6. Dec. cons.314. colum. fin.* & *cons.599. Curt. sen. cons.40. colu.1.* & *cons. 64. nu.34. Ias. cons.142. colum 7.* & *cons.39. colu 4. volum.3.* vbi eam testatur magis communem * *Franc. Curt. cons.33. in fin.* & *cons.49. colum.3. Corn. cons.230. colum.4. volum.3. Socin. cons.69. colum.5.* & *cons.116. col. pen. vol 3. Franc. Curt. sen.163. colum.4. Alex. cons. 49. colum.5. volum.4.* & *cons.55. colum.2. volu.3. Paris. cons.18. colum.2. vol.2.* & *cons.38. colu.4. volum.2.* & *consil.35. colum 3. volum.3.* & *cons.52. colum.2. volum.3.* & *cons.68. col. pen. volum.3.* & *cons.72. colum. 6. volum.3. Soc. Iun. cons.23. colum.12.* & *cons. 29. numero 12.* & *cons.100. num.10. volum. 1.* vbi dicit eam esse magis communem * & *consi.102. colu 6.* & *cons. 128. num.233. volum.1.* vbi etiam testatur cõmunem * opinionem, *Grat. cons.109. colum. fi. volu.2.* & *cons. 3. colum.4. eodem volum. Soc. Iun. cons.158. colum.6. volum.2. Ruin. cons. 93. colum. 2. volum.2.* & *consil. 134. colum.6. volum. eod.* & *cons.140. colum.5.* & *cons. 134. colum. pen.* & *cons. 152. colum. 5.* & *cons.153. colum.4. volum.2.* & *cons.86. colu. 5. volum.5. Cephal. cons.68. num 16. lib.1. Berous cons.110. n.27. lib.2. Sylua. cons.64. num.18. Franc. Mantica dict. tit.14. n.10.*

Ego vero vtramque sententiam fœdere distinctionis concordarem, vt prima procederet, quan-
do † eadem qualitas masculinitatis fuisset expressa 11
in eadem parte, seu oratione testamenti; veluti si testator dixisset, Et si hæres meus decesserit sine filiis masculis, vel eius filii sine filiis, substituo Titiũ.

Secunda vero, quando fuisset expressa in alia diuersa parte, seu oratione testamenti, *Sforz. Odd. d. art.4. n.5. ver. pro cõcordia fol.157.* vbi testatur hãc distinctionem esse cõmuniter * receptã, *Ceph. cons. 68. n.16. Sylu. cons.64. n.18. Mar. Ant. Peregr. in tract. de fideic. art.25. n.29. Alex. Trentac. in tract. subst. par. 4. c.7. n.11. ver. in hac quaestione,* vbi testatur hanc distinctionẽ esse cõmuniter * receptã. Quicquid dixerit *Fran. Curt. cons.112. col.2.* & *cons.114. col. fin.*

Et multo magis procederet secũda opinio, quã

12 do dicta qualitas † masculinitatis fuisset expressa
in alio testamento, *Francisc. Curt. consil. 163. colum.*
3 quem refert *Ant. Gabr. lib 4. concl. titu. de testam.*
concl. 10. sub num. 4. Soc. cons. 63 col. 7. volum. 1. Rum.
consil. 3. colu. 1. vol. 2. & consi. 144. col. penult. volu. 2.
& consilio 35. colum. fin. vol. 3. & consil. 159. colum. 6.
volum. 3.
Licèt alii aliter sedauerint, vt prima procede-
13 ret; quando illa † dispositio restricta ad masculos
fuit facta fauore conseruandæ agnationis; secunda
verò sententia sibi locum vendicaret, quando ob
aliã causam fuerit facta dicta restrictio, *Ant. Gabr.*
d. conclus. 10. num. 9. & 16. Dec. cons. 480. colu. 2. &
cons. 513. col fin. Ioann. Ant. Alex. consi. 71. col. penult.
Socin. Iun. cons. 125. circa fin. Rum. consi. 117. col. 4. vol.
2. & cons. 234. col. 5. vol. 2. & consi. 140. colu. 1. vol. eo-
dem, Menoch lib. 4. præsum. par. 2. præsumpt. 84. num.
6. Molin lib. 3. de Hisp. primogen. cap. 5. num. 58. Pe-
droch. consil. 5 num. 97. Menoch. consi. 95. numero 82.
vol. 1. Quicquid dixerit *Rum. consil. 141. col. 1. & con-*
sil 145. col. fi & cons. 147. col. 3. vol. 2.
14 Et alii † aliter, vt prima procederet, quando fue-
rit dictum sine filiis; secunda verò, quando fue-
rit dictum, sine liberis. *Dec. consil. 567. Ioann. An-*
ton. Alex. cons. 31.
15 Et † alii aliter, vt prima procederet, quando
verbum, *filii*, semel tantum fuisset positum in eo-
dem testamento: secunda verò opinio haberet lo-
cum, quando idem verbum filii fuisset pluries in
eodem testamento repertum, *Alex. cons. 49. col. 6.*
vol 4. Curt. cons. 64. col. 11. Dec. cons. 599. n. 4.
16 Et alii † aliter, vt prima procederet, quando di-
ctum fuisset de filiis simpliciter; secunda verò, quã-
do fuisset dictum de quibuscunque filiis, *Dec con-*
silio 599.
17 Et alii aliter, vt prima procederet, quãdo, † fuis-
set facta mentio de filiis masculis certæ personæ;
quia semper illa qualitas masculinitatis censetur
repetita in filiis eiusdem; secunda verò opinio pro-
cederet, quando alia pars testamenti loqueretur
de filiis alterius personæ, *Rom. consilio 124. colu.*
fin. & cons. 168. numero 3 volu. 3. Franc. Cur. consil.
312. col. 2. & consil. 314. col. fin. Ioan. Ant. Alex. consil.
31. num. 6. & cons. 71 num. 6. & cons. 141. col. 2. num.
3. Peregr. d. art. 25. nu. 33. Hiero. Gabr. cons. 97. num.
28. Decian. consi. 12. num. 39. vol. 5. Menoch. cons. 95.
num. 83. vol. 1.
18 Et † alii aliter, vt prima procederet, quando te-
stator mentionem fecisset de filiis masculis, & de-
inde dixisset, suprascriptos, vel dictos filios meos,
aliàs procederet secunda sententia, *Frãc. Curt. cons.*
115. col. fi Corn. cons. 101. col. 2. vol. 4.
19 Limita secũdò, vt non procedat, quãdo in † lo-
co adesset statutum exclusiuum fœminarum fauo-
re masculorũ, *Ant. Thesaur. decis. Pedamon. 188. nu.*
14. Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. 4. cap. 7. sub
nu. 12. ver. quartus casus, vbi testatur hanc opinio-
* nem esse cõmuniter * receptã, quẽ refert *Peregr. de*
fideicom. art. 25. sub num. 38. Ioan. Franc. Aponte cons.
47. nu. 31. Rimin. cons. 767 nu. 32 in fin. vol. 7. Panci-
rol. cons. 91. nu. 10. Laur. de Prun, cons. 8. num 5. Sforz.
* *Odd. d. art. 4. num. 6.* vbi testatur communem * o-
pinionem, *Alex. in l. Gallus, § 1. num. 12. ff. de liber. &*
posth. & in l. hæredes mei, § cum ita, numero 10. ff. ad
Trebell. Ias. in l. filiabus, numero 13. ff. de leg. 1. Alciat.
de præsumpt. reg. 3. præsum. 32. & in l. quisquis, numero
1. ff de verb. sign. Brun. in tractat. quod statutibus ma-
scul. art. 6. membr. 3. quæstio. 5. numero 89. & art. 12.
quæst. 234. Alexan cons. 38. num. 6. lib 6. & consil. 15.
lib. 4. Soc. Sen. cons. 52. numero 38. libro 4. Corn. consi.
1. num. 28. lib. 4. & consi. 22. num. 18. lib. 2. Grat. consi.
64. numero 6. libr. 2. GozZad. consil. 89. versic. sexta
conclusio, & consilio 56. num. 1. lib. 2. inter consil. Grati.
Crot. cons. 1. num. 50. Berous consi. 112. num. 12. libro 2.
Dec. consi. 545. num. 4. Rum. consi. 120. numero 5. lib.
1. & consi. 93. num. 16. & consi. 100. numero 8. & cons.
143. numero 7. & cons. 144. num. 12. & cons. 146 num.
5 & cons. 152. numero 3. & cons. 141. num 4. lib. 2. Ce-
phal. cons. 45. num. 9 & consi. 46. num. 50. libro 1. Alba.
consil. 19. num. 10. Ant. Gabr. lib. 6. concl. titul. de ver.
signific. concl. 6. num. 84. Barbat. in rubr. C. qui adm.
colu. 96. & in capit. Raynaldus, colum. 45. extra de te-
stam. & in l. cum acutissimi, col penult. C. de fideicom.
Iaso. in l. tres fratres, colum. 2. limit. 6. ff. de pact. & in l.
si quis, id quod, col. 3. limit. 8. ff. de iur. omn. iud. Natt.
in capit. quamuis, col. 34. de pact. libr. 6. Felin. in cap.
ius generale, colum. 3 de stud. 1. Marsil. sing 317. Fra.
Mantica d. tit. 14 numero 15. Menoch. cons. 95. nu-
mero 91. lib. 1. Arius Pinell. in l. si viua matre, numero
25. C. de bon. mater. Menoch. d. præsumpt 8, numero
31. & 24.
Limita tertiò, vt non procedat, quando † testa- 20
tor voluerit consulere conseruationi agnationis,
& familiæ; puta si proprias † filias non instituerit, 21
nec substituerit æqualiter cum masculis, sed in re
certa, *Anton. Gabr. lib. 4. concl. tit. de subst. conclus. 2.* *
nu. 1. vbi testatur communem * opinionem, *& d.*
concl. 6. num. 60. Socin. cons. 73. col. 3. vol. 4. Paris. con-
sil. 57. col. penult. volu. 2. Soc. Iun. cons. 1. numero 118.
& cons. 119. vol. fin. vol. 1. & cons. 168. num. 84. volu. 2.
Grat. cons. 53. col 2. vol. 2. Rum. consil. 146. col 3. vol. 1.
Tiraq. in tract. de retr. sangui. § 1. glo. 9. sub num. 194.
Sforz. Odd. d. art. 4. num. 7. Menoch. d. præsumpt. 85.
num. 25. Alban. cons. 69. numero 11. Auall. consil. 82.
num. 33. ver & in fortioribus terminis, lib 3. Paul. de
Castro, consi. 58. volu. 1. Iason cons. 140 colu. antepen. *
vol. 2. vbi testatur communem * opinionem, *Ful-*
gos. cons. 18. & cons. 38. Ias. consi. 141. colu. 2. Curt cons.
40. Alex. cons. 48. volu. 4. Dec. consi. 15. Franc. Curt.
cons. 11. Calcan. consi. 48. colu. 6. Socin. cons. 63. colum.
9. volum. 3.
Quod facilè admittitur, si fuisset † substitutus 22
aliquis de descendentibus, vel agnatis testatoris;
veluti si † dixisset, filiabus meis prædia relinquo, 23
& filios meos masculos hæredes esse volo, &
quandocunque decesserit sine filiis, eos inuicem
substituo; &, si omnes sine filiis decesserint, substi-
tuo Titium fratrem meum; tũc enim fœminæ non
facerent deficere substitutionem, *Ant. Gabr. libr.*
4. concl. tit. de subst. concl. 2. num. 9. vbi testatur com- *
munem * opinionem, *Alexan Trentacinq in tract.*
substit. part. 4. capit. 7. numero 11. versic. primus est,
& numero duodecimo, versicul. ex hac responsione,
& versicul. hac conclusio, vbi eam dicit commu- *
nem * opinionem, *SforZ. Odd. d. art. 4. num 9. ver.*
sed contrarium, vbi testatur hanc esse magis com- *
munem * opinionem, *Fulgos. & Paul. de Castr. in*
l. 1. in fin. C. de cond. insert. Dec. in l fœmina, num. 98.
ff. de reg. iur. Corsett. sing. 11. Brun. in tractat. quod ex-
tant. mascul. art. 5. numero 43. Paul. de Castr. consi-
lio 409. lib. 2. Alex. consi. 52. lib. 4 Fulgos. consil. 18. nu.
3. & consil 38. num. 2. Soc. Sen. cons. 49. numero 4. lib.
4. &

4. & consi.63.nu 15.libro 3. & consi. 6 n.20. & consil. 34.num.6.lib 3.Gozzad consi.89.n.5.& consil 54.sucter cons Grati.libro 1. Berous consi.7.num.11. & consil. 111.numero 9.& consi.112.numero 16. & cons. 113 numero 7 & cons.114. num. 11. & cons. 115.num.13. libro 2.Grat.cons.55 & cons. 56.& cons. 53. Curt. Iun. consil.11.numero 6. & consi. 111. numero 10. & cons. 139. num.16.& cons.53 n.1.ver.iota, Dec.consi.15. & cons. 370.nu.2.in fin.& consi.475. num. 8. & consi.114. nu. 3.Socin.Iun. cons. 78.num.13. & consi.87.numero 9. lib.3.& consi.1.nu.114.& consi.168.nu.84.lib.1. Ruin. consi.120.numero 5.& 16.lib.1.& cons. 144. num. 1. & 14.& consi.143.nu.8 & consi.117.num.11. & 24.lib. 2. & consi.141.n.6.& consi. 130.num.12. eod. lib. Calcan. consi.47.nu.1.Crot.cons.48.num 42. & cons. 60.num. 32.& consi.13.num.16. & cons. 1. num. 13. Anall.cons. 82.nu.33.lib.3. Crass.in § fideicommissum, quaest.35. sub num.4. Decian.consil 84.volu.3.Tob. Non. cons. 56.numero 10.Franc.Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 11.tit.14.nu.8. Menoch lib. 4. praesum. par. 2. praesu. 85 sub num.8. & cons.150.sub num.54 volu.2. Duran. de arte testa.tit.5.cautela 17.num. 2 H.e.o. Gabr.cons. 97 nu.15.ver.secundus casus est, Marzar.in rpt.de fideicomm.quaest.21 ver. non omitto, Zanch.in l.heredes mei § cum ita, nu.771.ff. ad Trebell. Ludou. Molin.lib.3 de Hisp primogen.cap.5.nu.51.Burs.cons.64. nu.11.vol.1. Menoch.cons.204.num.46. ver. decimo, & vltimo, volu.3. Cephal cons.106. libr.3. Melchior. Palaez. in tract. maior. par.2 q.6.nu.12. Ant. Gomez. tom.1.var.resol.cap.5 nu. 25. Couarr. in cap. Raynaldus num.2.extra de testam. Pinell. in l.3.num.24. & 25.C.de bon matern.

24 Licèt contrarium, vt tunc etiam † fœminæ faciant deficere fideicommissum, tenuerint Alciat. in l.quisquis, & in l.Herennius, in fin. ff. de verb. sign. & in tract. praesump. reg.3. praesumpt.32. in primo casu, Alex.cons.38.num.5.lib.6. Anchar. cons.120. Bologn. inter cons. Alex cons.55.lib 6. Socin. Sen.consi.127. in fin.lib.2. Corn.cons.202.numero 12. libro 3. & cons.83. in prin.lib.1.Ruin.cons.142.num. 2. lib. 2. Paris.cons. 41.num.19.& 43. & consil. 89. numero 3. & cons. 35. num.2:.lib.3.Crot.cons.17.numero 26. & 31. Cephal. cons.45.num.7 lib.1.Grat.cons.64.num.15.Ant.Thesaur.decis.Pedam.188 nu.9. vbi ait ita fuisse decisum, Simon de Prat.cons.90.& lib 3.interpret. vlt.vol.fol. 2.dub.3.num.24.vers.hi sunt igitur, & cons.33 numero 9.Purpu.cons.568.numero 28.& 30.Peregr.d art. 25 numero 24

25 Secus autem esset, si † fuisset substitutus extraneus, seu aliquis, qui non fuerit de agnatione ipsius testatoris; quia tunc substitutũ ipsum excluderent, Sf.Od.d.art.4.sub n.8.ver.& ideo, vbi testatur
* hanc esse magis comm.* opinionẽ veriorẽ, æquiorẽ, & canonizatã, à qua in iudicando, & consulẽdo non esset recedendum, Bal.in l.cum acutissimi, numero 10.C.fideicomm. Paul.Castr. consil 409. libro 2. Socin.Sen.cons.127.in fin. lib. 2. Ludou. Bologn. inter cons. Alexan. cons.13.lib.4. Dec.cons.370. Ruin. consi. 120.nu.5,lib.1.& cons.142.num.2.lib 2.Soc.Iun. cons. 158.num.45.lib.2.& cons.13. nu. 13. lib. 2. Crot.consi. 17.num.26.& 31.Crass.in d.quaest.35.n.5. vbi testatur
* hanc esse communem * opinionem, Zanch. in l. heredes mei § cum ita, n.77.ff.ad Trebell. Franc Bursa.cons.64.num.10.& cons.86.num.7.vol.1. Mantica d.tit.14.sub num.8.Pedroch.cons.5.num.87. Menoch.d.praesump.85.num.12.Alban.cons.21.n.11. Hier. Gabr.cons.97.num.15.lib.1.Thesaur.d.decis. Pedam. 188.numero 4.vbi testatur magis communem * opinionem, Peregr.d art.25.num.20.in fi. Ant. Gabr. *
lib.4.concl.tit.de substit.concl.2.num.17. Alex. Trentacinq.in d.cap.7 numero 12.ver. secundus, & versic. huc conclusio indubitanter, vbi sublimitat non procedere, quando † extraneus esset de familia, & a- 26
gnatione testatoris ex cõmuni sententia relata per Ruin.cons.146.vol.2.& Dec cons.514.

Licèt contrarium, † vt substitutum nõ excluderent, tenuerit Crot.cons 13.numero 16. Paul. de Cast. 27
cons.58. vol.1.

Et multo magis procederet, si fuisset † substitu- 28
tus à fœmina, quia non præsumitur illam, suum sexum odio habuisse, Ant.Thesaur. decis. Pedam. 180. nu.12.Dec.cons.468 Corn.cons.83. & consil 111. volu. 1.Peregr.d.art. 25. num. 18. Nisi extraneus † fuisset 29
substitutus cum illa conditione, vt deferret nomen, & arma, Ant.Thesau.decis.Pedam.180.numero 21.Rip.in l.centurio, num.160 ff. de vulgar. & pupill. subst.Calca.cons.48.num.11.& 12.Melch. Palaez. in tract.maior.par.2.q 2.n 23.

Limita quartò, vt non procedat, quando † adesset consuetudo maiorũ, qui in ea agnatione, in suis 30
testamentis semper masculos vocare, & fœminas excludere soliti fuerint, Sfor. Odd.d.art.4.in fi.Soc. Iun.cons.168.nu.40.lib.1. Arg.l si seruus plurium, in fin.ff.de lega.1.

Limita quintò, vt non procedat, quando † fuisset substituta pia causa, Ias.in l.si quis id quod, nu.22. 31
ff.de iur.omn.iud Baldus in l.2.col. 2. C. de iure emph. Alex.cons.61.colum.1.vol...quem refert Ant. Gabr. d.concl.6 num.111.Curt.Iun consi.35.num. 6. & cons. 49.num.7.& 8.Alex.resp.776.nu.1.Bertrand. consi. 138.colum.2.lib.8.Menoch.d.praesum 85.n.15. vbi testatur hanc esse receptam * opinionem. *

Licèt † contrariam sententiam videatur tenere 32
Dec.in l.foemina, col.15.ff.de reg. iur. Ruin. consil.182. col.1.vol.2. Soc. in l.cum auus, numero 84, vers. quintus casus ff.de cond.& demonstr. Peregr. d. art. 25.sub num.20.sibi extraneum, aut pium locum, Socin. Iun. cons.158.col.9.vol.2.& cons.168.eod.vol. Ruin. cons. 143.colum.pen.vol.2. quem refert Ant. Gabr.lib.4. concl.tit.de subst.concl.2.n.18.

Limita sextò vt non procedat, quando ex † cõ- 33
iecturis appareat de contraria voluntate testatoris, Ant.Gabr. dict.concl. 6. numero 86. Bart.in l.fin. ff.de ver.& rer.sign.l.Lucius, § quaesitum, ff. de leg.3. Salic.& Ang.in l.quicumque, C.de seru.fugit.Cuma. cons.117.Signor.Homod. cons.172.colu.3. Iason in l.si quis id quod, colum. 4. limit. 9.ff.de iur.omn.iud.& in l.tres fratres, colu.2. limit. 2.ff.de pact. & cons.140. colu 11.vol.2.Alexan.cons.14. volum 4.Guid Papa quaestio 508 Marsil.sing.317. Calcan. consi. 48.colum. 3.Curt.cons.40.col.3. Dec. in l.foemina, colum. 14.ff. de reg.iur. Paris.cons.57.colum penult vol.2. & cons. 41.col.2 vol.3.& cons.49.col 5.eod.vol. Soc. Iun.cons. 114.nu.18.volu.1.Mantica d.tit.14. sub num.5.13.& 22.vbi recitat aliquas cõiecturas, quas nos ꝑ principalibus limitationib. desumpsimus, Cephal.consi. 45.numero 8.Decian.cons.127.libro 2. Menoch.consi. 95.num.90.vol.1.Peregrin d.art.25.nu.10. Ant. Thesaur.decis.Pedam.188.numero 16. Rimuald. Iun.cõs. 750.num.16.vol.7.

Limita septimò, vt non procedat, quando si filiæ † includerentur appellatione filiorum, se- 34

quæretur absurdum, & irrationabile, *Franc. Mantica d. titul. 14. sub numero 20. versicul. tertia etiam coniectura, per l. si viua matre, versicul. nam licèt, C. de bon. mater. l. Publius, in fin. ff. de condit. & demonstrat. Anton. Gabr. d. conclus. 6. numero 124. Anchar. in cap. canonum statuta, 14 quæstio. princ. extra de constit. Alex. cons. 45. col. 2. vol. 7. Brun. in tract. quod stant. mascul. art. 5. quæst. 13.*

35 Limita octauo, vt non procedat, quando † verbum *filiis*, in alia parte testamenti appositum, fuerit à testatore intellectum de masculis; quia tunc illa conditio, *si sine filiis decesserit*, deberet intelligi de solis masculis, *Franc. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 14 numero 22. Soc. Iun. cons. 65. numero 12. & 13. volum. 4. Bart. in l. centuria, numero 25. vers. prod. Eta vero ff. de vulgar. & pupillar. Soc. Iun. cons. 186. n. 11. & 12. vol. 2.*

36 Limita nono, vt non procedat stante † statuto, quod testamenta intelligantur ad literam, & prout iacent, *Ant. Gabr. lib. 6. concl. tit. de verb. sign. concl. 6 numero 131. Soc. Iun. consilio 1. numero 102. volu. 1. & cons. 23. col. fin. vol. eodem, Menoch. lib. 4. præsum. par. 2. præsum. 84. numero 22. Ias. in l. quod filiabus, numero 18 ff de leg. 1. Hieron. Gabr. cons. 14 nume. 23. Paris. cons. 45. n. 90. & cons. 69. lib. 3. Ant. Thesaur. decis. Pedam. 269. num. 6.*

ARGVMENTVM.

Vtrum filii non hæredes faciant deficere conditionem, *si sine filiis decesserit*, expressam à testatore in substitutione?

SVMMARIVM.

1 *Conditio, si sine liberis decesserit, expressa à testatore, non deficit existentia filiorum, etiam non hæredum. numero 1. declara, numero 2. limita, numero 3 4. & 12.*

2 *Substitutus non tenetur expectare mortem naturalē filii incapacis, num. 5.*

3 *Banniti nostri temporis faciūt deficere conditionem, si sine liberis decesserit, expresse adiectam in substitutione, numero 6.*

4 *Filii, qui possunt esse hæredes ex dispositione hominis, faciunt deficere conditionem*, si sine liberis decesserit, *nu. 7. exemplum, nu 8. contra, nu. 10. Aliorum distinctio, nu. 11.*

5 *Conditionibus in voluntariis merum factum inspicitur, licèt iuris effectum non sortiatur, numero 9.*

QVÆSTIO LIX.

1 VTrum filii non † hæredes faciant deficere conditionem expressam à testatore, si sine filiis decesserit, &, per consequēs, substitutionem? Resp. minime deficere conditionem, sed per solam existentiam liberorū excludi substitutum, *Crass. in § fideicommissum, quæst. 32. num. 1.* vbi testatur communem * opinionem, *l. filiusfamilias, § cum quis, vbi gloss. & Bartol. ff. de leg. 1. Rum. cons. 81. num. 15. vol. 2.* vbi etiam testatur communem * opinionem, *Paul. de Castr. cons. 14. numero 1. in fin. vol. 1. Io. de Anan. cons. 22. nume. 3. Corn. cons. 91. col. 2. vol. 2. & cons. 102. col 4. vol. 3. Soc. Sen. cons. 182. col. 1. vol. 2. Ias. in l. precibus, numero 6. C. de impub. & aliis substit. Cranett. cons. 62. numero 2. Franc. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 6. numero 14.* vbi dicit hāc esse communem * opinionē, *& tit. 1. sub num. 9. Menoch. lib. 4. præsumpt. par. 2. præsumpt. 89. num. 105.*

Intellige, vt procedat dicta conclusio, quando † filii possunt esse hæredes, sed nolunt, *Sforz. Odd. in tractat. compend. par. 6. quæst. 2. art. 5. numero 6.* vbi ait, ita omnes * vno ore concludere, *Bartol. in l. filiusfamilias, § cum quis rogatus, ff. de leg. 1. Paul. de Castr. in l. cum anus, numero 2. ff. de condit. & demōst. Rip. in l. ex facto, § fin. numero 19. ff. ad Trebell. Ioan. Dilect. dict. capite 25. circa fin. Bertrand. consilio 1. numero 134. lib. 2. Calcan. cons. 69 numero 5. Alciat. cons. 564. in princ. Crass. in § fideicommissum, quæst. 32. numero 2. Alex. Trentacinq. in tract. substit. par. 4. c. 7. numero 64.*

3 Declara primo, vt non procedat, quando dictū fuisset, si † sine hæredibus decesserit; quia tunc, nisi filii essent hæredes, non diceretur impleta conditio, *Sforz. Odd. dicto art. 5. numero 4.* vbi testatur hanc esse magis communem * opinionem, *Bartol. in l. ex facto, § fin. in fin. ff. ad Trebell.* vbi etiam *Alexander, numero 8. Baldus in l. filius familias, § cum quis, ff. de leg. 1. & in l. 2. C. de condit. insert. Bertrand. consilio 1. numero 134. libro 2. Cranett. consiliat 31. numero 9. Socin. Iun. consilio 41. numero 1. libro 2.* vbi ait hanc esse magis communem * opinionem, *Crass. d. quæst. 32. in fin.* vbi etiam dicit magis communem * opinionem, *Franc. Mantica d. libro 11. titul. 1. sub numero 9.* vbi testatur communem * opinionem. Licèt contrarium tenuerint *glo. Paul. de Castro, Raphael. & Imol. in d. § fin.*

Declara secundo, vt non procedat, quando † 4 filii vellent esse hæredes; sed non possent, vti incapaces; puta effecti serui pœnæ, vel religiosi ordinis, bonorum incapacis; quia tunc non excluderent substitutum, *Soc. Sen. in l. cum anus, numero 105. ff. de cond. & demōstr.* vbi testatur communem * opinionem, *Cephal. cons. 46. numero 40. lib. 1. Ioan. de de Baro. in l fœmina, numero 15. C. de secund. nup. Gras. in l. Gallus, § & quid si tantum, numero 176. ff. de liber. & posthum. Rube. in l. pater filium, nume. 143. ff. de inoff. testament. Rip. in l. ex facto, § fin. numero 19 ff. ad Trebell. Bartol. in l. filiusfamilias, § cum quis, ff de leg. 1.* & ita omnes * concludere, fatetur *Sforz. Odd. d. art. 5. numero 8 Crass. in d. quæst. 32 numero 3.* vbi testatur communem * opinionem, *Alexand. Trentacinq. in tractat. substitut. part. 4 capit. 7. numero 66.* vbi testatur hanc esse communem * opinionem. Licèt contrariam sententiam tenuerit *Alciat. consilio 564. in princip. Calcan. consilio 69. numero 5. Sforz. Odd. dicto art. 5 n. 8. vers. secundo.*

Et † substitutus non tenetur expectare mortem 5 naturalem ipsius filii incapacis, sed statim admittetur, *Sforz. Odd. dicto art. 5. numero 8. versicul. retenta, Socin. in l. cum anus, numero 104. ff de condit. & demonstr. Crass. in d. quæst. 32 numero 3. versic. & nota.* non idem intelligas in † bannitus nostri 6 temporis, quia ipsi substitutionem deficere facient, *Sforz. Odd. in d. art. 5. numero 8. versicul. intelligo, Franc. Mantica d. tit. titul. 6. in fin. Crass. d. quæst. 32. num. 3. vers. & nota.*

Declara tertio, vt non procedat, quando † filii 7 possent esse hæredes ex dispositione legis; secus ex dispositione hominis: vt quia sunt † exhære- 8 dati, vel præteriti ab aliis, quorum præteritio, pro exhæredatione habetur, videlicèt matris, *§ fin. Instit. de exhæred. liber. l. certi, ff. de exhæred. milit.* quia

it. quia tunc facient deficere substitutiooem, *gloss. l. filiusfamilias, § cum quis, ff. de legat. 1. Alber. in l. 1. in fin. C. de condit. inser. Roman. singul. 438. numero 6. Franc. Mantica de coniect. vltim. volunt. libro 11. titul. 6. sub numero* 14. & 15. quia (inquit) in † conditionibus volootarijs, merum factum inspicitur, licèt iuris effectum noo fortiatur, per *l. qui haeredi, & l. Maeuius, ff. de condit. & demonstrat. Crass. in dicta quaest. 32. numero 3. vers. aut vero, Alex. Trentacinq. in d. c. 7 n. 67.* vbi testatur hanc esse magis communem * opinionem.

10 Contrariam sententiam, vt non † facient deficere substitutionem, tenuit *gl. & Alexander, numero 8. in l. ex facto. § fin ff. ad Trebell. Cyn. in l. 1. C. de condit. inser. vbi Paul. de Castro numero 7. Bartol. in l. filiusfamilias, § cum quis rogatus, ff. de lega. 1. vbi Bald. Rubeus in l. pater filium, numero 31 ff. de inoff. testament. Bertrand. consilio 1. numero 114. libro 2. Capra, consilio 18. numero 14. Soc. Iun. consilio 158. numero 24. lib. 2. Alciat. consil. 164. in princip.* eamque esse magis communem * fatetur *Sforz. Odd. in d. art. 5. n. 8. vers. prima est.*

11 Alii foedere distinctionis vtranqoe coocordarunt sententiam, vt prima procederet, quando † iostitutus exhaeredauit filios, & instituit extraneos; secunda vero locum vendicaret, quãdo instituisset legitimos successores ipsorum filiorum, *Sforz. Od. in tract. compend. par. 6. quaest. 2. art. 5. in fin. vers. quid dicendum, fol. 160.*

12 Declara quarto, vt oon procedat, quando † conditio eoocepta fuisset, si sine filiis, & haeredibus decesserit; quia tunc si filii nascantur, sed haeredes esse nolint, vel non possiot, substitotio non deficiet, *Crass. in d. quaest. 32. numero 4.* vbi testatur communem * opinionem, *Sforz. Odd. dict. art. 5. numero 2. fol. 158. à tergo,* vbi testatur, id oon habere dubium, *Paulus de Castr. in l. ex facto, § fin. in fin. ff. ad Trebell. Ioan. de lect. in tract. de arte testam. tit. de subst. capite 25. in fin.*

ARGVMENTVM.

Vtrum filii legitimi, & naturales deficere faciant conditionem expressam à testatore, si sine filiis decesserit?

SVMMARIVM.

1 *Filii legitimi, & naturales, vtrum faciant deficere conditionem expresse adiectam in substitutionibus, si sine liberis decesserit, notabilis distinctio, & declaratio, num. 1. 2. & 3.*

2 *Filius legitimus, & naturalis extractus de vtero matris secto, facit deficere conditionem, si decesserit sine filiis, ex legitimo matrimonio nasciturus, num 4.*

QVÆSTIO LX.

V Trum filii † legitimi, & naturales faciant deficere conditionem, *si sine filiis decesserit*, expressam à testatore in substitutione? Resp. distinguẽdo; aut sunt vtrinqoe coniuocti, & absq; dobio eam deficere facient: Aut sunt consanguinei tantum, & tonc, aut substitutio fuit facta filio mascolo, & consanguinei tantum facerent deficere conditionem; Aut est facta filiae foeminae, & tunc consanguioei tantom, id est, nati ex eo marito, quem eo tempore habebat, sed ex alia vxore; & tunc non facient deficere conditionem: Aut sunt vterini tantum, & tunc subdistingue (vt supra in consanguineis dictum est) qood aot substitutio fuit facta filio masculo, & oon facieot deficere cooditiooem, cum oeqoe agnati, nec cognati sint, § *si vxor, Inst. de nupt.* Aut est facta substitutio filiae foeminae, & tunc filii eius vterini tantum, id est, nati ex alio marito, quam eo, quem forte habebat tempore mortis testatoris, & tunc facient deficere substitutionem, *Sforz. Odd. in tractat. comp. par. 6. art. 6. quaestio 1. numero 1. & 2. fol. 160.* Nisi fuisset † facta substitutio filiae foeminae, 2
& marito eius simul, cum dicta conditione, si sine filiis decesserint; quia tuoe non cessaret substitotio, nisi nascantur filii communes ex illo matrimonio, *Sforz. Odd. dicto art. 6. versic. limitatur, Barbat. in l. cum acutissimi, numero 281. C. de fideicommiss. Bartol. in l. cum vir. ff. de condit. & demonstrat.* Vel nisi † fuisset instituta, & grauata vxor, si 3
sine filiis decesserit procreatis, vel procreandis; quia intelligitur virum intellexisse de iis, quos ex seipso conceperit, siue eo viuo, siue post mortem nascantur, *Franc. Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 8. sub nume. 29 per l. cum vir vxori, & l. si vir vxori, ff. de cond. demonstr.*

Scire etiam volumus lectotem hoc in † loco, 4
filium legitimum, & naturalem extractum de vtero matris secto, facere deficere conditiooem, conceptam si decesserit sine filiis ex legitimo matrimonio nascituris, *Mantica de coniect. vltim. volum. libro 11. titul. 6. numero 11. Baldus in l. vltim. numero 8. C. de suis, & leg. & consilio 122. volum. 3, Alexander in l. quod dicitur, numero 5. ff. de liber. & posthum. Hondedeu. consi. 60. numero 43. Sforz. Odd. cons. 66. numero 30.*

ARGVMENTVM.

Vtrum filii tantum legitimi faciant deficere conditionem, *si sine filiis decesserit*, expresse adiectam in substitutione?

SVMMARIVM.

1 *Filii legitimi tantum, non faciant deficere conditionem, si sine liberis decesserit, expressam in substitutione, num. 1.*

2 *Filii spirituales de sacro fonte eleuati, non faciant deficere conditionem,* si sine filiis decesserit, *expresse adiectam in substitutione, numero 2. contra & male, numero 3. medium, num. 5. confutatur, num. 6. & 7.*

3 *Barbat. nouarum opinionum satis cupidus, nume. 4.*

4 *Pater spiritualis tenetur alere filios spirituales, numero 5.*

5 *Filii adoptiui debent ali ab eorum patre, n. 7. contra, & male, num. 8.*

6 *Adoptiui non faciunt deficere conditionem,* si sine liberis decesserit, *expressam a testatore in substitutione, numero 9. media, numero 10, 11. & 12. limita, numero 13. 14. 15. 16. 17. 18. & 19.*

7 *Verba,* si sine filiis decesserit, *debent intelligi naturaliter, & non ficte. num. 10.*

8 *Adoptiui sunt ficti, & imaginarii filii, num. 11.*

9 *Grauati in potestate esse non debet substitutum excludere, num. 12.*

10 *Adoptiui dicuntur filii legitimi tantum, nume. 14.*

11 *Superfluitas, etiam in verbis testatoris vitanda est numero 15.*

QVÆSTIO LXI.

1 Vtrum † filii legitimi tantum, faciant deficere conditionem, si sine liberis decesserit, expressam à testatore in substitutione? Resp. quod non, sine fuissent † fi-
2 lii spirituales, de sacro fonte leuati, *Tiraq. in l. si vnquam, in ver. susceperit liberos, sub num. 19. C. de reuoc. donat. Bald. in Auth. nisi rogati, col. penult. versi. sed tunc quæro, num. 19. C. ad Trebell. Barbat. in cap. Raynaldus, colu. 36. extrà de testam. Francisc. Curt. Sen. in tractat. de testibus, concl. 30. circa fi. Franc. in cap. 1. in princ. colum. 2. de cognat. spir. libro 6. Sforz. Odd. in tract. compend. par. 6. art. 6. vers. an legitimis tantum, fol. 161. nu. 3.* vbi testatur hanc esse commu-
* nem omnium * opinionem, *Dec. cons. 399 numero secundo, Ioann. Campeg in tractat. stat. repell. fœmin. quæst. 40. Georg. Natt. in cap. quamuis, 3 quæstio. 43. quæstio. prin de pact. lib. 6. Cott memor. incip. filius spiritualis,* vbi ait obseruari in practica, *Gul. Benedict. in cap. Raynutius, in ver. & vxorem nomine Adelasiam, num. 791. & in ver. si absque liberis moreretur, nu. 10. circa fin. extra de testam. Rip. in l. ex facto, § si quis rogatus, colu. 12. numero 43. ff. ad Trebell. Capra consi 138. numero 18. Franc. Mantica de coniect. vlt. volu. libro 11. tit. 8. numero 18. Alex. Trentacing. in tract. subst. par. 4. cap. 7. numero 19.* vbi testatur com-
* munem * opinionem, *Surd. in tractat. de alim. tit. 1. quæst. 11. nu. 4.*

3 Licèt alii tenuerint contrarium, scilicèt, vt † filii spirituales faciant deficere *d.* conditionem, atque ita excluderent substitutum, inter quos est
4 *Barb.* (sibi contrarius, multumque cupidus † nouarum opinionum) in *l. cũ acutissimi, col. 125. ver. faciat eligans, & singularis, C. de fideic.*

5 Moti, quia eorum pater † spiritualis institutus teneretur eos alere, sicut pater carnalis filios naturales, *Baldus in Auth. nisi rogati, sub numero 19. C. ad Trebell. Rip. in l. ex facto, § 1. num. 43. ff. eodem, Gul. Bened. in capit. Raynutius, in ver. & vxorem nomine Adelasiam, num. 200. extra de testament. Surd. de alim. tit. 1 quæstio. 11. sub num. 5. Alexand. in add. ad Bart. in tract. de alim. numero 17. Barbat. in c. Raynaldus, colu. 37. extra de testamen. Tiraquell. in d. verbo susceperit liberos, n. 31.*

6 Sed resp. non † valere consequentiam, institutus tenetur eos alere, sicut veros filios; ergo faciũt
7 deficere conditionem: quia † adoptiui non faciũt deficere cõditionem prædictã, & nihilominus debent alii ab eorum patribus, secũdum opinionem
* receptiorem, * quam tenuit *Specul. tit. qui filii sint legit. § 1. ver. quid de adoptiuo, numero 19. Baldus in l. cum in adoptiuis, in princ. col. 2. numero 5. C. de adopt. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 11 num. 6. glo. l. onera, ff. de adopt. Barbat. in c. Raynaldus, colum. 29. ver. præterea. si dicatur, extra de testam. Baldus in Auth. nisi rogati, numero 19. C. ad Trebell. Lamber. de iur. patr. lib. 3. in 3. princip. quæst. art. 6. num. 15. Sforz. Odd. d. art. 6. sub num. 3.*

8 Licèt contrariam sententiam, vt † non debeat ali, tenuerit *gloss. in ver. tantummodo, § sed, & omnia, Instit. de hered. quæ ab intest. defer. vbi Ioann. Faber, & Aretin. Gul. Bened. in cap. Raynutius, in ver. & vxorem nomine Adelasiam, num. 738. extra de testam. Tiraq. in d. ver. susceperit liberos, sub numero 8. Cordub. in l. si quis à liberis, in princ. numero 39. ff. de libe. agno. vel alend.*

Sine fuissent † adoptiui; quia, & ipsi non faciunt 9
deficere conditionem prædictam, neque substitutum excluderent, *Franc. Mantica, in tractat. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 8. num. 3. per l. fideicommissum ff. de cond. & demonst. l. si ita quis, § 11. ff. de leg. 2. Romin. Sen. cons. 324. Sforz. Odd. d. art. 6. sub nu. 4.* vbi
ait, ita omnes * determinare, *Bart. in l. ex facto, § si* *
quis rogatus, nu. 3. ff. ad Trebell. Ang. in l. generaliter, § cum autem, num. 4. C. de instit. & subst. Paul. de Cast. in l. si quis. ff. de liber: & posth. Rip. in l. ex facto, § 1. nu. 31. ff. ad Trebell. Garzia in l. Gallus, § & quid, si tantum, num. 187. ff. de liber. & posth. meus Abb. in c. in præsentia, nu. 20. extra de probat. Gul Bened. in cap. Raynutius, in ver. si absque liberis, col 1. num. 10. extra de testam Bal cons. 407. num. 13. lib. 3. Corn. cons. 85. colum. 1. libr. 3. Curt. cons. 145. Dec. consi. 399. num. 1. Ruin. consi. 173. num. 6. libr. 2. Calcan. cons. 20. num. 17. Crass. in § fideicommissum, quæst. 39. vbi testatur cõ-
munem * opinionem, *Emanuel a Costa, in cap. si pa-* *
ter, ver. si absque liberis, nu 46. de testam. lib. 6. Menoch. cons. 266. num. 39. volu. 3. Andr. Gail. lib. 2. obseru. pract. obseru. 136 nu 13. Marcabrun. ab Anguill. consi 102. num. 103. Cephal. cons 303 num. 23. volu. 3. Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. 4. cap. 7. num. 13.

Mouerunt primò, quia verba, si † sine filiis, de- 10
bent intelligi naturaliter, & non ficte, *l. vlt. C. de his qui ven. ætat. impetr. l. sancimus, C de nupt. Tiraq. in d. verb. susceperit liberos, num. 17. Rip. in l. ex facto, § si quis rogatus, cl. 3. n. 37. ff. ad Trebell* quem refert *Menoch. lib. 4. præsum. part. 2. præsum. 83. sub n 30.*

At † filii adoptiui sunt ficti, & imaginarii filii, nõ 11
veri, *Surd. in tract. de alim. tit. 2. quæst. 15. nu 41. Bal. in l. fideicommissum. ff. de condit. & demonstr. per l. si filio quem, in princ. ff. de liber. & posth. Alex. in l. adoptiuum, in princ. ff. de in ius voca. l. cum in adoptiuis, § sed ne articulum, C. de adoptiuis, Tiraquell in l. si vnquam, in ver. susceperit liberos. sub num. 7. C. de reuoc. donat. l. adoptionis, ff. de adopt. l. mulierem, in text. ibi perinde, C. eod.*

Secundò, quia † aliàs esse in potestate granati 12
suo facto deludere substitutum, cum facilè esset ei, adoptando extinguere substitutionem, *Bart. in l. si cognatis, sub nu. 1. ver. oppono, prout hac, ff. de reb. dub. Cuma. in l. si ita quis, § 1. ff. de lega. 2. Ioan: Andr. in add. Specul. tit. de success. ab intestato, circa fin. Alex. cons. 2. num. 51. vol. 1. Soc. Sen. cons. 226. numero 8. & 9. volu. 2.*

Limita primò, quando dictum fuisset si † sine 13
filiis legitimis, & naturalibus, vel legitimis tantum decessërit; quia tunc adoptiui deficere facient conditionem illam, *Sforz. Odd. d. art. 6. nu. 5. Franc. Mantica d. tit. 8. nu. 8. Alciat. in rub. ff. de lib. & posth. nu. 12. & lib. 3. de verb. sign. num. 12. ver. idem tertius;*
quia † filii adoptiui dicuntur legitimi tantũ, gloss. 14
communiter recepta, in *l. ex facto, § si quis rogatus, ff. ad Trebell gloss. Inst. de adopt. in princip.* vnde illud verbum, *vel legitimis tantum*, esset superfluum, ni-
si de adoptiuis intelligeretur; quæ superfluitas † 15
etiam in verbis testatoris vitanda est, *Mantica d.*
tit. 8. sub num. 8 per l. si quando. ff. de legat. 1. Nisi ex † 16
aliis verbis testamenti, aliisque coniecturis contraria testatoris voluntas colligatur, *Franc. Mantica, d. tit. 8. n. 8. Curt. cons. 145. num. 1. 2. & 11. Dec. cons. 389. n. 4. ver. sed difficultatem non paruam.*

Limita secundò, quando testator illum sibi in † 17
nepotem, tanquam ex suo filio, cui, vel prius, vel postea

postea hanc substitutionem fecerat, adoptasset; quia tunc talis adoptiuus excluderet substitutum, Sforz. Odd. d. artic 6. sub numero 5. Bar. in l. si cognatis, vers. si aliquis efficitur, ff. de rebus dub. Franciscus Mantica, d. tit. 8. num. 6. Imol. in l. fideicommissum, circa princip. ff. de condit. & demonstr. Socin. in d. l. si cognatis, num. 20. Ripa in l. ex facto, § si quis rogatus, numero 34. ff. ad Trebell. Alexand. Trentacinq. in d. cap. 7. num. 14.

17 Limita tertio, quando grauatus † non posset habere alios filios quàm adoptiuos; vt puta, si esset clericus, vel spado, Sforz. Odd. in dict. art. 6. num. 5. in fine, Dec. in capit. in præsentia, num. 11a. extra de probat. Ripa in l. ex facto, § 1. num. 35. ff. ad Trebell. Franciscus Mantica d. tit. 8. num. 7. Aret. in l. sed & quæsitum, ff. de liberis & posthu. Peregr. de fideicommissis, artic. 28. num. 41. in fine, Bald. Angel. Imol. Paul. de Castr. Alexand. & Iason in l. si quis posthumos, ff. de liber. & posthum. Alexand. Trentacinq. in d. cap. 7. num. 15.

18 Limita quarto, qoando essent † adoptati ante factum testamentum; quia in his cessaret suspitio & commentum fraudis, Tiraq. in l. si vnquam. in vers. susceperit liberos, sub num. 22. C. de reuocan donat. Rum. in l. Gallus, & quid si tantum, ff. de liberis & posthumis, Alciat. lib. 3. de verb. signific. sub num. 12. vers. quapropter, Rum. in d. § & quid si tantum, num. 30. circa finem, Franciscus Mantica d. tit. 8. sub num. 5. vbi maximè admittit hanc limitationem, si adoptio sciente testatore facta fuerit, l. cum ratio, § ex bonis, iuncta l. 1. ff. de bon. damn.

ARGVMENTVM.

Vtrum testator posset substituere, quòd si filius decesserit sine filiis, succederet substitutus, excluso monasterio, quod aliàs esset successurum, grauato illud ingresso?

SVMMARIVM.

1 Testator potest substituere, quod si filius decesserit sine filiis, succederet substitutus, excluso monasterio; quod alias esset successurum, grauato illud ingresso, num. 1. media, num. 2. 5. 6. 7. 8. & 9. contra, & perperam, num. 10. fundamenta, numer. 11. 15. 21. 26. & 27 diruuntur, numer. 12. 13. 14. 16. 17. 18. 23 24. 25. 28. 29. & 30.

2 Testatori permissum est ad libitum de rebus suis disponere, num. 2. & 29.

3 Pater legare potest filiæ mille, si nupsit, & ducenta tantum, si monasterium ingrediatur, n. 3. contra & male, num. 4.

4 Benefacere nemo cogitur inuitus, numer. 5.

5 L. Deo nobis, C. de Episcop. & Cler. enucleatur, num. 6.

6 Cap. verùm, extra de condit. appos. casus, numer. 7.

7 Statutum valet, vt bona omnium ciuium collecta re possent, etiamsi transeant ad Ecclesiam, cui in acquirendis præiudicari potest, num. 8.

8 Papa, vel Princeps secularis solus, & cum causa, posset disponere contra testatoris voluntatem, numer. 9.

9 § Sed, & hoc præsenti, Authent. de sanct. Episc. exponitur, num. 11. 12. 13. & 14.

10 Verbum, inualidè, diuersimodè exponitur, nume. 13. & 14.

11 Vita contemplatiua est melior actiua, num. 15.

12 Dispositio, qua quis inuitatur ad delinquendum, non valet, num. 19. declara, num. 20.

15 L. Titiæ, si non nupserit, ff. de condit. & demonstr. declaratur, num. 21.

16 Argumentum à matrimonio spirituali, ad carnale valet, num. 22. 23. & 24. contra, num. 25.

17 Argumentum valet ab vltima voluntate, ad statuta & econtra, num. 26.

18 Statutum disponens, quod ingrediens religionem non succedat, non valet, num. 27.

19 Statutum aduersus Ecclesiasticam libertatem non valet, num. 30.

QVÆSTIO LXII.

VTRVM † testator possit substituere, quòd si filius decesserit sine filiis, succederet substitutus excluso monasterio, quòd aliàs esset successurum, grauato illud ingresso? Respond. vtique, 1 Menoch. libr. 4. præsum. part. 2 præsum. 83. nume. 3. Paul. de Castr. & Corn. in Authen. nisi rogati, C. ad Trebell. Alexand. cons. 121. num. 13. libr. 2. Calcan. cons. 7. nume. 24. vbi ait ita * omnes tenere, Baldus * cons. 407. column. 3. vers. tangitur etiam de illa, libr. 1. Corn. cons. 18. num. 17. libr. 4 Ruin. cons. 98 num. 20. lib. 2. Dec. in cap. in præsentia, num. 58. vers. sed quando, extra, de probat. & cons. 259. colum. 2. vers. circa primum, & cons. 419. num. 3. & cons. 426. nume. 2. Ioan. Lup. in rubr. extra de donat. inter virum & vxorem, § 47. num. 18. Paris. cons. 22. num. 6. & 8. libr. 3. Duran. in tractatu de arte testa. caut. 18. num. 3. Ripa in l. ex facto, §. si quis rogatus, ol. 1. n. 39. ff. ad Trebel. Æmilian. cons. 149. num. 10. Alciat. resp. 502. num. 312. num. 4 vers unde si constet, Berous in d. c. in præsentia, num. 485. & 487. Anton. Padill. in l. cum acutissimi, num. 44. C. de fideicommiss. Couarr. libr. 1. variar. resolut. cap. 19. num. 8 Marzar in epitom de fideicommiss. quæst 3. vbi ait ita sæpius fuisse decisum, Osasc. decis. 126. n. 11. & 24. Vincen. de Franc. decis. 29. num. 3. 4. & 7. Sforz. Odd. in tract. campend. part. 6. art. 6 num. 24. fol. 164. a tergo, vbi testatur hanc esse * cõmunem conclusionem, Fran. Mant. * de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 7. num. 18. Marcus Anton Peregr. in tract. de fideicom. art. 28. num. 70. vbi testatur hanc esse magis * communem opinionem, Caualc. decision. 77. numer. 38. part. 3. Viuius * commun. opin ver. substitutus sub conditione, versic. limitatur secundo, Suarez commu. opin. in verb. substitutio, num. 216 in fin.

Mouemur primò, quòd † testatori permissum est testari, & ad libitum de rebus suis disponere, l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. § disponat, Auth. de nupt. l. verbis legis, ff. de verb. & rer. signific. 2

Inde constitutum est, licere † patri, legare filiæ mille si nupserit; si vero monasterium ingrediatur, ducenta tantum, Crot. in l. nemo potest, num. 46. ff. de legat. 1. Rum. consil. 98. num. 20. libr. 2. Galiaula in l. Gallus, § & quid si tantum, num. 18. ff. de liberis & posthum. Cagn. in l. 2. quæst. 22. numer. 120. C. de pact. inter empt. & vendit. Couar. lib. 1. variar. resolut. cap. 19. num. 9. circa fin. Emanuel à Costa in l. cum tale, 11. ampliat. in fine, ff de condit. & demonstr. & in c. si pater, in verbo, si absque liberis, numero 68. de 3

testam. lib. 6. Decian. cons. 41. num. 30. lib. 1. Dec. in dict. cap. in præsentia, num. 59. & cons. 419. Anchar. in capit. nemo potest, quæstion. 5. de regul. iur. lib. 6. Menoch. d. præsumpt. 83. num. 4. & 26. vbi testatur
* hanc esse veriorem * opinionem, Iacob. Beluis. in § sed & hac præsenti, Authen. de sanctiss. Episcop. Anton. Gabr. libr. 4. conclus. tit. de legat. conclus. 2. num.
* 8. vbi testatur hanc esse veriorem, magis * communem & consuetudine approbatam opinionem, Bald. in Authent. nisi rogati, colum. 2. C. ad Trebell. & in l. Deo nobis, colum. 1. C. de Episcop. & Cler. Fulgos. cons. 53. Brun. in tract. quòd stant. masc. 9. art. 2. quæst. col. 3. Paul. de Castr. in l. Titio centum, § Titio centum, in fin. ff. de condit. & demonstr. Imol. in l. Lucius, colum. fin. ff. de hered. instit. Peregr. in tract. de fideicommiss. artic. 28. num. 73. vbi ait, ita esse rece-
* ptum * de consuetudine, Riminal. iunior consil. 85.
* num. 20. vol. 1. vbi testatur esse magis communem* opinionem in practica obseruatam.

4 Quicquid † dixerit, Alber. in dict. l. Deo nobis, col. 2. Roman. in l. stipulatio hoc modo concepta, colu. 7. ff. de verb. oblig. Alexand. cons. 35. col. 3. & consil. 121. col. penult. volum. 2. & cons. 98. volum. 4. Socin. cons. 259. vol. 1. & cons. 231. col. 5. Ias. in Authent. si qua mulier, colum. 4. C. de sacrosancta Eccles. Hip. in in rubr. de fideiuss. col. 29. & in l. 1. col. 26. C. de raptu virgin. Felin. in d. cap. in præsentia, numer. 18. in fine, vbi Dec. num. 3. Ripa in l. 1. num. 62. ff. solut. matr. Dec. cons. 674 Paris. cons. 65. col. 2. vol. 2. Socin. iunior consil. 160. col. 3. vol. 2. Ruin. cons. 68. col. fin. volum. 4. Mathesil. sing. 53. Alber. in tract. statut. part. 3. quæst. 104. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. rubr. de statu monachor. Auall. cons. 35. num. 17. vol. 3. Bonifac. Roger. consil. 27. num. 129. vol. 1. Alex. Trentacinq. in tract. substit. part. 4. cap. 7. numer. 25. versic. hinc infertur.

5 Secundo, quia nemo inuitus cogitur benefacere, c. de Iudæis, 45. distinct. cap. vlt. 23. quæst. 5. Magist. Sentent. in 4. distinct. 4. & 6. diuus Thom. 22. q. 10. art. 9. & in 3. part. summæ, quæst. 68. artic. 10. Dominic. Sot. in 4. senten. distinct. 5. art. 10. col. 2.

6 Tertiò, per l. Deo nobis, C. de Episcop. & Cleric. vbi † patri permissum est, ne aliquid relinquat filio professo vltra eius legitimam.

Quartò, per cap. verum, extra de condit. apposit.
7 vbi † testator potest rebus suis adiicere hanc conditionem, ne res sua relicta Ecclesiæ, apud eam nō permaneat, si adiectum modum non impleuerit, & facit cap. cum dilectus, extra de consuet.

8 Quintò, quia valet statutum † vt bona omnium ciuium collectari semper possint, etiam si transeant ad ecclesiam, cui in acquirendis præiudicari potest, Calder. consil. 7. tit. de const. & cons. 2. tit. de censib. Soc. cons. 45. lib. 3. & cons. 12. lib. 4.

9 Sextò, quia solus Papa vel Princeps secularis, & cum causa poterit dispensare contra testatoris voluntatem, Clem. quia contingit, de relig. dom. Bald. cons. 297. in fine lib. 2. Mantica de coniect. vlt. volun. lib. 11. tit. 7. num. 19. & tit. 12. nu. 32. Dec. cons. 357. n. 5. & cons. 557. n. 4. & 5. l. si testamentū, C. de testam.

10 Contrariam sententiam, scilicet † testatorem non posse ita sustinere, vt excludat Ecclesiam & monasterium, tenuit Bart. cons. 1. incip. Parmensis, lib. 1. Angel. consil. 80. col. 2. Bald. in cap. in præsentia, num. 43. vbi Aret. num. 64. extra de probat. Imol. in l. fideicommissum, ff. de condit. & demonstr. Ruin. cons. 189. nu. 13. lib. 2. Felin. & Berous in d. cap. in præsentia, illo, num. 33. ista, numer. 486. Curt. iunior consil. 193.
num. 17. lib. 2. vbi eam testatur esse * communem, *
Auall. cons. 35. num 12. & 21. vol. 3. Bursa. cons. 199.
num. 20. volum. 2. vbi eam fatetur esse receptam. * *

Mouentur † primò, per § sed & hoc præsenti, in 11
text. ibi, huiusmodi conditiones inualidas, & pro non scriptis, Authent. de sanctiss. Episc. quasi illa verba arguant defectum potestatis.

Sed respond. quod † Iustinianus inualidauit e- 12
am conditionem ex præsumpta mente & voluntate testatoris, non autem contra expressam voluntatem ipsius, ita Paul. de Castr. in Auth. nisi rogati, C. ad Trebell. Fulgos. consil. 53. col. 1. Corn. cons. 253. numer. 6. lib. 4. Ruin. cons. 98. num. 22. lib 2. Ripa in l. ex facto, § si quis rogatus, el. 1. num. 36 ff. ad Trebell.
Et illud † verbum, inualida, non arguit defectum 13
potestatis, sed exponitur, id est, inefficaces contra monasterium, si exprimantur sub ea forma, Menoch. d. præsum. 83. sub num. 16. vers. nec obstat, sic a-
liàs † verbum, inualidas, exponitur, non fortes, & 14
verbum, valide, exponitur, id est, fortis, gloss. rubr. C. de mend. valid. lib. 11. Ruin. cons. 98. num 24. lib. 2. vbi etiam optimè satisfecit illis verbis, & pro nō scriptis sint.

Secundò, quia dicta dispositio est impeditiua religionis, cum retrahat à vita contemplatiua, quæ
† melior est actiua, § 1. Authent. de monach. cap. in- 15
firmitas, extra de pœnitent. & remiss. cap. nuptiæ, 32. quæst. 1. Clem. exiui, de verb. signific. Menoch. consil. 169. num. 11. volum. 2.

Sed respond. primò, † quia si grauatus restituere 16
bona, spiritu Dei ducitur, non retrahet pedem à religione ob bonorum amissionem, cum in ingressu voueat paupertatem & obedientiam, & renunciaturus sit mundo & vanitatibus eius, capit. vidua, 20. quæstion. 1. capit. ad Monasterium, extra de Monach. ita Menoch. dict. præsumpt. 83. num. 18. post Bald. Corn. Ruin. & Dec. arg. l. possessio, C. de mun. patrim. lib. 10.

Secundò, quia non est verisimile, quod † graua- 17
tus iste retrahat pedem ab ingressu religionis, ob id, quod post mortem suam Monasterium consequi non posset bona, cum satis sit, se, vel Monasterium frui posse his bonis, donec viuit, Couar. lib. 1. variar. resolut. capit. 19. numer. 7. versic. sed & ratio, & in capit. quamuis, part. 3 § 2. numer. 4. versicul. tertia, de pact. libr. 6. Franciscus Mantica de coniect. vltim. voluntat. libr. 11. tit. 7. numer. 4. circa medium.

Tertiò respon. quia dato citra veri præiudiciū, quod hæc testatoris dispositio sit impeditiua, ingressus religionis; tamen quia mens & voluntas
ipsius non fuit ad hoc ordinata, sed vt † prospiceret 18
suæ agnationi & familiæ, non debet esse in consideratione, quod ex hoc, grauatus ille auerti à religione posset, ita Alciat. respons. 302. numer. 3. Ruin. consil. 98. numer. 21. libr. 2. Alexand. consil. 2. num. 17. versic. non obstat septimum, libr. 1. argumen. l. non omne, ff. de stat. liber. l. si vehenda, § 1. ff. ad l. Rhod.
de iactur. Sicut dicimus, quod, & si † dispositio, 19
qua quis inuitatur ad delinquendum reiiciatur, l.
conuenire, ff. de pact. dotal. Tamen si non † fuerit 20
directò ad delictum ordinata valebit, Iason & Ripa in l. nemo potest, ff. de legat. 1. ille, numer. 42. iste, numer. 56.

Tertio

21 Tertio, mouentur † per *tex. l. Titiæ, si non nupse-*
rit, ff. de condit. & demonstrat. vbi conditio impe-
ditiua matrimonii temporalis reiicitur à legato, il-
ludque remanebit purum; huncque sensum pro-
bauimus *in tractatu de Casib. conscient. centur.* 1. vn-
de idem videbatur dicendum in matrimonio spiri-
tuali arguendo à matrimonio temporali, ad spiri-
22 tuale; quod † argumentum validum est, *capit. in-*
ter corporalia, extra de translat. Episcop. Auall. consil.
35. numero 18. volum. 3. Marsil. singul. 215. Paris.
consil. 37. num. 10. volum. 4 Bart. in l. si quis ita, § is,
cui, in fine, ff. de legat. 2. Menoch. cons. 245. num. 8.
volum. 4. Vincent. de Franch. decis. 46. num. 2. Si-
mon de Prat cons. 72. num 16. Decian. cons. 20. sub nu-
mero 45. vol. 1. Anton. Rube. cons. 147 num. 14. Ripa
in l. quod iussit, num. 61. ff. de re iudic. Rota Roman.
decis. 441. in nouis, Phanut. de lucro dot. in verb. per
mortem, sub num. 15.
23 Sed respond. primo; quod ille † sensus esset ve-
rus secundum hanc literam; Titiæ, si non nupserit,
ducenta, &, si nupserit, centum legaui; si non nu-
pserit mulier, ducenta, non etiam centum residua
petet, quam probauit *Anton. August. lib. 1. emend.*
iuris, cap. 2. & Couar. post Duaren. & Contium, lib.
1. variar. resolut. cap 19. numer. 9. At in codice Ha-
24 loandri diuersa est litera, scilicet Titiæ † si nupserit,
ducenta; si non nupserit, centum, quam probauit
Dec. in cap in præsentia, num 59. extra de probat. Me-
noch. d. præsum. 83. n. 21. in fine.
25 Secundo, quia non licebit † argumentari à ma-
trimonio temporali ad spirituale, cum olim cæli-
batus esset maximè prohibitus; vti contrarius bo-
no publico, & procreationi liberorum, sed religio-
nis ingressus respicit solum bonum ingredientis,
Menoch. d. præsump. 83. num. 23. Vincent lib 2. decis.
255. num. 40. Imol in cap. tua, extra de desponsat. &
matrim. Felin. in cap quoniam, § porro, in princ. extra
vt lite non contest.
26 Quarto † quia valet argumentum ab vltima vo-
luntate, ad statutum, & econtra, *l. eum qui ita, in*
princip. ff. de verb. obligat. Bar. in l. 1. in fin. ff. de reg.
Caton. Bonifac. Roger. cons. 4. num. 34. volum. 1.
Becius cons. 112. num. 15. Menoch. cons. 204. nume.
27 *39. volu. 3.* At † statutum disponens, quod ingre-
diens religionem non succedat, non valet, *Felin. in*
cap. in præsentia, colum. 28. num 35. extra de probat.
vbi Dec. num. 35. idem Dec. in l. vltim. num. 28. C.
de pact. vbi testatur communem * opinionem, *A-*
* *uall. cons. 35. sub num. 17. volum. 3.* ergo pari ratione
dicendum videtur, non valere testatoris disposi-
tionem, qua religionis ingressus impediri potest.
28 Sed respond. non valere argumentum † prædi-
ctum in nostra facti specie, in qua militat diuersa
ratio, *Ripa in l. ex facto, § si quis rogatus, col. 1. nu. 39.*
ff. ad Trebell. Menoch. d. præsum. 83. num. 25. nam
29 † testator de reb. suis ad libitum disponere potest,
l. 2. in fine, ff. si quis a parentibus fuerit manumissus,
l. legem, C. de pact. cap. verum, extra de condit. appos.
l. quoscens, C. de don. quæ sub modo, Authen. excipi-
tur, C. de bon. quæ liber. sed † statuentes non habent
potestatem statuendi aduersus Ecclesiasticam li-
bertatem, *Beuincas. in tractatu de pauper. in 4. spe-*
cials circa contractus, sub numer. 78. Capic. decis. 161.
circa fin. Alber. de statut. part. 1. quæst. 1. numer. 4.
argumen. Authen. Cassa C. de sacrosanct. Eccles. cap.
Ecclesia sanctæ Mariæ, extra de constit. cap. nouerit,
extra de sentent. excommunic. Socin. senior cons. 183.
colum. 2. vers. confirmatur, volu 2. Fab. Turret. con-
sil. 38. num. 42. volum. 1. vbi testatur communem *
* opinionem, *Anton. Ciofius consil. 1. num. 85. lib.*
1. Marsil. sing. 29.

ARGVMENTVM.

Vtrum Monasterium, quod institutus, & grauatus sub conditione, si sine liberis decesserit, ingressus fuerit, excludere habeat substitutum?

SVMMARIVM.

1 *Monasterium, quod institutus & grauatus sub conditione, si sine liberis decesserit, ingressus fuerit, excludit substitutum, num. 1. ratio, num. 2. Amplia, num. 3. 6. 9. 11. 16. 17. & 18. limita, num. 19 32. 33. 41. 45. 46. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 63. 64. 67. 68. 70. 83. 84. 85. 87. 88. & 90.*

2 *Monasterium excludit substitutum, etiam in foro conscientiæ, num 3. contra, & male, num. 5.*

3 § Sed & hoc præsenti, Authent. de sanctiss. Episcop. *medullitus enucleatur, num. 4.*

4 *Menoch. multa suscepit a Mantica, eo tacito, numer. 7.*

5 *Papa solus quo ad ordines cum bigamo dispensat, num 8.*

6 *Monasterium excludit substitutum, etiam si hæres grauatus ante ingressum monasterii dispensauerit bona fideicommissa sub. ecta in pios vsus, n. 9. contra, num. 10.*

7 *Ecclesia excludit substitutum, etiam si grauatus, efficeretur clericus secularis, numero 11. contra, num. 12. aliorum distinctio, num. 13. Authoris sententia, num. 14. reiecta Sforzæ opinione, numero 15.*

8 *Monasterium non excludit substitutum, si dictum fuisset, si hæres meus decesserit sine liberis ex suo corpore, & de legitimo matrimonio procreatis, numer. 19 media, num. 20. 21. 22 & 38. contra & male, num. 29. fundamentum, num 30. dissoluitur, num. 31.*

9 *Verba testatoris debent intelligi in casu vero, non autem ficto, num. 20.*

10 *Monasterium habetur loco filii, num. 21. declara, num. 22. contra, vt vllo casu habeatur pro filio, num. 23. media, num. 24. & 26. dissoluuntur, num. 25. & 27.*

11 Capit. in præsentia, extra de probat. *verba non omnia sunt Papæ, sed partis allegantis, numero 24.*

12 *Verba partis allegantis videntur legislatoris, cum in eis fundamentum constituerit, num. 25.*

13 *Verbum,* hæres, *& verbum,* filius, *differt, nume. 26. contra, num. 27.*

14 *Ecclesia dicitur esse mater & cultrix iusticiæ, numero 28.*

15 *Monasterium non excludit substitutum fratrem grauati, si sine liberis decesserit, num. 33 media, num. 34. & 37. dissoluuntur secundum aliquos, n. 36. & 39 contra & male, nu. 40.*

16 *Substitutio facta à patre filio impuberi, interpretatur potius directa, quam fideicommissaria, fauore ipsius, num. 35. quia pro filio trahit nos amor & paterna pietas, & naturalis ratio, numer. 34.*

17 *Pater diligit filium potius quàm Ecclesiam, quo ad legitimam tantum, non autem, quo ad residuum bonorum, num. 36.*

18 L. eum auus, ff. de eondit. & de monstrat. *non conuenit cum terminis* § sed & hoc præsenti, Authent. de sanctiss. Episc. *num. 38.*

19 *Argumentum in fideicommissis non est concludens grauauit testator proximiores, ergo & remotiores, cum sepius magis diligātur remotiores quam proximiores, num. 39.*

20 *Monasterium non excludit substitutum, quando testator instituisset filium suum, eique decedenti sine liberis substituisset aliquem ex sua familia, adiecta ratione, & causa; quia vult bona sua conseruari in agnatione & familia, num. 41. & tunc monasterium intelligitur exclusum etiam in vita grauati, num. 42. secus si alter grauatus clericatum assumsisset, num. 43.*

21 *Clericus iura actiuè & passiuè agnationis, & familia exercet, num. 44.*

22 *Monasterium non excludit piam causam substitutam sub conditione, si grauatus sine liberis decesserit, num. 46. amplia, num. 47. 48. & 49.*

23 *Bona ingressi ante professionem, non acquiruntur monasterio, num. 65.*

24 *Ingressus religionem non dicitur quis, ante professionem, nu. 66.*

25 *Monasterium non excludit substitutum sub conditione, si sine liberis decesserit, quando grauatus ante ingressum extraneum hæredem fecisset, nu. 67. contra, num. 68. ratio, num. 69.*

26 *Monasterium non excludit substitutum sub conditione, si sine liberis decesserit grauatus, quando fuisset ingressus, vt fraudaret ipsum substitutum, num. 70. contra, & malè, num. 71. exempla, n. 72. 73. 78. & 80.*

27 *Grauatus restituere hæreditatem sub conditione, si sine liberis decesserit, si monasterium ingrediatur in mortis articulo, videtur fecisse in fraudem substituti, num. 73. contra, n. 74. 75. 76. & 77.*

28 *Senex nemo ita est, quin non præsumatur viuere adhuc vltra annum, nu. 79.*

29 *Grauatus non potest alienare bona in præiudicium substituti, num. 81.*

30 *Monasterium excludit substitutum, si bona substitutioni subiecta, ipsi monasterio applicentur, non autem si alteri deferantur, numer. 82.*

31 *Ingressus religionis blanditiis & allectationibus factus, obligat profitentem, sed ipsius ingressi bona parentibus reseruantur, num. 86.*

32 § Sed & hoc præsenti, Authen. de sanctiss. Episcop. *est exorbitans, & non extenditur ad alias conditiones, præter in eo expressas, nu. 89.*

33 *Monasterium, in casibus, in quibus non excludet substitutum, possidebit bona in vita grauati, nu. 91 nisi quando in conditione, si sine liberis decesserit, fuisset adiecta ratio, & causa, vt bona in familia conseruentur, num. 41. & 42.*

QVÆSTIO LXIII.



VTRVM monasterium, quod institutus & grauatus sub conditione, si sine
1 liberis decesserit, ingressus fuerit, †
excludere habeat substitutum? Resp.
regulariter, quod sic, *Franc. Mantica
de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 7. num. 1. per text.* §
*sed & hoc præsenti, Authen. de sanctiss. Episcop. cap. in
præsentia, extra de probat. gloss. Authen. nisi rogati, C.
ad Trebell. Crass. in § fideicommissum, quæst. 40. n. 1.*
vbi testatur hanc esse receptiorem * opinionem,
*Alexand. consil. 121. num. 11. volum. 2. Ripa in d. Auth.
nisi rogati, num. 37. Couar. variar. resolut. lib. 1. cap. 16.
num. 11. Anellalob. in collect. commun. opin. in verb. monasterium,
num. 121. Emanuel a Costa in cap. si pater,
vers. si absque liberis, num. 64. de testament. lib. 6.* vbi
etiam testatur communem * opinionem, *Barto. in
Auth. ingressi, num. 50. C. de sacrosanct. Eccles. Specul.
tit. de statu monachorum, num. 12 & 20. Paul. de Castr.
in Auth. si qua mulier, num. 3. Ripa in l. ex facto, § 1. n.
36. ff. ad Trebell. Iason in l. pactum, num. 3. ff. de pact.
Alciat. in l. Gallus, § & quid si tantum, num. 7. ff. de
liber. & posthum. Rube. in l. Titia Seio. § imperator, n.
224. ff. de leg. 2. Innoc. in d. cap. in præsentia, in fine, vbi
Abbas num. 36. Felin. num. 19. Dec. num. 190. Barto.
cons. 1. lib. 3. Capra consil. 174. in fine, Corn. cons. 88. volum.
1. Soc. senior cons 81. num. 14. lib. 3. Calder. consil.
43. tit. de testament. Felin cons. 8. num. 2. Port. cons. 23.
num. 31. Guid. Papa decis. 477. num. 5. Tiraque. in l. si
vnquam, in verb. liberis, num. 91. C. de reuocan. don.
Ant. Gabr. lib. 4. conclus. tit. de fideicom. concl. 2. n. 79.
Barbat. in add. ad Bal. in l. cum acutissimi, C. de fideic.
Tiraq. de priuileg. piæ causæ, priuil 95. in prin. Menoc.
lib. 4. præsum. part. 2. præsum. 83. n. 58.* quia (inquit)
præsumptio † est, testatorem non cogitasse hære- 2
dem suum ingressurum religionem, quod si cogitasset,
monasterium substituto prætulisset, *Alciat.
resp. 502. num. 3. Peregr. de fideicomm. art. 28. num. n.*
58. vbi ait vtroque iure esse * receptum, *A Ponte,
consil. 39 num. 7. Canalc. decis. 77. num. 1. par. 3. Viuius
comm. opin. in verb. substitutus sub conditione, in prin.*
vbi testatur magis communem * opinionem, *Hondod.
cons 62. num. 15.* vbi ait hanc conclusionem esse
communiter * approbatam, *Bursa. cons. 199. num. 3.
volum. 2.* vbi testatur communem * opioionem,
*Bonifac. Roger. cons. 27 num. 120. vol. 1. Andr. Gail lib.
2. obseru. pract. obser. 136. num. 7. Marius Anguis. cons.
63. num. 11. Alex. Trentacinq. in tract. subst. par. 4. c. 7.
sub nu. 20.* vbi testatur communem * opiniooem.

Amplia primò, vt procedat, etiam in foro con- 3
scientiæ, † *Menoch. d. præsum. 83. num. 59. Francisc.
Mantica d. tit. 7. num. 2. Peregr. d. artic. 28. num. 91.
Alexand. cons. 121. colum. vlt. volum. 2.* Quia † Iu- 4
stinianus in *d. § sed & hoc præsenti, Auth. de sanctiss.
Episcop.* non statuit contra voluntatem testatoris,
sed quando substituerit sub conditione simplici, si
decesserit sine liberis; vel si matrimonium non contraxerit;
tunc enim quia non apparet, an testator
ipse cogitauerit de ingressu religionis, vel non, legislator
fauore religionis voluit, vt dicta conditio
habeatur pro non scripta, habita coniectura quod
si testator ipse cogitasset de ingressu, non substituisset,
ita germanum hunc intellectum probauit
Rum. cons. 98. num. 21. lib. 2. Corn. cons 243. n. 6. lib. 4.

Licèt contrariam sententiam, vt † non procedat 5
in foro conscientiæ, tenuerit *Alciat. cons. 502. num.
5. & in l. quinque pedum, n. 20. in fine. C. fi. regund.* quē
refert *Vinc. de Franch. decis. 29. sub numer. 4. part. 1.*

Amplia secundo, vt procedat, etiam † in hæ- 6
rede instituto bigamo; qui deinde à Pontifice
dispensatus monasterium ingressus fuerit, *Menoc.
d. præsum. 83. n. 65.* & ante eum Illustrissimus Franc.
Mantica, (à quo multa sibi † asscribēs, eo tacito sur- 7
ripuit)

ripuit) *in d.tit.7.n.17.* vbi etiam docet, solum Papam
8 † quoad ordines, cum bigamo dispensare, per *Frã. in c.1.n.2.de bigam lib.6.* Licèt contrarium tenuerit
Angel. consil.80. sub num.5. vbi fatetur id esse ab eo
factum, non autem consideratum.

9 Amplia tertio, vt procedat; etiam quod † hæres grauatus ante ingressum monasterii, dispensauerit bona fideicõmisso subiecta in pios vsus; quia
excluderetur substitutus, licèt monasterium non
consequatur bona illa, *Menoch.d præsum 83.n.64.*
Curt.iunior.cons.187.col.vlt.Berous in c.in præsentia,
n.491.extra de probat.

10 Licèt contrariam sententiam, vt ita † demum
substitutus excludatur, si re vera acquiruntur bona
monasterio, quod hæres grauatus ingressus fuerit,
teneat *Dec.consil.259.colum.vlt.*

11 Amplia quarto, vt † procedat etiam si institutus
efficeretur clericus secularis; quia nihilominus excluderet substitutũ, si monachus efficeretur, *Butr.*
Imol.& Anchar.in c.in præsentia,extra de probat.ibi,
* *Felin.n.56.& Dec.nu.54.in fine,* vbi testatur magis
communem * opinionem, *Rum.cons.153.col.1.lib.3.*
Dec.cons.259.n.5.& 6.Rube.cons.147.n.16. Dura. in
tract.de arte testandi,tit.de subst.caut 18.n.5.Pute.decis.55.nu.2.part.1.per dictum § sed & hoc præsenti,in
text.ibi,monasteria ingrediantur,vel clerici fiant,Authen. de sanctiss. Episcop. Caualc decis.77.n.33.par.3.
Menoch.cons.245.n.17.vol.3. Alex.Trentacinq. in
tract.subst.part.4.c.7.num.21. vbi fatetur hanc esse
* magis communem * opinionem.

12 Contrariam sententiam, vt non procedat, si †
institutus effectus fuerit clericus secularis; tenuit
gloss.in c.in præsentia, extra de probat. vbi etiam Abb.
num.43.Bald.in Authent. nisi rogati, num.11. versic.
item si quis, C.ad Trebell. vbi etiam Salic. col.1. vers.
quæro, quid si capellam, Bosr. quæst.354.n.11. Alciat.
consil.90 num.11.lib.9. vbi eam testatur * communem, *gloss.in d.§ sed hoc in præsenti, Viuius commun.*
opin.in verb.substitutus sub conditione, versic.in con-
* *trariam,* vbi eam testatur magis * communẽ, *Sfor.*
Odd.cons.19.num 26.

Alii vtramque sententiam distinctionis clypeo
13 concordarunt, vt prima procederet, quando † institutus fuisset effectus clericus in sacris; secunda
vero locum haberet, quando fuisset constitutus in
minoribus ordinibus, *Rum.cons.153.num.3.libr.3.*
Berous in cap. in præsentia, num.498 & 501.extra de
probat. & cons.73 num.10.lib.2. Alexand.Trentacinq.
in tract.subst.part.4.cap.7.n.21. versic.2.& vltim.

14 Ego vero ita demum prædictæ † distinctioni acquiesco, si vltra sacros ordines concurreret, quod
bona fideicommisso, seu substitutioni subiecta, ecclesiæ acquirantur, *Capra consil.20.num.13. Berous*
consil.73.num.10.lib.2. Bald.in Authent. nisi rogati,
num.11.in fine, vbi Alber.num.2.C.ad Trebell. Menoch.dict.præsum.83.num.68 Franciscus Mantica d.
tit.7.num.22.in fine, Spec. tit. de statu monachorum,
num.20. Caualc.decis.77.sub num.33.part.3. Alexã.
Trentacinq.in d.c 7.num.21.vers.ex antè dictis. vbi te-
* statur communem * opinionem.

Licèt *Sforz. Odd. in d.art 6.sub num.18.* scriptum
15 reliquerit sufficere, vt † fideicommissum deficiat,
si ipse grauatus clericus in sacris effectus, in fine vitæ suæ de rebus fideicommisso subiectis in pios vsus dispofuerit.

Amplia quinto, vt procedat etiam in eo, qui se
† obtulit Episcopo seruaturum regulam monachalẽ, cum ab aliquo monasterio recipi nõ potuerit; quia tunc illa oblatio habetur loco monasterii, 16
& Episcopus loco Abbatis, atque ita substitutum
excluderet, *Menoch. dict. præsum. 83.num. 69. Bal.*
in Authen. nisi rogati, num. 25. C. ad Trebell. Puteus
decis. 55. num. 4. part. 1.

Amplia sexto, vt procedat, etiam † si monasterium ingressus post professionem apostararet; quia 17
tunc etiam monasterium illud excluderet substitutum, *Sforz. Odd: d. artic. 6. sub numer. 9. Bald. &*
Felin.in cap. in præsentia, illic, num. 15 istic, num. 32.

Amplia septimo, vt procedat etiam in † cordigera & mantellata, *Caualc.decis. 77.num. 48.part 3.* 18
Paris. cons. 40. num. 15. volum. 3. Duenn. reg. 100. in
verb. clerici, num. 18 vers. limita octauo, cap. duo sunt
genera, 12. quæst. 1. Bart. in l. semper, § quibusdam, ff.
de iure immun.

Limita primo, vt non procedat, quando dictũ
fuisset, si hæres † meus decesserit sine liberis ex suo 19
corpore, & de legitimo matrimonio procreatis;
quia tunc, si hæres ingrediatur monasterium, eo
mortuo, admittitur substitutus excluso monasterio, *Crass. in § fideicommissum, quæst. 40.num.3. in fine,* vbi testatur hanc esse veriorem opinionem, *Iacob. Beluis. in § sed & hoc præsenti, Authen. de sanctiss.*
Episcop. Butr g. Richard. & Salic. in Authen. nisi rogati, C. ad Trebell. Bald. & Imol. in l. Lucius Titius,
la. 2. ff. de hæred. instit. Bald. in sua margar. in verb.
substitutio, & in cap. in præsentia, vbi etiam Imol. extra de probat. Hostiens. Ioan. Andr. & Card. in capit.
Raynaldus, extra de testamen. pract. Papiens. in form.
libell. quo agitur, ex subst. in verb. ex suo corpore, Fulgos. consil. 53. Barbat. cons. 13 lib. 1. Corn. cons. 253. nu.
4. lib. 2. Curt. senior cons. 74. col. 26. Calcan. cons. 7.
num. 24. vbi testatur communem * opinionem, *
Ripa in l. ex facto, § si rogatus, el. 2. nu. 37. ff. ad Trebell. Grat. consil. 111. numer. 50. lib. 2. Paris. consil. 22.
num. 9. lib. 2. Natta consil. 602. num. 4. lib. 3. Osasc.
decis. Pedam. 126. num 11. & 24 Vincent. de Franch.
decis. 29. Menoch. lib. 4. præsum. part. 2. præsum. 83.
num. 27. Berous cons. 170. num. 33. lib 2. Socin. iunior
consil. 63. numer. 21. lib. 3. Boer. decis 354. nu. 6. Sforz.
Odd. in tract. compend. part. 6. quæst. 6. num. 29. fol.
165. vbi ait hanc esse magis communem * opinionem, *Franciscus Mantica dict. tit. 7. sub numer. 20.* *
vbi testatur hanc esse frequentiori calculo receptam sententiam, *Peregr. in d. artic. 28. num. 78. &* *
79. versic. conclusiuè, vbi etiam testatur esse magis
receptam * opinionem. *Caualc. decis. 77. numer. 7.* *
part. 3. Viuius lib. 1. commun. opin. in verb. substitutus
sub conditione, circa finem, vbi testatur communem
* opinionem, *Alexand. Trentacinq. in tractatu subst.* *
part. 4. cap. 7. nu. 25. vbi testatur hanc esse communem * opinionem. *

Mouemur primo, quia verba testatoris † debent 20
intelligi in casu vero, non autem ficto, *Alex. consil.*
2. numer. 1 lib. 1. l. fideicommissum, ff. de condit. & demonstr. Menoch. consil. 97. numer. 86. volum. 1. per l.
Statius, § Cornelio Felici, ff. de iure fisci. At monasterium, licèt † habeatur loco filii, *gloss. & Bal. in Au-* 21
thent. si qua mulier, C. de sacrosanct. Eccles. gloss. in Authent. nisi rogati, vbi Bald. nu. 9. C. ad Trebell. Berous
in c. in præsentia, num. 475. extra de probat. vbi testatur communem * opinionem, *gloss. in l. cum acutissimi, vbi Iacob. Butrig. C. de fideicom. Ant. Gabr. lib. 4.* *

conclus. tit. de fideicomm. concl. 2. num. 78. vbi testatur
* communem* opinionem, Ioan. Franc a Ponte, consil.
* 39. num 6. vbi testatur hanc esse veram & commu-
nem opinionem, Surd. in tract. de alim. tit. 1. quæst.
28. num. 8. & quest. 29. num. 5. Bonifac. Roger. consil.
27. num. 107. vol. 1. Cephal. cons. 62. num. 52. volum. 1.
22 Attamen dicitur esse fictum † & improprium fili-
um, eiusque filiatio dicitur ficta & ciuilis, non au-
tem vera & naturalis, Tiraq. in l. si vmquam, in ver.
susceperit liberos, nu. 45. C. de reuoc. don. Bald. in l. cum
acutissimi, colum. 1. versic. quaro quid si pater, C. de fi-
deicommiss. & in l. fideicommissum, ff. de cond. & de-
monstr. & consil. 127. in 2 dub. lib. 5. Cepoll cons. 36. col.
2. in fine, Iason in l. si ita quis promiserit, col. 4. versic.
tertio habet, ff. de verb. oblig.
23 Licèt alii constanter negent, monasterium † vl-
locasu haberi pro filio, & in his est Bart. in Authen.
si qua mulier, numer. 4. C. de sacrosanct. Eccles. & in
Authen. nisi rogati, C. ad Trebell. & in l si ita quis, §
is cui, ff. de leg. 2. Anton. in d. cap. in præsentia, col. 13.
vbi Felin. num. 42. ponit sex absurda, quæ seque-
rentur, si diceretur haberi loco filii, Roman. in l sti-
pulatio hoc modo concepta, ff. de verb. obligat. Calcan.
cons. 7. colum. 13. vers. imo secundam veram opinionē,
& cons. 21. colum. 4. vers. modo non obstat, & cons 68.
colum. 3. Barbat. cons. 13. colum. 7. versic. præterea fa-
cit ad prædicta, lib. 1. Bald. in l. filium, col. 1. ff. de his
qui sunt sui vel alieni iuris, & cons 127. col. vlt. versic.
& ex eo, lib. 5. Couarr. lib. 1. var. resolut. cap. 19. n. 6.
Mantica d. tit. 7. sub num 6.
24 Quia (secundum eos) non † obstat dictum cap.
in præsentia, super quos fundatur opinio contraria,
cum id quod in eo disponitur, non dictum fuerit à
Papa statuente, sed à parte allegante; vnde non fa-
cit ius, Ioan. Andr. in capit. dilecto, col. 2. vers. iura-
mento, extra de praben. Angel. cons. 80. colum. 2. vers.
confirmatur hoc.
Sed respond. quod sunt verba legislatoris, vt
patet in text. ibi, quare cum constet, & dato quod
25 essent allegationes partis, tamen cum † legislator
in eis fundamentum constituerit, pro verbis legis-
latoris habentur, Menoch. d. præsum. 83. nu. 61. Bar-
bat. cons. 20. colum. 3. lib. 1.
Item, quia ibi dicitur † loco hæredis haberi, non
26 loco filii, quod est multum diuersum, l. fideicom-
missum, ff. de cond. & demonstr. Auth. ingressi, C. de
sacrosanct. Eccl. Alciat. cons. 53. libr. 9.
Sed respon. quod tantum est dicere loco hære-
27 dis, † quantum loco filii, l. ex facto, § fin. vbi gloss. ff.
ad Trebell. Peregr. d. art 28. sub num. 67.
Secundo mouemur, quia † Ecclesia dicitur esse
28 mater & cultrix iustitiæ, capit. 1. § sed diuersum, de
alien. feud. Menoch. de recup possess. remed. 1. nu. 61.
Paris. consil. 86. num. 71. libr. 2. Anchar. consil. 217.
num. 3. & consil. 443. num. 7. Bursa consil. 360 num.
40. volum. 4. Bonifac. Roger. consil. 7. num 9. volum.
2. Surd. consil. 222. num. 22. vol. 2. Crotus consil. 184.
num 102. vol. 2. Iodoc. Brugens. in tracta. de subhastat.
cap. 5. num. 24. tract. diuers. tom. 9 part. 1 fol 82. Bar-
bat. in tract. de præst. card. quæst. 3. sub num. 14. Vnde
non debet retinere bona contra testatoris volunta-
tem, quæ clarissimè ostenditur ex eo, quod posuit
in conditione filios verè & propriè naturales, Me-
noch. dict. præsumpt. 83. numer. 31. & 32. vbi testatur
hanc rationem esse veriorem & probabiliorem.
29 Contrariam sententiam, vt † Monasterium ha-
beat excludere substitutum, tenuit Dyn. Ricchar.
Malumb. Bart. & Fulgos. in l. si ita quis, § is cui, ff de
legat. 2. idem Bart. consil. 1. Parmensis libr. 1. Rainer.
Cyn. Angel. Alber. & Paul de Castr. in Authent. nisi
rogati, C. ad Trebell. Lap. alleg. 129. & cons. 80 num.
3. Imol. in l. fideicommissum, ff. de condit. & demonst.
Abbas in cap. Ecclesia sancta Maria, num. 35. extra
de constit. & in cap. in præsentia, vbi etiam Butrig. A-
ret. & Felin. extra de probat. Dec. consil. 259. colum. 3.
& consil. 426. num. 2. & in d. cap. in præsentia, numer.
58. Barbat consil. 20. lib. 1. & consil 29. colum. penult.
lib 2. Alexand. cons. 121. num. 13. lib. 1. & consil. 15. nu.
7. lib. 3. & consil. 92. num. 9. lib. 4. Calcan. consil. 20.
num. 3. & consil. 68. num. 7. Hercul. in l. ex facto, § si
quis rogatus, el. 1. ff. ad Trebell. Ruin. consil. 151. in fine
lib. 3 Iason cons. 39. num 6. lib. 3. & in Authen. si qua
mulier, num. 18. C. de sacrosanct. Eccles. Ripa in l. si
vmquam. num. 92. C. de reuocan. donat. Durand. in
tract. de arte testandi, tit. de subst. caut. 18. numer. 3.
Æmilian. consil. 106. num. 14. Curt. iunior cons. 193.
col 1. libr. 2. vbi testatur hanc esse communem * o-
pinionem, Crauet. consil 152. nu 1. Socin. iunior cons.
63. numer. 61. lib 3 vbi testatur hanc esse magis re- *
ceptam * opinionem, Couarr. lib. 1. variar. resolut.
cap. 19. num. 11.
Moti, quia † testator ex verbis prædictis non co- 30
gitauit de monasterio, vnde dictæ conditiones de-
berent haberi pro non scriptis, § sed & hoc præsenti,
Authen. de sanctiss. Episcop.
Sed respond. quod imo ex dictis verbis, ex pro-
prio corpore natis, colligitur, † testatorem saltem 31
in genere cogitasse de monasterio, quæ generalis
cogitatio sufficiet, Ripa in d. § si quis rogatus, numer.
37. versic. inuestigando ergo, Menoch. d. præsum. 83.
nume. 33. in fine, argum. l. qui iure militari, ff. de te-
stam. milit.
Limita secundo, vt non procedat, quando † te- 32
stator dixisset, Si decesserit sine filiis legitimis, &
naturalibus; quia tunc monasterium non exclude-
ret substitutum, Menoch. lib. 4. præsumpt part. 2.
præsumpt. 83. nume. 35. Corn. consil. 18. & consil. 253.
volum. 4. Mantica d. tit. 7. num. 20. Peregr. dict. art.
28. num. 78. Licèt contrarium tenuerit Angel. cons.
77. Barbat. cons. 20. col. penult. lib. 1. Alexand. consil.
121. libr. 2.
Limita tertio, vt non procedat, quando † testa- 33
tor substituerit alterum filium suum; puta, si ha-
bens duos filios, eos æqualiter instituat, eosq; in-
uicem substituat, si eorum alter decesserit sine li-
beris; quia tunc filius ipse testatoris substitutus ex-
cludit monasterium, Baldus consil. 196. lib. 1. Fulgos.
consil. 53. in fine, Alexand. consil. 121. num. 12. libr. 2.
Iason consil. 212. col. 2. versic. sed prædicta, lib. 2. Curt.
iunior consil. 187. num 32. lib. 7. Socin. iunior in l. 1. col.
7. ff. de rebus dubiis, & in l. cum auus, num 42. in fine,
ff. de condit. & demonstr. Hercul. in sua disputat. quæ
incipit Perusinus, quæst. 5. Ripa in l. facto, § si quis ro-
gatus, el. 1. num. 41. ff. ad Trebell. Alciat. resp. 633.
Boer. quæst. 354. num 7. Tiraquell. in l. si vmquam,
versic. libertis, num. 91. Beroius in cap. in præsentia, nu-
mer. 492. extra de probat. Pute. decis. 55. num. 3. part. 1.
Vincent. de Franch. decis. 29. n. 8. Menoch. d. præsum.
83. n. 36 & 44. in fine, vbi respondet motiuis, con-
trariam sententiam tenentibus, Franciscus Manti-
ca dict. tit. 7. num. 13. Peregr. d. art. 28. sub numer. 87. &
89. vbi testatur communem * opinionem, Alex. *
Trenta-

Trentácinq. in tract. ſubſt. part. 4. cap. 7. num. 24. vbi
* teſtatur haoc eſſe commuoem & veriorem * opinionem.

34 Mooemur primò, quia pro † filio trabit nos amor, & paterna pietas, ac naturalis ratio, *Bald. in l. Deo nobis, C. de Epiſc. & Cler. l. cum ratio, ff. de bon. damn. Tiraquell. in præfat. l. ſi vmquam, num. 7. C. de renoc. donat. l. vlt in princip. C. de cura furioſi, l. quidam cum filium, ff. de hæred. inſtit. Bald. in l. precibus, colum. 11. C. de impub. & aliis ſubſtit.* vbi ideo ſubiicit,
35 ſubſtitutionem † a parte factam filio impoberi, ioterpretandam in dobio eſſe directam potius, quàm fideicômiſſariam, cum directa ſit fauor ipſi° puberis, & fideicommiſſaria onus, & in *c. per tuas, colum. 2. extra de probat. l. Paulo Callimacho, § Pomponius, vbi gloſſ. ff. de legat. 3. l. cum pater, § mando, ff. de legat. 2. l. patrem, ff. quæ in fraud. credit. l quod & lex, § ſi cum quis, ff. de lib. hom. exhib. l. ſi mater, C. de inoffic. teſtam. l. 1 § taceat, in text. ibi, ſileat, C. de rei vxor. act. capit. ſuper eo, extra de teſtibus, cap. afferte, extra de præſumpt.*

36 Reſpond. contratii patrem diligere magis † filium, quam Eccleſiam, quo ad ipſam legitimam tantum, non autem quo ad teſiduum bonorum, *Crauet. conſil. 206. col. penul. Tiraquell. in d. l. ſi vmquam, in verb. libertis, num. 82. Archid. in cap. vlt. 17 quæſt. 4. Bart. in l. Titia Seio, § imperator, colum. 2. verſic. quæro, ff. de legat. 2. Imol. & Abbas in cap. vlt. extra de donat. Roma. in Authent. ſimiliter, 8. priuil. piæ cauſæ, C. ad l. Falcid. Corn. conſ. 11. colum vlt. lib. 3. & conſil. 30. colum. 2. libr. 4. Barbat. in l. cum acutiſſimi, colum 37. verſic. reſtat nunc examinare, C. de fideicommiſſis, Calcan. conſil. 13. colum. 3. verſ. quinto ſi donantur, Iaſon in Authent ſi qua mulier, colum. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ. l. generaliter, § cum autem, colum. 1. C. de inſtitut. & ſubſtit. Felin. in cap. in præſentia, colum. 22. verſ. quartò quæro, extra de probat. Corſet. in ſing. in verb. licèt donatio, Nemiz lib. 6. filia nupt. num. 47. verſic. item limita.*

37 Secundo, quia ſi monaſterium † excluditur à nepotibus grauati ſub conditione, Si ſine liberis deceſſerit, quos minus dilexiſſe præſumitur, quàm ipſum filium ſubſtitutum; ergo multò magis à ſubſtituto filio; *argum. l. Publius, § vltimo. ff. de condit. & demonſtr. l. ſi viua matre, C. de bon. matern. Menoch. conſil. 327 num 22. vol. 4. Socin. ſenior conſil. 250. colum. 5. & conſ. 250. colum. 5. & conſil. 251. col. 9. volum. 3. Ruin. conſ. 67. numero 4. volum. 2 Dec. conſil. 205. numero 8. Curt. iunior conſil. 22. numero 8. Ruin. conſil. 142 num 16. verſ. præterea, vol. 2. Menoch. conſil. 326. num. 56. vol. 4.*

38 Reſpond. contratii primo, qnia † non conueniunt termini, *l. cum auus, ff. de condit. & demonſtr. cum terminus, § ſed & hoc præſenti, Authent. de ſanct. Epiſcop. ita Emanuel a Coſta in cap ſi pater, in verb. ſi abſque liberis, num. 70. verſic. non immerito, de teſtam. libr. 6.*

Secundo, quia in ſubſtitutionib. & fideicômiſſis
39 † non procedit illud genus argumenti, cum remotiore ſæpius magis diligantur, quàm proximiores, *Crauet. conſil 98. num. 14. verſ. non obſtat quartum, & conſ. 161. num. 17. verſ ſecundo, Menoch. conſ. 85. num. 120. volum. 1. Iacob. Beret. conſ. 63. ſub numero 13. Menoch. conſil 688 num. 9 volum. 7. & conſilio 327. num. 22 volum. 4. Dec conſil 465. numero 15. in fine, Ruin. conſilio 67. num. 10. & conſil. 117. num. 24. volum. 2. Socin. iunior conſil. 2. numero 24. & conſil. 110. num. 57. volum. 3. Menoch. conſ. 326. num. 57. & 58. volum. 4.*

Licèt contrariam ſententiam, vt etiam hoc † 40
caſu præferri debeat eccleſia filio ſubſtituto, tenuerit *Bald. conſil. 266. lib. 4. Dec. conſil. 426. num. 4. Pariſ. conſil. 65. lib. 2. Emanuel à Coſta in cap. ſi pater, in verb ſi abſque liberis, num. 63. verſic. rurſus vero, de teſtament. lib. 6. Georg. Lup. in comment. ad leges Hiſp. lib. 10. tit. 4. part. 6. in gloſſ. de xaſſo, Sforz. Odd. in tract. compend part. 6. art. 6. nu. 21. verſ. limitatur nono, fol. 164.*

Limita quartò, vt non procedat, qoando † te-
ſtator inſtituiſſet filium ſuum, eique decedenti ſioe 41
liberis, ſubſtituerit aliquem ex ſua familia, adiecta ratione & cauſa; quia vult bona ſua conſeruari in agnatione & familia; tunc enim monaſteriom non excluderet ſubſtitutum, *Menoch. lib. 4. præſum. par. 2. præſumpt. 83. num. 45. Dec. conſil. 259. num. 2. Ripa in l. ex facto, § ſi quis rogatus, cl. 1. numer. 41. ff. ad Trebell. Pariſ. conſil. 22. num. 9. lib. 3. Æmilian. conſilio 109. numero 14. verſic. tunc autem, Puteus deciſ. 55. num. 4. part. 1. Vincent. Franch. deciſ. 29. num. 7. Couar. lib. 1. var. reſolut. c. 19. nu. 11. Ant. Padill. in l. cum acutiſſimi, n. 45. C. de fideicom. Barb. conſ. 13. col. 2. lib 1. Alciat. in l. Gallus. § & quid ſi tantum, nu. 7. ff. de liber. & poſth. Sforz. Odd. in d. art 6. n. 26.* vbi hanc ſententiam veriſſimam putat. *Franc. Mantica d. tit. 7. n. 21. Pereg. d. art. 28. n. 76. Pancirol. conſil. 114. n. 151 Canalc. deciſ. 77. n. 37. par. 3. Ioan. Dilect. de arte teſtã. caut. 18. tit. de ſubſt. ſub u. 3. Menoch. conſ. 922. nu. 32 vol. 8. Alex. Trentacinq. in tract ſubſt. part. 4. c. 7. n. 26. Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib 3. § 21. nu. 169.*

Et tunc excluſio † ipſius monaſterii intelligitor 42
facta, etiam in vita grauati, *Peregr. d. art. 28. num. 82. Couarr lib. 1. variar. reſol. ca. 19. num. 14.*

Intellige, cum monaſterium fuerit ingreſſus, † 43
ſecus ſi clericatum aſſumpſerit; qoia clericus † iura 44
actiuè & paſſiuè agnationis & familiæ exercet, *Peregr. d. art. 28. n. 82. in fine, Dec. conſ. 114. Ioan. de Amicis, conſ. 14. Pariſ. conſ. 100. vol. 1.*

Limita quinto, vt non procedat, quando † teſta- 45
tor dixiſſet, Et ſi hæres meus deceſſerit ſine liberis, ſuccedat Caius, & nullus alius; quia tunc monaſterium non excluderet ſubſtitutom, *Menoch. d. præſumpt. 83. numer. 46.*

Limita ſexto, vt non procedat, qoando † teſtator
inſtituto decedenti ſine liberis, ſubſtituiſſet piam 46
cauſam; quia tuoc pia cauſa ſubſtituta non excluderetur à monaſterio, *gloſſ. in Auth. niſi rogati, Cod. ad Trebell. & in c. in præſentia, vbi Fel. n. 45. & Dec. n. 56. extra de probat. Rom. in Auth ſimiliter, nu. 64. C. ad l. Falcid. Corn. conſ. 18. nu. 8. & conſ. 253. nu. 9. lib. 4. Dec. conſ. 426. n. 10. Cur. iun. conſ. 187. n. 34. lib. 2. Emanuel a Coſta in c. ſi pater, in verb. ſi abſq. liberis, n. 68. de teſtam. lib. 6. Menoc. d. præſum. 83. n. 47. & in fin. gloſſ. in § ſed & hoc præſenti, Auth. de ſanctiſſ. Epiſcop. Innoc. & Abb. in d. cap. in præſentia, ille, in fine, iſte, nu. 36. Sforz. Odd. in d. art. 6. num. 21.* vbi teſtatur cõmunem * o- *
pinionem, *Cephal. conſ. 7. numero 4. lib. 1. Tiraquell. de priuil. piæ cauſæ, priuil. 95. circa med. Alex. conſ. 121. col 3 verſ. fortificatur hæc ratio, lib. 1. & conſ. 35. col. 3. Specul. tit. de ſtatu monachorum, verſ. 25. Mantica d. tit. 7 numero 12.* vbi teſtatur hanc eſſe communem
* opinionem, *Peregr. dict. articul. 28. numero 84.* *
vbi teſtatur hanc eſſe receptam * opinionem, *

Viuius commu. opin. in verb. ſubſtitutus ſub conditio-
ne, verſic. interpretatur, vbi etiam dicit communem
* *opinionem, Honded. conſ 62. num. 52. Burſa. con-
ſil. 199. num 27. in fine lib. 2. Berous conſ. 114. num. 1.
volum. 2. Dec. in Authent. qui rem, nume. 21. C. de
ſacroſanct. Eccleſ. Alexand. Trentacinq. in tract. ſubſt.
47 part. 4. cap. 7. num. 22. Etiam ſi † locus pius ſubſtitu-
tus non æquè eſſet pius, ſicuti monaſterium, quod
inſtitutus ingreditur, Tiraquell. d. priuil. 95. circa fi-
nem, Dec. Ant. & Abb. in d. cap. in præſentia, Sforz.
Odd. d. artic. 6. num. 21. verſic. ampliatur, Franciſc.
Mantica dict. tit. 7. num. 12. in fine, Peregr. dict. art.
28. num. 84 circa finem, Honded conſ 62 circa finem.
48 Ac † etiam ſi pius locus non fuiſſet immediatè ſub-
ſtitutus, ſed mediatè, & ſubſtitutio in perſonam
primi effectum non habuiſſet, Peregr. dict. art. 28.
numer. 84. in fine, Corn. conſil. 18 in 1. dub. volum. 4.
49 Ac † etiam ſi fuiſſet ſubſtitutus pro parte, & pro a-
lia parte priuatus, quia pro ea parte excluderetur
monaſterium, Peregr d. art. 28. ſub num. 86. Corn.
conſil. 18. in 1. dub. volum. 4.

Limita ſeptimo, vt non procedat, quando in ea
ciuitate, in qua conditum eſt teſtamentum extaret
50 † ſtatutum, quod verba in teſtamentis ſcripta, in-
telligi debeant ad literam; quia tunc ſub illis verbis,
Si deceſſerit hæres meus ſine filiis, non includere-
tur monaſterium, quod deinde is hæres ingreſſus
eſt, atque ita excluderetur per ſubſtitutum, Me-
noch. dict. præſum. 83. num. 48. quia (inquit) quod
monaſterium ſit loco filii, non eſt ex litera & ver-
bis teſtamenti, ſed ex interpretatione, quam lex ſu-
mit à coniectura ta teſtatoris mente, fundata in pie-
tate quadam, Bald. in cap. in præſentia, num. 18 extra
de probat. vbi Felin. num. 66. Iaſon in Authent. ſi qua
mulier, num. 20. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Barbat conſ.
20. colum. vltim. lib. 1. Alexand. conſil. 121. col 4. libr.
2. Æmilia. conſil. 109. num. 16. Franc. Sarmen. lib. 1.
Select. interpret. cap. 6. colum. vltim. verſ. præterea,
Franciſcus Mantica d. tit. 7. nu. 16.

51 Limita octauo, vt non procedat, quando † te-
ſtator ſubſtituiſſet his verbis; Si hæres meus de-
ceſſerit ſine veris filiis; quia tunc monaſterium ex-
cluditur, Menoch. dict. præſumpt. 83. num. 49. Bar-
bat. conſil. 34. colum. 6. lib. 2. Æmilian. conſil. 109. nu.
14. verſ. tunc autem, Dec. conſ. 259. Bald. in d. Authen.
niſi rogati, num. 9.

52 Idem eſſet, ſi teſtator † ſubſtituiſſet, Si hæres ſi-
ne filiis, non ſecundum iuris interpretationem, de-
ceſſiſſet; quia tunc monaſterium non excluderet
ſubſtitutum, Peregr. dict. art. 28. nume. 77. Bald. in
cap. in præſentia, colum. 4. extra de probat. & in l. Lu-
cius, ff. de hæred. inſtit. Cuma. in l. ſi ita quis, § fin. ff.
de legat. 2. Alexand. conſil. 121. numer. 12. volum. 2.
Felin. in d. cap. in præſentia, num. 16. Iaſon in Authen.
ſi qua mulier, num. 20. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Boerius
deciſ. 354. numo. 5.

53 Limita nouo. vt non procedat, quando teſtator
aliquid reliquiſſet hæredi ſuo, ſi monaſterium fue-
rit ingreſſus, puta legitimam; quia tunc exclude-
ret ſubſtitutum, Menoch. dict. præſumpt. 83. num.
50. Paul de Caſtr. in Authent. niſi rogati, C. ad Tre-
bell. Alexand. conſil. 131. numer. 13. lib. 2. Æmilian.
conſil. 109. num. 15. Berous in c. in præſentia, num. 493.
extra de probat.

54 Idem † eſſet, ſi teſtator ordinaſſet, quòd eueni-
ente caſu ſubſtitutionis, certa pars bonorum per-
ueniſſet ad piam cauſam, Menoch. d. præſum. 83. nu.
51. Curt. iunior conſ. 187. num. 33. lib. 2.

Limita decimo, vt non procedat, quando † te- 55
ſtator ſubſtituerit his verbis; Et ſi hæres meus de-
ceſſerit ſine liberis, & religionem non ingrediatur,
ſubſtituo Caium; quia tunc, ſi hæres ingreditur
monaſterium, non excluderetur ſubſtitutus, Me-
noch. dict. præſum. 83. num. 53. Rum. conſ. 98 num. 25.
26. & 27. volum. 2. Alciat. reſp. 502. numer. 3. Du-
ran. de arte teſtan. tit. de ſubſtit. caut. 18. ſub numero
3. Caualcan. deciſ. 77. numero 39. part. 3. Auellalob.
commun. opin. in verb. monaſterium, num. 122. verſ.
reſtringe, Alexand. conſil. 100. volum. 4. Bal. in d. cap.
in præſentia, n. 48. & 41. Paul. de Caſtr. in l. Deo nobis,
num. 5. C. de Epiſcop. & Cler. Crauet. conſ. 152. colum. 1.
volum. 1. Boer. deciſ. 364. colum. penult. verſic. quid ſi
teſtator dicat.

Limita vndecimo, vt non procedat, quando in † 56
ciuitate extaret ſtatutum, quod Eccleſia & mona-
ſterium non ſuccederet; quia tunc monaſterium
non excluderet ſubſtitutum, Menoch. præſumpt. 83.
num. 53. vbi (inquit) monaſterium non excludi ex
diſpoſitione ſtatuti, quod nullum eſt aduerſus Ec-
cleſiaſticam libertatem; ſed ex præſumpta volun-
tate teſtatoris, præſumentis diſpoſitionem ſuam
conformare voluiſſe iuxta ipſius ſtatuti diſpoſitio-
nem, Alciat reſp. 502. num. 3. verſ. ſed cum, & reſp.
623 num. 4. Peregr. d. art 28 num. 92.

Idem eſſet, ſi extaret † conſuetudo patriæ teſta- 57
toris, quod monachi & religioſi non ſuccederent
parentibus ſuis ab inteſtato, Boer. q. 314. nu. 8. & 9.
Menoc. d præſum. 83. n. 53. in fine, Mantica d. tit. 7. n. 9. 58
Limita duodecimo, vt non procedat, quando †
teſtator inſtituiſſet filium in ſacris conſtitutum, vel
religionem profeſſum, eique decedenti ſine filiis,
ſubſtituerit; quia tunc monaſterium non exclude-
ret ſubſtitutum, Menoch. dict. præſum. 83. num. 54.
quia (inquit) videtur intellexiſſe de aliis, quàm de
Eccleſia, poſtquam de ea cogitauerit, Pariſ. conſil.
22. num. 6. lib. 3. Berous conſil. 73. numero 11. libr. 2.
Aret in cap. in præſentia, numer. 125. extra de probat.
Berous quæſt. 354. colum. penult. Licèt contrarium
tenuerit Angel. & Imol. in l. hæredibus, § vlt. ff. ad
Trebell. vbi etiam Bart. num. 4. Barbat. in dict. cap.
in præſentia, num. 96.

Limita decimo tertio, vt non procedat, quando 59
† teſtator filium hæredem inſtitutum grauaſſet pu-
rè, vel poſt certum diem reſtituere; quia tunc, ſi
ipſe inſtitutus ingrederetur monaſterium, non ex-
cluderet ſubſtitutum, Menoch præſum. 83. num. 56.
quia (inquit) tunc neque filius grauati excluderet
ſubſtitutum, Bald. in Auth. niſi rogati, num. 20. C. ad
Trebell.

Limita decimo quarto, vt non procedat, quan- 60
do † hæres fuerit his verbis grauatus reſtituere, Si
hæres meus deceſſerit ſine liberis, & religionem
profiteatur, ſubſtituo Caium, & ipſe Caius religio-
nem ingrediatur, mortuo iam ipſo hærede ſine fi-
liis; quia tunc monaſterium non excluderet ſub-
ſtitutum, Rum. conſil. 98 num. 27. lib. 2. Alexan. conſ.
98. col. vlt. verſ. accedit etiam, lib. 4. Alciat. reſp. 502.
num 3. Licèt contrarium tenuerit Menoch. libr. 4.
præſum. part. 2. præſum. 83. ſub num. 70.

Limita decimo quinto, vt non procedat, quan-
do † hæres grauatus ingreſſus fuerit monaſte- 61
rium minoritarum, qui nihil ſingulariter habere,
vel poſ-

vel possidere possunt; tunc enim non excluderet
substitutum, *Menoch.d.præsum 83.num.71.* vbi te-
statur hanc esse veram & receptam * opinionem,
*Bart.in l.cum pater, § hæreditatem, ff.de leg. 2. & in l.
gratias, quas principes facere ſolent, *Soc. conſilio 226. numero 7. vol. 2. Mantica de coniect. vlt. vol. libr. 11. tit. 11. numero 4. 5. & 14. per l. 1. § denuntiaui, ff. de ventre inſpic. Bald. in l. vlt. numero 2. C. quib. res iud. non noc. l. ex contractu, ff. de re iud. l. ſi patroni. ff. ad Trebell. Craſſ. in § fideicommiſſum, quaſt. 38. ſub numero 3.* maxime (inquit) ſi legitimatio fieret poſt mortem teſtatoris, *SforZ. Odd. in tract. compend. part. 6. art. 6. verſ. an legitimati, n. 5. limitatione ſecunda, fol. 168. à tergo.*

Ego vero vltimam amplecterer ſentẽtiam, duo-
bus † copulatiue concurrentibus; primo, quod le- 88
gitimatio fuiſſet facta ab habente liberam, & ſupremam poteſtatẽ; veluti à Principe, non autem à Cõmite Palatino: ſecundo, quod appareat voluiſſe facere præiudicium ſubſtituto, ex poteſtatis plenitudine, *Dec. conſ. 425 n. 8. & 12. verſ. ſed dato, Alex. cõſ. 2. n. 40. vol. 2. & conſil. 94. nume. 8 eod. vol. Ruin. conſ. 76. n. 9. vol. 3. Soc. Sen. conſ. 251. nu. 11. verſ. confirmatur etiam, Alex. Trentacinq. in tracta. ſubſt. par. 4. 6. 7. nu. 50. circa fin.*

Limita decimoſeptimo, vt non procedat, quan-
do † legitimatus fuiſſet vulgo conceptus; quia, & ſi 89
millies legitimaretur non excluderet ſubſtitutum, *SforZ. Odd. d. art. 6. verſ. an legitimati, num. 2. in fin. fol. 167. à tergo, Alber. in l. generaliter, § cum autem, numero 5. C. de inſtit. Alex. in rub. ff. de i… & poſth. numero 46. & in l. Gallus, § ſi eum, nu. 39. ff. eod. Peregr. d. art. 23 num. 38.* vbi etiam inquit, clauſulam † adie- 90
ctam in legitimatione, etiam quod non poſſet probare ſe filiũ legitimãtis, nullius eſſe efficaciæ, *Bald. conſ. 81. vol. 1. Barba. conſ. 27. volu. 1. Pariſ. conſilio 12. numero 227. & 228. vol. 2.*

ARGVMENTVM.

Vtrum legitimatus per ſubſequens matrimonium, excludere habeat ſubſtitutũ?

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium, vtrum excludere habeat ſubſtitutum; diſtinguuntur plures caſus, numero 1. 2. 4. 28. 50. 61. 52. & 53. ampliatur, numero 54. reſtringuntur, numero 55. & 56.*

2 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium excludit ſubſtitutum, quando teſtator ſubſtituiſſet heredi, ſi deceſſerit ſine filiis legitimis, & naturalibus, numero 2. amplia, numero 3.*

3 *Legitimatus per subsequens matrimonium, excludit substitutum quãdo testator dixisset, & si hæres meus decesserit sine filiis ex, vel legitimo matrimonio natis, substituo Caium, n.4. media, n. 5.6.7.8 & 9 contra, num. 10. fundamentum, n. 11.12 16. 19 & 20. diruuntur, numero 13 14 15. 17.18. & 21 Aliorum distinctiones, numero 22. & 23 reiiciuntur, n.24.*

4 *Legitimatus per subsequens matrimonium promoueri potest ad episcopatum. n.5.*

5 *Legitimatus per subsequens matrimonium succedit in feudo, vel emphyteusi, concessa pro se, & eius filiis ex, vel de legitimo matrimonio natis, numero 7.*

6 *Statuta, & vltima testatorum dispositiones, quo ad interpretationẽ à pari procedunt, n. 8.*

7 *Legitimatus per subsequens matrimonium dicitur vere, & proprie natus de legitimo matrimonio in dispositione statuti, n 7.*

8 *Dictio de, significat causam immediatam, num. 10. aliquando contra secundum subiectam materiam, numero 14.*

9 *Dictio ex, significat causam immediatam, n.12, aliquando contra, n. 13.*

10 *Qualitas adiecta verbo, debet iudicari secundũ tempus verbi, n.16. declara, nu. 17. & 18.*

11 *Verba testatoris debent intelligi vere, & proprie, nõ autem ficte, & improprie, n. 19.*

12 *Legitimatus per subsequens matrimonium non potest proprie, & vere dici natus de, vel ex legitimo matrimonio, numero 20.*

13 *Spurius non potest legitimari per subsequens matrimonium, numero 25.*

14 *Legitimatus per subsequens matrimonium non excludit substitutum, quando testator dixisset, & si hæres meus decesserit sine filiis legitimis, & naturalibus, & natis, ex legitimo matrimonio, numero 26.*

15 *Geminatio verborum habet maiorem emphasim, & operatur maiorem effectum, n. 27. & demonstrat precisam voluntatem, num. 28. & requirit veritatem, & non fictionem, num. 29. media, num. 27. 28. 29 & 30. contra, numero 35 fundamentum, n. 36. & 37.*

16 *Verba testatoris debent aliquid operari, ne superflua reddantur, num. 30.*

Idem, in verbis statuti, numero 31.

In verbis legum, numero 32.

In verbis contractuum, numero 33.

Et in verbis quarumcunque dispositionum, numero 34.

17 *Legitimatus per subsequens matrimonium dicitur vere, & proprie natus ex legitimo matrimonio iuris præsumptione, non autem fictione, numero 37.*

18 *Dictio seu, est disiunctiua, n. 38. & in voluntatibus stat copulatiue, & augmentatiue, nu. 39.*

19 *Dictio, &, resoluitur in disiunctiuam, quando cadit inter genus, & species, numero 40.*

Idem ex præsumpta mente disponentis, num. 41.

20 *Argumentum superfluitatis est leue, & infirmum, numero 42.*

21 *Testatores solent plura adiicere, quæ abundant, numero 43.*

22 *Testatoris a verisimili mente non est recedendum propter inculcationem verborum, numero 44.*

23 *Verba in testamentis, aliquando quo ad vim, & effectum sunt supervacua, numero 45.*

24 *Verba testatoris solent impropriari, ne sint superflua, numero 46.*

25 *Verba in testamentis ne sint superflua, aliquando impropriissime accipiuntur, numero 47. ita vt magis habeant inducere fideicommissum, quam superflua reddi, numero 48 & multo fortius deberent illud extenuare, ne superflua appareant, numero 49.*

26 *Legitimatus per subsequens matrimonium excludit substitutum, etiam quod matrimonium fuisset contractum in mortis articulo, numero 54.*

QVÆSTIO LXVI.

VTrum † legitimatus per subsequẽs matrimonium excludere habeat substitutum? Resp. distinguendo plures casus: 1
Primus erit, quãdo † testator substituisset heredi, quando decesserit sine filiis legitimis, & naturalibus; quia tunc filius naturalis legitimatus per subsequens matrimonium deficere facit cõditionem, atq; ita substitutum excluderet, *Menoch. lib. 4 præsumpt part. 2. præsumpt 81. num. 2. Iason in l. sed est quæsitum, num. 11. ff. si quis caut. Felin. in capit. in præsentia, num. 39. extra de probat. Dec. consi. 155. num. 2. Rip. in rub. ff. si cert. pet. num. 3. Paris. consi. 13. num. 40. vol. 2. Couarr. in epit. de sponsal. part. 2. capite 8 § 2, in fin. Aniall. consi. vlt. num. 47. volu. 2. Paul. de Castr. in l. vlt. C. de his, qui ven. æta. impetr. Anton. Gabr. libr. 6. concl. tit. de legitimatione, concl. 1. nu. 32.* & 33 vbi testatur communem * opinionẽ, *R.p. in l. si vnquam, num. 86. C. de reuoc. donat. Sforz. Odd. in tracta. compend. par. 6. art. 6. vers. an legitimati, n 4.* & 5. vbi ait ita omnes * concludere. *Crass. in § fideicommissum quæstio. 38. num. 4, in fin. Hondede. cons. 32. nu. 44. & cons. 64. num. 1. & cons 67. num. 8. Alex. Trentac. in tract. subst. par 4. c. 7 sub n. 41.* 2

Ampla, vt procedat, etiam quãdo † subsequutum matrimoniũ non fuisset verum matrimoniũ, sed putatiuum, *Curt. Iun. cons. 27. n. 6. & 8. Menoch. d. p 4 sum. 81. n. 3. Ant. de Butr. in capit. quod nobis, col. fin. ver perstam, extra qui filii sint legit. Anton. Thesaur. decis. Pedam. 196 numero 7. Hieron. a Lauren. decis. Auen col. 1. Menoch cons 622. n. 2. vol. 7. Alex. Trentac. in d. c. 7. n. 56.* 3

Secundus erit, quando † testator dixisset, & si hæres meus decesserit sine filiis, ex, vel de legitimo matrimonio natis, tunc substituo Caium; quia talis legitimatus excluderet substitutum, *Paul. de Cast. q. in l. vlt. C. de his qui ven. æta. impetr. Iason cons. 178. numero 6. vol. 4. Dec. in rub. ff. si cert. pet. numero 3. & in capit. cum in cunctis, in prin. num. 12. extra de electio. & consil. 151. colu. penult. ver. sed tamen his non obstantibus, Couarr. in epit. de sponsal. part. 2. cap. 8, § 2. in fin. Sforz. Odd. in tract. compend. part. 6. artic. 6. vers. an legitimati, nu. 6. vers. ego teneo, fo. 170. Imol. in cap. innotuit, colum. 2. versic. & nota ex hac glo. extra de electio. Dec. cons. 624. num. 7. & cons. 626. num. 4. Marsil. sing. 542. quem refert Menoch. consi. 225. num. 9. vol. 3. Alciat. resp. 501. num. 1. R.p. in rubr. ff. si cert. pet. nu. 3. vbi etiam Ioan. Bolognett. n. 13. Soc. Iun. consil. 39. numero 40 lib. 3 Cephal. cons. 542. n. 21. lib. 4. Anguissol. cons. 74 num. 9. Menoch. cons. 227 num. 13. & 21. Bursa. cons. 10. num. 6. & cons 18. num. 3. Menoch. d. præsum. 81. num. 4. Ant. Gabr. d. concl. 1. num. 34. Mo-* 4

34. Molin. lib. 3. de Hisp. primogen. capite 1. numero
* *10.* vbi testatur communem * opinionem, *Crass. in*
§ fideicommissum, quæst. 38. sub numero 5. vbi testatur
* hanc esse magis communem * æquiorem, & beni-
gniorem opinionem, *Emanuel Soarez. comm. opin.*
in ver. legitimatus, Celsus Hugo, cons. 119. n. 20. & cons.
88. *numero 4.*

5 Mouemur primo, per † tex. *capit. cum in cunctis,*
iuncto capite innotuit, extra de electio. vbi promo-
uendus ad Episcopatum, debet esse natus de legi-
timo matrimonio, & tamen per subsequens ma-
trimonium legitimatus, promoueri potest, *Ant.*
Gabr. lib. 6. concl. tit. de legitimat. concl. 1. numero 21.
Franc. Mantica, de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 2. nu-
* *mero 2.* vbi testatur communem * opinionem, *Dec.*
cons. 155. nume. 3. in fin. ergo in casu nostro, legitima-
tus dicitur de legitimo matrimonio natus, & con-
sequenter de eo sensisse videtur testator, ad substi-
tuti exclusionem.

6 Secundo, quia † talis legitimatus censetur im-
mediate natus ex legitimo matrimonio, quod lex
ipsa præsumit ab initio contractum fuisse inter e-
ius parentes, *l. cum quis, vers. neq; enim, C. de natur.*
liber. Alciat. lib. 3. de ver. signific. n. 12. & 13 ergo legi-
timatus dicitur vere, & proprie, & immediate na-
tus ex legitimo matrimonio.

7 Tertio, quia † legitimati per subsequens matri-
monium succedunt in feudo, vel emphyteusi con-
cessa pro se, & eius filiis ex, vel de legitimo matri-
monio natis, *Clar. in § feudũ, quæst. 83. vers. sed quid*
si feudum, Isern. in c. 1. § naturales, nu. 8 si de feud. fuer.
controu. inter dom. & vass. vbi etiam Prapos. nume. 4.
& Affl. in 5. & vlt. not. numero 12 23. & 68. testatur
* communē * opinionem, *Prapos. in cap. tanta, quæst.*
11. & in cap. per venerabilem, nu. 63. extra qui filii sint
legit. mens Abb. in d. c. tanta, numero 7. Ias. consi. 168.
n. 6. lib. 4. Siluan. cons. 3. num. 27. & 28. Aperno, consi.
10. numero 10. Rip. in l. ex facto, § si quis rogatus, el. 1.
num. 47. ff. ad Trebell. ergo etiam videtur in nostro
casu, testatorē sensisse de legitimato per subsequēs
matrimonium.

8 Quarto, quia à pari procedunt, quo ad † inter-
pretationem, statuta, & vltimæ testatorum dispo-
sitiones, *Bal. in l. penul. col. pen. vers. quæro id in ver-*
bis legis, C. de verb sign. Bart. in l. 1. in fin. ff. de reg. Ca-
ton. Curt consilio 5. numero 18. Soc. Inn. consilio 181.
9 *numero 38. lib. 2.* Atqui, in † dispositione statuti,
legitimatus per subsequens matrimonium, dici-
tur vere, & proprie natus de legitimo matrimo-
nio, *Butr. in cap. per venerabilem, numero 17. vers. a-*
lius est effectus, extra qui filii sint legitimi, Ruin. cons.
92. numero 14. lib. 3. Prapos. in d. capite per venerabi-
lem, § quid autem, numero 104. Anall. cons. vlt. numero
45. lib. 2. Natt. cons. 124. numero 28. lib. 3. Siluan. cons.
3. numero 50. Anguissol. cons. 74. numero 9. Alciat. lib.
3. de verb. sign. numero 13. vers. in dispositione quoque;
ergo idem dicendū erit in dispositione testatoris.

Licèt alii tenuerint contrariam sententiam, vt
10 † legitimatus per subsequens matrimonium non
habeat excludere substitutum, & in his fuit *Bal. in*
l. Gallus, § si eius, in fin. ff. de lib. & posth. & cons. 206.
lib. 2. & cons 367. lib. 7. Ruin. cons. 92. n. 13. & 16. lib. 3.
& in d § si eius, n. 88. Curt. Iun. cons. 64. nume. 12. Al-
ciat. resp. 507. Soc. Iun cons 77. numero 14. lib. 3. & cons.
32. nu. 7. lib. 4. Natt. cons. 602. num. 9. Cephal. cons. 82.
lib. 1. & consi. 276. lib. 2. & cons 364. numero 23. lib. 3.
Anall. cons. vlt. n. 38. lib. 2. Decian. cons. 88. n. 12. lib. 2.
Peregr. de fideicomm. art. 24. n. 46. Franc. Mantica,
de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 12. nu. 17.

Moti primo, quia † dictio *de*, significat causam 11
immediatam, seu propinquam, *l. 1. § emancipatus,*
ff. de coniungen. cum emancip. libe. Bart. in l. prætor ait,
§ 1. in fin. ff. de bon. auth. iud. poss. & in l. 1. § ex incēdio,
ff. de incend. ruin. & naufra. Bald. in l. non dubium,
in 5. not. C. de legib. & in l. de pecoribus, vers. istē dictio,
C. ad l. Aquil. & in l. eo tempore, § vlt ff. de pecul. Imol.
in l. si finita, colum. 1 ff. de dam. infecto, Paul. de Castr.
cons. 164. vol. 2. Corn. cons. 290. colum. penult. in litera
C libro 3.

Itemque † dictio *ex*, significat causam immedia- 12
tam, *l. eo tempore, ff. de peculio, Bartol. in l. 1. § ex incen-*
dio, ff. de ruin. & naufrag. l. qui liberis, § hæc verba,
vbi Franc. Aret. ff. de leg. 1. Collecta in cap. quod dile-
ctio, numero 3. extra de consang. & affin. Bart. in l. 1. § si
plures, colu. 4. vers. expeditus de opp. ff. de exerc. act.
& in l. liberorum, col. 5. vers. præterea probatur, ff. de
verb significat. Riminald. Iun cons. 786. n. 13. & consi.
744. num. 4. vol. 7. & cons. 97. numero 18. & consi. 13.
n. 262. vol. 1. Atqui legitimatus per subsequens ma-
trimoniū dici non potest immediate natus ex ma-
trimonio legitimo, ergo iste legitimatus nō est ta-
lis, vt possit excludere substitutum.

Sed resp. primo, quod etiam secundum subie-
ctam materiam, illę † dictiones, *de*, & *ex* significant 13
causam mediatam, & remotam, vt de dictione ex,
scriptum reliquit *Alex. in l. sed, & si plures, § in arro-*
gato, nume. 9 ff. de vulg. & pupill. substit. Ruin. consi.
106. numero 8. vol. 1. Bart. in l. 1. § ex incendio, ff. de in-
cendio, ruin. naufrag. & in l. aditio, ff. de acquir.
hered. & in l si pupillus, ff. de vulg. & pup. subst. &
in l. cum filius, ff. de leg. 3. & in l. si finita, § 1. ff de
dam. infe. & in l. prætor ait, § 1. ff. de bon. author. iud.
poss gloss 1. l. apud Trebatium, ff. de aqua pluu. arce.
l. 1. & l. cum ex causa, C. de inoff. testam. Auth. ex cau-
sa, vbi Corn. colum. 2. versic. nota quod præpositio ex,
C. de liber. præter. l. ex falsis, C. de transact. capite 1. vbi
Ant. in vlt. not. extra de cler. pugn. in duell. glo. in vers.
ex eius substantia, l. cum oportet, vbi etiam Bart. col.
1. versic. quæro ergo qualiter, Cod. de bon. quæ liber.
Fulgos. cons. 33. colum. 3. vers. illud porro, Tiraq. cessan-
te causa, limit. 20. numero 30. Corn. cons. 144. col. 2. in
litera O. lib. 1. Et † de dictione *de*, docuit *Bart. in l. si* 14
finita, § deinde, ff. de dam. infect. Capra cons. 22. num.
10. Ias. in l. non dubium, numero 24. C. de legib. Me-
noch. cons. 227. numero 63. volum. 3. & d. præsum. 81.
numero 16.

Resp. secundo, quia cum † lex præsumat inter 15
parentes, iam contractum fuisse matrimonium,
quod solo consensu contrahitur, vere & proprie
censetur filius iste natus, & procreatus de, & ex
legitimo matrimonio, *Menoch. d. præsum. 81. n. 15. &*
d. cons. 227. n 57. & 58.

Secundo, quia † qualitas adiecta verbo debet 16
iudicari secundum tempus verbi, *l. in delictis, § si*
extraneus, ff. de noxal. l. Titius, ff. de milit. testamen.
Surd. decis. 57. nu. 6. Atqui testator requirit, quod
illa qualitas legitimi matrimonii adsit tempore
natiuitatis istius filii, quæ quidem non adest in le-
gitimato per subsequens matrimonium; ergo non
potest excludere substitutum.

Sed resp. primo quia sufficiet, quando illa † qua- 17
litas saltem aptitudine adesse possit, *arg. eorum, quæ*

notant.Io. Andr. & Gemin. in capite ei cui, in gl.2. de
prabe.lib.6.vbi præbenda, quæ deberet conferri sa-
cerdoti; poterit ei conferri, qui adhuc non est Sa-
cerdos; modo postea ad sacerdotiũ promoueatur,
Menoch.cõs.227.n.49.vol.3.ergo in casu nostro suf-
ficiet, quod adfuerit aptitudine matrimonium,
quod deinde subsequutum est, Menoch.d.præsump.
81.nu.17.vers.cæterum.
18 Secundo respon.quod † sæpius fauore personæ
qualitas adiecta verbo, non intelligitur secundum
tempus verbi, Alciat.lib.3.de verb.signific.n.13.vers.
sicut etiam, Menoch.d.consi.227 n 60. per c.fin.§ item
opponitur,22.quæst.2.& in d.præsum.81.nu.18.
19 Tertio mouentur, quia † verba testatoris debẽt
intelligi vere, & proprie, non autẽ ficte, & impro-
prie, l.non aliter, ff de leg.3.l.si alii, ff.de vsufru. lega.l.
20 fin.C.de his qui ven.ætat.impetr. Atqui † legitimatus
per subsequens matrimonium, non potest vere, &
proprie dici natus de, vel ex legitimo matrimonio,
Ant.Thesaur.decis.Pedam.196.n.4.Alex.cons 1.n.10.
lib.4.ergo non deberet excludere substitutum.
21 Sed resp.ex quo lex † præsumit, iam tẽpore pro-
creationis adfuisse matrimonii affectum, talis legi-
timatus dicitur vere, & proprie natus de, & ex le-
gitimo matrimonio, Menoch.d.cons.227.n.42.ver.
respondetur.
Et alii distinguunt, vt prima opinio procedat,
22 quãdo fuisset † institutus, & grauat⁹ filius testatoris;
secunda vero procedat, quãdo extraneus fuisset in-
stitutus, inter quos fuit Rum.in l.Gallus, § si eius, nu.
92 ff de lib.& posth.
23 Et alii aliter distinguant, vt prima locum † ha-
beret, quando filius naturalis fuisset legitimatus
per subsequens matrimonium; vel etiam spurius,
si ab ascendente fideicommissum relictum fuerit;
secunda vero locũ sibi vendicaret, quando fideicõ-
missum fuisset relictum ab extraneo, & in his fuit
Alcia.lib.3.de verb signific n.13.
24 Sed multifariam † reiiciuntur taliter distin-
guentes, vt per consultissimum Menoch d præsu 81.
25 num.21.& 22. præcipue, quia † spurius non poterit
legitimari per subsequens matrimonium, Ludou.
Sard.in tract. de natural.liber. tit. de legit. per verum
matrim.num.15.& 17.per § vlt. Auth. quib. mod. na-
tur.effician. legit. Ant.Gabr.d.concl.1.num.62 Bal.in
l.ex libera, C.de suis, & legit.Soc. Iun.cõs.31.n.44.vol.
2.Gul.Mayner.in l quoties idem, nu. 9 ff.de reg.iur.
Mantica de coniect. vlt.volunt.lib.11 tit.12.num.10.
Alex.Trentacinq.in tract.subst.par.4.c.7.n.47.Bald.
in l.eam quam, n.24. C. de fideicom.& in l.si qua illu-
stris, n.3.C.ad Orficianum.
26 Tertius erit casus, quando † testator dixisset, &
si hæres meus decesserit sine filiis legitimis, & na-
turalibus, & natis ex legitimo matrimonio, &
tunc legitimatus per subsequens matrimonium
non excluderet substitutum, Surd.decis.319.n.5.&
cons 1.n.19.volum.1. Menoch.d. præsum.81.nu.23.&
24.vbi testatur esse receptam * opinionem, à qua in
indicando, & consulendo non esset recedendum,
Bald.cons.367.lib.5. Butr.in c.per venerabilem, & in
cap.tanta, extra qui filii sint legit. Rum.cons.92.nu.14.
& 15.vol.3.Dec.cons.155.in fin.Soc.Iun.cons.63.n.18.
vers.confirmatur, lib.3.& cons.12.num.16.vol 4.Ru-
be.in l.Gallus, § quidam recte, n.169.vers.secundus ca-
sus, ff.de liber, & posth.Cephal. consi.82.n.29.& consi.
111.n.14.lib.1.& cons.276.n.29.lib.2. Cannet.in c.vo

lentes, in ver.sed quid si dictaret, in fin. Menoch.cons.
227.n.70.vol.3.Peregr.de fideicomm. art.24.numero
40.& 46.Franc.Mantica de coniect. vlt. volunt. lib.
lib.11.titu 12.numero 25.vbi testatur esse verissimã
opinionem, & non habere contradicentem, Me-
noch.cons.776.in princ.volum.8. vbi testatur cõmu-
nem * opinionem, à qua in iudicando non esset re- *
cedendum, Surd.consil.2 3.numero 18.lib.2.Berrett.
consil.118 numero 59.Riminald.Iun.consi.222.nume.
61.lib.2.Decian.cons.88.numero 15.lib.2.MarZar.in
opu.de fideicomm.quæst.30.versic.contrarium, Ber-
taZ. cons.52.numero 12.& 11.Crauett.consi.675.nu.
3.in fin.li.4. vbi testatur neminem * ab hac opinio- *
ne dissentire, Paseth consil.99. numero 7. Cephal.
consil.364.numero 33.libro 3. Bursa.consil.390.nu-
mero 50.volum.4.Thesaur.decis.196.numero 4.Zuc-
chard.in rub.ff si cert pet.n.3. Tum quia † geminatio 27
verborum operatur maiorem effectum, & habet
maiorem emphasim, Bartol.in l.cum scimus, num.7.
C.de agric.& cens.libr.11.Dec.cons.181.col 3.Soc.Iun.
consi.133.numero 5.libro 1.l.balista, ff.ad Trebell. Cra-
uett.consi.201.numero 42. cap.si quis iratus.1.quæst.
2.Becius, consilio 100.numero 17. Corne.consi 249.nu-
mero 4.& consi.267.num.11.lib.4.Dec.cons.1.nume.
6.vers. ista enim verba, & cons.23. numero 4. vers.
quinto, quia verba, & consi.60.numero 2.& cons.113.
numero 4.& consil.504.numero 9. & consil. 582.nu
mero 3.Curt.Sen cons.66.n.18. Marius Anguiss.consi.
66.num.7.& cons.139.num.2.Auall cons.61.num.4.
vol.3.& cons.67.numero 61.eod.volum. Et † demon- 28
strat voluntatem præcisam, & magis enixam, & de-
liberatam, Crauett.d.cons.201.n.42. Paris.cons.50.n.
15.vol.4.Natt.cons.110.num.4.& 5.l.cum pater, § fi-
lius matrem, ff. de leg.2. A petra de fideicomm. quæst.
1.nume.50.Rimin.Iun.consi.54.num.9. & consil.78.
num.67.vol.1.& cons.11.num.53.eod.volu. Crauett.
cons.1000.num.113.vol.6.Paseth.cons.98.n.12.Cephal.
548.num.16.vol.4.& cons.221 nu.6.volum.2. Auall.
cons.43.num.11.volum.4.& cons.99.n.58.eod.vol.&
cons.8.num.5.vol.1. Requiritque † veritatem, non 29
autem fictionem, Curt.Sen.cons.50.col.25.ver.tertio
comprobatur, Rum.cons.98.n.13.lib.2. Tum etiam,
quia † verba testatoris debent aliquid operari, ne 30
superflua reddantur, Franc. Mantica, de coniect. vl-
tim.volum.lib.3.tit.6.num.1.l.si quando, in princ.ff.
de leg.1.Bartol.in l.generali, § 1 ff. de vsufru.leg. Hon-
ded.cons.78 num.30.Soc.Iun.cons.99.num.15.libr.1.
& cons.89 num.15.lib.3.Paris.cons.1.num.45.libro 3.
Rimin.Iun.cons.802.num.8.vol.7. Sicut † etiam in 31
statutis, Crauett.cons.135.sub num.24.volu.1. Auall.
cons.61.nu.16.vol.3. Legibus, † gloss.& Baldus in l.1. 32
ff.de eo quod met.caus.Auall.cons.61.nu.18.volum.3.
Paris.cons.66.numero 9.vol.2.Soc.Iun.consi.6.nu.5.
vol.1.Auall.consi.28.num.31.vol.2.Mandos.cons.55.
sub num.24. Contractibus † Bal.in rub.C.de contr. 33
empt.& vend.Ioan.Franc.à Ponte, cons.63.num 55.&
cons.4.numero 40.Rimin. Iun.cons.805.numero 27.
vol.7.Bursat.cons.441.num.26.vol.4.& cons.161.nu-
mero 53.vol.2.Iacob.Berrett.cons.125.num.11. Hiero.
Gabr.consi.154.numero 10.volu.1. GeZZad.consi.74.
num.8.Marcabrun.ab Anguill.cons.112.nu.27.Lau-
ren.de Pinu, cons.85 num.15.Fab.Turrett.cons.72.nu-
mero 3.volum.1.Corbol.rub.de causa priuat.ob rei de-
terio.sub num.10.Natt consi.481.sub num.14.volu.3.
Surd.decis.271.numero 36.& decis.322.num.25. Et
† aliis quibuscunque dispositionibus, Marc.Anto. 34
Peregr.

Peregr. in tract. de fideicom. art. 3. nu. 17. Crauett. cons. 297. nu. 4. vol. 2.

Contrariam sententiam, vt etiam tunc substitu-
35 tus † excludatur, tenuit Sforz. Odd. in tractat. compend. part. 6. art. 6. ver. an legitimati, num. 7. versic. ego contrarium, Crass. in § fideicommissum, quaest. 34. numero 7. vbi eam testatur veriorem, Bursat. consilio 18. numero 26. volum. 1. Paris. consi. 13. numero 23. & 40. volum. 2. Caualcan. decisio. 106. numero 5. par. 3. vbi testatur eam esse magis communem* Malnas. cons. 30. numero 8. Morius Anguiss. cons. 74. Bursa. cons. 17. & 18. volum. 1. Cephal. cons. 541. vol 4. Simon de Prat. de interpret. vltim. volunt. lib. 3. dub. 3. solut. 3. num. 4. & 6. Alciat. cons. 501. Camill. Galin. in tractat. de verb. sign. cap. 17. nu. 11. & 17. vbi eam dixit rece-
* ptiorem * Osasc. cons. 61 num. 5. Bursa. cons. 10. num. 6. volum. 1. Franc. Vegius, consil. 52. numero 33. Decian. consil. 5. libro 1. Bolognett. & Rip. in rub. ff. si cert. pet. illo, numero 13. isto, nume. 3. Duenn. reg. 350. numero 8. Zanch. in l. heredes mei, § cum ita, part. 7. numero 49. versicul. nisi essent, ff. ad Trebell. Paris. cons. 63. n. 33. vol. 3. Petr. Ant. Anguis. cons. 74. n. 9. li. 6. Sebastian. Masse. in l. si is qui pro emptore, n. 164. versic.
36 primum fundamentum, ff. de vsucap. Tum quia † verba illa de legitimo matrimonio possent intelligi, prolata ad exclusionem legitimati per rescriptū; Per-
37 egrin. dicto art. 24. numero 40. in fine. Tum quia † legitimatus per subsequens matrimonium, dicitur vere, & proprie natus ex legitimo matrimonio iuris praesumptione, & veritate, non autem fictione, Alciat. resp. 501. Menoch. cons. 227. nu. 57. vol. 3. Ant. Gab. d. concl. 1. n. 19.

Et ad geminationem verborum respondent,
38 quod aut est † dictio, seu, quae est disiunctiua. Couarr. lib. 2. var. resol. c. 5. sub numero 10. per l. 1. § sublata, ff. ad Trebell. l. generali, C. de sacrosanct. eccl. Bald. Deci. & Rip. in cap. inter caeteras, extra de rescr. Menoch. consi. 327. nu. 63. & cons. 328. numero 21. & cons. 341. n. 1. & 2. vol. 4. Beccius cons. 42. n. 11. Cephal. cons. 400. num. 1. volu. 4. Fab. Turrett. cons. 95. numero 10. vol. 1. Bertaz. cons. 314. num. 3. lib. 1. crim. & non pos-
39 sunt dici verba geminata. Sed replicant quod † dictio, seu, in vltimis voluntatibus stat copulatiue, & augmentatiue, Menoch. consil. 797. numero 44. vo-
* lu. 8. vbi testatur communem * opinionem, l. si quis ita legauerit, ff. de auro, & argen. legat. Soc. in l. si is qui ducenta, § vtrū, col. 2. ff. de reb. dub. vbi testatur com-
* munem * opinionem Cremens sing. 56. Ias. in l. cum quidam, col. 2. de verb. signific. Alexand. consi. 193. colum. 2. libr. 2. Bart. & Albert. in d. l. si quis ita, idē Bar. in d. § vtrum, 6. oppos. gloss. in capit. ego Ludouicus, 63. distin. Bartol. in l. cum quis decedens, § vltim. ff. de legat. 3. Archid. in cap. statutum, § cum vero, colu. 1. de rescript. lib. 6. Ias. cons. 64. n. 2. lib. 1. Alciat. in l. sepe, ver. at cum, ff. de verb. sign. Ludou. Lusitan. in l. 1. col. vlt. ff. de reb. dub. Marcabrun. ab Anguill. consi. 97. nu. 89. Stracch. in tract. de adiecto, par. 4. numero 6. in
40 fin. Aut est † dictio &, & resoluitur in disiunctiuā, cum cadat inter genus, & species, Doct. in rub. C. de inst. & subst. & in l. 1. in prin. ff. de iust. & iure, Sf. Od.
41 in d. art. 6. ver. an legitimati, sub n. 7. Sicut † etiam ex praesumpta mēte disponentis, decidit Thesaur. decisio. Pedam. 189. n. 1. & 2. & docuit Illustriss. Mantica, de coniect. vlt. vol. lib. 4. tit. 8. sub n. 18.

42 Ex pariter respondent ad † argumentum superfluitatis, quod est leue, & infirmū, Alcia. in l. 3. n. 3. ff. leg. 1. Franc. Mantica de coniect. lib. 3. titul. 6. nume.
8. quia (inquit) testatores † sunt soliti multa adiice- 43
re, quae abundant, Menoch. consi. 778. n. 9. vol. 8. Et † 44
non est recedendum à verisimili mente testatoris propter inculcationem verborū, Dec. cons. 227. n. 9. Paris. cons. 73. n. 50. & 51. vol. 2. Et saepius † verba, e- 45
tiam in testamentis, quo ad vim, & effectum, sunt superuacua, l. Cornelius, ff. de hered. instit. l. talis scriptura, ver. quā igitur, ff. de leg. 1. Et solēt † impropria- 46
ri, ne sint superflua, l. fundus, qui locatus, ff. de fundo instr. Roma. in l. 2. ver. in testatore, C. de success. edit. & cons. 56. n. 4. Corn. cons. 237. n. 7. vol. 4. Soc. Iun. cons. 1. n. 21. vol. 3. & cons. 56. nu. 7. & cons. 75. nu. 19. & cons. 89. nu. 15. vol. 3. Paris. consi. 90. nu. 33. vol. 2. Natt. cōs. 484. num. 30. & 31. Sforz. Odd. consi. 2. nu. 7. Surd. in tract. de alim. tit. 2. quaest. 1. n. 39. & quaest. 15. numero 240. & decis. 195. num. 2. Quin imo etiam in † testa- 47
mentis improprissime sunt accipienda, ne superuacua reddantur, Cuma. in l. cum filio, per illū text. ff. de leg. 3. Felin. in cap. 1. n. 14. in fin. extra de rescr. Curt. Iun. cons. 25. n. 4. Alciat. cons. 75. n. 8. lib. 9. Mantica, d. tit. 6. num. 1. in fin. Surd. in tract. de alim. tit. 2. quaest. 15. n. 241. Ita, vt † magis habeant inducere fideicō- 48
missum, quā superflua reddi, Franc. Mantica, d. lib. 3. tit. 6. nu. 2. Grat. cons. 126. nu. 24. & 25. vol. 2. Rum. cons. 35. num. 4. vol. 2. A Petra de fideicomm. quaest. 9. num. 248. Soc. consil. 250. n. 2. in prin. volum. 2. Alciat. cons. 497. num. 2. Et multo fortius deberent † illud 49
extenuare, & extinguere, ne superflua redderentur, Grat. cons. 126. num. 25. & 26. volu. 2. Ruin. cons. 35. n. 4. & 5. vol. 2.

Quartus casus erit, quando † testator dixisset, 50
& si decesserit sine liberis ex legitimo matrimonio, absque illo participio, natis, & tunc legitimatus per subsequens matrimonium excluderet substitutū, Menoch. d. praesu. 81. n. 25. Rum. in l. Gallus, § si eius, n. 95. ff. de lib. & posth.

Quintus erit casus, quādo † testator dixisset sine 51
filiis ex legitimo matrimonio procreatis, & tunc legitimatus per subsequens matrimoniū excluderet substitutum, Menoch. d. praesum. 81. n. 26. Rum. in d. § si eius, nu. 96.

Idem, si † testator dixisset, & si decesserit sine fi- 52
liis ex legitimo matrimonio cōceptis, & natis, Menoch d. praesu. 81. n. 26. in fi. & cons. 215. n. 4. vol. 3.

Sextus erit casus, quando † testator dixisset, & si 53
decesserit sine filiis natis, ex legitimo matrimonio; quia filius conceptus ante contractum matrimonium, sed natus post cōtractum, excluderet substitutum, Menoch. d. praesumpt. 81. num. 27. Alex. cons. 5. num. 3. lib. 7. Rum. in l. Gallus, § si eius, nu. 97. ff. de liber. & posth. & cons. 92. nu. 13. lib. 3. Socin. Iun. consil. 12. num. 17. lib. 4. Mantica, d. tit. 12. num. 26. Cranett. cons. 675. numero 26.

Extende omnes praedictos casus, in quibus con-
clusimus † legitimatū per subsequens matrimoniū 54
excludere substitutum, procedere, etiā quod matrimonium fuisset contractum in mortis articulo; quia non praesumitur ex hoc, in fraudē contractū, nisi aliis legitimis coniecturis, & praesumptionibus fraus ostenderetur, Menoch. libro 4. praesumpt. part. 2. praesump. 81. n. 28. & 29. vbi testatur communem
* opinionem, Rum. cons. 78. n. 7. lib. 3. Paris. cons. 13. *
n. 68. & cons. 14. num. 35. vol. 1. Curt. consi. 26. num. 9. Berous, in cap. in praesentia, num. 204. extra de probat. Couarr. in epitom. de sponsal. par. 2. capit. 8. § 2. num. 8.

*Hieron. Gabr. conf. 24 num 3. libro 1. Sarmte. in l. 1. fe-
lect. interpret. cap. 6. nu 8. Sforz. Odd. in tractat. com-
pend. part. 6. art. 6. ver. an legitimati, numero 6. in fin.
Rip. in l ex facto, § si quis rogatus, num. 48. ff. ad Tre-
bell. Bal conf. 319. nu. 3. vol. 4. Ant. Gabr. lib. 6. concl.
tit. de legitim. concl. 1. nume 18. & 59. Tiraquell. in l. si
vnquam, in verb. susceperit liberos, numero 73. C. de
renoc donat. Franc. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 11.
tit. 13. nu. 2. & 5.* vbi testatur communem * opioio-
nem, *Peregr. de fideic. art. 24. sub nu. 59* vbi testatur
hanc esse veriorem sententiam, *Crass in § fideicom-
missum, quaest. 38. nu. 6.* vbi testatur hanc esse magis
communem * opinionem, *Bursat conf. 40. n. 70. lib.
1. Menoch. conf. 350 num. 33. volu. 4. Alexand. Tren-
tacinq. in tract. subst. part. 4. cap. 7. nu. 42. circa fin.* vbi
testatur hanc esse communem * & veriorē opinio-
nem. Quicquid dixerit *Hondede. conf. 32 nume. 45.
Ruin. conf. 163. num. 7 libr. 3. Alcia conf. 616. num. 4.
Cephal. conf. 239. n. 9. lib. 2. Menoch. conf. 108. n. 25. lib.
2. & cōs. 226 n. 87. & 88. vol. 3. & conf. 580 n. 2. vol. 6.*

55 Et restringe, vt non procedant, si † testator ex-
presse dixisset, quod de legitimatis quomodocun-
que non intelligebat, *Sforz. Odd. d. art. 6. numero 7.
ver. quae omnia, Ioann. Delect. de arte test. tit. 15. in fin.*

56 Alias † extensiones, & restrictiones videre po-
teris, in mea *2. cent. feud. art. 1.* hic non repeto, suffi
ciet designasse locum.

ARGVMENTVM.

Vtrum substitutus sub conditione, si grauatus sine liberis decesserit, habebit necesse probare, eumdem grauatum sine liberis decessisse?

SVMMARIVM.

1 *Substitutus sub conditione, si sine liberis decesserit, vtrum debeat probare grauatum sine liberis decessisse, distinguūtur quinque casus, numero 1. 2. 3 4. 5 6 7. & 8.*

2 *Facta non praesumuntur, nisi probentur, n. 3.*

3 *Probandi onus ei, qui agit, incumbit, n. 8.*

QVAESTIO LXVII.

VTrum substitutus sub cōditione, si gra-
uatus sine liberis decesserit, habebit
necesse probare eumdem, sine liberis
1 decessisse? Respon distinguendo † a-
2 liquos casus: primus erit, quando † substitutus a-
geret, dicens ipsum grauatum sine filiis decessisse,
& ex aduerso non obiicitur, quod liberos suscepe-
rit; quia tūc substitutus admittetur, absq; necessi-
tate probandi conditionem illam extitisse, *Franc.
Mantica, de coniect. vlt. vol. libro 11. tit. 4. numero 6.
ver. nam primus, Soc. Sen. in l. qui duos § cum in bel-
lo, num. 4. & 5. ff. de reb. dub. Ias. in l. is potest, num. 86.
ff. de acquir. hered. Dec. conf. 578. in princip. & consil.
652. num. 7. Alciat. de praesumpt. reg. 1. praesum. 49. nu.
5 & conf. 160. num. 1. lib. 9. Conarr. lib. 2. var. resol. cap.
6 sub num. 6. & cap. 7. num. 6. ver primus, Masc. vo-*
3 *lum. 3. de probat. concl. 1344. n. 13.* Quia † dicta prae-
sumptio, quod quis fuerit mortuus sine filiis, con-
gruit primo naturali statui hominis, cū habere li-
beros praesupponat ductionē vxoris, vel cōcubinae,
quod est facti, & facta non praesumūtur, nisi pben-
tur, *Nat. conf. 395. n. 7. Rip. in l. ex facto, § si quis autē,
n. 9 ff. ad Trebell. l. 1. C. de probat. l. assenerato, C. de nō
num pecun. Bar in l. si prius, n. 17. ff. de noui op. nūt. l. in
bello, § facta, ff. de capt. & postl. reuers. Mascard. vol. 1.
de prob. concl. 343 n. 6.*

Secundus erit casus, quando † substitutus agit, 4
& fatetur ipsum grauatū filios suscepisse, sed dicit
eos simul cū patre periisse ruina, incendio, aut nau-
fragio, & tunc si id probauerit, absq; dubio obtine-
bit, *Franc. Mant. d. t. 4. n. 6. ver. secūdus casus*, vbi te-
statur hanc esse magis comm. * opin. *Alber. Cuma.
Imo. Alex. Hercul. & Rip. in d. § si quis autem, Conar.
d. c. 7. n. 6. ver. secundus*, vbi dicit magis communē *
opinionem, *Mascar. d. concl. 1344. n. 15.* vbi testatur
hanc esse magis communem * opinionem.

Tertius erit casus, quando † substitutus agit, di- 5
cens institutum decessisse sine liberis, nec fatetur
eum liberos habuisse, sed aduersarius, qui possidet
opponit, & probat grauatū liberos habuisse, quos
etiā contendit patri superstites fuisse, & tūc substi-
tutus nō obtinebit, nisi probauerit filios ante patrē
decessisse, vel simul cum eo periisse, *Frāc. Mant. d.
t. 4 n 6. ver. tertius casus, Conarr. d. c. 7. n. 6. ver. terti-
us, Imo Alber. Cum. Alex. Hercu. & Rip. in d. § si quis
autem, Mascar. d. concl. 1344. n. 14.*

Quartus erit casus, quando † agit substitutus, & 6
probat grauatū, & eius filios decessisse non simul,
sed diuersis in locis, aut variis casib⁹, nec probat pa-
trē superstitem fuisse, & tunc nō poterit obtinere,
sed possideos debebit absolui, licèt nō dixerit gra-
uatum filios habuisse, nec docuerit filios ante pa-
trem occubuisse, *Franc. Mantica, d. t. 4. nu. 6. vers.
quartus, Conarr. d. c. 7. nu 6. ver. quartus, Imo. Cuma.
Alex Hercul. & Rip. in d. § si quis autem, Mascard. d.
cōcl 1344. n. 16.* Quicquid dixerit *Bar. & Soc. in l qui
duos, § cū in bello ff de reb. dub. Alciat. in tract. praesu.
reg. 1. praesumpt. 49.*

Quintus erit casus, quando † substitut⁹ possidet, 7
& tanquam defecta conditione conuenitur, & tūc
actor habebit necesse probare, non solum grauatū
liberos suscepisse, sed etiā eos patri superuixisse, et-
si substitutus conuentus non probauerit filios prae-
decessisse, *Frāc. Mantica, d. t. 4. n. 6. ver. quintus, Co-
narr. d. c. 7. n. 6. ver. quintus, Bar. in d. § cum in bello, I-
mol. & Pau. de Cast. in d § si quis autē, Ant Gabr. lib.
1. concl. 1. de prob. concl. 6. n. 27. Io. Crot. in c. Raynutius,
col. 12. extra de test. Masc. vol. 3. de probat. concl. 1344.
n. 13 Pau. de Cast. conf. 388. n. 8. vol. 1.* Quia ei † qui a- 8
git incumbit onus probandi, *l. verius, ff. de probat.
Bal. in l. ab eo, col. 3. C. quomodo, & quando iudex.*

ARGVMENTVM.

Quid sit fideicommissaria substitutio?

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissaria substitutio, quid est, num. 1. 2. 3 4. 5. 6. & 7.*

2 *Fideicommissaria substitutio, est illa per quam quis hereditatem de manu heredis capit, n. 2.*

3 *Fideicommissaria substitutio, est illa per quam quis vocatur ex dispositione defuncti oblique seu mediante persona alterius ad hereditatem, vel rem singularem hereditatis.*

4 *Fideicommissaria substitutio, est illa, per quam imponitur onus heredi, vt hereditatem alteri restituat; numero 4.*

5 *Fideicommissaria substitutio, est quaedam substitutio obliqua, per quam fit hereditatis, vel quota restitutio, & per quam quis efficitur, tanquam heres.*

6 *Fideicommissaria substitutio, est subrogatio in locū alterius, aliquo modo per vltimam voluntatem facta, numero 6.*

7 Fidei-

7 *Fideicōmiſſaria ſubſtitutio, eſt ſubſtitutio obliqua, per quā teſtator à perſona honorata, aliquid alteri reſtitui iubet.*

QVÆSTIO LXVIII.

1 QVid ſit † fideicommiſſaria ſubſtitutio?
2 Reſp. eſſe illam per † quam quis hæreditatem de manu hæredis capit, *Sforz. Od. in prælud. compend. par. 7. q. 1. in princ.*
* vbi fatetur eſſe communem * deſcriptionem.

3 Vel eſt ea † per quam quis vocatur ex diſpoſitione defuncti obliquè, ſeu mediante perſona alterius ad hæreditatē, vel rem ſingularem hæreditatis, *Petr. Gregor. par. 3. Syntagm. iuris vniuerſi, lib. 42. c. 28. nu. 4. fol. 556.*

4 Vel eſt † ſubſtitutio, per quam imponitur onus hæredi, vt hęreditatem alteri reſtituat, *Sforz. Od. in prælud. comp. par. 7. quæſt. 1. in fi.*

5 Vel eſt † quædam ſubſtitutio obliqua, per quam fit hæreditatis, vel quotæ reſtitutio, & per quam quis efficitur tamquam hęres, *Bar. de Hacio, in tractat. ſubſt. cap. 6 n. 5.*

6 Vel eſt † ſubrogatio in locum alterius obliquo modo, per vltimam voluntatem facta, *Marc. Ant. Peregr. in tractat. de fideicomm. art. 1. numero 2.* vbi hanc diffinitionem dicit conſtare ex genere, & differentiis, & eſſe conuertibilem cum ſuo diffinito, iuxta regulas Dialecticorū in iure noſtro receptas, *l. 1. ff. de dolo, Cagnol. in l. omnis diffinitio, ff. de reg. iuris.*

7 Vel eſt † ſubſtitutio obliqua, per quam teſtator à perſona honorata, aliquid alteri reſtitui iubet, *Petr. Grego. part. 3. Syntagm. iur. vniuerſi, lib. 42. cap. 28. ſub num. 4.*

ARGVMENTVM.

Vnde dicatur fideicommiſſaria ſubſtitutio?

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſaria ſubſtitutio, vnde dicatur, numero 1. & 2.*

2 *Fiduciarius hæres, vt verè dicatur, quatuor requiruntur, numero 3.*

3 *Fiduciarius hæres non detrahit Trebellianicam, numero 4.*

4 *Fideicommiſſaria hæreditas, eſt ſucceſſio in vniuerſum ius defuncti, per modum obliquum, numero 5. & 6.*

5 *Fideicommiſſaria, an propriè dicatur ſubſtitutio, remiſſiue, numero 8.*

QVÆSTIO LXIX.

1 VNde † dicatur fideicommiſſaria ſubſti-
2 tutio? Reſp. fuiſſe † dictam à fide hæredis, quam teſtator ſequitur, dum in eo de reſtitutione confidit, *Gul. Bene. in c. Raynutius par. 2. verſ. ſi abſq; liberis, el 2. tit. de fideicomm ſubſt. num. 1. extra de teſtam. Sforz. Od. in prælud. compend. part. 7. quæſt. 2. nu. 1. Marzar. in epit. de*
3 *fideicomm. par. 2. ſub num. 2.* Inde dicitur † hæres fiduciarius, qui vt verè talis ſit, quatuor requirūtur; primū quod fideicommiſſarius ſit de liberis teſtatoris; ſecundū, quod agatur de hæreditate, non de particulari re; tertiū, quod hæres ſcriptus ſit amicus teſtatoris, de quo fiduciā habuerit; quartū quod conditio fideicōmiſſarii præbuerit cauſam delationis; quia impubes, vel aliter male diſpoſitus, *Marc. Ant. Peregr. in tracta. de fideicomm. art. 3. nu.*
19. vbi ſubiicit, talem † hæredem non detrahere 4
Trebellianicam, nec fructus interim perceptos ſuos facere, ſed haberi vti cuſtodem, & miniſtrū, *Bal. in l. poſt mortem, num. 7. C. de fideicomm. & in rubr. C. de reuoc. his, quæ in fraud. cred. n. 14. l. Seius Saturninus, ff. ad Trebell. l. in fideicommiſſi, § cum Palladius, ff. de vſur. Gul. Bene. in d. tit. de fideicom. ſubſt. n. 1. in fi. l. ſi poſtulāte, in fi. ff. ad Trebell. Tiraq. in præfat. retract. conuent. in fi. fol. 806. l. certo cōditio, § 1. ff. ſi cert. pet.* Dicitur † fideicommiſſaria hæreditas, *Marc. Ant. Pe-* 5
regr. in tract. de fideic. art. 1. n. 1. & 2. vbi ait poſſe eam
diffiniri, quod eſt † ſucceſſio in vniuerſum ius de- 6
functi per modū obliquum, Et † fideicōmiſſum, 7
Gul. Bene. d. tit. de ſubſt. fideic. nu. 2. l. 2. ff. de legat. 1. l. & fideicommiſſum, ff. de legat. 3.

Vtrum, autem † fideicommiſſaria ſit propriè 8
ſubſtitutio, dixi in 1 *Cent. quæſt. 8. num. 13. adde Bolognett. in rub. ff. de vul. & pupill. ſubſtit. nu. 55. Alex. Tremacinq. in præfat. tract. ſubſt. nu. 23. verſ. altera eſt opinio. Va, qui in tractat. de ſucceſſ. progreſſ. libro 2. § 2. numero 10.*

ARGVMENTVM.

Quo iure fuit introducta fideicommiſſaria ſubſtitutio?

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſaria ſubſtitutio fuit introducta iure ciuili, num. 1. & quare, numero 12.*

2 *Reſtitutio fideicommiſſi, olim pudori hæredis ſolummodo commiſſa fuit, num. 2.*

3 *Hæres poterit hodie cogi officio iudicis hæreditatem adire, & reſtituere fideicommiſſario, num. 3. & poſt aditam cogitur actione perſonali ex teſtamento, numero 4.*

4 *Ceſſionarius fideicommiſſarii vniuerſalis, non poteſt cogere hæredem adire, & reſtituere, numero 5. ratio. numero 6. & 7.*

5 *Actiones paſſiuæ ex contractu transferri non poſſunt in alterum, numero 7.*

6 *Fideicommiſſum vniuerſale expirat, defuncto hærede ante aditam hæreditatem, numero 8. ratio, numero 9. nec videtur repetitum à venientibus ab inteſtato, numero 10. limita, num. 11.*

QVÆSTIO LXX.

QVo † iure fuit introducta fideicōmiſ- 1
ſaria ſubſtitutio? Reſp. iure ciuili, cū
antea ſolum pudori † hæredis cōmiſ- 2
ſa fuiſſet reſtitutio, *Craſſ. in § fideicom-*
miſſum, q. 1. vbi ait, ita omnes * teſtari, *
Pariſ. conſ. 61. vol. 2 Sfor. Od. in prælud. compend. par. 7. quæſt. 3. n. 1 § 1. Inſt. de fideicom. hæred. Gul. Bened. in cap. Raynutius, part. 2. ver. ſi abſque liberis, el 2. tit. de fideicom. ſubſt. numero 3. extra de teſtam. Peregr. in tract. de fideicom. art. 1. num. 6. l. 2. § poſt deinde,
ff. de orig. iur. vnde hodie † fideicommiſſarius pote- 3
rit cogere hęredē officio iudicis, hæreditatem adire, & reſtituere, *Pereg. de fideicomm. art. 2. nu. 65. l. cogi, l. quia poterat, l. ſed ſi actio, l. ſi legatus, l. omnes, ff. ad Trebell. § ſed quia, Inſtit. eod. Sforz. Odd. d. part. 7. quæſt. 5. verſ. ſecundus, Gul. Bened. d. tit. de fideicommiſſ. ſubſt. nu. 88. Craſſ. in § fideicommiſſum, quæſtio.*
46. in princ. & nu. 3. vbi ſubiicit, poſt aditam † hęre- 4
ditatem, ad reſtitutionē obtinēdam competere actionem perſonalē ex teſtamēto, *Ant. Gomez. var. reſol. tom. 1. cap. 5. num 15. Couarr. in cap. Raynutius, §*
10. num. 4. extra de teſtam. Non etiā † ceſſionarius fi- 5

deicommissarii vniuersalis, *Peregr. d. art. 2. nu. 52.* tũ
6 (inquit) quia † restitutio non fieret prout testator
disposuerit, per *l. mulier, § heres ex asse. ff. de iure dot.*
7 *Bart. in l. qui ita, § 1. ff ad Trebell.* tum quia iura †
passiua ex contractu in aliũ transferri non possunt,
Bald. in l. 2. oppos. 2. C. de pact. Ias. in l. 1. num. 84. ff. de
leg. 1. Natt. consi. 200. numero 3. Tiraquell. de retr. lign.
8 *§ 26. gloss. 1 num. 52.* Nisi enim † hæres adiret hære-
ditatem, postea decedens fideicommissum vniuer-
sale expiraret, *l. ille, à quo, § si de testamẽto, ff. ad Tre-*
bell. l. eam quam, C. de fideicom. § sed quia, Inst. de fi-
deicomm. hered. l. si nemo, ff. de testam. tut. l. si nemo, ff.
de reg. iur. Peregrin. d. art. 2. numero 12. quia (inquit)
9 hærede † non adeunte, non resultaret ille quasi
contractus, per quem hæres obligatur fideicõmis-
sariis, *§ heres, Instit. de oblig. quæ ex quasi contractu.*
10 Nec videtur † repetitum à venientibus ab intesta-
to, cum ex voluntate testatoris non succedant, sed
legis authoritate, & prouidentia, *Peregr. d. art. 2. n.*
11 *13. & 14.* nisi (inquit) in testamento † fuisset adie-
cta clausula codicillaris, vel fuisset relictum perso-
næ valde dilectæ, vel piæ causæ, vel aliis casib⁹, quos
ibi enumerat; & tunc repudiantibus his, qui sunt
in primo gradu successionis, videtur repetitum à
sequentibus, per *l. conficiuntur, l. si quis cum nullum,*
ff. de iure codicill.

12 Causa autem, quare ius † ciuile fideicommissa-
riam introduxerit, assignarũt, vt voluntas defun-
ctorum facilius exitum haberet: nam cum directò
post pubertatem, & aditam hæreditatem, ab insti-
tuto hæreditas auferri, & alteri dari nõ posset, fuit
inuẽtum vt potuisset fieri, per viam fideicommis-
sariæ substitutionis, *Alber. in rub. ff. de vulg. & pup.*
subst. num. 105. Curt. Iun. in rub. C. eod. Sforz. Odd.
in prælud. compen. part. 7. q. 3. in fi. Pau. Leon. in tract.
subst. in materia compendiose, n. 170.

ARGVMENTVM.

Quando Trebellianica detrahi posset?

SVMMARIVM.

27 *He-*

27 *Hæres debet computare in Trebellianicam, quacunque in quantitate, aut in re non hæreditaria habuerit à fideicommissario, non in figura expresse conditionis, n. 137.*

28 *Hæres imputat in Trebellianicam quod efficaciter retineret, non quod alteri, etiam post tempus restituere compellitur, num. 138.*

29 *Filius grauatus restituere fideicommissum pure, vnam tantum quartam detrahere poterit, nume. 139. & esset vtilius deducere Trebellianicā, quā legitimam, numero 140. secus, si conditionaliter fuisset rogatus, nu. 141. etiam si ob numerum liberorum pro legitima deduceretur semis, num. 142. contra, & male, nu. 143. ac etiam si fuissent rogati ascendentes restituere, num. 142. contra, & perperam, num. 144.*

30 *Trebellianica detrahi non potest in fideicommissis, etiam vniuersalibus, institutis in contractibus, numero 145. in maioratibus distinguitur, numero 146.*

31 *Hæres grauatus legatis particularibus, & vniuersalibus pure relictis, tantum detrahit de ipsis legatis particularibus, quantum de fideicommisso vniuersali, vt omnib. computatis integrā quartam consequatur, nu 147. secus si fuerint relicta sub conditione, n 148.*

32 *Trebellianica detrahi potest à legato, totius hæreditatis, vel quota eius, n 149.*

33 *Legata sunt exæquata fideicommissis, n. 150.*

QVÆSTIO LXXI.

INter alios effectus fideicommissariæ
substitutionis, ille præcipuꝰ est; quia
1 hæres vniuersalis† grauatur, de resti-
tuendo hæreditatem per fideicōmis-
sum, poterit retinere Trebellianicā,
Sf Od. in prælud. comp. par. 7. quæst. 3. n. 1. ver. tertius,
& cons. 65. n 72. Crass. in § Trebellianica, quæst. 3. nu.
1. & in § fideicommissum, quæst. 35. Marc. Anto. Per-
egr. in tract. de fideicom. art. 3 num. 4. vbi ait hoc esse
indubitatum, *§ sed quia, Instit. de fideicommis. hæred.*
Iason in rub. ff. ad Trebell. num. 3 Clar. in § testamen-
tum, quæst. 62. ver. tu scis, Ludou. Molin. lib. 1. de pri-
mogen. Hisp. cap. 17 num. 32. Franc. Mantica, de con-
iect. vlt. vol. lib. 7 tit. 11. num. 3. & tit. 2. n 6. Menoch.
lib. 4. præsum. part. 2. præsumpt. 188 num. 3. A Petra,
in tract. de fideicomm quæst. 15. num. 1. Bursa. consilio
221. nu. 27. vol. 2. Petr. Gregor. part 3. Syntagm iuris,
libro 42. cap. 31. numero 3. Hieron. Gabr. consi. 169.
sub n. 40. vol. 1. Matth. Brun. cons. 128. nu. 20. Cephal.
cons. 392. num. 10 vol. 3. Marius, Mantica, in tract. de
priuileg. militar. n. 237.
2 Est autē † Trebellianica, quarta eius, quod per
fideicommissum vniuersale restituitur, *Barba. cons.*
58. lib. 3. Dec. cons. 236. nu. 12. Hiero Gabr. consi. 93.
numero 8. Cephal. cons. 189. nu. 19. Paris. cons. 25. nu.
35. volum. 2. Peregr in tracta. de fide comis art. 3. nu.
* *2. & 3.* vbi ait hanc esse veram, & communem * de-
scriptionem, *Mant. d. t. 11 n. 1. Matth. Brun. cōs. 19. n.*
3 *8. cons. 128. num. 34* fuitque quartæ † Trebellianicæ
nomen adinuentum de iure canonico, cū iure ci-
uili appellaretur quarta pars bonorū ex Trebellia-
no, *Peregr. d. art. 3. numero 15 capit. Raynaldus, extra*
de testa. l. 1. § si hæres, ff. ad Trebell. Mantica, de coniect.
vlt. vol. lib. 7. tit. 11 n. 1.
Declara principalem cōclusionem primo, vt e-
4 tiā † bonorū possessor, qui loco hæredis est Trebel-
lianicam detrahere poterit, *Peregr. d. art. 3. sub n. 4.*
l. 1. § bonorum, ff. ad Trebell.
Declara secundo, vt etiā is, qui † quoquomodo 5
vniuersalis successor est, ex testamēto, vel ab inte-
stato per vniuersale fideicōmissum grauatus detra-
here Trebellianicā poterit, *Peregr. d. art. 3. sub n. 4. l.*
1 § de illo, ff. ad Trebell. l. filiusfamilias, ff. ad l. falcid.
Declara tertio, vt etiā is † qui ex persona hęredis 6
instituti factus fuerit hęres, detrahere poterit Tre-
bellianicam; veluti, pater per filium, dominus per
seruum, monasterium per monachū, *Pereg. d. art. 3.*
sub n. 4. l. cum filiofamilias ff. de leg. 1.
Declara quarto, vt etiam hęres † hæredis, in quē 7
transmittitur hęreditas grauata, poterit Trebellia-
nicam deducere, *Peregr. d. art. 3. sub n. 4. Bart. Bald.*
Salic. Paul. de Castr. & Corn. in l. quamquam, C. ad l.
falcid. Dec cons. 81. in prin. Paris. cons. 25 n. 29 lib. 2. &
cons. 8. lib. 3. Port. Imol. cons. 9. numero 7. Bursat. consi.
19. n. 37. vol. 1. Crass in § Trebellianica, quæst 3. n. 4 v-
bi testatur cōmunē * opinionē, *Anillaloh. in collecta.* *
com. opin. in verb. quarta. n. 3.
Declara quinto, vt etiā † fiscus, qui ab indigno 8
abstulerit hæreditatem grauatam, aut per publica-
tionē bonorū in rei iuribꝰ successerit, poterit Tre-
bellianicam deducere, *Peregr. d. art 3. sub n. 4. & de*
iure fisci, li. 5. tit. de publ. bonor. n. 79. Clar. in § fin. q. 78.
sub vers. item quæro nunquid, Natt. cons. 528. colum.
pen. Menoch. cons. 77. colum. vlt. Anall. cons. 31. n. 33.
vol. 1. Crass. in § Trebellianica, q. 3. in fin. vbi testatur
communem * opinionem, *Dec. cons. 442. n. 28. Boss.* *
in pract. crim. tit. de bonor. publ. n. 41.
Declara sexto, vt etiā † fideicōmissarius vniuersa- 9
lis Trebellianicā detrahere posset, cū hęres in eius
gratiā nō detraxerit, *Pereg. d. art. 3. n. 6. l. 1. § in de Ne-*
ratius, ff. ad Trebell. Ludou. Molin. lib. 1. de primog.
Hisp. c. 17. n. 31. vbi testatur cōmunē * opinionē, *E-* *
manuel à Costa, in c. si pater, par. 2. ver. Trebellianica,
n. 30. de testam. lib. 6 Crass. in § Trebellianica, q. 3. n. 7.
vbi testatur communem * opinionem, *Menoch.* *
cōs. 722. n. 45. vol. 8. Vel quando † hęres compulsus 10
adiuerit, *l. qui quadraginta, ff ad Trebel. l. Marcellus,*
& l. si patrem, § qui fideicōmissariā, ff. eod. Peregr. d. ar.
3. n. 6. vbi subiicit, pprie nō dici † Trebellianicā, sed 11
falcidiam, quam de legatis relictis ab † ipso hærede 12
coacto adire, detrahere posset; nō autem à fideicō-
missario, vel sibi substituto, per *l. 1 § si is qui, l. cogi, §*
Mecianus, & l. ex asse, ff. ad Trebell. Mantica, d. tit.
11. n. 3. Vel si † infra annum monitus non impleuit à 13
defuncto disposita, quo casu Trebellianicam amit-
teret, *Peregr. d. art. 3. n. 59. § si quis autem non implens,*
§ etsi vero nulla, Auth. de hæred. & falcid. Vel si fidem
35 Secunda erit coniectura, quando † alioquin minus dilecti anteponerentur magis dilectis; quia tunc in successione fideicommissi transuersalis vltra patruum, locus esset repræsentationi, *Menoch. d. præsum. 95. num. 34. & cons. 124. nu. 71. versic. quarto huic, lib. 2. Soc. Iun. consi. 116. num. 17. ver. secundo, lib. 1. Ruin. consil. 171. num. 8. ver. si ergo, lib. 2. & consi. 79. n. 14. ver. præterea testator, lib. 5.*

36 Tertia erit coniectura, quando † testator dixit, quod succedatur in stirpes, & non in capita; quia tunc præsumitur voluisse, quod filius ingrediatur locum patris, *Menoch. d. præsum. 95. num. 35. & con. 124. num. 66. in fin. vol. 2. Fulgos. & Corn. in Authen. defuncto, C. ad Tertull. Paul. de Castr. cons. 438. colu. vlt. ver. ad septimum, libr. 2. Socin. Sen. consi. 69. colu. 2. ver. ideo autem, & consi. 104. numero 5. ver. quia ista verba, lib. 3. Ruin. cons. 63. num. 9. lib. 3. Paris. cons. 36. num. 5. & cons. 38. numero 9. & cons. 91. nu. 95. & consil. 92. num. 68. lib. 2. Socin. Iun. cons. 116. nu. 17. lib. 1. & cons. 20. n. 9. ver. vel secundo, lib. 3. Hiero. Torniel. inter cons. Portii, Imol. consi. 51. numero 2. idem Port. cons. 55. num. 90. & 95. Bursat. cons. 67. num. 22. vol. 1. Crass. d. quæst. 11. num. 7.* vbi testatur hanc esse veram, & communem * conclusionem, *Cephal. cons. 600. numero 27. vol. 4. & cons. 489. num. 54. eod. vol.* 37 Quia † stirps ex pluribus diuersisque gradibus conficitur, & vnum corpus reputatur ex toto ipso genere; & ideo nulla est differētia inter paulò proximiorem, & paulò remotiorem, cum is paulò remotior ratione vnitatis æquetur illi proximiori, *Menoch. cons. 124. num. 67. vol. 2. & lib. 4. præsum. par. 2. præsu. 95. nu. 36.*

38 Quarta erit coniectura, quando † testator demonstrauit eamdem affectionem, tam erga filium fratris, quàm erga fratrem; quia tūc filius repræsentaret personam patris, vt concurreret cum patruo, *Menoch. cons. 224. n. 76. vol. 2. & consi. 357. n. 11. vol. 4. & d. præsu. 95. n. 37.*

39 Quinta erit coniectura, quando † fideicommissum fuisset relictum fratribus, & descendentibus eorum sub qualitate hæreditaria; quia tunc filius ingreditur locum patris, *Menoch. d. præsum. 95. num. 38. & consi. 200. num. 49. & 50. vol. 2. Alexand. cons. 26. numero 9. lib. 3. Curt. Iun. in l. 2. num. 14. C. de success. ed. Crauett. consi. 67. nu. 5. vers. & in terminis, Ruin. consil. 134. num. 15. lib. 2. Peregr. de fideicom. art. 21. num. 46.*

40 Sexta erit coniectura, quando † testator considerauit cuiuslibet hæredis lineam distributiuè, vt scilicet, ex qua linea existens succedat in stirpem, & non in capita, *Menoch. d. præsum. lib. 4. par. 2. præs. 95. n. 39. & cons. 200. n. 79. volum. 2. Soc. Iun. cons. 116. n. 23. ver. quarto comprobatur, lib. 2.*

Quando

41 Quando † autem fieret repræsentatio gradus, non dicitur corrumpi, sed repræsentari illemet gradus, quo pater repræsentatus succederet, *Menoch. d. præsum. 65. num. 5. & consi. 200. nu. 44. libro 2. Bald. in l. 1. C. de secun. nupt. Alexan. cons. 26. num. 10. & 14. lib. 3. Ruin. consi 63. col. 2. lib. 1. Soc. Iun. consil. 116. num. 28. lib. 1. Port. Imol. cons. 55. nu. 88. ver. sed osto, à Petra in tract. de fideicomm. quæst. 11. nu. 129. Conarr. pract. quæst. cap. 38. col. 2. Honded. consi. 70. num. 49. Hiero. Gabr. cons. 130. num. 32. & cons. 133. nume. 17. lib. 2. Benintend. decis. 88. num. 1. circa med. à Vall. consi. 68. num. 26. lib. 1. Ias. consil. 215. colu. 4. versic. alibi, libro 2.*

42 Semper tamen in dubio debebit iudicari † locum non esse repræsentationi, *Menoch. d. præsump. 95. nu. 3.* quia (inquit) repræsentatio fit ex quodam iure speciali, & extraordinario, *& cons. 200. num. 41. lib. 2. & consi. 269. nu. 61. ver. octauo, volu. 3. Iacob. Beluis. in § reliquum, Auth. de hered. ab intest. Bart. in l. post consanguineos, § 1. ff. de suis, & legit. Pau. de Cast. in Auth. post fratres, C. de legit. hered. Lofred. in paraphrasi feud. tit. de natura success. feud. vers. successio alicuius, fol. 49. Aret. in § cum filius, numero 8. & 9. Instit. de hered. quæ ab intest. defer.*

ARGVMENTVM.

Quid differat modus, & conditio, sub quibus fideicommissaria substitutio plerũque concipitur?

SVMMARIVM.

1 *Modus, & conditio in quibus differat, n. 1. 2. 3. 7. 49. 50. 51. 52. 53. & 54.*

2 *Conditio impleri debet ante emolumenti assecutionem, numero 2.*

3 *Modus posset impleri post emolumenti assecutionem, num. 3.*

4 *Modali ex dispositione statim competit actio, præstita cautione de modo implendo, n. 4.*

5 *Modo non adimpleto, quæ competant remedia fideicommissario, n. 5. & 6.*

6 *Conditio, quibus dictionibus cõcipiatur, n. 6. 12. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. & 33.*

7 *Conditio concipitur per dictionem Si, n. 7. declara, n. 8. 9. 10. & 11.*

8 *Conditio concipitur per aduerbium, cum, adiectum verbo futuri temporis, n. 12.*

9 *Dictio, si, & dictio, cum, in quibus differant, nu. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. & 21.*

10 *Modus quibus verbis concipiatur, nu. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. & 48.*

11 *Modalis potius dispositio præsumitur in dubio, quã conditionalis, nu. 55.*

QVÆSTIO LXXXVIII.



1 Quid differat † modus, & conditio, sub quibus fideicõmissaria substitutio plerunque concipitur? Respon. primò differre; quia † conditio impleri deberet
2 ante emolumenti assecutionem, *Surd. in tract. de alim. tit. 9. q. 16. nu. 55. Natt. consi. 372. n. 4. l. quæsitum, l. in conditionibus, § 1. ff. de cond. & demonstr. l. Thais ancilla, § Stichus, ff. de fideicomm. libert. Bart. in l. quibus, § Termilius, numero 9. ff. de cond. & demonstrat. Imol. in l. huiusmodi, in princip. ff. de lega. 1. Mantica, de coniect. vltim. volu. libro 10. titu. 9. numero 15. Bart. in l. cum tale, § Titius, numero 1. ff. de cond. & demonstrat. & in l. qui absenti, § 1. numero 2. ff. de acquir. poss. Bald. consil. 219. numero 5. vol. 2. Alexand. consil. 20. colum. 1. vol. 6. Aretin. consil. 93. numero 11. Ruin. cons. 26. numero 10. volu. 2. Paris. consil. 19. numero 257. vol. 2. Rimin. Iun. cons. 42. numero 128. volum. 1. Menoch. consil. 644. numero 6. vol. 7. & consil. 746. numero 40. vol. 8. Bonifac. Roger. consil. 19. numero 41. vol. 1. Surd. cons. 298. numero 2 vol 2. Cephal. consil. 551. numero secundo, volumin 4. & consil. 52. & cons. 269. numero 25. volum. 2. & cons. 19. numero vigesimoprimo, vol. 1. à Vall. consil. 63. numero 20. volu. 4.*

Modus † verò poterit postea impleri, *Marc. Ant. Peregr. in tractat. de fideicomm. art. 11. sub num. 113. l. quibus diebus, § Termilius, vbi Bart. numero 7. ff. de cond. & demonst. l. demonstratio, § fin. ff. eod. Pau. de Castr. cons. 5. in princ. volu. 1. & consi. 292. colum. 1. volu. 2. Crauett. cons. 59. nu. 1. Alex. cons. 119. col. 1. volu. 1. & consil. 20. col. 2. volu. 6. Grat. cons. 102. volu. 2. Dec. cons. 327. nu. 3. Ruin. cons. 26. nu. 10. vol. 2. Franc. Mantica, de coniect. vlt. vol. lib. 10. tit. 5. num. 16. & 17. Menoch. cons. 60. nu. 47. Canalc. in tract. de vsufruct. mul. relicto, nu. 117. & 118. Paul. Domen. & Franch. in cap. non potest, § illud, de praben. libro 6. Ruin. consil. 43. vol. 2. Menoch. lib. 4. præsum. part. 2. præsumpt. 91. num. 5 & præsum. 175. num. 10. & cons. 131. numero 2. 10. & 11. volum. 2. à Ponte, consi. 81. num. 16. Menoch. cons. 746. numero 41. volum. 8. & cons. 494. numero 8. vol. 5. & cons. 381. nu. 42. volu. 4. & cons. 262. numero 8 vol. 3. Hiero. Gabr. cons. 151. numero 27. volu 2. Surd. in tract. de alim tit. 5. quæst. 3. numero 19. Beroius, consil. 153. numero 2. volum 3. Natt. consil 375. numero 28.* 3

In tantum, quod † ex dispositione modali, vti pura, statim competeret actio, præstita tamen cautione de modo implendo, quando modus ipse respiceret fauorem hæredis, vel alterius, secus si ipsius fideicommissarii; aliàs agens exceptione doli repelleretur, *l. si is cui, & l. cum testamento. ff. de fideicommiss. libert. Bart. in d. § Termilius, numero 14. & 16. in fin. Iason in l. si quis cum debitore, numero 4. ff. de iureiura. l. Titio, in princip. ff. de condit. & demonstrat.* 4

Verumtamen, si modus † non fuerit impletus; quia fideicommissarius nollet, vel hæres repeteret fideicommissum, *l. 2. C. de his, quæ sub modo, l. si hæres, ff. de cond. ob causam, l. liberto, § Lucius, ff. de annu. leg. quam refert Surd. in tracta. de alim. tit. 9. quæst. 23. num. 7. Alex. cons. 127. num. 2. ver. adhuc videtur, vol. 7. & consil. 102. num. 6. vol. 1. Ruin. consi. 43. numero 8. vol. 2. Menoch. cons. 78 num. 17. vol. 1. Bald. cons. 219. col 2. ver. amplius considerandum, vol. 2.* Vel agere posset † ex stipulatione, vt modus impleatur, *l. si tibi, ff. de legat. 3. Bart. in d. § Termilius, sub num. 17. Menoch. consi. 381. sub num. 44. vol. 4. Zacchard. in l. 1. n. 173. C. de pact.* 5 6

Secundò differt, quia † conditio concipitur per dictionem, Si, *Mantica, d. tit. 5. numero 4. gloss. l. 1. ff. de cond. & demonstr. l. 1. C. de his, quæ sub modo. l. si Titio, ff. quando dies lega. cedat. Honded. consil. 6. numero 18. & cons. 16. numero 36. & cons. 34. num. 5. & cons. 60. num. 24. Menoch. consil. 15. num. 14. volu. 1. Petr. de Greg. par. 3. Syntagm. iuris, libro 42. cap. 10. sub numero 3. Marius Anguiss. cons. 129. n. 5 Grat. cõs. 26. num. 21. & cons. 43. num. 32. & cons. 50. num. 10. &* 7

consil.94.numero 5.vol.2.Fab.Turret.consil.2.nume.
15.volum.1.Surd.de alim.tit.5.quaest.3.numero 18.Bec.
cons.41.numero 26.Farin.quaest.38.num.16.Sarmien.
s:lect.interpr.lib.2.cap.3 num.3.vers.sed videamus.

8 Intellige primo, vt procedat, quando † respice-
ret verbum futuri temporis, siue ille futurus euen-
tus fuisset certus an, sed incertus quando, puta si
moriar gloss.l.in omnibus obligationibus, ff.de regul.
iuris, Bart.in l.1.sub numero 3.ff.de condit.& demon-
stra l.quibus diebus, § quidam Titio, ff.eodem, l.quod-
cunque, § fin.ff.de verb.oblig. Quicquid dixerit gloss.
l.si pupillus, § qui sub conditione, ff.de nouat. l.extra-
9 neum, C.de hered instit. siue † fuisset omnino in-
certus, l.1.C.de his, quae sub modo. Secus si ille futu-
10 rus † euentus esset certus omni certitudine; quia
tunc non faceret conditionem, Bart.in d.l.1.num.3.
ff.de condit.& demonstrat.l.si ita stipulatus fuero hanc
summam, ff.de verb.obligat.

11 Intellige secundo, vt dicta dictio, Si, † faciat con-
ditionem expressam, Bart in l 1.numero 7.ff.de con-
dition.& demonstratio. l.si Titio, ff.quando dies legat.
cedat.

12 Item, conditio † concipitur per aduerbium,
Cum, adiectum verbo futuri temporis, Bart.in l.1.
numero 8.circa finem, ff.de condit.& demonstrat.l.
qui promisit, ff de condit.indeb.l.quodcunq;, § penul.
ff.de verborum obligat Ruin.consilio 130.numero 10.
volum.2.

13 Differt autem dictio † Si & dictio Cum; primò,
qnia dictio Si, denotat principaliter conditionem,
& secundario tempus; at dictio, Cnm, denotat
principaliter tempus, & secundariò conditionem,
Bart.in l.1 numero 9.ff.de cond & demonstr.l.si Titio,
ff.quando dies legat ced. l.si quis legata, in princ. ff.de
condit.& demonstr.

14 Secundò differt, quia † stipulatio promittis, si
volueto, non valet, secus, si cum voluero, l.centesi-
mis, § fin ff.de verb.obligat.Bart.in d.l.1.sub numero
15 9.ff.de condit.& demonstr quia (inquit) in † primo
est conditio expressa per Si; in secundo est conditio
tacita per Cum, & expressa magis nocent, l.nonnun-
quam ff.de condit.& demonstr.

16 Tertio differt, quia † si promittis mihi, vel legas
decem, cum petiero, non facit conditionem, l.de-
cem cum petiero, ff.de verb oblig.l.Titia haeredis.ff.de
17 condit.& demonstr. Secus, si † promittis, vel legas
decem, si petiero, gloss.dict.l.si decem, cum petiero,
Bart.in d.l.1.sub numero 9.ff.de condit.& demonstr.
quia (inquit) per Si, est conditio expressa, per Cū,
principaliter tempus significatur; cuius expressio,
cum sapiat exactionem, siue executionem de prae-
senti, nullam suspeusionem inducit, l.liber homo, §
decem, ff.de verbor.obligat.

18 Quartò differt, quia † dictio, Si, siue apponatur
circa dispositionem, siue circa exequutionem, facit
dispositionem conditionalē, l.quibus diebus, § qui-
dam Titio, ff.de condit.& demonst.

19 Intellige in † vltimis voluntatibus, secus in con-
tractibus, in quibus non facit dispositionem con-
ditionalem, sed bene resoluendam sub cōditione,
gloss.in verb.conditionali, in fine, l.2.ff.de in diem ad-
iect.l.quibus diebus, § quidam Titio, ff.de condit.&
20 demonstrat. At dictio, Cum, facit † dispositionem
conditionalem, secus si circa exequutionem, l.si cui
legetur, in princ.iuncto § 1.ff.de leg.1.l.ex his, C.quan-
do dies legati cedat.

Subintellige, si † adiiciatur circa exequutionem 21
tempus certum, & euentus certae aetatis, secus si
incertum, l.Seius Saturninus, ff.ad Trebell.

Item, conditio concipitur † per dictionem, Ni- 22
si, adiecta verbo futuri temporis, Bar.in l.1.numero
11.ff.de condit.& demonstrat.l.quibus diebus, § qui-
dam Titio, ff.eodem, l.fideicommissa, § sic fideicom-
missum, ff.de legat.3.

Intellige † verum in vltimis voluntatibus, non 23
autem in contractibus, Bart.in d.l.1.sub numero 10.
ff.de condit.& demonstr.

Item, conditio † concipitur per dictionem, A- 24
lioquin, quae non solum facit orationem conditio-
nalem, sed continet in se ipsa orationem, & indu-
cit conditionem contrariam praecedenti disposi-
tioni, Bart.in l.1.numero 10.circa medium, ff.de con-
dit.& demonstr.vbi exponit, alioquin, id est, si non
fuerint praedicta, l.si finita, § ex hoc edicto, ff de dam.
infer.l.& elegantes, § penult.ff.de dolo, l.si cui legata
sint centum ff.de fideicomm.libert.l.Lucius, § Lucius,
el.2.ff.de legat.2.l.si seruus legatus, § si seruus legatus,
§ si seruus, de legat.1.l.omnino.ff.de impens.in rebus
dot.fact.

Item, conditio † aliquando concipitur per di- 25
ctionem, aliàs, quae resoluitur in, si non, Bart.in l.1.
numer.12.ff.de condit.& demonstrat.l.diuortio, circa
princip.ff.de negot.gest l.alios, ff.de iureiuran.

Item, conditio concipitur † per dictionem, Si- 26
ue; si cadetet inter duas orationes futuri temporis,
respectu vnius dispositionis, atque ita induceretur
conditio disiunctiuè, Bartol.in l.1.ff.de condit.& de-
monstrat.l.huiusmodi, ff.quando dies legat.ced.l.si ita
quis stipuletur, ff.de verb.obligat.

Item, conditio † induceretur per coniunctio- 27
nem copulatiuam, si denotaret ordinem, vt vnum
de necessitate praecedat, & aliud sequatnr, Bart.in
1.num.14.ff.de condit.& demonstr.l.mulier, § penult.
ff.de cond.instit.l.si peculium, § is cui.ff.de statu liber.

Idem esset, de † coniunctione alternatiua, or- 28
dinis significatiua, Bart.in l.1.num.14.circa med.ff.
de cond.& demonst.l.cum pater.§ penult.ff.de legat.2.

Item, concipitur conditio per dictionem, Quo- 29
ad, Donec, Quamdiu, Dum, Quousque, Vsque,
Quandoque, Qnando, si apponatur ad suspensio-
nē alicuius praeambulae dispositionis, vt illa dispo-
sitio differatur in euētum incertum alicuius casus,
Bart in l.1.num.15.16.& 17.ff.de condit.& demonst.
l.pater, § final.ff.eodem, l.legatum, ff.de ann.legat.l.
Cato, § imperator, ff.de alim.legat.l.4.in princip.ff.de
seruit.l.sufficit, ff.de condit.indeb.l.qui concubinam,
§ vxori, ff.de legat.3.l.si quis ita legauerit, ff.de cond.
& demōstr.l.Imperatores, ff.de manum.testam.l.cum
vir, ff de condit.& demonst.l.quod pupilla, ff.quando
dies legat.ced.

Item † concipitur per praepositiones deseruiē- 30
tes accusatiuo casui, veluti per ad, Bartol.in d.l.1.nu.
23.ff.de cond.& demonstr.l.si vir ff.eod. Vel † seruien- 31
tes ablatiuo casui, veluti cū, si defuncti voluntas ap-
pareret, l.si ita fuerit, § sed si ancilla, ff.de man.testam.
Vel † deseruientes vtrique casni, scilicet accusatiuo 32
& ablatiuo, veluti, In, Bar.in l.1.n.23.in fin.ff.de con-
dit.& demōst.l.solemus, ff.eodem, l.nec semel, § si in ha-
bitatione, ff.quando dies legat.cedat.

Itē, concipitur † conditio, aliquādo nomine, ali 33
quando pronomine, aliquando relatiuo, aliquādo
verbo, aliquando participio, aliquando gerundio,
& ali-

& aliquando supino, *Bart. in l. 1. num. 25. 27. & sequ.*
ff. de condit. & demonstr.
34 Modus † verò concipitur per dictionem, Vt,
Bart. in l. quibus, § Termilius, sub num. 2. ff. de cond.
& demonstrat. gloss. l. 1. ff. de his, quæ sub modo, § longè, Instit. de legat. l. cum ab eo, ff. de contrah. empt. Etiam quod testator dixisset, Lego tibi centum ex
35 conditione, vt aliquid facias; quia adhuc erit † modus, & non conditio, *Bart. in dict. § Termilius, numero 5. Baldus in l. cum tres, C. de donat. Bart. in l. societatem, § arbitrorum. ff. pro socio, & in l. cum eorum, C. de sententiis, l. Mæuia, ff. de manumiss. testam.* quam refert *Marcus Anton. Eugen. cons. 93. nume. 8.*
vol. 1. Tiraq. de retr. conuent. § 2. gloss. 1. nu. 76.
36 Item, concipitur † per dictionem, Ita, *Bart. in dict. § Termilius, numero 4. l. libertas, § 2. ff. de manumiss. testam.*
37 Item, concipitur † per dictionem, Vti, *Bar. in d. § Termilius, sub numero 4. l. si tibi legatum est, ff. de legat. 3.*
38 Item, concipitur per † dictionem, Dummodo, *Bart. in dict. § Termilius, numero 5. l. cum ab eo, ff. de contrah. empt.*
39 Item, (secundum aliquos) concipitur † per dictionem, Postquam, *gloss. l. filiusfamilias legatum, ff. de dolo.*
*40 Contrarium, & receptius, * vt inducatur conditio, *Bart. in l. quibus, § Termilius, num. 7. ff. de cond. & demonstrat. l. inter illam, ff. de verb. signific. l. si ita, § fin. ff. de lega. 2.*
41 Item, concipitur per † dictionem, Ne; *Gloss. & Dyn. in l. qui absens, § 1. ff. de acquir. possess. l. cum pater, § Titio, ff. de legat. 2.*
42 Intellige, vt procedat, † quando exponitur ne, vt non, aliàs secus, *Bart. in d. § Termilius, numer. 8 l. cum tale, § Titius hæredem, ff. de condit. & demonstr.*
43 Item, concipitur † per dictionem Ad, quando
per eam adiicitur aliquid explicandum per honora-
44 tum, *Bart. in dict. § Termilius, numero 9.* secus, si †
veniret explicandum per alium, vel penderet ex viribus fortunæ; quia tunc faceret conditionem, *l. si vir, ff. de condit. & demonstrat.*
45 Item, concipitur † per dictionem, In, *Bart. in d. § Termilius, num. 11. l. solemus, ff. de cond. & demonstrat. iuncta l. penult. in fine, ff. de public.*
46 Item, concipitur † per dictionem, Pro, per quã adiicitur aliquid futurum, *l. antepenult. § 1. ff. de leg. 2. l. si quis pro redemptione, C. de donat. Bart. in dict. § Termilius, numero 10. Menoch. consil. 146. numero 21. volum. 2. Corneus consil. 345. in fine libr 1.*
47 Item, concipitur † per dictionem, Nomine; veluti, si testator reliquisset centum nomine dotis pauperum puellarum, *l. nulli, in princ. C. de Episcop. & Cleric.*
48 Intellige, quãdo † fuisset relictum nomine pauperum in genere; quia cum semper pauperes sunt, non dicetur hoc pendere ex futuro euentu incerto; secus si relinquatur nomine dotis certæ personæ; quia tunc induceret conditionem, cùm pendeat ex viribus fortunæ, an illa maritetur, *Bart. in l. quibus, § Termilius, numero 12. ff. de cond & demonstrat. l. stipulationem, quapropter, ff. de iure dot. l. Titio, § Titio, ff. de condit. & demonst.*
Tertiò differt, quia † conditio impedit acquisi-
49 tionem fieri ab initio, ex quo nihil ponit inesse donec fuerit satisfactum, *Menoch. lib. 4. præsum. part. 2. præsum. 175. numero 11. l. si quis sub conditione dandorum decem. ff. si quis omiss. causa test. Menoch. consil. 262. num. 6. 7. & 8. volum. 3. & consil. 494. num. 8.*
volum. 5. At † modus non impedit acquisitionem 50
fieri ab initio, licèt resoluatur; eo deinde non impleto, *l. libertas, § hac scriptura, ff. de manumiss. testam. Menoch. cons. 131. numero 4. volum. 2. Dec. in l. cum mota, numero 6. C. de transact. Alciat. resp. 165. numero 15. Paris. cons. 19. numero 255. lib. 2. Socinus in l. quibus diebus, § Termilius, numero 8. ff. de condit. & demonstrat. Peregr. de fideicomm. art. 53. numero 7. Honded. consil. 58. num. 75.*
Quarto differt, quia † vbi agitur de modo im- 51
plendo, necessaria est partis interpellatio, *Menoch. dict. præsumpt. 175. numero 13. Rum. consil. 110. num. 4. vers. cum ergo, lib. 5. Cranet. consil. 59. numero 7.* secus
vbi † ageretur de implenda conditione, *Menoch.* 52
cons. 131. num. 4. vers. & hinc, volum 2.
Quinto differt, quia † si modus casu deficeret, 53
tamen dispositio non corrueret, *Menoch. d. præsum. 175. numero 14. & cons. 146. numero 22. lib. 2. Iacobus Butr. in l. 1. C. de legat. Ioan Baptista a S. Seuerino inter cons. Socin. sen. consil. 69. numero 4. lib. 1. Corn. cons. 311.*
numero 4. lib. 1. secus deficiente casu † conditione, 54
quia etiam dispositio corrueret, *Alexand in l. 1. nu. 5. vbi Corneus colum. penult. C. de instit. & subst. Butr. consil. 48. colum. 1.*
In dubio autem † dispositio, potius præsumitur 55
modalis, quàm conditionalis, *Marcus Ant. Peregr. in tractatu de fideicom. art 21. numero 114 Bart. Bald. Alex. Rimin. & Ias. in l. cũ mota, C. de transact. Grat. consil. 102. volum. 2. Rum. cons. 26. numero 9. volum. 2. Alexand. cons. 102. numero 4 volum. 1. Hieron Gabr. consil 5 numero 4. volu. 1. Franciscus Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib. 10. tit. 5. numero 12.* vbi testa- *
tur communem * opinionem, *Menoch. libr. 4. præsumpt. part. 2. præsumpt. 175. numero 15.* vbi testatur
hanc esse receptam * opinionem, *Rum. in l. Stichus,* *
qui meus erit, numero 11. in fine, ff. de legat. 1. & in l. a-mia, numero 3. ff. de condit. & demonstr. & consil. 215. numero 20. lib. 1. & consil. 60. numero 5. volum. 2. Socin. in l. 1. in 2. not. ff. de condit. & demonstr. Cranet. cons. 59. numero 1. Alba. cons. 4. numero 34. Mascard. volu. 1. de probat. conclus. 343. numero 1. Menoch. cons. 494. numero 18. volum. 5. Marc. Ant. Eugen. consil. 93. nume. Quicquid dixerit *gloss. l. a. ff. de in diem adiect.*

ARGVMENTVM.

Vtrum substitutio fideicommissaria posset 1
fieri in contractibus?

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissaria substitutio potest fieri in contractibus, numero 1. contra, numero 2. declara, numero 3. & 4.*
2 *Fideicommissaria substitutio facta in contractibus sub conditione, ea deficiente euanescit, n. 5.*

QVÆSTIO LXXXIX.



VTRVM † substitutio fideicommissaria fieri posset in contractibus? 1
Respond. quod sic, *Surd. decis. 144. num. 6. per l. vt heredibus, ff. de lega. 2. Mediolanens. decis. 8. num. 395. libr. 1. Marc. Anton. Peregr. in tract. de fideicom. art. 1. n. 16.*

vbi testatur communem * opinionem, *& artic. 51. numero 2. per l. quatiens, l. si rerum, C. de donat. quæ sub modo l. qu. Romæ, § Flauius, ff. de verborum oblig. Paulus de Castr. cons. 384. colum. 1. & cons. 347. libr. 1. Decian. consil. 31. numero 62. libr. 1. Baldus consil. 249. volum. 2 Iason inter consil. Brun. cons. 8. numero 33. & in l. stipulatio hoc modo concepta, numero 11 ff. de verbor. oblig. Dec. cons. 239. numero 8. & cons. 31. nume. 61. & consil. 55. supr nc. Cranett. consil. 19. num. 9. Hieron. Gabr. cons. 16. numero 16. volum. 1. Osasc. decis. 85. nu-*

* *6* vbi testatur communem * opinionem, *Sforz. Odd. consil. 39. numero 13. & consil 48. num. 38. à Petra in tractatu de fideicom. quæst. 4. sub numero 1. Beringar. in præfat l. in quartam, numero 239. ff. ad l. Falcid. à Valle consil. 34. numero 67 lib. 4. Bursat. consilio 229. numero 37. lib. 3. Simon de Prat. consil. 54. num. 72. Cephal. cons. 511. numero 11. lib. 4. Socin. iunior cons. 185. numero 6. & cons. 118. numero 8. & consil 108. numero 40 & consil. 14. numero 3. lib. 2. Marzar. in opito. de fideicomm. ff. quæst. 2. Menoch. cons. 325. numero 3. volum. 4. Cranett. cons. 982. numero 32. volum. 6. Petr. Gregor. par. 3. Syntagm. iuris, lib. 42. cap. 28. numero 4. vers. nam cum, Surd. consil. 147 numero 3. volum. 2. Cephal. consil. 511. numero 11. volum. 4. à Valle cons. 57. num. 1. volum. 3. Natta cons. 532. num. 26. vol 3.*

2 Licet contrarium † tenuerit *Dec. consil. 95. colu. fin. & cons. 418. numero 19 & cons. 613. Paris. cons. 100. numero 20. volum. 4. Alciat. resp. 517. numero 3. & resp. 518. Menoch. consil. 85. numero 28. volum. 1. Rum. consil. 214. numero 16. lib. 1. & cons. 7. numer. 14. libr 3. Socin. in dict. l qui Romæ § coheredes, numero 19. vers. prohibitio alienationis, Rimmald. iunior consil. 824. numero 30. volum. 7. Menoch. consil 769. numero 1. volum. 8. & cons. 591. numero 4. volum. 6. & cons. 325. numero 7. volum. 4.*

3 Intellige primò, vt † absenti fideicommissario non aliter acquireretur actio, nisi mediante stipulatione, *Peregr. de fideicom. art. 1. sub numero 3. l. absenti, ff de donat. l. quæcunque gerimus ff. de act. & oblig. cap. si tibi de præben. lib. 6. gloss. l. illud, C. de sacrosanct. Eccles. Alexand. consil. 131. colum. 2. lib. 4. Menoch. consil. 325. num 3. volum 4.* nisi (inquit) in donationibus, *Socinus consil. 125. colum 1. libr. 3.* & ita consului pro V. I. D. Ioanne Dominico Tappia, contra Siluium Signotino, *in consil. 72. vol. 4.*

4 Intellige secundo, vt Trebellianica † detrahi non posset, *Surd decis. 144. numero 13. per l. mulier, § final. ff. ad Trebell. Baldus in rubr. Cod. de reuoc. his, quæ in fraud. credit. Alexander consil. 247. in fine, volum. 6. Roma. in l. stipulatio ista, § inter certam, circa finem, ff de verborum oblig. Iason in l. post mortem, numero 5. vers. alius casus est, C. de fideicommiss. Curt. iunior cons. 15. numero 5. in fine, Cranet. cons. 130. numero 11.*

5 Fideicommissaria verò † substitutio, etiam facta in contractibus sub conditione, ea deficiente euanescit, *Peregr. de fideicommiss. artic. 51. numero 19. l. inter socerum, ff. de pact. dot. Paulus de Castr. consilio 324. numero 3 volumine 1. Decius consilio 414. Alciat. consil. 9. numero 5. libr. 9. Rebuff. cons. 172. colum. secunda.*

A R G V M E N T V M.

Quando fideicommissaria substitutio testatoris voluntate finiatur?

S V M M A R I V M.

1 *Fideicomissaria substitutio, quando testatoris voluntate finiatur, num. 1. & 2.*

2 *Persona extrinseca in omni materia non subintelligitur, num. 3.*

3 *Fideicommissum iniunctum filiis, non trahitur ad nepotes, num. 4.*

4 *Fideicommissum aliud est personale, aliud personalissimum, & aliud impersonale, num. 5.*

QVÆSTIO XC.

QVANDO † fideicommissaria substi- 1
tutio testatoris voluntate finiatur?
Respon. vbi † ad certas personas, vel 2
certos gradus coarctata fuerit; quia vltimus illius gradus liberè rem alienare poterit, cum non supersit persona, quæ ex fideicommisso eum reuocare posset, *Marc. Anton. Peregr. in tractatu de fideicommiss. artic. 52. numero 2. l. cum pater, § liberis, & l. qui solidum, § penultim. vbi gloss. Bart. Imol. & Paulus de Castr. ff. de legat. 2 Baldus in l. 2. C. quando dies leg. ced. Angel. consil. 169. col. 2. Paulus de Castr. consil. 453. lib. 1. Socinus consil. 63. colum. 7. lib. 2. Decius consil. 182. in princip. Natta consil. 191. & consil 470. numero 3. & consil. 551. numero 18. Hiero. Gabr. consil. 132 quæst. 7. numero 60. & 61. Menoch. consil. 525 numero 9. Auall. consil. 25. num. 18. lib. 1. Ripa in l. fil. iusfamilias, § diui, numero 17. ff. de legat. 1. Dec consil. 511. numero 6. Menoch. cons. 480. numero 15. volum 5. Hiero. Gabr. consil. 127. numero 14. volum. 2. Molin. lib. 3. de primogen. Hisp. cap. 2. num. 24. Natta consil. 470. numero 4. cum concord. supra q. 73. numero 444.*

3 In omni namque † materia, persona extrinseca non subintelligitur, *l. si vnus, § ante omnia. ff. de pact. l. si ita stipulatus, § Chrysogonus, ff. de verb. oblig. l. stipulatio ista, § sicut autem, ff. eodem.*

4 Ideò fideicommissum iniunctum filiis non trahitur † ad nepotes, *Peregr. de fideicomm. art. 1. num. 27. & art. 52. nu. 2. in fine, Crass. in § fideicommissum, quæst. 8. in princip. Mascard. volum. 3. de probat. conclus. 1345. numero 26.* vbi testatur hanc esse magis * communem opinionem, *Tiber. Decian. resp. 1. numer. 146. volum. 2. à Petra in tractatu de fideicommiss. quæst 5. numero 56. circa medium, Dec. cons. 287. Riminald. iunior, consil. 2. numer. 37. Honded. consil. 60. num. 46.* vbi testatur magis communem * opinionem, *Riminald. iunior cons. 567. num. 22. lib 5. Auall. cons. 30. num. 27. lib. 4. Dec. cons 465. n. 13. vers. quinto Cranet. consil. 98. nu. 13. vers. septimo considero, Sforz. Odd. consil. 66. numer. 108. versic. & certè,* vbi testatur communem * conclusionem, *& consil. 739. numer. 18. volum. eodem, & cons. 20. num. 37. volum. 1. Menoch. cons. 613 num. 3. vol. 7. Bonifac. Roger. cons. 27. n. 82. volum. 1. Vegius cons. 59. num. 48 Crot. cons. 166. n. 18. volum. 2.*

5 Ex quo † comprehenditur, fideicõmissum aliud esse personale, aliud personalissimum, & aliud impersonale seu reale, *Crass. in § fideicommissum, q. 5. n. 10. à Petra de fideicom. q. 2. n. 26. 28 36 & 39 Menoch. cons. 751. num. 6 vol. 8. Anton. Cossius cons 40. num. 31. vol. 2. Marius Anguiss. cons. 191. num. 40.*

A R G V M E N T V M.

Vtrum fideicommissaria substitutio posset à fideicõmissario repudiari seu remitti?

S V M-

S V M M A R I V M.

1 *Fideicommiſſaria ſubſtitutio poteſt à fideicōmiſſario remitti, num. 1. declara, num. 2.*

2 *Fideicommiſſum conditionale repudiatione non admittitur, num 2. limita, nume. 3. 4. 5. & 6.*

3 *Prælatus poteſt ſolus repudiare fideicommiſſariam ſubſtitutionem, numer. 7.*

4 *Minor non poteſt ſine decreto repudiare fideicommiſſum, numero 8.*

QVÆSTIO XCI.



1 TRVM † fideicommiſſaria ſubſtitu-
tio poterit à fideicōmiſſario repu-
diati, renunciari, ſeu remitti? Re-
ſpond. quod ſic, *Surd. in tractatu de*
alim. tit. 9. quæſt. 16. numero 5. & de-
ciſ. 208. numero 10. Marc. Anton. Peregr. in tract. de fi-
deicomm art. 53. numero 9. l. ſeruum filii, § 1. ff. de leg.
1. Anchar. conſil. 27. numero 9. Viuius libr. 2. deciſ. 185.
numero 1. Pariſ. conſ 81. numero 45. volum. 2. Paul. de
Caſtr. conſ. 427. ſub numero 1. verſ. nec obſtat, volum.
1. Oſaſc. deciſ. 100. numero 3. Surd. in tract. de alim. tit.
9. q. 22. num. 33. & quæſt. 16. num. 5. Petr. Gregor. part.
3. Syntagm. iuris, lib. 42. cap 30. num. 6. Becc. conſil. 111.
num 23. Pancirol. conſil. 56 num. 14. Cephal. conſ. 182.
num. 21. volum. 2. Crot. conſ. 228. num. 8. vol. 2. Ioſeph.
Ludou. deciſ. Peruſ. 19. nu. 6. part 1.

2 Intellige quando † fideicommiſſum fuiſſet pu-
rum, ſecus, ſi conditionale; quia tunc repudiatione
non admitteretur, *l. ſi ita ſcriptum, § ſi ſub conditio-*
ne, ff. de legat. 2. vbi Bart. Cuma. & Paulus de Caſtr.
Bald. Aluar & Afflict. in cap. ſi quis miles, colum. vlti.
tit. conſt. feud. Peregr. dict. art. 52. numero 10. l. qui po-
teſt, § quod quis, ff. de regul. iur. Salic. Curt. iunior &
Ripa in l. 1. C. de pact. ille, colum. 2. iſte, numero 19. hic,
ſub numero 13. Abbas in cap. de multiplici, extra de de-
3 *cim.* Niſi † ſimplex fideicommiſſi conditionalis re-
miſſio fuiſſet facta in iudicio, ipſo iudice, tamquam
perſona publica, eam nomine grauati recipiente,
Gloſſ. l. 1. ff. de curat. bon. dand. Bart. in l. 1. C. de pact.
Henric. in cap. ex multiplici, extra de decim. Bart. in l.
poſtquam liti, colum. vlt. C. de pact. Alexand. & Iaſon
in d. l. 1. colum. 5. Gulielm. Benedict. in cap. Raynutius,
part. 2. verſ. ſi abſque liberis, el. 2. in materia fideicom-
miſſariæ ſubſtitutionis, numero 116. extra de teſtamen.
Vel niſi notarius pro abſente grauato ſtipularetur,
Gulielm. Benedict. in tit. de fideicomm. ſubſtitut. num.
116. verſ. tertio fallit, vbi idem dixit, quando fuerit
4 facta in præſentia ipſius grauati. Vel † ipſa renun-
ciatio fuerit ſcripta in ſcriptura priuata, vel ſubſcri-
pta per renunciantem, quæque peruenerit ad ma-
nus grauati, eam acceptantis, *Cyn in Authen. ſacra-*
menta puberum, quæſt. 1. C. ſi aduerſ. vend. Petr. Gre-
5 *gor. in dict. cap. 30. ſub num.* 7. Vel niſi † fuiſſet facta
cum iuramento, *Gulielm. Bened. tit. de fideicommiſſ.*
ſubſtit. numero 117. verſ quinto, Cuma. in l. is qui hæ-
res, in princ. ff. de acquir. hæred. Alexand. in l. ſed & ſi
res capitalis, § quaſitum. ff. ſi quis caution. Petr. Greg.
dict. cap. 30 ſub numero 7. Vel niſi dicta renuncia-
tio fideicommiſſi conditionalis fuiſſet geminata;
quia tunc præiudicabit fideicommiſſariu, quamuis
facta in abſentia grauati ſine ſcriptura, *Gulielm. Be-*
nedict. in d. tit. de fideicomm. ſubſtit. num. 118. & 119.
quia (inquit) tunc ceſſaret præſumptio leuitatis &
indiſcretionis, quæ in ſimplici remiſſione conſide-
rabatur, per *gloſſ. cap. ſi cautio, extra de fide inſtrum.*
Petrus Gregor. dict. cap. 30. ſub numero 7. Vel niſi re- 6
pudiatio † tranſiret in pactum; quia tunc etiam
perimeretur ius de futuro, *Peregr. d. art. 52. numero*
11. Bart. in l. 1. colum. 2. C. de pact. Alexan. in l. qui Ro-
ma, numero 18. ff. de verb. oblig. & conſil. 13. numero
9. volum. 5. Iaſon in dicta l. 1. numero 14. Cod. de pact.
Craſſ. in § fideicommiſſum, quæſt. 61. num 1. vbi teſta- *
tur communem * opinionem, *Gulielm. Bened. in c.*
Raynutius, part. 2. verſ. ſi abſque liberis, el. 2. in mate-
ria fideicommiſſariæ ſubſtitutionis, nu. 106. 107. & 108.
extra de teſtament. vbi aſſignat duplicem rationem
differentiæ; quare remiſſio fideicommiſſi facta per
pactum; & ſic interueniente conſenſu vtriuſq;, ſci-
licet grauati & fideicommiſſarii, plus valeat quàm
per ſimplicem renunciationem ſolius fideicōmiſ-
ſarii, *Andreas Gail. lib. 2. obſeruat. pract. obſeru. 139.*
ſub numer. 8.

Quin imo, ſi † fuiſſet Eccleſia fideicommiſſaria 7
vniuerſalis, poſſet eius prælatus ſolus repudiare, &
ſi fuiſſet collegiata, ſufficeret ſolum capitulum ſine
conſenſu epiſcopi, *Bald. in l. pupillorum, in princip.*
Cod. de repud. hæred. & in l. magis puto, § fundum,
verſ. & nota, ff. de rebus eorum, & in l. contra iuris, §
1. ff. de pact. Anchar. in cap. ſuper, colum. 2. extra de
rebus eccleſiaſt. non alienan. Alexand. in l. legatum,
circa finem, ff. de lega. 1. Imol. in c. tuanuper, circa fin.
extra de his, quæ fiunt à prælat. Aret. in l. is qui hæres,
§ final. colum 4. ff. de acquiren. hæred. Felin. in capit.
contingit, colum. fin. extra de ſentent. excommu. Rum.
conſil. 123. colum. 1. volum. 3. Anton. Gabr. libr. 4.
concluſ tit. de legat. concluſ. 3. numero 4. Rhedoan. de
rebus eccleſ non alienan. cap. 12. n. 4. & 5.

Sed ſi † fuiſſet minor fideicommiſſarius, non 8
poterit ſine decreto repudiare, *Simoncell. de decre-*
tis, titul. 6. inſpect. 5. numero 57. Tiraquell. de retr.
lign. § 1. gloſſ. 7. ſub numero 83. Bald. in l. bonorum,
quæſt. 3. C. qui adm. Bartol. in l. tutor, ff. de bonorum
poſſeſſ. Corneus conſil. 11. lib. 3 l. magis puto, § fundum,
ff. de rebus eorum, l. pupillorum, C. de repud. & abſti-
nend. hæred. Peregr. de fideicommiſſ. artic. 52. numero
50. circa medium.

A R G V M E N T V M.

Vtrum fideicōmiſſariæ ſubſtitutioni cen-
ſeatur renunciatum per diuiſionem fa-
ctam inter plures fideicommiſſarios?

S V M M A R I V M.

1 *Fideicommiſſariæ ſubſtitutioni regulariter non cō-*
ſetur renunciatum per diuiſionem factam inter
plures fideicommiſſarios, num. 1. ampliatur, &
declaratur, num. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14.
15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. &
29. limitatur, num. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37.
38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50.
51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64.
65. 66. 67. 68. 69. & 70.

2 *Actionum pluralitas non præſumitur, num. 71.*

3 *Fideicommiſſariæ ſubſtitutioni non fuiſſe renunciatum, in dubio pronunciandum eſt, nume. 71.*

4 *Fideicommiſſariæ ſubſtitutionis renunciatio ex parte grauati eſt fauorabilis, num. 72.*

QVÆSTIO XCII.

1 Trvm † fideicommissariæ substitutioni censeatur renũciatum per diuisionem factam inter plures fideicommissarios? Respon. regulariter quod non, *Crass. in § fideicommissum, quæst. 63. num. 1.* vbi testatur hanc esse communem * sententiam, *Anton. Gabr. lib. 4. conclus. titul. de fideicom. conclus. 1. numero 1.* vbi etiam dixit communem * opinionem, *l. cum pater, § hæreditatem, vbi Bartol. Bald. Imol. & Paul. de Castr. ff. de legat. 2. idem Bar. Bald. Imol. Paul. de Castr. & Alexand. in l. qui Romæ, § duo fratres, ff de verb. oblig. Bald. consil. 364. volum. 4. & consil. 440. volum. 4. Roma. cons. 403 col. 1. Paul. de Castr. consil. 188. volum. 2. Alexand. consil. 8. colum. fin. volum. 5. & consil. 21. colum. 1. in fine, volum. 5. & consil. 39. colum. 2. volum. 4. & cons. 208. colu. 1. vol. 6. Ioan. de Anan. consil 29. colum. fin. Cuma. consil. 133. colum. final. Baldus cons 407. colum. penult. volum. 1. Ioan. Andr. in add. ad Specul. tit. de testam. § in primis, vers. quid si fideicommissum, Crotus & Iason in dict. § duo fratres, ille, colum. 22. iste, colum. 10. Socin. consil. 251. colum. 15. & consil. 41. colum. 1. volum. 4. Baldus in capit. 1. colum. 2. tit. const. feud. Dom. Lothar. Imperator. & in l. qui cum tutoribus, ff. de transact. Corneus consil. 50. colum. fin. volum 3. Gozzad. consil. 36. colum. fin. Paris. consil. 55. volum. 2. Grat. consil. 60. colum 1. volum. 1. Rum. consil. 135. colum. 3. volum. 2. & cons. 139. colum. 1. volum. 2. & cons. 147. colum. 3. volu. eodem, Grat. consil. 17. numero 44. volum. 1.* vbi testatur communem * opinionem, *Tob. Nonius cons. 42. numero 20. Bertrand. consil. 437. numero 5. volum. 2. Boer decis. 157. numero 10. Horat. Mandos. in addit. ad consil. Roma. 403. Fran. Becc. cons. 24 numero 15. Bursat. cons. 64. numero 28. Marcus Anton. Peregr. in tractatu de fideicomm. artic. 52. numero 18.* vbi ait ita omnes * scribentes indifferenter tenere, *Paul. Leon. in dict. § duo fratres, numero 306. Decian. consil. 3. num. 112. lib. 3. Rimin. iunior consil 80. numero 39. lib. 1. Menoch. lib. 3. præsumpt. part. 1. præsumpt. 115. numero 9.* vbi testatur hanc esse communem * opinionem, *Mascard. volum. 2. de probat. conclus. 776. numero 1.* vbi dicit magis communem * opinionem *Bonifac. Roger. consil. 13. numero 91. volum. 1. Andreas Gaill. lib. 2. obseruat. pract. obseruat. 139. numero 1.* vbi testatur communem * opinionem, *Pasoth. consil. 92. numero 23. Pancirol. consil. 79. numero 75. & cons. 93. numero 22. Matthe. Brun. consil. 112. numero 5. Marcabrun. ab Anguill. consil. 65. numero 19. Cels. Hugo consil. 22. numero 1. & cons. 24. numero 17. Cephal consil. 371. numero 14. volum. 3. Freder. Scot. tom. 2. libr. 1. resp. 1. numero 11. Auall. consil. 51. numero 14. volum. 4 Fab. Turret cons. 77. numero 15. volum. 1.* vbi testatur cõmunem * opinionem, *Mandell. cons. 74. num. 10. volum. 1. Iosephus Ludouic. decis. Perus. 10. numero 11. part. 1.* vbi testatur magis communem * opinionem.

2 Amplia primò, vt procedat, etiam † si dictum fuisset de non veniendo contra diuisionem, *Bart. Imol. & Paulus de Castr. in l. qui Romæ, § duo fratres, ff. de verb. oblig. ille, quæst. 2. iste, & hic, colum. 3. Bald. in cap. 1. colum. 2. tit. const. feud. Dom. Lothar. Imper. & in l. cum pater, § hæreditatem, ff. de legat 2. Bart. in l. Paulo Callimacho, § 1. ff. de legat. 3 Baldus in l. qui cum tutoribus, colum. penul. ff. de transact. & in l. tres fratres, colum. 2. ff. de pact.* vbi etiam *Paulus de Castr. colum. fin. Bald. consil. 84. volu. 1. Salic. in dict. l. qui cum tutoribus, Alexand. consil. 208. colum. 1. volum. 6. Bartol. consil. 58. in fine, Paulus de Castr. consil. 188. volum. 2. Anton. Gabr. dicta conclus. 1. numero 2.* vbi testatur communem * opinionem, *Alexander & Iason in dict. § duo fratres, ille, colum. 10. iste, colum. 11. Capra consil. 89. Corneus cons. 102. volum. 4. & consil. 150. colum. fin. volum. 3. Ioan. de Anan. cons. 29. colum. fin. Alexand. consil. 39. colum. 2. & cons. 105. volum. 4. & consil. 167. colum 2. volum. 2. & consil. 8. colum. 5. volum. 5. Gozzad. consil. 36. colum. fin. Bertrand. consil. 88. colum. 1. volum. 1. Paris. consil. 46. colum. 2. vol. 2. Fulgos. cons. 41. colum. penult. Socinus cons. 251. colum. 15. Barbat. consil. 48. colum. 1. volum. 1. Dec. consil. 86. colum. 2. Bald. cons. 18. volum. 3. Socin. cons. 31. colum. 1. volum. 4. & consil. 43. colum. 2. & cons. 18. colum. 2. volum. 3. Paris. cons. 71. volum. 3. Socinus iunior consil. 116. numero 33. volum. 1 & consil. 128. numero 114. vol. 1. Rum. consil. 137. colum 3. volum. 2. & cons. 138. numero 5.* vbi testatur communem * opinionem, *& consil. 139. colum. 1. volum. 2. Paulus de Castr. in dict. l. tres fratres, Corneus consil. 102. volum. 4. Alexander consil. 39. colum. 2. volum. 4. Fulgos. cons. 41. col penul. Alexan. consil. 105. volum. 4. Crass. in § fideicommissum, quæst. 63. numero 2. versic. sed contrarium,* vbi testatur magis communem * opinionem, *Zasius in dict. § duo fratres, numero 20. Tob. Nonius consil. 41. numero 1. Auilalob. commun. opin. in verb. diuisio, & in verb. fideicommissum, Ioseph. Ludou. decis. 19. Peregr. de fideicomm. artic 52. sub numero 19. & 26. Mascard. dicta conclus. 776. numero 4.* vbi testatur communem * opinionem, *Beccius consil. 111. n. 7.* vbi testatur communem * opinionem, *Marcabr. ab Anguill. consil. 66. numero 54. Crotus consil. 283. numero 18. volum. 3.* Quicquid dixerit *Angel. cons. 287. Gozzad. consil. 287.*

3 Amplia secundo, vt procedat, † etiam si dictum & iuratum fuisset non venire contra diuisionem, & contenta in ea, & non facere, dicere vel venire contra eorum aliquid; quia nihilominus non censetur renunciatum fideicommissariæ substitutioni, *Bertrand. cons. 76. colum. 2. volum. 1. Rum. consil. 137. colum. 3. volum. 2. Anton. Gabr. dicta conclus. 1. num. 2. vers. secundo,* vbi testatur hanc esse magis * communem opinionem, *Rum. cons. 72. numero 4. vol 5.* vbi etiam dixit magis communem * opinionem, *Menoch. dict. præsumpt. 115. numero 22. & 25.* vbi testatur hanc esse receptam * opinionem, *Bart. consil. 88. in fine, lib. 1. Bald. cons. 18. lib. 3. Paulus de Castr. cons. 188. colum 1. lib. 2. Riminald. iunior cons. 204. numero 62. lib. 2. Paulus Leon. in dict. § duo fratres, numero 354. vbi etiam Crotus numero 90. Capra consilio 89. numero 12. Corneus cons. 102. numero 2. lib. 4. Socin. cons. 251. numero 17. lib. 2. Dec. cons. 86. colum. 2. vers. sed tamen his, Barbat. cons. 48. colum. 1. libr. 1. Anan. cons. 29. Gozzad. cons. 36. numero 2. vers. secundo dato, Boer. quæst. 147. numero 10. Paris. cons. 71. colum. 1. lib. 3. Socinus iunior cons. 116. numero 33. & consil. 128. numero 114. volum. 1. Curt. iunior consil. 23. in 1. dub.* Quicquid dixerit *Gulielm. in l. qui cum tutoribus, ff. de transact. Dyn. Alber. Baldus & Angelus in dict. § duo fratres, idem Angel. cons. 287. colum. 1. Signor. Homod. consil. 189. & cons. 117. Marcabrun. ab Anguill. cons. 66. numero 33.*

Et multò magis procederet dicta ampliatio, quando

8 quandò fideicommissum non † fuisset reciprocũ;
puta, quia frater maior, substitut⁹ fuisset fratri mi-
nori, & non è contrà, *Menoch. d. præsump. 115. n. 23.
vers. hic casus, Crot. in d. §. duo fratres, num. 8. vers. se-*
* *cundus casus*, vbi ait, in hoc omnes * conuenire.
4 Ac etiam multò magis procederet, quandò †
inter ipsos diuidentes adesset inæqualitas; quia v-
nus fratrum haberet filios, alius verò non, nec ha-
biturus esset, *Menoch. d. præsumpt. 159. nu. 24. Dec.
cons. 86. col. 3. vers. præterea in casu, Grat. cons. 29 n. 12.
lib. 2. Becc. cons. 111. nu. 30. Paul. Leon. in d. §. duo fra-
tres, num. 14. Menoch. cons. 87 num. 86. lib. 1.*
5 Amplia tertiò, vt procedat, etiã † si fuerit per-
missum perpetuò non venire contra diuisionem,
*Boer. decis. 147. Ant. Gabr. d. concl. 1. n 3. Ruin. cõs. 137.
colum. 5. vol. 2. Menoch. d. præsum. 115 n. 26. Peregr. d.
art. 52. n. 27. vers. 5. Mascard. d. concl 776. n. 4. in fi.*
6 Amplia quartò, vt procedat, etiam † quod fi-
deicommissum fuisset reciprocum, & coæquale,
*Ant. Gabr. d. cõcl. 1. n. 4. Rum. cõs. 138. col. 2. vol. 2 Per-
egr. de fideic. art. 52. sub n. 27.* vbi testatur hãc esse cõ-
* munem * opinionem, *Bursat. cons. 257. n. 19. vol. 3.*
Quicquid dixerit *Angel. in l. qui Roma, § duo fratres,
ff. de verbo. obl Bursat. cons. 173. num. 34. vol. 2.*
7 Amplia quinto, vt procedat, etiam † si dictum
fuerit, quod vnus alteri remittit iura, quæ habet,
vel habere sperat, *Bart. in l. qui Roma, § duo fratres;
q. 6. vbi etiam Aret. & Alexand. ff. de verb. obl. Ias cõ-
sil. 208. col. fin. vol. 6. & cõs. 105. in fin. vol. 4. Roma. in l.
1. quæst. 12. C. quando non pet. part. Curt. Iun. cons. 23.
col. 2. & consil. 92. col. pen. Ant. Gabr. d. concl. 1. num. 5.
Paul. de Castr. cons. 448. col. fin. vol. 1. Chassan. cons. 3.
Boer. sing. 27. Gozz. ad. cõs. 53. col. 2. Grat. cons. 60. col. 1.
vol. 1. & cõs. 126. col. fin. vol 6. Mascar. d. cõcl. 776. n. 5.*
* *Vinti. lib. 2. decis. 316. n. 10.* vbi ait ita omnes * tenere.
8 Quin imo etiam procederet, si † vnus alteri re-
mitteret iura, quæ habere posset, *Ant. Gabr. d. cõcl.
1. n. 6. Bertrand. consil. 1. col. 23. vol. 1. Crass. d. quæst. 63.
num. 5.* Quicquid dixerit *Cuma. in l. qui Roma, § duo
fratres, col. 7. ff. de verb. obl.*
9 Nisi † renuntiatio nõ posset referri ad alia iura,
quàm ad fideicommissum, quia tunc ad fideicom-
missum referretur, *Bart. Ias. & Ioan. Crot. in d. § duo
fratres, Ant Gabr. d. concl. 1. n. 7. Paul. de Cast. cõs. 188.
col. 2. vol. 2. Barbat. cons. 48. col. 5. vol. 1. Curt. Iun. cõs.
23. Alex. cons. 68. col. 2. vol. 5. Paris. cons. 71. col. 2. vol.
3. Anall. cons. 34. n. 92. lib. 4. Decian. cõs. 3. nu. 124. lib.
1. Menoch. d. præsum. 115 n. 34. Cravet cõs. 638. n. 9. &
23. Dec. in l. 1. num. 32. in fin. C. de pact. Peregr. d. art.
52. num. 32.*
10 Et † asserens aliã fuisse causam, quàm ius fidei-
cõmissi, & sic renũtiationẽ posse referri ad alia iu-
ra, probare deberet, *Rui. cõs. 152. n. 9. lib. 2. Menoch.
d. præsum. 115. n. 35. & cõs. 87. n. 21. vol. 1. Grat. cons. 60.
n. 17. vers. sed hic non apparet, lib. 3.* Quicquid dixerit
11 *Alba. cons. 74. n. 11. & 12. Bec. cons. 111. n. 27.* Quia † a-
ctionum, & iutiũ pluralitas non præsumitur, *Corn.
cons. 144. num. 11. lib. 4. Soc. Sen. cons. 40. col. 2. lib. 3.
Cravett. cons. 198. num. 4.*
12 Vel nisi † dictũ fuisset, quod vnus alteri remit-
tit iura, quæ habet, vel habere poterat quouis mo-
do, *Ruin. consil. 152. col. penult. volum. 2. Ant. Gabr d.
cõcl. 1 n. 8. Menoch. d. præsump. 115. n. 40. Dec. cõs. 287.
circa fin. & cõs 345. col. 2. Grat. cons. 17. n. 12. & cons.
60. nu. 17. vol 3. Soc. Iun. consil. 116. n. 53. vol. 1. Canale.
decis. 36. n. 17. par. 1. Anall. cons. 34. n. 92. volu. 4. Tob.
Non. cons. 41. n. 7. & consil 42 num. 13. Paris. cons. 71.
nu 14. & 15. volu. 3. Cephal. consil. 430. nu. 49. volu. 3.
Simon de Prat. cons. 137. nu. 127. Menoch. consil. 87 n.
26. Osasc. decis. 112. nu. 17. vers. nec obstat, Cravett. cõ-
sil. 638. nu. 14. Menoch. cons 456. n. 9. vol. 5.* Vel dixis-
set † transferri omnimodò omne ius, *Menoch. d.* 13
*præsump. 115. sub nu. 40. Grat. cons. 60. num. 18. Paris.
cons. 71. n. 14. lib. 3.* Vel si † renuntiassent omnib. iu- 14
ribus quomodolibet ad se spectantibus, *Cravett.
cõs. 638. nu. 14. Menoch. d. præsump. 115. sub n. 40.* Vel
quando † diuidentes dederunt, & concesserũt in- 15
uicem omnia iura, actiones reales, & personales,
sibi spectantia, & pertinentia, & spectare possent,
possunt, & potuissent in futurũ, *Menoch. d. præsum.
115. sub n. 41. Boer. decis. 147. n. 14. Cephal. cons. 253. n.
9. lib. 2. Anall. cõs 34. n 92. lib. 4. Tob. Non. cõs. 41. n. 7.*
Amplia sexto, vt procedat, & † si in diuisione 16
dictũ esset, quod vnus alteri remittebat indefinitè
omnia sibi ex testamẽto relicta, *Ant. Gabr. d. cõcl.
1. n. 9. & 10. Bart. in l. qui Roma, § duo fratres q. 5. in fi.
ff. de verb obl. Soc. cons. 251. col. 15 Bald. in cap. 1. col 2.
tit. const. feud. Imperat. Gozz. ad. consil. 36. colum. fin.
Crass. d. quæst. 63. num. 4 vers idem.*
Amplia septimo, vt procedat, etiã si † in instru- 17
mento dictum fuerit, quod vnus alteri remittebat
omne ius præsens, vel futurũ ex testamento, vel ab
intestato iure fideicommissi, vel substitutionis cu-
iuscunq;, vel alio quocunque iure, *Bar. Alex Aret.
Ias & Imo. in d. § duo fratres, Roma. cons. 403. col. an-
tepenult. Guid. Pap. q. 229 Bald. in cap. 1. col. 2 tit. cõst.
feud. Dom. Lothar Impera. Soc. cons. 283. col. 1. Guid.
Papa cons. 6. col. fin. Soc. Iun cons. 129. n. 60. vol 1. Ant.
Gabr. d. cõcl. 1. n. 12.* vbi testatur cõmunem * opinio- *
nem. Quicquid dixerit *Ang. in d § duo fratres*: Nisi
† interuenisset iuramentũ, *Alexan. in d. §. duo fra-* 18
*tres, Guid. Papa cons. 232. Anto. Gabr. d. concl. 1 num.
12. Peregr d. art. 52. sub num. 30.* vbi testatur commu- *
nem * opinionẽ, *Cephal. cons. 150. col. 2. Natt. cõs 63.
num. 13. Anall. cons. 2. vol. 4. Gozz. ad. cons. 45 nu. 17.*
Quicquid tenuerit *Ioan. Crot. in d. §. duo fratres, col.
59. Ruin. cons. 137. col. 3. vol. 2.*
Amplia octauo, vt procedat, etiam † si dictum 19
fuerit, quod vna pars liberat aliã de omnibus, quæ
sibi deberẽtur occasione hæreditatis, & quacunq;
alia causa, ita quod liberatio trahatur ad cognita,
& incognita, *Ruin. cõs. 137. col 3. vol. 2. Anton. Gabr.
d. concl. 1. n. 14. Peregr. d. art. 52. nu. 27. circa fin.*
Amplia nono, vt procedat, etiam † si portiones 20
fuerint assignatæ liberè, *Ant. Gabr. d. conclus. 1. nu.
15. Ruin cons. 99. col. fin. num. 10. vol. 4. Mascard. cõc.
776 num. 7.*
Amplia decimo, vt † procedat, etiam si dictum 21
fuerit nullo modo venire posse cõtra diuisionem,
Ant. Gabr. d. concl. 1. n. 16. Ruin. cons. 72. col 3. vol. 5.
Amplia vndecimo, vt † procedat, etiã in transa- 22
ctione, *Ant. Gabr. d. conc. 1. n. 17. Boer. decis. 174. Me-
noch. cons. 289. num. 1. vol. 3.*
Amplia duodecimo, vt procedat, etiã si † diuisio, 23
vel transactio facta fuisset ex certa scientia, *Ant.
Gabr. d. concl. 18. Boer. decis. 174. num. 4. Mascard. d.
concl. 776. num. 8.*
Amplia decimotertio, vt † procedat, etiam si 24
promissum fuisset pro se, & suis heredibus, *Ant.
Gabr. d. concl. 1. n. 19. Alex cons. 105. col fin. vol. 4.*
Amplia decimoquarto, vt † procedat, etiam si 25
fuisset renunciatum cum iuramento omni iuri, &

legum auxilio, *Ant. Gabr. d. cōclus. 1. num. vigesimo, Ruin. consil. 72. num. 4. ver. non obstat. vol. 5. & cons. 92. num. 13. vol. 3.*

26 Contrariam † sententiā tenuit *Menoch. d. præ-*
sum. 115. num. 76. Alex. cons. 11. n. 14. libr. 2. Ruin. cons.
152. n. 10. vers. & etiā, vol. 2. Curt. Iun. cons. 49. n. 12. O-
fasc. decis. Pedam. 112. in fin. Peregr. d. art. 52. sub num.
* 49. vbi testatur eam esse receptiorem.*

27 Ego verò ampliationē † amplecterer, quādo præ-
supponeretur ignorantia fideicommissi, *Ruin. cōs.*
92. n. 24. lib. 3. Rimin. Iun. cons. 204. nu. 83.

28 Idem, quando † fuisset renuntiatū omni legum
auxilio competenti tantum, & nō cōperituro, *Ri-*
min. Iun. cons. 204. num. 74. lib. 2.

29 Idemquè, si † dicta clausula, renuntiantes omni
iuri, & legum auxilio se referrent, & restringerent
ad præcedentia, *Ruin cons. 137. num. 16. lib. 2. Rimin.*
Iun. cons. 204. num. 86. lib. 2. Menoch. lib. 3. præsum.
par. 1 præsum. 115. in fin.

30 Limita primò, vt non procedat, quando † diui-
dētes vltra illud, quod promiserint nō venire cōtrà
diuisionē, apposuerint verba prægnantia, & lata;
veluti si dixissent, quòd de rebus diuisis in perpe-
tuū, alter ab altero quicquā petere nō posset aliqua
ratione, iure, vel caussa, quæ dici, vel excogitari
possit de iure, vel de facto; quia tunc præsupposita
scientia fideicommissi, præsumitor diuidentes vo-
luisse renūtiare fideicōmisso, *Ant. Gabr. d. cōcl. 1. n.*
* *21. & 23.* vbi restatur hanc esse magis cōmonem *
opinionē. *Ioan. Andr. in add. ad Specul. tit. de test. § in*
primis, vers. sed quid si fideicomm. Bal. in l. qui Roma,
§ duo fratres, ff. de verb. obl. Curt. sen. cons. 64. col. pen.
Curt. Iun. cons. 49. col. 5. Socin. cons. 43. col. 2. vers. se-
cundo multum operatur, vol. 4. Crot. in d. § duo fra-
tres, col. 29. Dec. cons. 287. colum. fin & cons 86. col. 2.
& cons. 11. colum. 4. & cons. 345. colum. 2. Roma. cons.
403. colum. penult. Bolognin. consil. 32. in fin. Paris.
cons. 71. colum. 1. volum. 3. Soc. Iun. cons. 116. colum.
10. volum. 1 Crauett. cons. 24. col. 3 Grat. cons. 17. col.
1. volum. 1. & cons. 60. col. 3. eod. vol. Ruin. cons. 119.
col. pen. vol. 2. & cons. 133. col. 4. eod. vol. Alexand. in
d. § duo fratres, col. 11. & consil. 108. vol. 6. & cons. 68.
col. 2. vol. 5. Bertrand. cons. 21. in fin. & cons. 76. col. 3.
& consil. 88. colum. 1. & cons. 166. col. pen. volum. 1.
& cons. 6. in fin. vol. 2. Bertrand. cons. 73. col. fin. vol.
1. Crass. in d. quæst 63. num. 6. vbi testatur hanc esse
* magis communem * opinionem, *MarZar. in epit.*
de fideicom. quæst. 49. Ofasc. decis. Pedam. 112. num.
17. Bursa. cons. 64. num. 29 lib. 1. Cephal. cons. 153. nu.
12. lib. 2. Decian. cons. 2. num. 89. lib. 2. Pancirol. cons.
59. num. 82. Menoch. d. præsum. 115. num. 28. Peregr.
* *de fideicom. art. 52. num. 36.* vbi testatur communē *
opinionem, *Mascar. d. concl. 776. nu. 9.* vbi testa-
* tur hanc opinionem esse ab omnibus * commu-
niter receptam, *Caualc. decis. 37. n. 21. par. 1. Cephal.*
cons. 430. n. 51. vol. 3. Menoch. cons. 87 num. 33. vol. 1.

31 Licèt † contrariam sententiam tenuerit *Capra*
consil. 89. Paul. de Cast. consil. 188. vol. 2. Dec. cons.
495. col. 5. GoZZad. cons. 36. col. fin. & consil. 45. col.
pen. Grat cons. 29. col. 5. vol. 2. Ruin. consil. 137. colum.
1. & consil. 138. colum. 2. volum. 2. & consil. 147. col.
3. volum. eod. & consil. 159. col fin. volum. 4. Bursat.
consil. 111. num. 25. Ioseph. Ludouic decis. 19. Rimin.
Iun. cons. 204. num. 69. & consil. 111. colum. 2. Auella-
lob. in com. op. in ver. fideicommissum, numero 44.
& 51. Bocc. cons. 111. num. 7. & 22. Simon de Prat.
consil. 137. num. 151. Menoch. consil. 323. nu. 39. & 40.
volum. 4.

Moti præcipuè, quia dicta † verba, aliqua ra- 32
tione, titulo, vel causa, possent intelligi in depen-
dentibus ab expressis, *Calcan. cons. 25. col. 12. Crot.*
consil. 17. colum. pen. & cons. 22. col. 3. & cons. 60. col.
2 vol. 1.

Sed resp. dicta † verba comprehendere etiam 33
alia, vltrà dependentia ab expressis in ipsa diui-
sione, *Menoch. lib. 3. præsum. par. 1. præsum. 115. num.*
30. in fin.

Sublimita primo, vt non procedat, quādo † ver- 34
ba ampla, & prægnantia restringerent se ad tem-
pus præsens diuisionis, & renunciationis; quia tūc
non cēseretur remissum fideicōmissum futurum,
Angel. cons. 287. col. 2. Cuma. cons. 108. col. fin. Corn.
cōs. 339. col. fin. vol. 1. Barbat. cons 48. col. 4. vol. 1. Dec.
cons. 86. col. 2. & cons. 495. col. 3. Mascard. d. cōcl. 776.
nu. 15. Etiam si † fuisset dictum, quòd renunciabat 35
fideicommisso debito; quia non censeretur remis-
sum ius fideicōmissi conditionalis, *Ant. Gabr. d. cō-*
clus. 1. n. 25. vbi testator cōmunē * opinionē, *Bar. in* *
d. § duo fratres, q. 4. Menoc. d. præsum. 115. n. 27. Quic-
quid distinguat *Ioan. Crot in d. § duo fratres, col. 44.*

Ac etiam, si † verba generalia referantur ad il- 36
lud, quod vna pars alteri debet, absque eo, quòd di-
catur de hæredibus; quia non censeretur renon-
ciatum fideicommissum, *Ant. Gabr. d. concl. 1. nu.*
26. Cuma. cons. 141.

Sublimita secundò, quando † res fuisset aliena- 37
ta titulo lucratiuo, secùs si fuisset vēdita, *Ant. Gabr.*
d. concl 1. n. 27. Ruin cons. 152. col. fin. vol. 2.

Sublimita tertio, quando † scientia non proba- 38
retur, *Ant Gabr. d. concl. 1. sub num. 27. Roma. cons.*
403. colum. pen. Ruin. consil. 137. colum. 5. volum. 2.
Gozzad cons. 45. col. 4. Soc. Iun. cons. 116. col. 6. vol. 1.
Mascard. d. concl. 776. nu. 10. Bart. in d. § duo fra-
tres, quæst. 3. nu. 13.

Limita secundo, vt non † procedat, quando fi- 39
deicommissum esset purum, vel purificatū tempo-
re diuisionis; quia tūc censeretur remissum, *Ant.*
Gabr. d. concl. 1. nu. 28. Paul. de Cast. Alex. & Cuma.
in d. § duo fratres, idem Alex. cons. 100. col. fin. vol. 7.
Dec. cons. 345. Menoch. lib. 3. præsum. par. 1. præsum.
115. num 3. & 5. vbi testatur hanc esse doctorum re-
ceptam * sententiam, *Dec. cons. 79. n. 3. & cons. 267.* *
nu. 3. Crauett. cons. 237. col. 2. vers. tertio, ex quo, Pere-
gr. d. art. 52. sub num. 19. vbi testatur hanc esse verio-
rem sententiam; *Mascard. d. concl. 776. nu. 12. Ruin.*
cons. 139. colum. 1. num. 6. 7. & 9. vol. 2.

Limita tertio, vt † non procedat, quando dictū 40
fuisset, quòd diuidentes possint de reb. sic diuisis,
facere pro vt volebāt; quia tunc censetur inter eos
remissum ius fideicommissi, *Ant. Gabr. d. conclus.*
1. numero 29. Alexan. cons. 62. col. 2. volum 7. Bart.
Angel. & Crot. in d. § fratres, Pari. cons. 46. colum.
5. volum. 2. & cons. 71. colum. 2. volum. 3. Ruin. cons.
133. col. 1. vol. 2. Mascard. d. concl. 776. num. 13. Licèt
contrariā sententiā tenuerit *Capra cons. 89. Ruin.*
cons. 137. col. 4. & cons. 147. col pen. vol. 2.

Limita quarto, vt non procedat, quando † in 41
diuisione fuisset data facultas alienandi; quia tunc
censeretur fideicommisso renūtiatum, *Ant. Gabr.*
d. conclu. 1 numerò 30 Bar. & Aug. in d. § duo fratres,
vbi etiam Crot. quæst. 8. & Rip. nu. 83. Curt. sen. cons.
68. col. penult. Soc. in reg. 38. falle. 5. Bartol. consil. 62.
col. pe-

col. penult. Dec. conf. 11. colum. 6. Curt. Iun. in tractat. de feud. par. 4. colum. 6. vers. quinto quæro, Bertrand. conf. 166. col. fi. vol. 1. Paris. conf. 71. col. 2. vol. 3. Soc. Iun. conf. 116. colum. 11. volum. 1. Grat. conf. 17. vol. 1. volum. 1. & consil. 60. colum. 1. volum. eod. Ruin. consil. 113. colum. 2. volum. 1. & consil. 119. colum. penult. & consil. 133. colu. 1. volum. 2. Curt. Iun. consil. 4. num. 21. Becc. conf. 38. num. 3. Crass. in § fideicommissum, quæst. 63. num. 6. ver. quæro item, vbi testatur communem, * vers. prædicta, vbi ait, hoc haberi pro indubitato, Ruin. conf. 137. num. 7. & 9. volu. 2. Menoch. d. præsump. 115. num. 42. & 47. vbi testatur hanc opinionem esse veriorem, à Vall. consil. 34. numero 80. libro quarto, Cephal. consil. 153. numero 8. libro secundo, Peregr. in tract. de fideicommiss. art. 52. num. 38. vbi ait in hoc omnes * conuenire, à Vall. consil. 20. nu. 79. libr. 2. Osasc. decis. Pedem. 164. Caualc. decis. 36. n. 7. par. 1. vbi testatur communem * opinionem, Honded. conf. 33. numo. 18. & consil. 36. numero trigesimosecundo, Sforz. Odd. consil. 49. numero secundo, à Vall. consil. 55. numero quadragesimoquarto, vers. non obstat, volu. 3. Rimin. Iun. consil. 751. numero 45. volum. 7. Menoch. consil. 476. numero 14. volum. 6. & consil. 323. num. decimo, volum. 4. vbi testatur communem * opinionem, & consil. 87. num. 60. volum. 1. Bursa. conf. 173. n. 45. vol. 2. Iacob. Berrett. conf. 69. n. 5. Becc conf. 38. num. 3. Cephal. conf. 296. n. 2. vol. 2. Licèt contrarium tenuerit Soc. in l. qui Romæ, § duo fratres, n. 127. ff. de verb. obl.

42 Declarant primò limitationem prædictam, vt demum sequuta alienatione censeamt renuntiatum fideicōmisso, secùs si alienatio facta non fuisset, Anton. Gabr. d. conclus. 1. numero 33. Bar. in d. § duo fratres, q. 8. Roman. conf. 403. in prin. Alex. conf. 8. colum. fin. volu. 4. & conf. 189. colum. 4. vol. 2. Paul. de Castr. conf. 188. colum. 2. volum. 2. Ruin. consil. 147. colum. pen. vol. 2. & conf. 92. colum. pen. vol. 3. & conf. 99. col. 5. vol. 4. Cur. sen. conf. 64. col. pen. Ias. & Aret. in d. § duo fratres, Socin. conf. 43. col. 3. vol. 4. Crass. d. quæst. 63. circa fin. vers. quod intelligitur; vbi ait hoc nullam habere dubitationem, Becc. consil. 38. numero 3. Menoch. d. præsump. 115. numero 48. Decian. conf. 3. numero 147. libro primo. Rimin. Iun. conf. 80. num. 38. libr. 1. & conf. 204. num. 46. lib. 2. Peregr. d. art. 52. n. 44. Cephal. conf. 196. num. 22. & conf. 371. num. 23. Hieron. Gabr. conf. 125. nu. 15. Honded. conf. 33. num. 12. Rimin. Iun. conf. 748. sub num. 20. vol. 7. Becius conf. 38. nu. 3. Andr. Gaill. lib. 2. obseru. pract. obseru. 139. num. 14.

43 Intelligunt de alienatione facta inter viuos, vel in vltima voluntate titulo particulari, non autem vniuersali, puta institutionis, Menoch. d. præsumpt. 115. numero quinquagesimo septimo, Alciat. in d. § duo fratres, num. 31. vers. sed, & si, & resp. 777. num. 1. Decia. conf. 3. num. 147. lib. 1. Cranett. consil. 638. num. 15. Rimin. Iun. consil. 204. num. 111. lib. 2.

44 Contrariam sententiā, vt etiam † procedat in vniuersali hæredis institutione, tenuit Grat. conf. 60. num. 9. lib. 1. Pancirol. conf. 59. nu. 80. Rimin. Iun. conf. 80. num. 40. libr. 1. Ruin. conf. 144. & conf. 152. col. pen. vol. 2. Paris. conf. 46. col. pen. volum. secundo, Hondedo. consil. 33. num. 48 quos refert Peregr. d. art. 52. sub numero 46. vbi testatur esse communem * traditionem.

45 Secundò declarant procedere, † vbi fideicommissarius consentit alienationi, vel facultati alienandi in futurum; secus si consentiret alienationi, factæ pendente conditione fideicommissi, quia tunc non diceretur fideicommisso renuntiatum, Anton. Gab. d. concl. 1. num. 34. Soc. consil. 43. colum. fin. vol. 4.

46 Tertiò declarant, vt † secuta alienatione, is frater, qui alienationem permisit, non poterit eueniente casu fideicommissi recuperare bona à matrib. illorum, qui ea emerunt, vel alio titulo cōsequuti fuerint, Menoch. d. præsu. 115. n. 51. Bart. in d. § duo fratres, quæst. 8. num. 21. vbi Alciat. n. 28. versic. sed quid si, Ruin. consil. 11. num. 10. in fin. lib. 2. Socin. Sen. consil. 43. num. 19. lib. 4. Paris. consil. 46. num. 26. & 27. lib. 2.

47 Quin immo, † nec pretiū frater superstes recuperare poterit, Menoch. d. præsum. 115. nu. 55. & 56. Soc. conf. 43. n. 19. vers. quantum, lib. 4. Curt. Senior consil. 64. col. pen. Ruin. consil. 162. colum. penul. versic. non etiam, lib. 2. Grat. consil. 60. num. 11. & 21. lib. 1. Cranet. consil. 237. in fin. Honded. conf. 33. n. 57. Quicquid dixerit Iacob. Berrett. conf. 94. n. 1. Alba. consil. 74. in fin.

48 Quartò declarant, vt dicta remissio, & facultas alienandi locum habeat respectu ipsorum diuidentium, non autem respectu aliorum, ad quos eueniente casu restitutionis, fideicommissum restituitur, Menoch. d. præsum. 115. n. 59. Ruin. consil. 138. n. 10. lib. 2. Bal. in l. qui se patris, C. vnde lib. Alci. resp. 561. in fin. & resp. 571. in fin. & resp. 577. nu. 3. Pereg. d. art. 52. n. 73. Rimin. Iun. conf. 599. num. 137. & consil. 751. sub n. 48. vol. 7.

49 Quintò declarant, vt † non procedat, quando diuisio facta fuisset, quò ad vsufructum tantum, Menoch. d. præsump. 115. n. 60. Grat. conf. 29. n. 35. lib. 2.

50 Vel ex † alio actu subsequuto constare posset, diuidentes noluisse remittere fideicommissa, etiam sequuta alienatione, Menoch. d. præsum. 115. nu. 62. Ruin. conf. 147. n. 15. in fin. lib. 2.

51 Limita quintò, vt non † procedat, quādo ex coniecturis constare possit, quod diuidentes voluerint, etiam fideicommissum remittere, Alex. in d. § duo fratres, Ant. Gabr. d. conclus. 1. n. 35. vbi testatur communem * opinionem, Bal. in l. qui cum tutoribus, col. 2. vers. secundo modo, ff. de trāsactio. Menoch. lib. 3. præsum. par. 1. præsum. 115. n. 2. Decian. conf. 2. nu. 84. lib. 2. Rimin. Iun. conf. 204. n. 32. lib. 2. Bursat. conf. 237. num. 4. vol. 3. Ioan. And. in add. ad Specul. tit. de testibus, § in primis, versicul. quod si duobus, Curt. Senior, consil. 64. numero 19. Ruin. consil. 119. in fin. volum. 2.

52 Limita sextò, vt non procedat, quando † dictum fuisset, quod remittebat ad inuicem fideicommissum debitum, vel debendum ex testamento paterno, Bar. & Ias. in d. § duo fratres, Paul. de Castr. conf. 188 col. 1. vol. 2. Ant. Gabr. d. concl. 1. n. 36. Crass. in § fideicommissum, quæst. 63 sub nu. 4. vbi testatur magis communem * opinionem, Paris. conf. 46. num. 20. vol. 2. Menoch. d. præsump. 115. num. 35. Crot. & Rip. in d. § duo fratres, ille, num. 107. iste, n. 62. Curt. Sen. conf. 64. col. 17. Neuiz. conf. 31 n. 14. Peregr. d. art. 52. n. 29.

53 Limita septimò, vt non † procedat, quando dictum fuisset, quod diuidentes rem ipsam sic diuisam habeant pleno iure, Alex. conf. 39. col. 2. vol. 4. quem refert Ant. Gabr. d. concl. 1. n. 37. Soc. conf. 48. vol 3. vol. 4.

54 Contrariam † sententiam, & receptiorem * tenuit *Menoch. d. præsumpt. 115. numero 72. Crot. in d. § duo fratres, n. 75. Ruin. consil. 137. n. 8. & consil. 138. n. 6. lib. 2. & cons. 99. nu. 12. lib. 4. Paul. Leon. in d. § duo fratres, n. 310. per l. generaliter, § ult. ff. qui, & à quib. Peregr. d. art. 52 n. 27. in fin. Soc. cons. 66. col. 3. vol. 3.* quià (inquit) dicta clausula pleno iure, regulari debet secundũ naturã cõtractus, & *cõs. 2. n. 4. vol. 4.*

55 Limita octauò, vt nõ procedat, quãdo † vnus alteri teneretur de euictione; quia tũc censeretur fideicõmisso renunciatum, *Ant. Gabr. d. cõcl. 1. n. 39. Curt. Sen. cons. 64. col. antepen. Roma. cõs. 457. col. 2. n. 2. vers. aduertendum, Paris. consil. 71. colum. 2. num. 9. & 10. vol. 3. Soc. Iun. cõs. 116. col. 12. vol. 1.* qué refert *Peregr. d. art. 52. sub n. 52. Mascard. d. cõcl. 776. n. 14. à Vall. cõs. 34. n. 91. vol. 4. Cephal. cõs. 430. n. 51. vol. 3. Berous, cons. 130. n. 22. vol. 2. Osasc. decis. 112. n. 17. Canalc. decis. 36. n. 19. par. 1. Bursa. cons. 237. num. 3. vol 3.* vbi testatur hanc esse cõmunẽ * opinionẽ, *Ioseph. Ludou. decis. Perus. 19. par. 1. Curt. Iun. cons. 49. n. 13. Grat. cons. 26. n. 37. lib. 2. Soc. Sen. cõs. 31. n. 7. lib. 4. Tob. Non. cons. 41. num 6.*

56 Contrariã † sententiã tenuit *Ioan. Crot. in d. § duo fratres, col. 24. n. 77.* vbi etiã *Rip. n. 79. Alciat. nu. 36. vers. caterũ illud, & Paul. Leon. n. 313. Soc. cons. 31. col. 1. vol. 4. Soc. Iun. cons. 128. col. 2. vol. 1. Alex. cõs. 21. col. 2. vol. 5. Grat. cons. 29. col. 7. vol. 2. Ruin. cons. 137. col. 2. n. 12. vol. 2. & cons. 92. col. fin. vol. 3. Menoch. d. præsum. 115. num. 12. & 13. Ruin. cons. 146. num. 3. lib. 1. Hieron. Gabr. cons. 92. num. 12. vol. 2.*

57 Teneté limitationem, quando † promissio euictionis fuisset facta verbis multũ generalib. vel vniuersalibus; veluti si dictum fuisset, quod inuicẽ promiserunt de euictione ex quacunque causa, vel modo subsequuta, *Menoch. d. præsum. 115. num. 17.* vbi testatur hãc esse receptã * opinionẽ, *Curt. Iun. cõs. 40. n. 13. Soc. Iun. cons. 116. n. 63. lib. 1. Grat. cõs. 60. n. 16. lib. 1.* Quicquid dixerit *Ruin. cons. 137. nu. 13. lib. 4.*

58 Idem † quando euictio promissa fuisset in indiuiduo in causa fideicommissi, *Menoch. d. præsum. 115. num. 18. Alex. cons. 21. nu. 6. in fin. libr. 5. Corn. cons. 339. lib. 1. Gozzad. cons. 58. num. 6. & 28. Bursat. cons. 173. num. 21. lib 2.*

59 Idemquè, si † ex simplici diuisione, vni fratrum obuenissent omnia bona libera, & alteri omnia bona fideicommisso supposita, & adiecta esset expressa promissio euictionis, *Menoch. d. præsump. 115. numero 20. Alexand. in d. § duo fratres, num. 34. vers. Bald. tamen, vbi etiam Rip. num. 99. vers. aut enim res & Alciat. n. 37. idè Alciat. resp. 138. n. 3. in fi. Menoch. cons. 87. n. 85. lib. 1. Bursa. cons. 173. n. 19. & 31. lib. 2. Decian. cons. 2. nu. 89. lib. 2. Peregr. d. art. 52. num. 69. in fin. Bocc. cons. 24. num. 34.*

60 Limita nono, vt non † procedat, quando dictũ fuisset, quod reseruabant sibi auitum fideicommissum, quia per hoc paternum remisisse præsumitur, *Ant. Gabr. d. concl. 1. num. 40. Ioan. Crot. in d. § duo fratres, col. 26. num. 94. Menoch. d. præsum. 115. num. 74. & cons. 87. num. 34. libro 1. Leon. in d. § duo fratres. n. 357. Menoch. cons. 356. nu. 11. vol. 4. Becius, cons. 12. n. 6. & 36. Surd. cons. 294. n. 18. vol. 2.*

61 Limita decimo, vt non † procedat, quando fideicommissarius consensisset alienationi factæ per granatum; quia tunc censetur remisisse fideicommissum, *Ant. Gabr. d. concl. 1. n. 41. Alex. cons. 8. col. fin. vol. 5. Mascard. d. conclus. 776. num. 16.*

Limita vndecimo, vt nõ procedat † quando in diuisione dictũ fuisset, quod remittebant omnia iura, & omnes actiones sibi competentes, & competituras nunc, vel in futurum ratione legatorum, vel institutionis, vel substitutionis, præcipuè apposito iuramento, *Anton. Gabr. d. conclus. 1. n. 42. Guid. Pap. quæst. 232.* Quicquid dixerit *Ripa, in d. § duo fratres, num. 77.* 62

Limita duodecimò, vt non † procedat tribus concurrentibus, primò præsupposita scientia in specie testamenti, secundò, quod fideicommissum sit reciprocum; tertiò, quod in diuisione fuerit renunciatum iuribus futuris, *Ant. Gabr. d. concl. 1. n. 43. Soc. Iun. cons. 116. n. 50. volum. 1. Ias. in l. de his, ff. de transact. Mascard. d. concl. 776. nu. 15. Bologn. cons. 32. circa fin. Hondede. cons. 33. n. 5. Andreas Gail. lib. 2. obseru. pract. obse. 139. sub n. 13. Cephal. cons. 253. num. 10. vol. 2. Pasithus, cons. 152. sub num. 7.* vbi testatur communem * opinionem, *Dec. cons. 287. num 16. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 19. n. 16. part. 1.* Quicquid dixerit *Ruin. cons. 138. col. 2. vol. 2.* 63

Limita decimotertiò, vt non procedat, quoties † in instrumento diuisionis se ad inuicem, vt in rem propriã fecissent procuratores respectu portionum suarum, vt vnusquisq; posset pro bonis ad se peruentis, agere, petere, & se tueri, *Soc. Iun. cons. 116. col. 11. volum. 1. Ruin. cons. 144. col. fin. vol. 2. & cons. 152. col. pen. vol. 2. Ant. Gabr. d. concl. 1. num. 44. Alex. cons. 1. num. 6. vers. deniq., lib. 5. Crot. in d. § duo fratres, num. 133. Grat. cons. 60. num. 19. lib. 1. Menoch. d. præsumpt. 115. num. 67. & cons. 87. num. 29. in fin. vol. 1. Tob. Non. cons. 41. num. 8. Pancirol. cons. 59. n. 79. à Vall. cons. 14. n. 82. lib. 4. Ruin. cons. 137. n. 7. vol. 2. Peregr. d. art. 52. num. 43. Hondede. cons. 33. nu. 26. Canalc. decis. 36. num. 18. par. 1. Berous, cons. 138. nu. 22. vol. 2.* 64

Limita decimoquartò, vt non procedat, quando † fuisset adiecta clausula ad habendum, tenendum, & quicquid voluerit faciendum; quia tunc etiam censeretur remissum fideicommissum, *Menoch. d. præsump. 115. n. 63. & 64.* vbi testatur hanc esse magis communem * opinionem, *& cons. 87. nu. 15. lib. 1. Angel. in d. § duo fratres, q. 5. Alex. cons. 189. n. 10. lib. 2. Paris. cons. 33. num. 21. lib. 3. Alciat. resp. 138. n. 3. & resp. 561. circa finem, Cranett. cons. 638. Rimin. Iun. cons. 80. num. 38. volum. 1. Menoch. cons. 323. nu. 19. vol. 4.* vbi testatur communem * opinionem, *Marcabrun. ab Angull. cons. 76. n. 144. Ant. Gabr. d. conclus. 1. n. 45. Canal. decis. 36. n. 11. in fin. part. 1. Ruin. concl. 147. n. 15. vers. præterea ipse, lib. 2. Soc. Iun. cons. 116. n. 56. lib. 1. Pancirol. cons. 79. in fin.* 65

Non etiã, si fuisset † adiecta clausula in diuisione, quicquid placuerit faciendum, *Ruin. cons. 137. n. 7. & cons. 147. n. 45. lib. 2. Alciat. in d. § duo fratres. nu. 33. vers. sed quid si latissimus, Ruin. cons. 99. n. 11. lib. 3. l. Thais, § sororem, ff. de fideicomm. libert. Signor. cons. 20. col. 2. Pereg. d. art. 52. sub n. 40. Grat. cons. 17. n. 49. & cons. 22. nu. 18. vol. 1. & cons. 29. nu. 35. lib. 2. Rimin. Iun. cons. 204. n. 93. lib. 2.* 66

Contrariam † sententiam, vt non sit differentia inter clausulã, quicquid voluerit, & clausulã quicquid placuerit, tenuit *Crot. in d. § duo fratres, numero 133. Soc. Iun. consil. 116. nu. 54. vol. 1. Cephal. consil. 253. num. 7. & 8. Menoch. cons. 87. num. 18. vol. 1. & d. præsump. 115. num. 65. Auall. cons. 34. num. 78. lib. 4. Berous, cons. 172. num. 7. lib. 2. Natt. cons. 505. num. 33.* 67

libr.

libr.3.Cephal.conſ.253.nu.7.lib.1.Cranett.conſ.638.
Rimin.iun.conſ.748.n.11.vol.7. Menoch.conſ.724.
n.3.vol 8.& cõſ.545.ſub n.3.vol.6.& cõſ.323.n.30.vol.
4. vbi teſtatur hanc eſſe magis receptã * ſententiã.
68 Declara primò limitationem prædictam, vt †
ſub clauſula ad habendum, nõ veniat facultas alie-
nãdi, niſi ſpecialiter exprimatur, Ant. Gabr. d. cõcl.
1.nu.51 Grat.conſ.22.col. 3.vol.1. Ruin. conſ.137.col.
4.vol.2.Aret.in d. l. qui Romæ, § duo fratres, quæſt.8.
Gozz.ad.conſ.39.num.13.verſ.tertiò, Socin. Iun. in d.
§ duo fratres, num.127.
69 Secundò declarant, vt per † clauſulã ad haben-
dum, &c. non iudicatur renunciatio fideicõmiſſi,
quando adeſſet clauſula derogatoria in contrariũ,
vel inæqualitas renuntiationis, vel diuiſio facta fu-
iſſet tantummodo quo ad vſufructum, Ant. Gabr.
d.concl.1.num.32.Grat.conſ.29.n.35.vol.2.
Limita decimoquintò, vt non procedat, quan-
70 do † diuidentes promiſiſſent partes ſic diuiſas ra-
tas, & gratas habere, & perpetuo attendere, & ob-
ſeruare, Ant.Gabr.d.concl.1.num.46. Ruin conſ.119.
col.fin.vol.2. Quicquid dixerit Boer.deciſ.147.
71 Limita decimoſexto, vt nõ procedat, quando †
in diuiſione fuiſſet adiecta clauſula annullatiua te-
ſtamenti, continentis fideicommiſſum, quia tunc
cenſeretur remiſſum, Menoch.d.præſum.115.n.73.
Boer.quæſt.147.n.11.Capra, conſ.89.nu.27.
72 In dubio autẽ † pronunciandum erit, fideicõ-
miſſum non fuiſſe remiſſum, Peregr. in tract. de fi-
deicõm.art.52.nu. 24. in fin. Bartol.in d. § fratres, q.6.
Grat.conſ.17.n.47.& conſ.22.n.17.lib.1.Cephal conſ.
731.n.15.lib.3.Sforz.Odd.conſ.49.n.23. Quamuis †
ex parte grauati renunciatio fideicõmiſſi ſit fauo-
rabilis, Andr. Gaill.libro 2.obſeru.pract.obſeruat.139.
num.8.Iaſ.in l.1.num.2.C.de pact.

ARGVMENTVM.

Vtrum fideicommiſſaria ſubſtitutio poſ-
ſet à Principe euerti?

SVMMARIVM.

1 Fideicommiſſaria ſubſtitutio non poteſt à Principe
euerti, nu.1.amplia, nu.2.limita, num.3. & 4.

QVÆSTIO XCIII.

1 VTrùm † fideicommiſſaria ſubſtitutio
poſſet à principe euerti? Reſp. quòd
nõ, Mar.Ant.Peregr.in tract.de fidei-
com art.52.n.116.arg. l.ſi teſtamentum,
C.de teſt. l.ſi donationẽ, de reuoc. donat.
donat.l.cauſas, C.de tranſact.l.fin. C. de ſen. reſc. non
poſſe. Dec.conſ.468.num.18.
2 Etiam † de plenitudine poteſtatis, niſi † cõcur-
3 rente aliqua cauſa reſpiciente publicã vtilitatem,
Peregr.de fideicomm.art.52 n.117.verſ.ſed cõtra, Ful-
goſ.in l.ſi teſtam. C.de teſtam.& conſil.61.col. 2. Dec.
conſ.357.n.3.& 5.& conſ.319.col.pen. Cranett.conſ.
4 296.col.7.verſ.venio nunc. Et quòd † fideicõmiſſa-
rius in re æquiualente, vel extimatione reintegre-
tur, Peregr.de fideicomm.art.52.num.117.verſ.ſed de-
mum, Iaſ.in l.fin.n 2.C.ſi cõtra ius, vel vtil.publ. Dec.
conſ 357.col.vlt. Anall.conſ.69.vol.2.l.item ſi verbe-
ratum, § 1.ff.de rei vend.l.Lucius.ff.de cuſtod.

ARGVMENTVM.

Vtrùm hæres præſumatur habere ſcien-
tiam fideicommiſſariæ ſubſtitutionis?

SVMMARIVM.

1 Heres ſuus non præſumitur habere ſcientiam fidei-
commiſſariæ ſubſtitutionis, num.1. niſi præſumptio-
nibus, & coniecturis probaretur ſcientia, num.2.&
quæ, num.3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, & 12.
2 Heres extraneus non præſumitur habere ſcientiam
fideicommiſſi, n.17. limita, num.14.& 15.

QVÆSTIO XCIIII.

VTrùm hæres † præſumatur habere ſci- 1
entiam fideicõmiſſariæ ſubſtitutionis?
Reſpon. diſtinguẽdo, quod ſicut loqui-
mur in ſuo hærede, & non præſumitur
ſcientia, Craſſ.in § fideicõmiſſum, q.64. nu.2. vbi te-
ſtatur communem * opinionem, Alciat. re p. 77.
in fin. à Petra, in tract. de fideicomm. q.13.nu.284. vbi
etiam teſtatur cõmunem * opinionem, Ruin conſ.
122. in fi. vol.5. Paul. de Caſtr. conſ.188. ſub n.1. vol.2.
Maſcard.vol 2.de probat.concl. 780.n.3.& 5. vbi te-
ſtatur cõmunem * opinionem, & refert rationem
diuerſitatis inter ſuũ, & extraneũ hæredem, Hon-
dede.conſ.83.num.12. vbi teſtatur communẽ * opi-
nionẽ, Sforz. Odd. conſ.8.nu.32 vbi teſtatur cõmu-
nem * opinionẽ, Pancirol.conſ 50.n.20.Ioſeph. Ludo-
uic.deciſ.Peruſ.19.n 20.part.1. vbi teſtatur magis cõ-
munẽ * opinionẽ, quã refert Surd. in tract. de alim.
tit.9.q 26.nu.102.Crott.Soc.& Rip.in d. § duo fratres,
ille, nu.99. iſte, num.106. hic, n.51. Bellon.conſ.10.n.10.
Ioſeph. Ludou.deciſ.19.n.14. Paul. de Caſtr. in d. § duo
fratres, vbi etiam Iaſ n.56 & Alex.n.53.v.extra gloſſ.
Niſi † præſumptionibus, & coniecturis pro'a- 2
retur ſcientia; puta quia † confeſſus fuiſſet ſe eſſe 3
hæredẽ ex teſtamento, Craſſ d.q.64.n 2. vbi teſta-
tur hanc eſſe magis cõmunem * opinionem, Bart.
Alex. & Soc. Iun. in d. § duo fratres, ille, q.3. iſte, n.53.
hic nu.104.verſ.primus, Maſc.vol. 2.de probat.concl.
780.num.1. vbi teſtatur hanc opinionẽ eſſe cõmuni
conſenſu receptã * Hondede conſ.33.n.28.Menoch.
conſ.87.n 56 lib.1 Abb.conſ. 19 lib 2. Etiam quòd † 4
fideicõmiſſum fuiſſet ordinatũ, in teſtamẽto nun-
cupatiuo, Craſſ.in d q.64.n.3 vbi teſtatur commu-
nem * opinionẽ, Bart.in l eius, qui, ff. ſi cert. pet. vbi
etiam Iaſ. & Paul. de Caſtr. Bart & Iaſ in d. § duo fra-
tres, Neuizz.conſ 31.n 17. Ioſeph. Ludou. dec. Peruſ.19.
num.21.par.1 Cagn.in l qui in alterius, num.12.ff. de
reg. iur. Neuizz.conſ.84.num.16.
Vel † niſi ſuus hæres impleuiſſet in teſtamento 5
relicta, quia tunc præſumeretur ſcientia. Craſſ.d.q.
64.n.4. vbi teſtatur communem * opinionẽ, Bart.
in d. § duo fratres, q.3. vbi Soc. Iun. num.109. & Rip.n.
54. Tob. Non.conſ.41 num.15. Peregr.d. art.52. num.
104. verſ.quartus, vbi teſtatur cõmunem * opinio-
nem, à Petra, in tract. de fideicommiſſ. quæſt. 14. nu.
104. Dec.conſ.267. in princ. Simon de Prat. de inter-
pret. vltim. vol. fol 373. num.9 in fin. Soc. Iun. conſ.116.
num.43.vol.1. Bald.conſ.440.col.fin.vol.3. Dec.conſ.
287.num.15.& 16. Hondede.conſ 33.num.32. Burſa.
conſ.64.num.35.vol.1.
Vel † niſi fama eſſet in vicinia de teſtamento 6
facto per defunctum cum fideicõmiſſo, Peregr. d.
art.52.n.104.verſ.quintus, Bald conſ. 295.lib.3.gl.l.ſi
tutor petitus, C.de pericul. tutor. à Petra de fideicomm.
quæſt.14.nu.109. Maſcar. d.concl. 780.num.11. Bart.
& Crot. in d. § duo fratres, ille, ſub nu. 14. circa fin. iſte,
n.100. Carocc. in tractat. de iuram. deciſ.q.12.nu.33.
verſ.vel eſſet.
Vel niſi † teſtamentum fuiſſet publicatum in 7
domo eius, Peregr.d.art.52.n 104.verſ ſextus, Alex.
in d. § duo fratres, num.53. Pariſ.conſ.72.num.27, lib.

8. GoZZad.conf.98.num.21.Crauet.conf.193.num.6.
circa fin.Menoch.conf.87.num.59.vol.1.Hondede.
conf.33.nu.30.Soc.conf.75.n.16.lib.1.à Vall.conf.66.
8 *num.24.vol.4.a Petra,d.quæst.14.num.*110.Vel † fu-
isset in domo testatoris tẽpore conditi testamenti,
Caroc.in tract.de iur.decis.q.12.nu.25.vers.& hæres,
Bald.conf.392.col.2.libr.1. Et multò magis, si fuisset
pręsens ipsi testamẽto, *Caroc.in d.q.12.n.26.Bart.*
in l.4.§ fin.ff.sol.matr.& in l.hæredes, § fin.ff.de testa.
Alex.conf.4.col.6.vol.2. Iason in l.1.circa fin.ff.de in
ius voc.Aret.conf.11.col.3.vers.ex his.

9 Vel † nisi ex dispositione statuti notarius de te-
stamento rogatus iuberetur intra certum tempus
exhibere hæredibus scriptis testamẽti exemplum;
quia præsumitur notariũ fecisse, quod sibi ex offi-
cio incumbebat, *Peregr.d.art.52.n.104.vers.7.Hon-*
dede.conf.33.n.31.Alciat.de præsumpt.reg.3.præsump.
13.l.2.C.de off.ciuil.iud.c.apit.ad audiẽtiam, extra de
præsum.c.deputati, ext.de appel.Hondede.cõs.33.n.30.

10 Et multò fortiùs, si † verè probaretur habuisse
testamenti copiam, *Carroc.in tract.de iur.decis.q.*
12.nu.30.Aret.& Rip.in d.§ duo fratres.ille,n.12.iste,
nu.56.Abb.conf.54 in fin.lib.2.Affl.decis.13.num.11.
Grammat.decis.103.n.35.Alba conf.59.n 8.Dec.conf.24.
n.23.Peregrin.in d.art.52.n.104.vers.octauus, Paris.
conf.46.n.17.vol.2.Menoch.conf.87.n.58.vol.1.Ma-
scar.d.concl.780 num.8.Corbol.rub.de causa priuat.
ob solutum canon.20.limit.n.10.fol.264.

11 Vel nisi † testamentum in iudicio exhibuisset,
Peregr.d.art.52.num.104.vers.nonus, Nenizz.conf.
94.n.19.Alba.conf.59.num.8.Soc.Iun.consil.128.n.
124.vol.1.Iacob.Berrett.consil.69.num.8.

12 Vel nisi † in iudicio vti fideicommissarius egis-
set, *Peregr.d.art.52.n.104.vers.10.Paris.conf.91.n.48.*
& 50.vol.1.Craue.conf.193.n.7.a Menoch.conf.87.n.
57.a Petra in d.quæst.14.n.114.

13 Aut loquimur in hærede † extraneo, & præsu-
mitur habere scientiam testamenti, atq; ita fidei-
cõmissi in eo contenti, *Craff.in § fideicommissum,q.*
64.n.6. vbi restatur communem * opinionẽ, *Bar.*
* *Socc.& Rip.in d.§ duo fratres,ille, quæst.3.iste,n.104.*
hic n.57.Mascard.vol.2.de probat.concl.780.num.4.
Crott.in d.§ duo fratres,n.97.vers.prima sit conclusio,
Bart.in l.cum,qui in prouincia, sub n.29.ff.si cert.pet.

14 Nisi † fuisset infans, quia non pręsumeretur sci-
entia, secùs si fuisset maior infante, *Craff.in dicta q.*
64.num.7. vbi testatur communem * opinionem,
* *Bart.in d.§ duo fratres.q.3.vbi etiam Socc.Iun.n.114.*
Mascard.d.conclus.780.n.10.Crot.in d.§ duo fratres,
num.99.in fin.Hondede.consil 33.sub num.trigesimo-
octauo, Rum.conf.54.num.4.vol.5.

15 Vel † nisi fideicommissum fuerit relictum in
codicillis separatis à testamento; quia tunc nõ pręe-
sumeretur scientia, *Peregr.d.art.52.num.103.vers.*
secundus est, Soc.Iun.in d.§ duo fratres,n.114.Craff.in
§ fideicommissum, q.64.nu.8. vbi testatur commu-
* nem * opinionem, *Mascard.vol.2.de probat.concl.*
780.n.14. quia (inquit) tunc cessat ratio illa, quòd
hæreditatem adire non posset, nisi sciat contenta
in testamento, cùm virtute codicillorum non pos-
set tractari de aditione, *Ioan.Crot.in d.§ duo fratres,*
n.106.quem refert Surd.in tractat.de alim.tit.9.quæst.
26.num.103.& conf.7.num.35.

ARGVMENTVM.

Quo in loco res fideicommissariæ substi-
tutioni subiectæ peti debeant.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissariæ substitutioni subiecta res, quo in*
loco peti debeant, distinguuntur duo casus prin-
cipales cum limitationibus, & declarationibus,
numero 1.2.3 4.5.6.& 6.

QVÆSTIO XCV.

Vo in † loco res fideicommissariæ 1
substitutioni subiectæ peti debeant?
Resp. distinguendo, aut † fideicom- 2
missarius agit actione personali ex
testamento contra hæredem graua-
tum, vel eius hæredem, & tunc † conueniet illum 3
in loco domicilii ipsius hæredis, vel in loco, vbi
maior pars hæreditatis reperiretur, *Peregr.in tract.*
de fideicommiss.articul.53.numero 1.l.si fideicom-
missum, in princ.& § penult.vbi Doctores, & gloss.l.
quod legatur, ff.de iudic.Cyn.in l.vnica, C.vbi de fi-
deicommiss.agi oport.l.fin.C.vbi in rem actio. Aut agit
† actione reali aduersus hęredem, vel tertium pos- 4
sessorem, & tunc aget in loco domicilii possesso-
ris, vel in loco, vbi res est, *Bart.Bald.Angel.& Paul.*
de Cast.in l.quod legatur, ff.de iud.c.l.sed,etsi suscepe-
rit, § si ea, ff.de iudic.Menoch.conf.340.nu.45.vol.4.
Osasc.conf.32.n.11.Cephal.conf.215.n.54.vol.2. Nisi
† hæres aliquò incœperit præstare fideicommis- 5
sum, quia illic citra fori præscriptionem conueniri
poterit, vt totum præstet, *Peregr.d.art.53.n.3.* vbi
ait ita omnes * notare *in l.fideicommissum, § fin.de* *
iudic. Vel † nisi hæres pactus fuerit aliquo loco fi- 6
deicommissum præstare, *Peregr.d.art.53.n.quarto,*
l.quamuis, ff.de iudic. Vel nisi † hęres alibi iudicium 7
susceperit, quia illic finiri oportebit, *Peregr.d.art.*
53.n.5.per l.sed, etsi susceperit, in prin.ff.de iud.l.vbi
cœptum, ff.eod.

ARGVMENTVM.

Quo in loco res fideicommissariæ substi-
tutioni subiectæ, præstari deberent?

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissaria substitutioni subiecta res, quo in*
loco præstari debebunt, n.1.2.
2 *Voluntas testatoris totum facit testamentum, nu.2.*

QVÆSTIO CXVI.

Vo in † loco res fideicommissariæ sub- 1
stitutioni subiectæ præstari debebunt?
Resp. eo loci, vbi testator expresserit,
Peregr.in tractat.de fideicommiss.art.53.
num.8 gloss.l.quod legatur, ff.de iudic. Quia in † te- 2
stamentis testatoris volũtas totum facit, *l.ex facto,*
ff.de hæred.inst.l.in conditionibus, ff.de cond.& de-
monstr.Surd.conf.178.num.2.vol.2. Vel † vbi ex i- 3
psius tacita voluntate apparuerit, veluti si iussisset
dari frumentũ ex tali horreo; quia eo loci erit præ-
standũ, vbi horreum constitutum fuerit; vel si fue-
rint relictæ tot salmæ vini ad mensurã Catinẽsem;
quia si in ea ciuitate relictũ præstari debebit, ibi de
re testatoris præstari poterit, *Pereg.de fideicom.art.*
52.sub num.8.Angel.& Paul.de Castr.in d.l.sed etsi
susceperit, § 1.ff.de iudic.Rebuff.de priuil.scholar.131.
priuil.num.1.

ARGVMENTVM.

Quis erit Iudex competens in causa fidei-
commissariæ substitutionis?

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissaria substitutionis in causa, quis erit*
iudex competens? q.1. 2 *Sta-*

2 *Statutum disponens de causis componendis inter sanguine coniunctos, etiam causas fideicommissaria substitutionis comprahendit, n.2.*

3 *Fideicommissaria substitutionis causa comprahenduntur sub statuto committente causas consilio sapientum, n.3.*

4 *Arbiter potest constitui in causis fideicommissariis, num.4.*

QVÆSTIO XCVII.

1 
Vis erit † index cōpetens in causa fideicommissariæ substitutionis? Resp. quilibet, nō habēs iurisdictionē limitatā ad certas causas, *Peregr. in tract. de fideic. art. 53. n. 9.*

2 Et stante † statuto de causis compromittendis inter sanguine coniunctos, etiam causæ fideicommissariæ substitutionis cōpromitti possent, *Peregr. dict. art. 53. sub num. 9.*

3 Item, si † statuto causæ committendæ sint consilio sapientum, etiam causæ fideicommissariæ cōprehenderentur, *Peregr. d. art. 53. n. 10.* vbi ait, dictum statutum vigere Paduæ.

4 Itemq; arbiter † in causis fideicommissariis ex pacto constitui posset, *Peregrin. d. art. 53. sub num. 9 & art. 52. n. 76. per cap. Raynaldus, extra de testam. Marcabrun. ab Anguill. cons. 66 num. 198. Molin. libr. 4. de primog. Hisp. part. 2. capit. 9 num. 18.*

ARGVMENTVM.

Quæ actiónes fideicōmissario cōpetant?

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissario quæ actiones competāt, n. 1. 2. & 3.*

QVÆSTIO XCVIII.

2 
Væ sint † actiones cōpetentes fideicōmissario? Resp. aliæ † petitoriæ, aliæ possessoriæ: petitoriæ sunt, actio ex testamēto, fideicōmissariæ hæreditatis petitio, rei vendicatio, publiciana, & hypothecaria, *Peregrin. de fideic. art. 45. sub n. 8. & art. 53. sub n. 11. Mascard. vol. 4 de probat. concl. 778. sub n. 10. Marius Anguiss. cons. 108. n. 3. Surd. decisio. 76 nu.*

3 *5. 6. & 8.* Possessoriæ verò † adipiscendæ sunt interdicta quorum bonorum, quorum legatorum, & remediū *l. fi. C. de ed. diui Adr. Peregrin. d. art. 53. nu. 11. & art. 46. n. 2. & art. 48. num. 5. Menoch. in tract. de adipisc. poss. remed. 1. 2. & 4.* Quę requirerent tractatum specialem.

ARGVMENTVM.

Quanta sit instantia causæ fideicommissariæ substitutionis?

SVMMARIVM.

1 *Fideicōmissariæ substitutionis causæ, instantia quanta sit? num. 1.*

2 *Instantia omnium causarum regulariter est triēnii, numero 2.*

3 *Instantia triennii ex statutis locorum, minui potest, n. 3. non autem prolongari, etiam ex consensu partium, num. 4.*

QVÆSTIO XCIX.

1 
Vanta † sit instantia causæ fideicommissariæ substitutionis? Resp. triennii, sicut,

2 & † cæterarum causarum, *l. properādum, in prin. C. de iud. c. Cum in cap. rit. 40. nu. 805. Menoch. consil. 380. numero 29. volum. 4. Asin. in comment. ad stat. flore. § 2. c. 6. in fin. Soc. Iun. consil. 132. numero 3. volum. 2. Crauett. consil. 270. col. pen. vers. defendendum, Capic. decis. 11. num. 16. Gram. voto 31. numero 12. Marius Anguiss. cons. 261. num. 2. Marc. Ant. Eugen. cons. 75. numero 1.* Licèt † ex 3 statutis locorum posset minui, *Ias. in d. l. properandum, in prin. num. 16. circa fin. Ludo. Rom. in l. 2 ff. de re iud. per l. fin. §. fin. C. de temp. appell. Ioan. Andr. in add. ad Spec. tit. de appell. § nunc breuiter, vers. illud autem, Hended. cons. 24. numero 4. Roman. Sen. cons. 346. numero 2. 3. & 4. libr. 2. Mara. in Spec. par. 5. numero 17. vers. & quod possit, Asin. in praxi iud. in prin. c. 8 numero 1. Anall. cons. 4. num 6. vol. 3.*

4 Non † autem prolongari, etiam de consensu partium, *Ias. in d. l. properandum, in prin. numero 9. & sub numero 23. glo. l. 2. § sed si iudex, ff. de iudic. Alex. cons. 82. volum. 3. & cons. 24. vol. 4. Io. Franc. à Ponte, consil. 78. numero 9. Capic. decis. 11. circa fin. Vinc. de Franch. decis. 250. num. 4. part. 2. Mara. in Spec. par. 5. rub. in dicium, his instantia, numero 23. & par. 6. rub. de appel. num. 225. Andr. Gaill. lib. 1. obseruat. pract. obseru. 141. num. 5.* vbi testatur communem * opinionem, *Surd. cons. 199. num. 17. vol. 2. Cephal. cons. 507. num. 22. vol. 4. à Vall. cons. 21. num. 10. vol. 3. Cioffius, cons. 52. num. 3. vol. 2.*

ARGVMENTVM.

Quæ requirantur ad victoriam fideicommissarii.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissarii ad victoriam, quæ requirantur? num 1. 2. 3. & 4.*

2 *Fideicommissariæ substitutioni res fuisse in bonis fideicommittentis, quo pacto probetur? numero 5.*

QVÆSTIO C.


Væ † requirantur ad victoriam fidei- 1
commissarii? Resp. tria, primum † fuis- 2
se inductum fideicommissum, secūdum
agentem † esse de compræhensis in eo; 3
tertium, bona fuisse † in dominio, vel quasi fidei- 4
committentis, *à Petra, in tract. de fideicommiss. q. 11. sub numero 1. Alba. cons. 6. Cephal. cons. 536. volu. 3 Mascar. vol. 2. de probat. conclus. 777. numero 1. Hended. cons. 60. num. 12. Menoch. cons. 618. num. 27. vol. 7. & 740. n. 13. vol. 8. MarZar. in epit. de fideicom quæst. 60. Bursa. cons. 372. num. 1. volu. 4. & cōs. 298. num. 13. volu. 3. & cons. 268. nu. 4 eod. vol. Paseth. cons. 57. num. 5. Surd. cons. 279 num. 5. vol. 2. Hiero. Gabr. cons. 96. num. 9. vol. 1. Marcabrun. ab Anguil. cons. 59 n. 2. & cōs. 4. n 1 Milan. decis. 7. n. 33. lib. 1.*

Quo † pacto autem probetur, res fideicōmis- 5
sariæ restitutioni subiectas, fuisse in bonis fideicōmittentis delego lectorē ad *Mascard. vol. 2. de probat. concl. 778. Mantic. lib. 7. de coniect. vlt. vol. tit. 6. n 5 & 6. Nat. cons. 233. & cons. 378. à Petr. in tract. de fideicomm. q. 12 Marc. Ant. Pereg. in tract. eiusdem tit. art. 44.* Cum alia requisita, sparsim hac in eadē centuria longa serie probata inuenire poteris. Et per hęc sit impositus finis huic tertiæ centuriæ, atque ita toto tractatui de Substitutionibus, quem iudicio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Reuerendissimorumq; Inquisitorum libenter subiicimus.

FINIS.

INDEX LOCVPLETISSIMVS ET FIDELISSIMVS

SINGVLARIVM MATERIARVM, QVÆ IN HAC CENTVRIA prima continentur.

L.

Papil-

Querela

V

Verbum

FINIS.



INDEX LOCVPLETISSIMVS ET FIDELISSIMVS SINGVLARIVM MATERIARVM, QVÆ IN HAC CENTVRIA secunda continentur.

A



Exem-

Filius

FINIS INDICIS CENTVRIÆ II.

INDEX LOCVPLETISSIMVS ET FIDELISSIMVS SINGVLARIVM MATERIARVM, QVÆ IN HAC TERTIA Centuria continentur.

A

Compen-

Compen-

Feudi

licèt

Legiti-

N

O

P

Verbum

Index Centuriæ III.

Finis Indicis III. f 57.



